ULB Düsseldorf
+4096 469 01

# LIBER
## DE
# REBUS MEMORABILIORIBUS
## SIVE
# CHRONICON
# HENRICI DE HERVORDIA.

EDIDIT

ET

DE SCRIPTORIS VITA ET CHRONICI FATIS AUCTORITATEQUE

DISSERTATIONEM PRAEMISIT

AUGUSTUS POTTHAST

HUXARIENSIS - WESTFALUS.

OPUS A SOCIETATE LITERARUM REGIA GOTTINGENSI PRAEMIO WEDEKINDEO ORNATUM ATQUE EDITUM.

---

GOTTINGAE

SUMPTIBUS DIETERICHIANIS.

1859.

2009/0969

A. D. G. 87 (4°)

KOENIGL. BIBLIOTHEK ZU DUESSELDORF

4096 469

Quum rerum scriptorem minus notum edendum susceperim eo consilio, ut quae in eo essent ad historiam specialem illustrandam probabilia aptaque exponerem eumque ipsum qui inter chronographos de patriae historia optime meritos referatur demonstrarem, haud parvum sum ausus. Laborem hunc innumeris iisque summis difficultatibus impeditum esse, profecto nemo negabit qui consideraverit, de Henrici vita ejusque scriptis nonnisi fragmenta adhuc nota esse, tam crassis occultata tenebris, ut caliginem illam plane dissipare difficillimum sit. Non desunt quidem qui in universa literarum historia eum attigerint, vel in historiis versantes occasione oblata ejus ac scriptorum leviter mentionem fecerint: tanta vero eorum dissensio est, ut haeream dubius, cuinam sine aberrandi periculo major sit fides habenda. Quae autem relata leguntur a P. J. Brunsio [1], qui literis haud favente tempore tristissimo ante decem lustra de Henrico luculenter quaesivit et inceptum suum post quinquaginta aut plures annos continuari praevidit [2], in iis solum acquiescere mihi non videbatur, sed omnino melius esse duxi, ubi liceret ad fontes ipsos redire ex iisque haurire quae scitu essent necessaria.

Quum igitur a scriptoribus relicta fere tota sit quaestio, quae est de Henrici vita et chronico, pauca tantum ex aliorum commentationibus petii; de hac re autem disputata in usum converti meo arbitratu. Attamen quum haec res repetitas exposceret curas atque operis magni esset consilium, manus ad opus pro virium qualescunque sint modulo apposui, non tam perficiendi spe quam experiundi voluntate.

## §. 1.
## De Henrici vita.

Permulti antiquitatis ac medii aevi viri, qui poetae illustres judicati sunt, aut eloquentia valuerunt vel artis historicae scientia vel quovis alio modo excelluerunt, ea re temporis injuriam experti sunt, quod de origine ac vita eorum nihil memoriae proditum est,

. . . . . sed . . . . illacrimabiles
Urgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro,
Paulum sepultae distat inertiae
Celata virtus [3].

Atque idem accidisse jure queri possumus illi Hervordiensi, cujus nomen tenebris obrutum lividaeque oblivioni longum per tempus traditum fuit. Quod minus mirum, si eum monachum fuisse tecum reputes.

De Henrici vita quae novimus, neque magni sunt momenti et omnia nonnisi ad medios ac postremos aetatis annos pertinent; quae enim fecerit, antequam in ordinis sancti Dominici coenobio

[1] natus d. 18. Jul. a. 1743. in Holsatia, ab a. 1780. Helmstadii usque ad a 1810. munere professoris historiae literarum et linguarum orientalium functus est. Universitate illa dissoluta, Halas Sax. vocatus, ibi d. 17. Novb. a. 1814. ex vita discessit. Singulariter Brunsius est meritus, quod egregia literarum opera oblivioni eripuit notaque fecit neque minus geographiam et literarum historiam amplis dissertationibus illustravit. [2] *Beiträge zur Erklärung alter Handschriften. Braunschw.* 1802. I, p. 11. [3] Horat. carm. IV, 9, 26 sq.

Mindensi receptus sit, ea, nisi forte vanas suspiciones sequi et ad conjecturas plus minusve probabiles redire volumus, conjici non possunt. Ex scriptis ejus tantum cognoscere nobis licet, quali ingenio praeditus quaque honesta ac liberali institutione eruditus tam illustrem se in historia praebuerit; non enim ex sordida institutione evadit, qui historiae facundia in rebus et saecularibus et ecclesiasticis praeclarus.

Hervordia, comitatus Ravensbergensis in Westfalia civitas antiqua et celebris, ubi jam Ludovici Pii temporibus fundatum ad magnam gloriam se extulit monasterium, ejus est patria. Hanc quidem communem fere omnium opinionem J. L. Bunemannus [1] vix certis argumentis evinci posse contendit, satisque audacter confirmat, Henricum ad illam gentem de Hervorden referendum, quae nomen inde traxisset cujusque forte majores fuissent patria Hervordienses [2].

Sed quocunque modo haec res sese habet, quum propter notitiarum inopiam nihil omnino certi de hac conjectura, Henricum nostrum ad illam pertinuisse gentem, statuere possimus, multae sunt rationes quae obstent, quominus eum Hervordiae esse ad lucem editum putemus. Ii enim qui Henricum nostrum Hervordiensem fuisse negent, nihil quo id demonstrent afferunt, neque ex ea re, quod familia quaedam de Hervorden exstitit, ullo modo demonstratum est, eum Hervordiae natum non esse. At habeo quaedam, quibus ad summam usque probabilitatem haec sententia, eum esse Hervordiensem, adducitur. Notum est, monachos in profitendis sui ordinis regulis ad omnem prioris vitae recordationem exstinguendam nomen quod iis baptizatis attributum sit et nomen gentilicium cum aliis commutasse atque a patria vel urbe vel terra iis temporibus plurimos scriptores sibi paravisse cognomina. Et hoc monachis usque ad hodiernum diem usitatum fuit. Praeterea in Henrici chronico hoc reperitur vestigium patriae amorem declarans, quod in eo disserens de fundatione monasterii ejusdem urbis et de sancta Pusinna quam ibi venerabantur, supra modum solitum de miraculis aliisque ibi factis mirabilibus multa fecit verba (cf. pag. 49. 51. 58. 61).

De patria Henrici alii inter se docti viri dissentiunt, et mirum eorum studium animadvertere licet, illum urbi Erfordiae Thuringorum vindicandi. Quod enim nonnulli afferunt, eum fuisse Erfordiensis universitatis in ejus primordiis magnum decus ibique theologiae doctorem et professorem, qui magno cum applausu docuisset juvenes [3], mihi res dubia, quin etiam falsa videtur. Qui enim inter eos qui de Henrico scripserunt principem locum tenet, Bunemannus, quoniam in disserendo fontibus monasterii ad sanctum Paulum usus est, nihil de hac re commemorat; maxime autem illud obstat, quod universitas Erfordiensis, ut alii dicunt a. 1389., alii a. 1392., quo Henricus tempore jam dudum e vita excesserat, fundata est. Exstiterunt ante illam in Germania nonnisi Viennensis a. 1365., Heidelbergensis a. 1386. et Coloniensis a. 1388. fundatae.

Gudenius [4] quidem dicit, universitatem ibidem a. 1360. fundatam esse ab archiepiscopo Moguntiaco Adolfo comite de Nassovia, eam autem, quum exstaret in ecclesia schisma et duo essent papae, Urbanus VI. et Clemens VII., immunitates accepisse ab illo. Utcunque se habet res, in hac Gudenii relatione multa sunt quae magnopere offendant. Clemens VII. enim decretum de universitate constituenda anno primo pontificatus d. 1. Octob. a. 1378. [5] civibus Erfordiae rogantibus dedit et bullam fundationis d. 16. Septb. a. 1379. addidit; quod autem sibi auctoritatem ac favorem in Germania non poterat conciliare, Erfordienses, ut eventui qualiscunque esset prospicerent cauti, papam Urbanum VI. adierunt et acceperunt privilegiorum bullam d. 3. Maji a. 1389., et sic universitas die dominica a. 1392. ab archiepiscopo Joanne, Adolfi fratre, inaugurata est [6]. Attamen quamquam ingens statim cepit incrementum universitas habetque matricula frequentem numerum theologiae et artium magistrorum, qui ex aliis academiis illuc confluxerunt, Henricum nunquam ibi praeceptorem esse versatum, ex verbis allatis accipi potest. Praeterea catalogus doctorum Erfordiae promotorum, ut ipse Motsch-

[1] Historia domus et fratr. praedicatorum Mindensium. Mindae 1730. 4. [2] Mooyer hac de gente nobili in *Miscellen zur Geschichte Herfords* (ap. Erhard, *Zeitschrift f. vaterländ. Gesch. u. Alterthumskunde* IV, p. 84—95) notitias collegit; p. 90. jure in dubitationem vocat, nostrum illi posse adnumerari. [3] Oudinus, commentar. de script. ecclesiast. antiq. Lips. 1722. Tom. III, p. 973, cui notitias de Henrico G. Leibnitius epistola Hannoverae data a. 1712. d. 12. April. communicavit. — Motschmann, Erfordia litterata. Erford. 1733. Tom. II, p. 595: *Auf der Universität lehrte er eine Zeit lang mit grossem Ansehen und allgemeinem Beifall, und war sonderlich um 1350 berühmt.* — Adelung, *Directorium d. i. chronolog. Verzeichniss der Quellen der sächsischen Geschichte. Meissen* 1802. p. 171, qui autem nititur in Motschmanno. — Novissime hanc fabulam repetivit H. Kletke, *die Quellenschriftsteller zur Gesch. des preussisch Staats. Berlin* 1802. p. 341. not**. [4] Historia Erfurtensis. Duderstad. 1675. p. 121. [5] secundum J. Rehfeld, trophaeum hermetico-hippocraticum. Erfordiae 1634. p. 190. [6] Cf. Erhard, *Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung. Magdeburg* 1827. I, p. 155—172.

mannus[1] testatur, non Henricum de Hervordia, sed Henricum de Munden nominat. Apud Erhardum[2] primos universitatis Erfordiensis praeceptores nominatim recensentem eundem legimus M. Henricum de Munden. Ac mea quidem sententia ei fides maxima est habenda. Dicit enim l. l. II, p. 13: *In Erfurth scheint man sehr auf die richtige Angabe der Namen gehalten zu haben, wie auch andere Beispiele beweisen, wo Männer, die sonst nur unter ihrem angenommenen Gelehrten-Namen bekannt sind, in den Erfurthischen Nachrichten unter ihrem eigentlichen Familien-Namen vorkommen, welche zum Theil nur noch aus diesen Nachrichten bekannt sind.*

Si igitur has notitias cum praecedenti conjunxeris, facile est intellectu, falli omnino Motschmannum et caeco patriae amore captum tempora inter se commutasse, tantumque abesse, ut hoc argumento in suam rem possit uti, ut plane contrarium inde sequatur, Henricum nostrum Erfordiae non floruisse. Sic ex tribus autoribus allatis, Bunemannum dico, Motschmannum atque Erhardum, a quibus fontes authenticos ad argumenta sua firmanda exhaustos esse certum est et qui contraria afferunt, haec res conficitur, Henricum neque Erfordiae professoris theologiae munere functum neque ibidem theologiae doctorem esse renuntiatum[3].

Quod Erfordia in Thuringia medio aevo illustri gaudebat nomine, Hervordia autem reddita erat obscura, factum est, ut scriptores una voce Henricum assererent Erfordiensem. Auctor hujus sententiae exstitit Trithemius[4], qui eum perperam Einricum de Erfordia nuncupat, et recentiores: Centuriatores Magdeburgenses[5], Leander Albertus[6], Possevinus[7], Vossius[8], Simlerus, Wolfius[9], Usserius[10], Gessner[11] etc. male idem nomen literis prodiderunt ac propagarunt[12].

Neque hoc erit urgendum, quod apud Reimannum[13] Henricus Mindae natus ac monachus Erfordiae factus dicitur. Nam inter omnes scriptores, illum Mindensis monasterii socium fuisse constat, sicque Reimannus sine idonea ratione discedit a scriptorum auctoritate. Sed age omittamus hunc, cujus fidei quid attinet patrocinari? Illud mirandum, quod Brunsius quoque, Henricum monachum praedicatorum ordinis Hervordiensis domus fuisse narrat[14], quamquam anno 1802. in *Beiträge zur Erklärung alter Handschriften etc.* cum Mindensem coenobitam nominavit.

Praeterea errarunt viri docti, qui eum non Henricum sed Hermannum vocant, quod primus fecit W. Rolevinckius de Laer[15] his verbis: 'Hoc in chronicis Gregorii Turonensis habetur, quod etiam testatur dom. Johannes de Essendia . . . . . et frater Hermannus de Hervordia, ord. praed., qui hanc expeditionem diligenter prosequuntur, et hos prout in plurimum sequor'. Procul dubio Rolevinckius incidit in codicem Henrici de Hervordia, ubi praenomen prima litera notatum fuit, qua 'Hermannum' significari arbitratus est, licet Henricus designaretur. A quo sese decipi passus est Hallervordius[16], adeo ut ex uno viro duos sibi fingeret, quorum alter pag. 724. ipsi Henricus Hervordiensis, alter pag. 728. Hermannus de Hervordia vocatur, quum ex verbis Rolevinckii sibi persuaserit, istum Hermannum de Hervordia peculiari libro descripsisse expeditionem Caroli Magni in Saxoniam, quum Rolevinckius intelligat magnum Henrici opus historicum, in quo simul de illa expeditione disseruit. Res tam aperta prostat, ut ulla non sit quae hac de re moveri possit dubitatio, nec quicquam de hoc errore dixissem, nisi hi viri Henricum et Hermannum miscuissent. 'Hermanni de Hervordia manuscripta commentaria de rebus Westphaliae' affert Hamelmannus[17]; cujusmodi autem illa fuerint,

[1] l. l. [2] l. l. p. 167. Etiam in ejus dissert.: Academia Erfordiensis de literis tam sacris quam profanis optime merita. Erford. 1813. [3] Praeterea nullo in chronici loco invenitur vestigium, quod Henricum Erfordiae versatum esse demonstret, nisi quis violenter illud ad a. 1337. p. 258. narratum confirmandi causa allaturus sit, quo dicit: 'Vicesimo tertio anno Lodewici pluvia sanguinis fuit in Erphordia Thuringie colore rubicundissimo. Cujus guttas in albo lineo panno receptas ego ipse vidi'. [4] De script. ecclesiast. Basil. 1494. p. 90. [5] Ecclesiast. histor. Basil. 1564. e. g. cent. III, p. 242. [6] De viris illustr. ordin. praedicat. lib. IV. p. 152. [7] Apparatus sacri. Venet. 1606. Tom. II, p. 15. [8] De historic. latin. Francof. 1677. p. 529. [9] Memorabil. lectionum centenarii XVI. Lauing. 1600. I, p. 278. 374. 501. 639. 640. [10] Gravissimae quaestiones. [11] Bibl. p. 327. edit. Tigur. 1583. [12] Idem jam dicit Sagittarius in histor. Bardewici, Jenae 1674. p. 472: 'Male Centuriatores et ante hos Trittenhemius et post illos Vossius aliique Henricum hunc Erfordiensem monachum fuisse autumant'; pag. 38: 'Henricus Hervordiensis monachus, qui male Erfordiensis vocatur'. Kettner, de prima abbatissa Quedlinburg. Quedlinb. 1711. p. 19: 'Male a Trithemio Erfordiensis vocatur'. Ejusdem erroris Vossium arguit Conringius in epist. ad Fürstenberg. a. 1694. editis p. 15. 16. [13] Hist. litterar. german. II, p. 400: '*Heinrich von Erffurt war bürtig aus Minden und wurde ein Päbelermönch zu Erffurt.* [14] *Braunschweigisches Magazin. Jahrg.* 1803. No. 14. p. 218.
[15] De Westphalorum situ etc. lib. III. c. 3. Colon. 1514. p. 23. et ap. Leibnit. SS. R. Brunsvicens. III, p. 621.
[16] Spicilegium de histor. lat. in supplem. et observat ad Vossium ed Fabric. Hamburg. 1799: 'Henricus Hervordiensis (quem alii Erfordiensem vocant) monachus ord. praed. aedis s. Pauli apud Mindenses fecit librum' etc. 'Hermannus de Hervordia peculiari libro delineavit' etc. [17] in genealog. et famil. illustrium comitum in Westphalia in Opp. omn.

ex ejus opere enucleari non potest, fereque Hermannum hunc non diversum esse ab illo Henrico, de quo hactenus verba feci, crediderim.

Id sane hac disputatione evici et argumentis idoneis firmavi, unùm illud esse nomen nostri scriptoris rectum: Henricus de Hervordia.

Quando, quibus parentibus Henricus natus, quo vitae genere a pueritia inde usus sit et quot annos vixerit, memoratum non video, quoniam a nullo, quem noverim de eo testimonia exhibentem, scriptore de notandis illius temporibus aliquid relictum est atque ipsius chartae silent; tantum ex anno quo mortem obiit aliisque singulis quae passim leguntur concludi potest, Henricum forsan floruisse saeculo XIII. exeunti adolescentem, sed mediam atque extremam ejus aetatem et obitum incidisse in saeculum XIV., Carolo IV. imperatore et papa Gregorio XI. sceptra gerentibus.

A Schatenio [1] accipimus, Henricum, admodum juvenis quum esset, mundo ejusque voluptatibus despectis, se abdidisse in monasterio Dominicanorum ad s. Paulum [2] Mindae urbis ibique educatum et omni literarum genere egregie instructum esse. Nil moramur, quod in codice 2. manu saeculi XVI. inscriptum invenitur: 'Auctor fuit Henricus de Hervordia ordinis praedicatorum conventus Susatensis'. Ille Susati commoratus est (cf. a. 1328) et forsan plures annos, quod eam ob rem magnam prae se fert probabilitatis speciem, quia non mediocrem posuit operam in historia comitatus Markae, cujus fontes ibidem facillime sibi parare poterat. Hoc autem mihi in exploratis videtur, nota illa non effici, Henricum fuisse canonicum. Martenaeus, qui hunc sensum istis verbis subjunxit, certe longe a recta interpretatione abfuit [3]. Postea autem Henricus reversus est Mindam.

Anno 1340. versatus est [4] Mediolani, ubi affuit translationi b. Petri martyris factae et capitulo generali sui ordinis ibidem celebrato, quo in causis monasticis scientiarum suarum copias expromendi occasionem nactus est. Se in eodem 'F. Eliam (de Ferrariis) sexagenarium hominem ord. praed. quondam Tolosanae provinciae provincialem, et tunc priorem monasterii Prulliani et diffinitorem capituli generalis Mediolanensis', cognovisse, testatur in Catenae aureae part. X. fol. 58 [5]. De nostro ibi praesente Quetifius et Echardus [6] opinantur: 'affuit (scil. capitulo) forte ut provinciae suae Saxoniae diffinitor'.

Mediolano retulit quae compilationi sui chronici magnae conducere poterant. Ibi enim historias ab injuria temporum tunc immunes diligenter consuluisse atque alia cujusque generis monumenta historica perlustrasse videtur, ut ex quibusdam adhibitis fontibus dilucide apparet [7].

Quin Hervordiensis variis apud suos aliis functus sit muneribus et praefecturis, etiam praefuerit scholae Mindensi, nullus dubito; fortasse ad illius discipulos erudiendos scripsit libellos, quos pro juniorum instructione et exercitatione composuit [8].

Henricus aetate provectus diem supremum obiit in domo praedicatorum Mindae d. 9. Octobr. a. 1370., et anno 1377., quum recoleretur ejus memoria et monstrarentur historiarum volumina, quae istic conscripserat [9], jussu Caroli IV. imperatoris ibidem commorantis exhumatus et honestiori loco denuo sepultus est; favorem enim et gratiam sibi conciliarat intra et extra muros Mindensis coenobii nominisque celebritatem, et quod recenti adhuc laude florebat, illo honore ornatus est. In templo Dominicanorum requiescit. Cujus rei mentionem facit Anonymus [10] in chronico Mindensi his verbis: 'Eodem anno recolendae memoriae frater Henricus de Hervordia post labores quos in studendo dictandoque desudaverat, anno Domini 1370. ipso die b. Dionysii migravit ad Dominum sepultusque ante ostium chori ambitum versus. Deinde anno Domini 1377. de voluntate ac mandato Caroli Bohemi Romanorum imperatoris exhumatus et ante altare majus penes candelabrum stannerum denuo sepultus est, cujus anima requiescat in pace' [11].

Lemgov. 1711. p. 346. [1] Annal. Paderborn. Neuhusii 1698. II, p. 381. [2] ap. Schaten. l. l. falso: 'ad s. Paulinum'. [3] Voyage litteraire Tom. II, p. 251. cf. ejus verba §. 7. [4] Ipse hoc narrat ad ann. l. p. 264. in chronico. cf. Ersch et Gruber, encyclop. II. sect. pars V, p. 6. [5] Quetif. et Echard., script. ord. praedicat. Lutet. Paris. 1719. I, p. 627a. [6] l. l. I, p. 665. [7] Cf. §. 4. Liber pseudoapostolorum, Liber de magnalibus Mediolani et Fontes de Henrico VII. (p. 227 sq.). [8] Cf. §. 2. [9] Schaten. l. l. II, p. 398. [10] ap. Meibom. SS. R. German. I, p. 569. cf. Fürstenberg., Mon. Paderborn. ed. 2. Amstelod. 1672. p. 202; Wattenstedii chron. Mindens. ap. Paullini, Syntagma rer. et antiq. German. p. 36; Culemann, *Zweite Abtheilung Mindischer Geschichte. Minden* 1747. p. 35. 38; Bessen, *Geschichte Paderborns* I, p. 254. [11] Non possum facere, quin hic Schatenii l. l. II, p. 381. memoratu dignum subjiciam locum, qui breviter quidem sed acute et accurate omnia perstringit: 'Nono Octobris, inquit, hoc anno (1370), quo festum s. Dionysii agitur, obiit Henricus de Hervordia, ortus ex Hervordia oppido, comitatus Ravensbergensis et dioecesis nostrae, a primo aetatis flore cooptatus in familiam s. Dionysii, sacerdos, religione et doctrina inter suos ex tempestate celebris . . . . .; ille laboribus scribendo dictandoque Mindae immortuus sepultusque est ante chori ambitum in aede sui coenobii; corpus ejus Carolus IV. impe-

Pompae funebri imperator Carolus ipse adfuit, et ut eam redderet honorificentiorem, adesse jussit legatos episcopos Gerhardum Hildensemensem et Henricum Wormatiensem, Henricum episcopum Paderbornensem, Wedekindum episcopum Mindensem, ducem Wenzeslaum, Albertum ducem Saxoniae et Luneburgi, Burchardum comitem de Hardeck, Gerhardum de Hoya, Bussonem et Henricum de Schrapelow, Ottonem advocatum nobilem de Monte, Petrum de Wardenberg vulgo de Jost, Cunonem de Colditz, Albertum de Sternberg, Simonem de Lippia, Alhardum de Busche in Ravensberg, praefectum urbis Mindae Joannem Bodendorp [1]; unde facile conjicere licet, tunc jam magno nomine floruisse et valde ab historia commendatum fuisse nostrum.

Henricus erat illustre sua aetate provinciae Saxoniae decus et ornamentum [2], laboriosus et doctus homo, eaque usus est vitae et artium disciplina, quo animum aleret et ingenium doctrina subigeret. Ad literas toto animo incubuit seque contulit ad philosophiam et theologiam, cujus doctrinam tenens legendis patrum ecclesiasticorum libris amplificavit. Sic ut uno tantum utamur exemplo, diligenter tractavit Johannis Cassiani collationes patrum XXIV [3] ejusdemque alia opera, de quibus dicit: 'nec inter multa antiquorum opuscula quidquam ad spiritualis profectus ac perfectionis apicem tendenti utilius arbitror me legisse. Nam et pater noster Dominicus, ut in ejus vita legitur, librum qui Collationes patrum inscribitur studiose frequenterque legens et vigilanter intelligens, salutis in eo rimatus semitas, magnum perfectionis apicem comprehendit. Agit siquidem liber iste de cordis puritate, de vitiis et omni perfectione virtutum, cujus frequens lectio Christi discipulum Dominicum ad multam cordis puritatem . . . . . provexit' [4]. Hinc factum est, ut cognitionem quum philosophiae tum omnium quae ab egregio theologo exiguntur sibi pararet accuratissimam. Sed cum his divinarum rerum studiis humanarum rerum studia diligenter conjunxit, eademque ita, ut non solum literis latinis satis doctus, sed etiam antiquitatis et chronologiae non ignarus exsisteret. Historicum vero se professus, multum temporis et curae dedit memoriae veteri, plurimum rebus media aetate gestis. In eo erat ampla fontium lectio, laudabile studium, summa industria in rerum memoria et servanda et posteris justo ordine tradenda conspicua. Quare non est quod miremur, virum hunc virtutum doctrinaeque genere cumulatissimum praestantissimo ornamento, nomine m a g i s t r i, affectum esse [5].

Plures scriptores Hervordiensem nostrum eximie et coluerunt et cohonestarunt, ex illorumque libris, quod verba ex diversis locis hîc in unum collecta sub oculos posuerim, neminem fore qui me vituperet spero. 'In divinis, inquit Trithemius [6], scripturis longo studio exercitatus et non mediocriter eruditus atque in saecularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit ad aedificationem ecclesiae nonnulla volumina, quibus nomen suum et famam multis notificavit'. Idem ait alio in loco [7]: 'Eodem tempore (1350) claruit apud Thuringos Henricus de Erfurdia, vir magnae eruditionis tam in divinis scripturis quam in literis saecularibus, philosophus, jurista, theologus et historicus insignis, qui scripsit non contemnendae utilitatis opuscula, quorum editione sui memoriam posteris commendavit'. Quin quae praeclarissima testimonia et optima commendatio ad posteritatem mihi quidem videntur, valde enim dubito, num praeclarius quam his verbis quisquam possit unquam laudari. His addere libet quae doctissimus Meibomius [8] avus de eo ejusque libris scripsit: 'Inter doctos viros, quos haec urbs (Hervordia scil.) multos extulit, merito numeratur Henricus de Hervordia . . . . . Scripsit is praeter alia nonnulla volumina historiam universalem ab orbe condito usque ad annum Christi 1355., in qua de rebus Saxonicis multa notatu digna reperiuntur'. Apud eundem Meibomium in notis ad chronic. comit. Schauenburg. [9] audit 'Henricus Hervordiensis . . . . rerum Saxonicarum scriptor diligentissimus'. De eodem Meibomius [10] nepos sic: '. . . . . Henricus . . . . librum scripsit . . . . ., qui in posteriorum saeculorum et sui aevi historia multa de rebus Saxonicis egregia et alibi non obvia, veteris imprimis Saxoniae, narrat . . . . . Rerum certe Saxonicarum diligentissimus est

rator, quum post 7 annos Mindam adiret, ob praeclaram nominis famam laboresque pro republica in scribendis historiis susceptos exhumatum honestiori loco ante principem aram condi jussit. Tantum honoris sapientissimus caesar viris doctis, quorum amans erat, historicisque detulit'.

[1] Wattenstedii chron. Mindens. l. l. p. 36. Schaten. l. l. *Westphälische Provinzialblätter.* Minden 1843. Tom. III, fasc. 4, p. 5.

[2] Quetif. et Echard. l. l. I, p. 665. Oudinus l. l. Tom. III, p. 973.

[3] edid. H. Cucquius. Antverp., Petr. Ciaconius, Romae et Lugd. etc.

[4] Cf. Henrici chron. ad a. 411.

[5] Cf. Lerbeckius in chron. episcop. Mindens. ap. Leibnit. SS. R. Brunsvic. II, p. 183, ubi magister nominatur. Antequam literarum universitates media aetas suspexit, nomine 'magistri' doctissimi ornabantur, et monachi hunc usum imitati sunt.

[6] l. l.

[7] Chronic. Hirsaug. II, p. 217.

[8] in notis ad Gobelini Personae cosmodrom. aet. VI, c. 47. Francof. 1599. et in SS. R. Germ. I, p. 358. Cf. eadem ap. Paullini dissertat. historic. d. II. §. 12. p. 31.

[9] SS. R. Germ. I, p. 521.

[10] Introduct. ad Saxon. inferior. histor. Helmst. 1687. p. 101.

scriptor, et ab omnibus post eum chronicariis describitur'. Nemo inter priores magis Hervordiensem admiratus est quam Lerbekius, cujus haec sunt verba ex chronico comit. Schauenb. petita: '. . . . . ut utar verbis illius magni et doctissimi viri Henrici de Hervordia'. Wattenstedius[1] ait: 'Henricus erat laboriosus et doctus homo, scriptis etiam famosus'. Annales Paderbornenses[2]: 'Henricus de Hervordia celebris sua aetate scriptor'.

Nec minus veterum scriptorum et literarum disciplinis noster eruditus fuisse videtur, quippe qui librum, qui nunc in bibliotheca Guelferbytana (No. 653) exstat, tractatum de fallacia visus, Boethii arithmeticam, Horatii epistolas et Sidonii Apollinaris epistolas continentem, conventui fratrum ordinis sui Mindensis donaverit. Ad calcem ejus scriptum legitur: 'Memoriale fratris Henrici de Hervordia pro libraria conventus Mindensis fratr. ord. praedic.' Illum horum aliorumque scriptorum vestigia sequutum esse, et praefatione et innumeris chronici locis perhibetur; ac nisi etiam nunc in bibliothecis ejus major chronici pars lateret, plus quam semel ad lectionem poetarum ac scriptorum vulgatam aut confirmandam aut refellendam adhiberi posset.

Quodam in loco chronici invenitur lacuna picturae dedicata, quae figuram hydriae fictilis, quam incolae Canopi deum esse credebant, ostenderet (cf. a. 390); num autem ex hac re colligi possit, Henricum etiam pictorem fuisse, ob eam causam dubitaverim, quod codices non exhibent effigiem, et in promptu est conjicere, illum per alienam manum accurata hydriae pictura ornaturum fuisse chronicon suum: quod in aliorum scriptorum codicibus observatur, ubi librarii et pictoris opera separata sunt, e. g. in codice Heidelbergensi carminis Chunradi de Carolo Magno.

Rerum naturalium scientiae magnam dedisse operam videtur, quum saepius earum mentionem injiciat (cf. a. 1326. 1328. 1339. cet.) et diligenter Alberti Magni libros evolvens ex his de rebus physicis pluria mutuatus sit.

Haec sunt testimonia de Henrici vita tradita, pauca quidem, sed ea quae sufficiant ad virum cognoscendum[3].

## §. 2.
## De Henrici scriptis.

Henricum nostrum in curriculo septem artium liberalium feliciter contendisse ex iisque non mediocrem doctrinam hausisse, constat. Ille enim erat scriptor fertilissimus, qui in arena literaria insignem non immerito famam sibi paravit, quum, ut ex ipsius scriptis elucet, magnam scientiam complecteretur et more virorum eruditione atque diligentia insignium intra claustrum viveret. Scripsit, ut ipse in quodam praefationis ad Catenam auream loco profitetur Possevino teste[4]: tractatum de conceptione beatissimae Virginis[5]. Hunc in pluribus locis citat partis X. Catenae aureae, in quibus, cui sententiae addictus fuerit, intelligi potest[6]. Alios ejusdem tractatus ex supradicto prologo laudat Possevinus duce Lusitano, qui legerat Neapoli: de ornatu clerici, summam de casibus conscientiae[7], de diis gentium[8], de invectivis in Hebridam metricum, in illa verba evangelii: 'super cathedram Moysis' sermones plures, de metris et eorum pedibus, de proverbiis, de principio oratorum et poetarum, orationes pro juniorum instructione et exercitatione[9]; praeterea auctore Bunemanno[10] sermonem de s. Joanne Baptista ex dictis, doctrinis, orationibus sanctorum et doctorum plurimorum, et auctore Trithemio[11] in libros sen-

[1] l. l. [2] ad a. 1370. lib. XI. [3] Aliorum qui cum laude ejus mentionem faciunt, ut Leandri Alberti, Lusitani Pii, Fernandezi et Altamurae scripta in meum non venerunt usum. [4] Apparatus sacri. Venetiis 1606. II, p. 15. cf. Fabric. bibl. lat. med. et infim. aetat. lib. VIII, p. 658. [5] Oudinus l. l. dicit 'tractatus tres'. Si ille autem hunc tractatum non ad Henricum nostrum spectare contendit, sed ad Johannem de Erfordia ord. fratr. minor. (virum juris peritia insignem atque scriptis eccles. clarum, qui eodem tempore viguit), quod fratres praedicatores semper scripsisse leguntur contra b. Virginis conceptionem, quam cum ardore et zelo fratres minores defendebant, haec non est causa ad persuadendum idonea. Antequam quae ille tractatus contineat cognovimus, res dijudicanda non est. [6] Quetif. et Echard. l. l.
[7] Omisit Joecher, *Gelehrten-Lexicon* s. v. II, p. 1586, memorat Trithem. in chron. Hirsaug. II, p. 217.
[8] Hoc scriptum verisimiliter ortum est in chronico condendo, cui, ut ait in praefatione, quaedam de diis gentium et de sacris eorum opportunis temporibus et locis inseruit. [9] Has orationes nonnisi Quetifius l. l. et Joecher l. l. commemorant. [10] l. l. ait: 'In bibliotheca s. Mauricii et Simeonis ord. s. Benedicti hic Mindae a. 1719. vidi et legi sermonem illum . . . . qui adhuc est ineditus'. Cf. Bunemann., de bibliothecis Mindens. antiq. et nov. Mindae 1719. No. 16. [11] Chron. Hirsaug. l. l.

tentiarum lectiones composuit libros quatuor. Certe locus, in quo adhuc illorum exemplar aliquod reperiri possit, nullus mihi notus est. Tum opus quod inscripsit Catena aurea [1]. Quae erat in decem partes distincta, quarum unaquaeque per ansas dividitur, et ansa quaevis per quaestiones. Opus est, inquit Lusitanus, in quo de quolibet ente more problematico secundum veram entium cohaerentiam disputat. Habebatur hic liber Neapoli in conventus s. Dominici bibliotheca [2] manuscriptus. Ejus exstant nona et decima pars in bibliotheca imperiali Parisiensi cod. manuscr. no. 5792. fol. med. membran., cujus lectorem non pigebit aliquam hîc notitiam accipere. „Principium: Nona pars aurec Catene entium vel problematum fratris Henrici de Hervordia. De anima et ejus potentiis, actibus, passionibus, habitibus etc. Prolocutio: Nunc secundum promissum de homine dicendum. Homo igitur dupliciter consideratur: 1. quantum ad principium sui formale, per quod in esse constituitur, quod est anima, de qua in hac nona parte inquiretur; 2. quantum ad hominem ipsum in se, de quo in parte decima. In hac parte nona sunt anse 7 et quaestiones 408. Finis fol. 28., ubi sic legitur: Finit pars catene auree nona. — Incipit decima pars catene auree entium vel problematum fratr. Henrici de Hervordia ord. fratr. pred. de homine secundum seipsum et de omnibus ejus conditionibus. Finis fol. 62. et circulatio catene nostre compleatur quasi a Deo incipiens et per entia vel per creaturas quaslibet, puta intelligentias, angelos, celos et elementa, usque ad infimum simplicium, quod est terra, descendens, consequenter et coherenter et ordinata protracta, et ab illo regyrando per transmutationes, impressiones, commistiones et commista omnia, puta mineralia, vegetabilia, animalia, hominem et ejus beatificationem, percurrat ad et in ipsum, qui est *A* et *Ω*, principium et fines, principium unde fluunt, finis in quo quiescunt omnia, et sic ipsa catena nostra circulariter sibi reconjuncta finietur et renuntiatur ut dicti finis principio, creatura creatori Deo, qui est fons et clausula omnium que sunt, fuerunt queque post ea futura sunt seculorum seculis. Benedictus in omnia seculorum secula. Amen. Explicit catena aurea per decem partes principales et per 52 ansas distincta etc. Finitus est et completus liber iste per manus domini H. Herchofii canonici et thesaurarii ecclesie s. Martini Mindensis anno incarnationis Domini 1374. in profesto b. virginis Margarete'.

Longe diversam esse apparet rationem eorum qui putent, hunc canonicum non scriptorem librarium illis verbis se praestare, sed auctorem, qui tam expressis verbis initio decimae partis designatur. Henricus enim morte praeventus non ipse catenam in publicum emisit, sed Herchofius editoris vices sustinuit. Nihilominus Petrus de Alva in *Pleytos de los libros* p. 36. denegat, Henricum fuisse Dominicanum et auctorem catenae aureae, quam sine ulla causa dicto Herchofio vindicat. In hoc opere auctor permultas res in medium affert, quas ex Alberto Magno, ex Thomae de Aquino summa theologiae et ex Aristotelis commentariis quaesivit. Citat etiam frequenter librum de temporibus memorabilioribus, de quo nunc mihi dicendum erit.

## §. 3.
## De Henrici chronico.

Jam pridem accidit, ut docti de hujus operis praecipui ac gravissimi nostri Henrici de Hervordia titulo ac tempore, ad quod deductum sit, in diversas abirent sententias, itaque in tanta sane sententiarum varietate operae erit pretium vestigia sequi, ut, quod nomen Henricus ipse libro inscripserit, primum perspiciatur.

Hermannus Corner [3] librum vocat aetates, avus Meibomius [4] historiam universalem, nepos Meibomius [5], Motschmannus [6] et Adelungius [7] de temporibus et rebus memorabilibus, Trithemius [8], Oudinus [9], Sagittarius [10] et Gessner [11] de factis memorabilibus, Possevinus chronicon generale a creato mundo usque ad annum Domini 1355., Brevissima chronica magistrorum generalium ord. praedicat. [12] chronicam gloriosam, Ferdinandus de

[1] Saeculo VI. theologi Graeci — e. g. Procopius de Gaza, Olympiodorus — interpretationes veterum exegetarum biblorum sacrorum colligere et componere instituerunt, quas nominarunt catenas, ex ea causa quod ii loci quodammodo catenis inter se vincti essent — *ἐξήγησις συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων πατέρων.* [2] Cf. Possevinus l. l.

[3] ap. Eccard. SS. med. aevi II, p. 442; attamen 'de rebus memorabilioribus' II, p. 1095. Cf. Scheidt, bibl. hist. Goting. praef. p. XXXVII [4] l. l. Kettner in scripto de prima abbatissa Quedlinb. Quedlinb. 1711. p. 19. Meibomio duce idem nomen in medium profert. [5] Introd. ad hist. Sax. infer. p. 101. [6] l. l. [7] Directorium p. 171. [8] l. l. chron. Hirsaug. II, p. 217. [9] l. l. [10] Historia Bardevici p. 47. [11] Biblioth. Tiguri 1583. p. 327. [12] ap. Marten. et Durand., Ampliss. collect. VI, p. 385.

Fürstenberg episc. Paderbornensis[1] et Gehrkenius[2] de temporibus memorabilibus per aetates, Rosenmeyer[3], Staindelius[4] et Bessenius[5] de rebus memorabilibus, Falke[6], Vossius[7], Fleischer[8], Mollerus[9], Reimannus[10] et *Universallexicon der Wissenschaften und Künste*[11] de factis illustribus, Scheidtius[12] et Brunsius[13] de temporibus memorabilioribus, Stangefolius[14] chronica temporum memorabilium, denique Joecher[15] aliique libri rerum memorabilium. Notandum autem genuinum chronici ab ipso auctore titulum distincte indicatum esse Liber de temporibus memorabilioribus, quam inscriptionem ipse in operis fine laudavit.

Pertingunt haec memorabiliora continuo calamo ac temporis decursu ab orbe condito usque ad ann. 1355.[16] Certi quidquam de annis, quibus opus conceptum est, dicere non possumus; plures autem in eo enarrando consumptos esse, ex immenso operis ambitu sponte patet. Catena aurea opus ultimum Henrici fuisse videtur, quum Herchofius, ut jam supra monui, idem a. 1374., quarto anno post ejus obitum, perfecerit.

Eusebii chronicon ab Hieronymo in linguam latinam translatum a multis scriptoribus posterioris temporis quasi fundamentum est positum vel quadammodo continuatum, quod observari potest usque ad saeculum XVI. Etiam Henricum nostrum ad suum opus componendum illud Hieronymi scriptum argumentis historicis substruxisse iisque, quae ex aliorum libris deprompserit, auxisse, manifestum est; ipse enim confitetur[17]: 'sequar studium et consuetudinem hystoriographi precipui beati Jeronimi'; sua autem mente ac ratione haec illa addidit, aliisque ducibus chronicon suum distribuit in sex illas periodos seu aetates; primam a mundo creato usque ad diluvium, secundam a Noe usque ad Abraham, tertiam ab Abraham usque ad Davidis regnum, quartam a Davide usque ad captivitatem in Babylone, quintam a restauratione templi usque ad Christum natum, sextam a Christo usque ad tempus suum. Totum opus ab Henrico in tres partes divisum erat[18], quarum binae priores quinque aetates complexae sunt a mundo creato usque ad Octavianum Augustum[19]; prima vero, qua tres priores aetates continebantur, desideratur.

In chronico Henricus usus est methodo quam dicimus synchronisticam, et historiam uniuscujusque caesarum augustorum uno complectens capitulo, majoribus narrationibus praemissis, perlustravit fata Persarum, Hunorum, Gothorum, Vandalorum, Lombardorum, Britonum, Francorum et Saxonum; et ita quidem, ut cum rebus eodem tempore gestis fata etiam singulorum regnorum connecteret. Ad definiendum, quo anno unusquisque coeperit regnare imperatorum, adduntur plures aerae ut ita dicam, annus mundi, annus Olympiadum[20], annus Urbis (semper Ekkehardo duce, aut ejus computo fretus, illum noster exploravit), annus Domini, denique quotum locum teneat post Julium Caesarem. Sed praeter res historicopoliticas etiam offert res ecclesiasticas, in quibus multus est, quippe quum paparum seriem et eorundem decreta ac privilegia seu constitutiones, sanctos, synodos, coenobia etc. proponat. Plurium in Saxonia monasteriorum fundationes memorat, praesertim Corbejensis[21] et Hervordiensis[22], quorum tam origines quam quae ceperunt incrementa accurate exponit. Brevius aliorum mentionem facit: Amelunxborn[23], Königslutter[24], Gandersheim[25], Walkenried[26], Geseke[27], Lemgo[28], Soest[29], Insulae s. Mariae seu Campi s. Mariae[30], Blankenburg[31] etc. Eodem modo episcoporum Saxonicorum rationem habet, quos Magdeburgenses, Mindenses, Monasterienses et Colonienses brevius recenset, aliis prorsus neglectis. Circa finem saeculi XIII. et XIV. notitiae breviores Westfaliam et Saxoniam infe-

[1] l. l. [2] ap. Wigand, *Archiv für Alterthumskunde Westfalens* Tom. I, fasc. 2, p. 133. [3] *Westphalen und Rheinland. Jahrg.* 1822. *Stück* 32, p. 257. [4] ap. Oefele, SS. Boic. Tom. I, p. 522. ad ann. 1355. [5] *Geschichte von Paderborn.* Tom. I, p. 288. [6] *Entwurf einer Corveyschen Geschichte* p. 127. [7] De historicis latinis p. 529. [8] De vera origine et interitu judicior. Westphal. Hal. 1732. p. 8. [9] Homonymoscopia. Hamb. 1697. p. 576. [10] Hist. litter. Germaniae Tom. II, p. 400. [11] Halae et Lips. (Zedler) 1735. Tom. XII, p. 1561. [12] Bibl. hist. Gotting. praef. p. XXXVII. [13] *Beiträge z. Erklärung alt Handschriften* T. I, p. 4. [14] Annal. circuli Westphal. Colon. 1656. lib. III, p. 403. [15] *Gelehrten Lexicon* s. v. H. d. H. Tom. II, p. 1586. cf. Ersch et Gruber. Encyclop. II. sect., pars V, p. 6. [16] Errant viri docti qui alium annum indicunt. Ad annum usque 1255. scripsisse eum dicunt omnes editiones lexici universalis hist. geogr. et utraque editio *des Compendieusen Gelehrten-Lexici* Tom. I, p. 956, quod jam Falke l. l. et Bunemannus l. l. vituperaverunt; ad annum vero 1455. Reimannus l. l. [17] cf. pag 3. [18] Schaten l. l.: 'historiam a condito orbe ad sua tempora triplici ac grandi librorum volumine complexus est'. [19] Si Kletke l. l. p 467. dicit, Henrici opus integrum in codice Guelferbytano contineri, errat. [20] Sed nonnisi usque ad Karolum Magnum (cf. p. 39). [21] a. 820. [22] a. 789. 820. [23] a. 1133. [24] p. 146. et a. 1135. [25] a. 848. 852. [26] a. 1126. [27] a. 946. [28] a. 1306. [29] a. 1266. Albertus Magnus fundavit apud Sosatum monasterium sororum ord. praed., quod Paradisus nominabatur. [30] abbatis Cysterciensis in dioecesi Monasteriensi, a. 1148. [31] in ducatu Oldenburgensi prope Oldenburg, a. 1294.

riorem attingentes crebrius apud nostrum leguntur [1]. Deinde res literarias et alius generis immixtas, praecipue fabulosas narratiunculas habes, quibus veluti gemmis lucubrationes suas infarsit, ut Henrici chronicon quodammodo πάντα περὶ πάντων reddiderit, quae ante eum bene perfecteque literis consignata sint.

Ut autem fabrica quasi et textrina hujus operis intelligatur, uberius tractandi mihi videntur

## §. 4.
## Fontes eodem in chronico adhibiti.

Si quis de fide sive bona sive mala auctoris recte et subtiliter judicaturus est, discernere debet, quid ei ejusque fontibus tribuendum sit, nec unquam obtinebit sibi constantem sententiam aliisque probatam, nisi eam ad fontium auctoritatem revocaverit. Nam, ut Cicero [2] ait, tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre. Igitur maxime faciendum est, quod undique in chronico artis criticae vestigia occurrunt, quibus auctorem primo ea quae non in ipsius aetatem inciderunt abhinc ex scriptis fontibus sumpsisse, deinde fontibus satis circumspecte et caute usum esse apparet. Maximam partem noster eos nomine prodito, laudatis capitulis ac libris narrata continentibus, ad verbum descripsit, interdum etiam vel mutato ordine et tenore suis inseruit vel in brevius redegit. Saepe etiam e pluribus unam narrationem consuit, aut unius verba continua discerpens in plures annos digessit, suis quaeque diligenter, etsi non recte semper, temporibus adscribere studens.

Si autem chronicon attingimus, facile est ad intelligendum, derivatum esse partim ex variis tam veteris quam aequalis memoriae fontibus, qui hodie vel latent, vel ex alto sunt petendi, partim ex historiarum annaliumque libris, quorum ad plurimos etiam nobis aditus est. Nonnunquam quoque Henricus fontibus non additis narrata affert. Praecipue in rebus quae ad patriam ipsius attinent, Saxonicas dico, et quo propius in rebus narrandis ad suum tempus accedit, eo majorem sibi favorem conciliat; nusquam enim valde a vero aberravit, sed cum aliis fontibus plerumque convenit. (De ejus chronologia videas dicta in §. 6). Atqui quum Henricus unus et primus sit auctor, a quo multarum rerum vel narrationum cognitio petenda est [e. g. prima fundatio dioecesis Paderbornensis Heristelli ad Visurgim a. 782. facta; cf. Schaten., annal. Paderborn. ad ann. l. et chron. Mindense ap. Meibomium [3]; — consecratio ecclesiae Eresburgi per papam Leonem ejusque diploma de hac re (p. 42); — inventa metalla argentaria in monte Rammelsberg prope Goslariam temporibus Henrici I. regis; — fundatio urbis Brunsvigae a Brunone et Tanquardo fratribus, Ludolfi ducis filiis (pag. 73); — Mathildam Henrici I. uxorem fuisse filiam comitis de Ringelheim (p. 74); — jus vemicum seu occultum Westfalicum, quod a Karolo Magno institutum esse proponit ad a. 780. [4]; — christiana doctrina Bardevici praedicata ad a. 60. (p. 6) [5] etc.], illeque permultas res ex fontibus arcessiverit antiquis, accuratius in eos est inquirendum et nexus quo inter se tenentur examinandus, ut sic certum nobis judicium de eorum fide et auctoritate evadat: quod ubi statuerimus, facile erit rerum narratarum veritatem dijudi-

[1] cf. a. 1289. 1297. 1306. 1326. 1341. 1343. 1348. al. [2] De oratore II, 27. [3] Sed hoc in loco fraus literaria Henrico est objicienda, quum Ekkehardo ad a. 797. eandem adscribat narrationem, quae autem omnino apud eundem desideratur. Ad quod confirmandum appono utriusque verba:

| Ekkehardus a. 797. | Henricus a. 797. |
|---|---|
| Mediante autem mense Novembre ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit (scil. Karolus), positisque castris ad Wisaram, locum castrorum Heristal vocari jussit. | Egkardus: Post hec Karolus mense Novembri Saxoniam ad hybernandum intravit. Castraque posuit in Erestal, ubi nuper fundarat episcopatum, super fluvium Wyseram. |

Henricus pluries se praestitit falsarium; siquidem Karolum Magnum esse fundatorem Corbejae novae diversis in locis contendit, et hanc fabulam narratis inspersit, etiamsi in fontibus non reperiret. Cf. a. 820. dicta ex gestis b. Waldgeri et infra. [4] Cf. Meibom. de Irminsula Saxonica cap. 2. p. 25. in SS. R. Germ. T. III. Kopp, *Verfassung der heiml. Gerichte. Götting.* 1794. p. 3. not. c. Wiarda in *Beiträge z. den verschiedenen Benennungen u. d. Ursprunge der westfäl. Fehmgerichte* in Aschenberg, *Niederrhein. westfäl. Blätter f. Belehrung u. Unterhalt. Dortmund* 1802. II, p. 676. J. L. Fleischer, de vera origine et interitu judicior. Westphalicorum. Hal. 1732. p. 8: 'Primus auctor, qui judiciorum secretorum meminit, est Henricus de Erfordia, vel, ut alii scribunt, de Herfordia'. Sed hoc est justum judicium Boecleri in De Wittikindo p. 21., quod de nostro tulit: 'Henricus de Erfordia longius abest a temporibus Carolinis et nugis admixtis auctoritatem si quam habet destruit'. — E nostro transtulit Johannes de Essendia idem in historiam Karoli M. ap Scheidt, bibl. hist. Gotting. p. 63. [5] Schloepken, Bardewiksche Chronik p. 6. J. Hennig, orat. de prisco Saxoniae gentilitate. Helmst. 1694. p. 11. Sagittarius, hist. Bardewici p. 47. Rehtmeyer, *Braunschweigische Kirchengesch. Braunschw.* 1707. I, p. 8

care. Per egregium Pertzii opus, monumenta Germaniae historica, magna ejus laboris pars absoluta est.

Quibus auxiliis adjutus Henricus tempora adumbraverit, ipse strictim in chronici praefatione (cf. pag. 4) et in opere ipso testatus est. Procul dubio dictos fontes uberrimos ex coenobio Corbejensi, illa artium liberalium officina, aliisque vicinis, ut Hervordiensi, Paderbornensi, Susatensi, Bodeckensi (lib. de transl. s. Pusinnae) etc. arcessitos, ad manus habuit, quod ipse confirmat dicens: 'Ex omnibus antiquorum, quos ad presens potui habere, libris, hystoriarum atque annalium fastis de diversorum religiosorum monasteriis laboriose collectis presens opus extrahere . . . . . curavi' (cf. pag. 4). — Miror, quod neque Widukindi Corbeiensis monachi neque Thietmari Merseburgensis chronica in fontibus fuerunt, quamquam uterque ante illum de rebus Saxonum scripserat ipseque de priore dicit [1]: '37. anno imperii moritur Otto II., cujus vitam Wittikindus monachus Corbeyensis descripsit, qui etiam historiam Saxonicam usque ad hunc annum conscripsit'. Nihilominus Widukindi narratio ad nostrum etiamsi inscium ex Ekkehardo multis in locis pervenit, quum in rebus Saxonicis enarrandis persaepe hunc secutus sit.

Sed jam singulos fontes persequamur.

## I. Fontes majores.

1. Einhardi vita Karoli Magni (ap. Pertz. M. G. H. SS. II, p. 443 sqq.) ejusdemque annales (ap. Pertz. l. l. I.) erant in Henrici fontibus, quamquam neque ejus nomen nec scripta ullo in loco laudavit. Quae retulit a. 750. et 768., Gregorium Turonensem eorum esse auctorem contendit, sed falso, quum hic a. 595. diem obierit supremum et prolata redeant ad Einhardi vitam Karoli Magni. Verisimile est, quum, ut jam Freher in praefat. ad suam illius scripti editionem in Corp. Franc. hist. vet. Hanoviae 1613. monuit, vita Karoli M. in libris manuscriptis aliquando sine auctoris nomine inveniatur, nostrum habuisse ante oculos codicem, cui post Gregorii historiam Francorum laudatus Einhardi libellus scriptore celato annexus fuerit. Idem etiam Bredow [2] opinatus est. Affirmaverim autem, Henricum illa desumpsisse ex Ekkehardo (ubi leguntur a. 751. et 768), nisi haberem, quae huic arbitrio contradicant; Hervordiensis enim plura a. 750. excerpsit quam Ekkehardus, et easdem praebet lectiones (duabus exceptis) quas illius vitae scriptor. Videas ipse:

| Einh. I. 1. | Ekk. 751. | Henric. 750. |
|---|---|---|
| quae licet | sed licet | Que licet |
| aliud relinquebatur | aliud permittebatur | aliud relinquebatur |
| edoctus vel | edoctus aut | doctus vel |
| eam praeparvi | perparvam | eam preparvi |
| annuatim ob regni | annuatim Kalendis Maji ob regni | annuatim ob regni |

Aliis in locis Henricus narrata Ekkehardo tribuit, apud quem autem pauca tantum eorum reperiuntur; cetera redeunt ad Ekkehardi fontem, i. e. Einhardi annales, quibus noster laudata detraxit aut in codice suo invenit. Cf. a. 776. 778. 808. 813., ubi e. g. Ekkehardi verbis incipit: 'Karolus imp. Aquisgrani — appellari jussit', iis autem adjungit illa Einhardi ad a. 809.: 'de processione - magnitudinem', ut fere his et aliis locis pro Egkardus apud Hervordiensem Einhardus sive Eginhardus legi necesse esse crediderim.

2. (Luitprandi Ticinensis diaconi) Liber de gestis summorum seu Romanorum pontificum laudatur ad a. 387. 434. 443. 532 (ubi dicta falso ex Libro pont. sumpta esse dicuntur). 533 (ubi autem quaedam ex Vincentio immittit). 672. 686. 707. 773. 818. 824. 826. 843. 847. 863. 867. 873. 891. Liutprandum hujus libri auctorem non esse, constat, quamquam permulti ei hoc scriptum attribuerunt. Equidem libenter contenderim, in monasterio Corbejensi Saxoniae tunc florentissimo intra a. 900—950. illud compositum esse. — Cf. infra no. 55.

3. Herimanni Augiensis (Contracti) chronicon et

4. Lamberti Hersfeldensis annales (uterque ap. Pertz. M. G. H. SS. V.) persaepe in usum suum convertit noster, sed nullo in loco eorum nomina in medium profert, nisi ad a. 1052. [3], ubi di-

[1] a. 971. [2] Eginharti vita Caroli M. ed. G. G. Bredow. Helmst. 1806. p. XII. Ibidem quoque dici 'Henricum plura ex eo excerpsisse, plerumque vero ratione dicendi mutata, rarius verbis Eginharti in chronicon suum transscriptis'; sed errat vir doctus, quum, ut supra dixi, illa Ekkehardi sint. [3] Quum autem Herimanni chronicon usque ad a. 1054. perductum sit, noster errat, cujus causam infra explicitam videbis.

cit: 'Hucusque Herimannus cronicam suam abbreviavit'. Codex Herimanni ab Henrico adhibitus illi apud Pertzium 4b. signato persimilis est; cf. a. 744. 768. 839. al. Ipsius chronico usus est a. 754. 755. 758. 760. 767. 812. 839. 844. 859. 862. 867. 872. 887. 905. 910. 962. 971. 981., praecipue autem intra a. 1041—1052., Lamberti annalibus intra a. 1041—1070. Pluribus in locis erranter Ekkehardo tribuit, quae apud eundem desiderantur, apud Lambertum autem ad verbum evolvi possunt; cf. a. 1045. 1051. 1052. 1053. 1056. 1060. 1061. 1064.

Saepius Henricus ex dictis et Herimanni Augiensis et Lamberti Hersfeldensis unam consuit narrationem; cf. e. g. a. 1044. 1046. 1049. 1050. Similiter ex Ekkehardo et Hersfeldensi quandoque locos componit; cf. a 1062. 1055.

Neque praetereundum puto, Henricum ab Herimanno et Lamberto in enarrandis factis historicis duos annos ubique distare, ita ut sit e. g. illorum annus 1054. apud Henricum annus 1052. Falso narrat ad a. 1059., hoc tempore Henricum IV. per Annonem archiepiscopum Coloniensem matri detractum, quamquam Lambertus anno 1062. recte hoc facinus intulit eoque factum esse constat.

5. Bertholdi annales (ap. Pertz. M. G. H. SS. V, p. 264 sqq.) inter Henrici fontes erant a. 1052. 1054. 1055. 1056. 1059. 1060. 1068. Ille habuit codicem Herimanni Augiensis, cujus textui clausula subjecta erat: 'Hucusque chronica Hermanni' (quam etiam in nostro chronico insertam legis a. 1052). Ei autem additi erant annales Bertholdi, amici et discipuli Augiensis (similes codices Herimanni ap. Pertz. l. l. SS. V, p. 74. sub 5. et 5*.) Quae noster ex his annalibus mutuatus est, conveniunt cum codicibus 1*. et 2. apud Pertz. signatis (cf. a. 1060. Quamquam laudata ad hunc annum ex Bernoldi chronico desumpta sunt, tamen hoc Hervordiensis non inspexit).

Henricum Lamberti († 1077.) canonici s. Audomari genealogiam comitum Flandriae (ap. Pertz. l. l. SS. IX, p. 309 sqq.) adhibuisse, non contenderim, quamquam plura ad a. 792. tradita ibidem reperiuntur.

6. Sigibertus Gemblacensis, uberrimus Henrici fons, cujus magnam partem in suum chronicon transtulit. Initium operis ejusdem memorat a. 381. his verbis: 'Ab anno primo Gratiani Sigibertus incipit regnorum contemporalitatem describere'. Cf. quae a. 1111. ex Vinc. 27, 11. de Sigiberti morte retulit.

Saepe a Vincentio Bellovacensi Henricus mutuavit, quae sub Sigiberti nomine (cf. e. g. initium cap. 73) protulit. Omnia autem quae Vincentius ex Anselmi Gemblacensis continuatione sua fecit; cf. a. 1111. = (Auct. Gembl. 1112. =) Vinc. 27, 11; a. 1111. = (Auct. G. 1113. 1115. 1113. =) Vinc. 27, 23; a. 1116. = (Auct. G. 1117. =) Vinc. 27, 26; a. 1118. = (Auct. G. 1120. 1119. =) Vinc. 27, 27. 28; a. 1122. = (Auct. G. 1123. =) Vinc. 27, 44; a. 1123. = (Auct. G. 1124. =) Vinc. 27, 45; a. 1124. = (Auct. G. 1125. =) Vinc. 27, 46; eund. ann. = (Auct. G. 1125. =) Vinc. 27, 46. et 28, 16; a. 1125. = (Auct. G. 1126. =) Vinc. 28, 1. In his semper utitur nota: in vel ex chronicis. — Porro in usum convertit quae Vincentius ex recensione a monacho Ursicampi facta cum Galfridi Monmutensis additamentis (cf. ap. Pertz. l. l. SS. VI, 469) desumpsit. Invenies apud nostrum ex illa a. 413. 'Inito autem consilio — Utherpendragon'; a. 424. 'Wertigernus rex — hostium expugnationem'; a. 433. 'in Britannia — castrum Corrigie'; a. 444. 'rex Wortygernus — obscure manere'; a. 457. 'super insulam — et filiam nomine Amam'; a. 467. 'Utherpendracon — quam incolumis vinci'. Cf. quoque annos 390. 422. 448. 471. 488. 491. 514. 541. 554. 1035 (Vinc. 26, 17); 1092. = (Auct. Ursic. 1094. =) Vinc. 26, 90. Cf. Auct. Laud. 1096; 1103. = (Auct. U. 1105. =) Vinc. 26, 116; 1110. = (Auct. U. 1112. =) Vinc. 27, 11; 1126. = (Auct. U. 1128. =) Vinc. 28, 2; 1133. = (Auct. U. 1135. =) Vinc. 28, 13; 1149. = (Auct. U. 1151. =) Vinc. 28, 127. — Ad eundem redeunt Bellovacensem, quae ex Auctario Praemonstratensi originem ducunt, noster autem ex illo exscripsit. Cf. a. 1118. = (Auct. Pr. 1116. 1118. 1120. =) Vinc. 27, 28; a. 1126. = (Auct. Pr. 1128. =) Vinc. 28, 5; a. 1129. = (A. Pr. 1131. =) Vinc. 28, 6; a. 1130. = (A. Pr. 1133. =) Vinc. 28, 12; a. 1141. = (A. Pr. 1143. =) Vinc. 28, 83; a. 1143. = (A. Pr. 1145. =) Vinc. 28, 83; a. 1144. = (A. Pr. 1146. =) Vinc. 28, 83; a. 1145. = (A. Pr. 1147. =) Vinc. 28, 85; a. 1146. = (A. Pr. 1148. =) Vinc. 28, 87; a. 1147. = (A. Pr. 1149. =) Vinc. 28, 126; a. 1150. = (A. Pr. 1152. =) Vinc. 28, 127; a. 1158. = Vinc. 28, 83. — Alia sui juris fecit Bellovacensis ex Sigiberti Auctario Mortui Maris (ap. Pertz. l. l. SS. VI, p. 463) et Henricus ex illo. Cf. a. 1096. = Vinc. 26, 94; a. 1105. = Vinc. 27, 1 (attributum Sigiberto; hoc loco optime declaratur, Vincentium ab Henrico esse adhibitum, quum hîc eundem verborum ordinem invenis, qui est in speculo historiali, neque illum Auctarii); a. 1128. = Vinc. 28, 6;

a. 1144. = Vinc. 38, 83. — Quaedam etiam ex Sigiberti Auctario Bellovacensi (ap. Pertz. l. l. SS. VI, p. 461) legis secundum Vincentium apud Henricum. Cf. a. 1076. = Vinc. 26, 51; a. 1090. = Vinc. 26, 84; a. 1112. = Vinc. 27, 23. — Quae ex Auctario Aquicinensi ap. Vinc. 24, 168. reperis, Hervordiensis a. 773. vindicavit.

Falso citatur Sigibertus ad a. 721 (haec ap. Vinc. 23, 108); a. 481 (de incredibili fame in Africa; haec ap. Vinc. 21, 98. Sigiberto adscribuntur); a. 409. 'Julianus episc. — sociavit', ubi erranter pro 'Gennadius' dixit 'Sigibertus'; a. 502. 'Floruit — stare' (Vinc. 22, 10. tribuit quoque Sigiberto, sed false); a. 528., ubi dicta apud Ekkehard. a. 527.; a. 541. 'Constantinopoli — universum'; a. 828. citatur Sigibertus, apud quem quidem idem legitur aliis verbis; sed verba Henrici ipsa ex Ekkehardo a. 828. desumpta sunt; a. 772., ubi noster laudat Sigibertum, dicta autem reperis ap. Ekkehardum; a. 800. = Ekkehard. 'Karolus — sepulta est'; a. 888. 'Arnulphus itaque rex — machinabantur', quod iterum ap. Ekkeh. a. 887; a. 1084; a. 1099 (ubi Vinc. 26, 105. Sigibertum nominat auctorem). — Saepius amplificavit Sigiberti verba; cf. a. 975. cum Sigib. 978. et pluries.

Citat pluries eum sub nomine ex chronicis; cf. e. g. quae a. 381. de Gothis dicta sunt; a. 801. 803. 'Avares etc.'; a. 847. 'Leo decrevit etc.'

Permultis in locis allegatur auctor narrationis Sigibertus, apud quem nonnisi aliquot reperies sententias; cetera autem apud Vincentium, qui ex suo addidit; cf. a. 472. 476. 529. 599. 634. 1094. cet.

Quum autem plurima ex hoc fonte derivata suo quaeque loco facili negotio conquiri possint et cum editis ap. Pertzium l. l. SS. VI. bene congruant, longius mihi prosequenda non esse puto.

Persaepe, ut hoc quoque moneam, ex pluribus Sigiberti locis unum contexuit Hervordiensis; habeas hoc exemplum:

| Henric. a. 474. | Sigib. |
|---|---|
| Hoc anno Theodericus filius Theotmari rex Ostrogothorum cepit et annis 19 regnavit, scilicet usque ad annum Zenonis ultimum inclusive, et ex tunc regnavit in Ytalia 32 annis. | a. 472. Theudemer rex Ostrogothorum moritur, et Theodericus filius ejus regno substituitur. a. 488. Theodericus cum 16 annis Ostrogothorum regnum tenuisset, a Mesia egressus Italiam petiit. — a. 491. Theodericus Italia potitur . . . . et regnavit in Italia annis 36 (cod. $C^5$e corr. D. annis 32). |

Praeterea cf. a. 802., ubi collegit narrata ex Sigiberti dictis ad a. 802. 810. 811. 813. 821. 830 cet.

Pluries ex Sigiberti et Ekkehardi locis unum contraxit, ut a. 777. apparet.

Saepissime differunt textus utriusque uno vel pluribus annis in recensendis iisdem rebus; cf. e. g. easdem res notatas ap. Sigib. a. 409. = ap. Henric. a. 406; 404 = 409; 413 = 411; 417 = 419; 426 = 428; 430 et 433 = 432; 438 = 434; 444 = 442; 456 = 453; 474 = 485; 479 = 488; 509 = 514; 544 = 542 cet.

7. Ekkehardi Uraugiensis chronicon, quod usque ad a. 1125., non autem ut Brunsius[1] dicit, ad a. 1137. pertingit (ap. Pertz. M. G. H. SS. VI.) Henricus Ekkehardum decies allegat intra a. 1125 — 1242., et forsan aliqua nobis non bene nota usus est continuatione. Verisimilius autem mihi videtur, eum consulto aut inconsulto hoc falsum nomen protulisse. Septem enim loci Ekkehardo addicti ab Henrico, redeunt ad Vincentium Bellovacensem, a. 1158. = Vinc. 28, 83; a. 1187. = Vinc 31, 142; a. 1190. = Vinc. 30, 51; a. 1202. = Vinc. 30, 69; introduct. ad c. 93. = Vinc. 31, 1; a. 1220. = Vinc. 31, 94; a. 1242. = Vinc. 31, 147.

Ex Ekkehardi chronico Henricus noster quam plurima recepit, sed ab a. 1000. Uraugiensis verba in brevius redegit. Interdum desumpta ex eo, nomine non dicto (cf. e. g. 455. 456 [Gregorii dialogi]. 472. 477 cet.) tribuit fonti, quem Ekkehardus affert auctorem. Cf. quae infra no. 27. dicta sunt ad Claud. Ptolemaeum.

Certissimum esse affirmaverim, Henricum hoc chronicon ex monasterio Corbejensi accepisse. Constat enim, Ekkehardum et Corbejae intra a. 1091—1106 (non ut Waitzius ap. Pertz. l. l. VI, p. 2. vult a. 1107) vixisse et opus confectum abbati Ekkemberto coenobium illud administranti transmisisse (cf. l. l. p. 10). Codicem vero noster habuisse videtur recensionibus C. (cf. e. g. a. 1055. 1098) aut D. aut (ut Waitzius ap. Pertz. l. l. p. 13. nr. 40. putat) E. (cf. a. 1048) nominatis similem, sed auctum et continuatum.

Falso citatur Ekkehardus a. 521 (dicta sec. Helinandum ap. Vinc. 22, 33); a. 790 (dicta ap. Mart. Polon. c. 100. pont.); a. 956 (dicta ap. Sigib. 959); a. 845 (dicta ap. Sig. 846); item a. 946

[1] *Beiträge* I. p. 16.

(= Mart. Polon. c. 87. imp.); a. 972 (= Mart. Pol. 144. pont.); a. 992 (= Herimannus 997); a. 1064 (= Lambert. et Sigib. 1066); porro a. 1106 (= Sigib. a. 1106); a. 1158 (= ex Sigib. contin. Praemonstr. 1145. ap. Vinc. 28, 83). — Quae Hervordiensis Ekkehardo tribuit a. 995. circa finem, a. 1156. 1215., non reperi in libris.

Praeterea conferas velim quae dicta sunt no 3. 4 10 c. 12.

8. Henricus Helmoldi (ap. Leibnit. SS. R. Brunsvic. Tom. II.) pressit vestigia a. 814. 971. 1104. 1106. 1153. 1156. Narrata concordant cum editione laudata. — Cf. Lappenberg in *Archiv der Gesellsch. für ält. deutsche Geschichtskunde* VI, p. 564.

9. Chronicon Egmondanum s. Hollandiae sive Cronica Flaminghorum s. Flammighorum, opus vetustissimum anonymi monachi Egmondani ab a. 647 — 1205. (ap. Kluit, histor. crit. Hollandiae et Zeeland. I, p. 1 sqq.). Henricus cum saepius allegavit, quin illum nominaret (cf. a. 920. 975. 983. 986. 991. 1037. 1046. 1059. 1061. 1089. 1127 — 1130. 1131. 1154. 1168 cet.), pluries sub nomine 'Chron. Flaminghorum s. Flammighorum' (cf. a. 863. = chron. Egm. 863. 878; a. 872. = chron. Egm. 867.; a. 1287). Relata maximam partem ad verbum concinunt cum editione modo dicta. Quae ad a. 1203. leguntur, exstant ap. Kluit l. l. p. 175. 186., sed multo uberioribus verbis. Idem observabis, si contuleris narrata ad a. 1130. cum chron. Egm. a. 1132.; a. 1135. c. a. 1132. chr. Egm.; a. 1133. c. a. 1132. chr. Egm. Quae Henricus ad a. 975. profert, ex narratis ad a. 977. et 993. chron. Egm. in brevius redegit. Sed nota, quod Henricus ubique duobus annis ab eis chronici Egmondani distat, et codicem habuisse videtur, cui continuatio quaedam annexa erat (cf. a. 1235. 1253).

10. Vincentii Bellovacensis speculum historiale[1], quod usque ad a. 1244. (cf. Vinc. 33, 105) perductum est. Corner postremo idem affert ad a. 1253. et scribit false: 'usque hoc frat. Vincentius speculum s. histor. produxit'. — Plura quae Sigiberti sunt Vincentius ex Helinando sua fecit et Henricus ex Vincentio (cf. a. 634. 802. 1035 cet.), idemque observabis permultis in locis, ubi noster auctorum a Vincentio laudatorum sententiis ac narratis nititur, quamquam eos ipse tantummodo novit ex ejusdem Bellovacensis narratione, ita ut Hervordiensem non lucubrationes suas, sed alienas protulisse eumque has in rem suam vertentem illius arasse vitulo constet. Henricus enim servilem in modum illum exscripsit, et quamquam plerumque scriptores testimonia impertientes religiose annumerat, quin hoc modo Vincentii memoriam omnino refelleret, veritus non est. Quae quamquam a quovis diligentius textum utriusque conferente facili opera cognoscuntur, tamen in ea paulo accuratius inquirendum videtur igiturque aliqua ex parte habeas enotata.

Multis in locis Henricus nominat fontem

a) Hugonis Floriacensis (seu de s. Maria) chronicon. Hugonem diversa chronica composuisse constat (cf. Pertz M. G. H. SS. IX, p. 337 sqq.). — Quae autem Henricus sub Floriacensis nomine proponit, ex Vincentio ad verbum sumpta sunt. Cf. e. g. initium c. 48. cum Vinc. 21, 73. — Locis in quibusdam legis narrata secundum Hugonem, sed continent plura quae frustra ap. Vinc. quaeras. Haec autem ex aliis addidit scriptoribus, quorum dicta cum Hugonis verbis consuit. Cf. a. 603 (hic usque ad verba 'accipit de Focate quod esset' exscripsit ex Vinc. 23, 18., sequentia ex Ekkeh. a. 583), a. 611 (ex Vinc. 24, 1. et Ekk. a. 604), a. 669 (ubi Hugoni detraxit verba usque ad 'imperatorem creaverunt'; sequentia 'sed usque — Constantinopolim', cui tribuam nescio. Tum Henricus pergit 'Egkardus sic: Metetio' etc., sed falso, quum haec Martinus Polonus iisdem verbis proferat et ap. Ekkehardum non reperiantur. Vincentius illa sine auctore nominato conjungit cum verbis Hugonis hoc modo: 'sed non post multos dies Constantinus, imperatoris' etc.) Anno 1136. Hervordiensis Hugoni adscribit, quae nonnisi ap. Mart. Polonum c. 97. imp. leguntur.

b) Porro obvius fit Odo Cluniacensis abbas ad a. 877., quem Vinc. 25, 45. auctorem narratorum laudat. Sed Henricus ejus dictis partem quandam, cujus scriptorem esse Wilhelmum Malmesberiensem Vincentius ibidem c. 46. affirmat, sine ambagibus inserit. Eundem Odonem reperis a. 898.

Ad eundem redeunt Bellovacensem, quae specie

[1] Vincentium laudo usque ad pag. 25. incl. ex edit. op. Benedictinorum collegii. Duaci 1624. fol., a pag. 26. usque ad finem ex edit. Mentelliniana, Argentorati 1473. fol. 2 vol. Dispositio utriusque editionis uno libro differt. Liber primus (contin. 52 cap.) Mentellinianae praebet cap. 1—20: De causa suscepti operis et ejus materia, de modo et titulo libri, de utilitate operis et diversas apologias; cap. 21—52 continent summam librorum totius operis sequentium. Cap. 1—20. desunt omnino in edit. Duacensi; cap. autem 21—52. sub titulo 'Index' ad operis finem ibidem annexa videbis. Sic est liber II editionis Mentell. = liber I. Duacensis etc.

c) Libri pontificalis a nostro induuntur; cf. e. g. a. 498., ubi false in initio relati Ekkehardo tribuit, quae in ejusdem fine ipse ad librum pontificalem pertinere contendit; verba autem integra invenies ap. Vinc. 22, 1., eodem fonte nominato. Praeterea evolvas chronici annos 516. 532 (hoc loco tamen legatur ex gestis Romanorum pontificum [Liutprandi, v. supra nr. 2], ubi continentur dicta in cap. 60.; liber pontificalis ap. Vinc. 22, 61. rem aliis verbis tradit).

Quae d) sub Paulini (Nolani episcopi) nomine ad a. 384. 388. e vita Sancti Ambrosii per illum conscripta proferuntur, sumpsit idem ex Vincentii opere historico 17, 95., qui ibidem fideliter fontem a se exhaustum indicavit.

e) De Prospero, ex cujus libris plura noster Bellovacensi debet, vide dicta nr. 29. infra.

f) Helinandi (vocat noster eum Elymundum a. 1058. pag. 113; cf. pag. 4) monachi coenobii Sanctae Mariae de Frigido monte chronicon. Hic tam accurate Sigiberti chronicon descripsit, ut fere pro codice haberi possit; posteriores tantum chronici illius ab origine mundi usque ad a. 1204. pergentis quaterniones, scil. a lib. XLV. (a. 639) usque ad l. XLIX. exstant in Tissierii bibl. Cisterciensis Tom. VII.; praecedentia jam tempore Vincentii deperdita fuisse videntur, quum haec dicat de eo opere XXX, 108: 'Hoc quidem opus dissipatum est et dispersum, ut nusquam totum reperiatur'. — Quumque noster nihil ex Helinando attulerit, quod apud Vincentium non fiat obvium et utriusque verba inter se concinant, Henricum ex Vincentio, quae sub Helinandi nomine in suo opere susceperit, hausisse, certum est. Cf. a. 719. cum Vinc. 23, 47.; 801. c. Vinc. 24, 2.; a. 874. c. Vinc. 25, 43 (hoc loco plura nobis proponuntur, quae in Tissierii editione sub a. 878., sed ap. Bellovacensem l. l. legi possunt); a. 876. c. Vinc. 25, 42. — Plura notantur a nostro, quin laudet auctorem ex Vincentio (qui hausit illa ex Helinando), e. g. Hastinghi et sociorum fuga a. 872. ex Vinc. 25, 40. 45. — Etiam praetereundum non puto, Henricum ubique numerum librorum et capitulorum illius chronici apponere, ubi eundem a Vincentio laudatum repererit; cf. e. g. a. 801. c. Vinc. 24, 2. Falso tribuit Henricus Ekkehardo a. 521., quae ex Helinandi chron. lib. 43. desumpta ap. Vinc. 22, 33. evolvuntur.

g) Guilelmus Malmesberiensis (in Rer. Angl. script. Francof. 1601. p. 5. 204., ed. Hardy. Londin. 1840. 2 Tom., excerpta ap. Pertz., M. G. H. SS. X.), qui nonnisi usque ad ann. 1143. allegari potest. Nihilominus eum ap. Henricum ad a. 1201. invenimus; narratio quae ibi profertur, cui tribuenda sit nescio. Malmesberiensis ab Henrico laudatus semper cum Vincentio, nusquam cum opere genuino concordat (cf. a. 877. cum Vinc. 25, 45.; a. 937. c. Vinc. 25, 69.; a. 941. c. Vinc. 25, 70 etc.), sed pluribus in locis verba quae Vincentius praebet in alium redacta sunt ordinem et in brevius contracta. Cf. e. g. a. 872., ubi Henricus in narrationis fine ponit, quae ap. Vinc. 25, 46. in ejusdem principio ante oculos ponuntur. Ut hoc clarius appareat, percurras utriusque dicta quae hic ex a. 448. subjungam:

| Guil. Malmesb. I, 3. ap. Vinc. 23, 12. | Henricus. |
|---|---|
| Annis 99 fuere Nordanymbri duces communi habitu contenti, sub imperio Cantuaritarum, quibus Nordanymbris primi praefuerunt frater Hengesti Otha et ejusdem filius Ebusa, sed a. ab incarnatione Domini 547. post mortem Hengesti 60. ducatus in regnum est mutatus, regnavitque ibi primus Ida vir nobilis, aetate et viribus integer. Vuodenio quippe fuerunt 3 filii, Vueldegius, a quo reges Cantuaritarum, Vuithlegius, a quo reges Merciorum, Beldegius, a quo reges Vuestsaxonum et Nordanymbrorum. Ida igitur a Beldegio nonus 12 annis regnavit. Post hunc Alla annis 30 cet. | Secundum Wilhelmum Malmesb. anno 111. post mortem Hengisti, qui est annus ab incarnatione Dom. 558., imperii vero Justiniani magni 32., ducatus Nordanymbrorum et Westsaxonum mutatus est in regnum, regnavitque primus in eo Yda vir nobilis, aetate et viribus integer. Usque ad id tempus siquidem fuerant Nordanymbri et Westsaxones duobus contenti sub imperio Cantuariorum, scilicet Etha fratre Hengisti et Ebuso filio Ethe etc. Et nota, quod Wadonio fuerunt 3 filii, Veldegius, a quo reges *(hic desunt verba!)* Merciorum, Beldegius, a quo reges Westsaxonum et Nordanymbrorum. Yda igitur a Beldegio nonus regnavit super Westsaxones et Nordanymbros 12 annis. Cepit autem a. Dom. 558., ut dictum est. Post hunc Alla regnavit annis 30 cet. |

Ao. 986: legendam s. Dunstanni Henricus affert ex fonte Wilh. Malmesb. aeque ac Corner. Sed ea ap. Guilelmum non legitur, verum ap. Vinc. 25, 94., ita ut certum sit, locos ex Guilelmo false allegatos Vincentio duce, qui fontem nominat l. Gwilhelmus in chronicis, in Henrici et per hunc in Corneri chronicon irrepsisse.

Quae Henricus a. 1098. Guilelmo tribuit, apud eundem non prostant, sed Vinc. 26, 104. se illa ex Helinando transtulisse affirmat. Et Guilelmum ab illo non prius (primo ad a. 448) quam a Vincentio afferri, a quo 23, 12. primo citatur, praetereundum mihi non videtur.

h) Heraclidis vitae patrum seu paradisus (ed. Parisiis 1503) citantur a. 393., sed prolata ex Vinc. 18, 66—91. Henricus sua fecit.

i) Non ex Augustini Hipponensis episc. libro de civitate Dei III, 23. Henricus attulit, quae a. 1084. sub ejus nomine narrat, sed ex Vinc. 26, 82. Henricus pressit omnino Bellovacensis vestigia, ut patet ex verborum connexu; nam Vincentius refert primo ex chronicis, deinde Sigiberti verba a. 1086. 'nimia aquarum' etc., tum 'Author (i. e. Vinc.): Augustinus in libro 3. de civ. Dei', quem ordinem Henricus quoque observat. Ad eundem Vinc. (lib. 19, 7) redeunt, quae a. 807. ex Augustini doctrina christiana l. 3. dicuntur.

k) Vincentio (2, 79) subduxit Hervordiensis, quae a. 560. ex Isidori etymologiarum lib. 20. laudat. Cf. infra no. 18.

l) Epitomae ex Petro Damiano ad a. 1076. in medium prolatae ex Vinc. 26, 51—64. desumptae sunt, qui illas ex Helinando excerpsit teste se ipso. Cf. infra no. 12.

m) Quae ex Baldrici (primo Burguliensium fratrum abbatis, postea Dolensium archiep.) historia Jerosolymitana (Bongars, Gesta Dei per Francos etc. Hanoviae 1611. T. I, p. 81 - 138) a. 1096. excerpta sunt, noster non ex auctore ipso, sed ex Vincentio in suum convertit usum, quibusdam autem in locis brevius reddidit.

n) De Johanne Damasceno a. 393. ex Vinc. 18, 103—105., sed brevius.

o) Turbinus Remensis archiep., historia Karoli. Laudata ad a. 779. exceptavit Henricus ex Vinc. 25, 6—22. — Cf. infra no. 32.

p) S. Gregorii dialogorum de virtutibus sanctorum Italiae lib. IV. Cf. a. 403. 529. 543., quae relata ad verbum ex Vinc. 19, 37. 22, 59. 22, 76. sumpta sunt, ubi idem fons nominatur. Praeterea vide no. 12.

q) Quae sub nomine Ex chronico Britonum a. 424. obvia fiunt, leguntur ap. Sigibertum 432., cui Vinc. 21, 23. quoque eadem tribuit.

r) Quaedam quoque quae sunt Bedae ex Vincentio noster descripsit. Cf. a. 633., quo nihil clarius elucet; apud Bellovac. 24, 68. agmen ducit historia Anglorum (i. e. Bedae hist. eccl. gent. Angl.) et tum sequitur historia Britonum; Henricus ordinem mutavit, primo ponens historiam Britonum, subsequente historia Anglorum.

s) Guidonis de Columnis historia Britonum (lib. 35). Cf. a. 542. cum Vinc. 22, 74., ubi idem fons nominatur, a. 633. c. Vinc. 24, 68. Hoc loco Henricus valde erravit in consecutione temporum, quum descripserit sine consilio. Anno 425. hist. Britonum falso citatur, quum dicta ap. Sigib., cui Vincent. 21, 23. quoque tribuit, legantur. In initio ad a. 381., ubi percensentur regna singula, affertur sub titulo historia Brittannorum ex Vinc. 17, 5., qui dicit: 'Narrat antiquorum Britannorum historia' etc.

t) Gesta quorundam sanctorum. Concordant α) gesta s. Nicasii et Eutropiae a. 453. cum Vinc. 21, 38., quae autem Henricus contraxit. — β) Vita s. Servatii a. 453. cum Vinc. 21, 39; a. 455. c. Vinc. 21, 45. — γ) A. 459. gesta s. Symeonis (stalitae) desumpta sunt ex Vinc. 21, 51. 52. — δ) Gesta s. Remigii a. 499. c. Vinc. 22, 6. Idem ap. Surium, Act. Sanct. Oct. Tom. I, p. 136. — ε) Gesta s. Melanii a. 513. c. Vinc. 22, 24. — ζ) Gesta s. Arnulfi a. 513. c. Vinc. 22, 25. — η) Vita s. Antidii in Actis Sanct. Jun. Tom. V, p. 43. Henricus quidem non nominat hunc fontem, sed Sigibertum; plura autem quae ibidem non leguntur, habes ap. Vinc. 20, 3. cf. a. 411. — θ) Gesta s. Wulfranni a. 718. concordant cum Vinc. 23, 145. 146. Haec gesta primum scripta sunt a Jona monacho Fontanellensi, postea vero ab alio interpolata (cf. Act. Sanct. Mart. III, p. 143). Quae apud nostrum leguntur, reperis etiam in appendice ad AA. SS. Mart. III, p. 147. — ι) Gesta s. Salvii a. 726. cum Vinc. 24, 23. — κ) Gesta s. Amici et Amelii a. 773. c. Vinc. 23, 169. — λ) Gesta s. Gangulfi a. 765. c. Vinc. 23, 159.

u) Eodem est referendum Mariale, ad quod noster lectorem rejicit. Cui autem libet Hervordiensis chronicon a. 555. c. Vinc. 22, 78. comparare, nos recte judicasse facile intelliget.

v) Quae de Sigiberti auctariis adhibitis dicta sunt, vide supra no. 6.

w) Multis in locis Henricus ait se dicta sumpsisse ex chronicis; sed Vincentius aut eundem fontem nominat aut chronographum, atque ex praecedentibus rationibus ulla non est causa, quin nostrum ex eodem illa narrata consarcinasse putemus. Cf. a. 773. cum Vinc. 23, 169., ubi cum quadam parte gestorum s. Amici et Amelii etiam alia sub nomine ex chronicis in suum chronicon

transscripsit. A. 790. cf. c. Vinc. 24, 173., ubi verbis Vincentii 'alibi legitur' ejusdem narrationem continuit. Cf. porro a. 756. 770. 801. 804. 872. 1184. cet.

Aliis in locis nominat duce Vincentio auctorem Sigibertum, apud quem illa frustra quaeras, sed reperiuntur ap. Vincentium. Cf. a. 481. c. Vinc. 21, 98; a. 502. c. Vinc. 22, 10; a. 886. c. Vinc. 25, 51; a. 1024. 1099. al.

Saepius nulla fontis mentione facta Vincentius narratum praebet, ut a. 476. 872. 1219. al. Locum modo laudatum, quem Bellovacensis ex hist. captiv. Damiatae (quam scripsit Olivarius scholastic. Coloniensis; exstat ap. Eccard, corp. hist. Tom. II, p. 1406 sq.) 31, 86. reddidit, Henricus ita commutavit, ut pro persona prima, qua ille in enarrando usus est, semper tertiam ad occultandam fraudem poneret. — Pauca Vincentio attributa non reperi, v. c. ad a. 768., circa finem chronici etc.

Atque Vincentium per totum chronicon, praecipue intra annos 1118—1248., Hervordiensi uberrimum praebuisse fontem, nemo est qui negare possit.

11. Opus Vincentii ubi desiit fons esse Henrici, excipitur apud nostrum a gestis aliquot regum Francorum, quae Guilelmus de Nangiaco composuit. Ille erat monachus s. Dionysii Parisiis, quo in monasterio quondam moris fuit, ut chronica de regum Francorum gestis ibi servarentur, periti designarentur e monachorum coetu historiographi, qui res Francorum praecipuas literis mandarent. Eodem munere functus est Guilelmus, qui in describendis gestis Ludowici IX. et Philippi III. (ap. du Chesne, hist. Francor. script. Tom. V.) adhibuit opera Gilonis de Remis et Gaufridi de Belloloco et ad venustatem historiae plura per incidentiam apposuit, quae in diversis mundi partibus suo tempore evenerunt. Qui sciturus est quomodo Henricus illum exscripserit, evolvat in ejus chronico et in gestis Ludowici IX. a. 1230. 1245. 1248. 1254. 1255. 1256. 1257., in gestis Philippi III. cf. p. 524. cum nostro ad a. 1272.; p. 528. c. a. 1273. et al. Tradita autem, quae Henricus partim sub nota ex cronicis regum Franciae (cf. a. 1245) partim sub nota ex cronicis Francorum (cf. a. 1230. 1247. 1248. cap. 95 init., a. 1285. cet.) in medium protulit, vel ad verbum cum Nangiaco concordant vel in brevius redacta sunt. — Cf. infra no. 35.

12. Martinus Polonus s. Oppaviensis [1].

Henricus in enarrando paparum ordine (quem Martinus maximam partem ex Anastasii hist. de vitis Roman. pontificum hausit) semper fere illum secutus est, quum usque ad a. 1056. utriusque verba et narrata verbotenus concordent; ubique tamen, si cum eo Henricus non conveniret, fideliter annotavit. Et saepius Hervordiensis, Martinum errasse, quin illum mentitum esse, contendit, e. g. a. 443. 454. 1044. 1081. Narratiuncula ista de Johanna papissa, in nonnullis Martini codicibus obvia, sed in vetustioribus praetermissa, apud Henricum non legitur; quod Corner ipsi opprobrio fecit. 'De hac muliere, inquit, tam fraudulenter papatum intrante Hinricus de Hervordia nullam in suis aetatibus fecit mentionem, ne forte seculares literas scientes scandalizarentur legendo, talem contigisse errorem in ecclesia Dei, quae Spiritu sancto predicatur regi et dirigi a clericis et sacerdotibus' [2] (ap. Eccard., corp. hist. II, p. 442).

Pluries Henricus Ekkehardo tribuit quae tantummodo apud Martinum leguntur, e. g. a. 643. 669. 790. 946. Cf. supra no. 10. a. s. v. Hugo Floriacensis. Interdum Martinum esse auctorem non dicitur (cf. a. 866. 1075. 1128. 1173. cet.), interdum ejus dicta brevius et elegantius in medium proferuntur (cf. a. 928). — Ao. 961. leguntur apud Martinum, quae Henricus secundum Sigibertum dicta esse confirmat. — Ao 1009. relata ex Petro Damiano (ap. Mart. Damasceno) Henricus non ipse ex hoc scriptore transtulit, sed Polonus, qui illum l. l. disserentem inducit [3]. — Ao. 443. quoque duce Martino Gregorii dialogi citantur [4]. — Sub titulo ex cronicis ejus verbis usus est pluribus in locis, e. g. a. 1097., quem locum composuit ex Martini cap. 94. imper. et cap. 166. pontif. [5] — Ao. 1043. Wilhelmum Malmesber. disserentem auctore Polono nobis proponit, sed paulo post Vincentii (i. e. Wilhelmi) verbis noster narrationem continuat. Aliis in locis ex Martini aliorumque dictis narrationem conglutinat; habeas exempla a. 742. 826. 1075. et alia.

13. Cronica Saxonum, ad a. 820. 852., init. cap. 78. 79., a. 1031., init. cap. 85. et 86., a. 1106. 1114., init. cap. 88., a. 1135., init. cap. 90., a. 1156., init. cap. 92. — Usque hodie nul-

[1] Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter*. Berl. 1858. p. 426. est primus, qui hunc sub nomine '*Martin von Troppau*', fretus cod. Viennensi hist. prof. 196. nunc 402. saec. XV (cf. Pertz, *Archiv* X, p. 466) in historiam literarum inducit. [2] A manu sequioris temporis in margine codicis 2. ad a. 858. scriptum legitur: '*Wo bleibt hie zwischen Leone et Benedicto Raum u. Platz vor die Bebstinnen, davon die Kezer fabuliren?*' [3] Cf. supra no. 10. l. [4] Cf. supra no. 10. p. [5] Cf. a. 412. cum Mart. 43. imp.; a. 755. c. Mart. c. 96. pont.

lus qui horum chronicorum mentionem injecit, de istis aliquid certi exposuit. Cl. Waitzius, qui disceptationem promiserat, nondum de illis suas lucubrationes in vulgus edidit. — Haec chronica scripta sunt ineunte saeculo XIII. et redeunt ad duos fontes, qui etiam hodie cognosci possunt. A) Maxima enim pars eorum, quae Henricus ex cronicis Saxonum profert, exstat in chronico veterum ducum Brunsvicensium et Luneburg., quod legitur ap. Mader. antiquitat. Brunsvic. et ap. Leibnit. SS. R. Brunsvic. II, p. 14 sqq., itaque ejus auctorem et nostrum unum eundemque fontem habuisse contenderim, nisi quis dicat, istud chronicon (quod etiam ab auctore chronici vulgariter Bothoni adscripti [ap. Leibnit. l. l. III, p. 277 sqq.] sub titulo 'historia principum Brunsvic.' laudatur) ipsum Henrici fontem fuisse. Fereque hoc crediderim, quod similis operis vestigium alibi inveniri non potest et omnia quae in his Saxonum cronicis proferuntur ad duces Brunsvicenses pertinent. Cf. init. cap. 79: 'ut legitur in privilegiis . . . . posterorum suorum, qui nunc dicuntur Brunswicenses, tunc autem duces Saxonie.' Praetereundum non est, Henricum cum narratis istius chronici relationem suam incipere et finire ubi illud desiit: ambo coeperunt referre de Ludolfo Saxonum duce et finem fecerunt Ottone IV. imperatore. — Huic autem chronico Henricus ex aliis plura addidit. — B) Aliam partem eorum quae apud nostrum sub titulo ex cronicis Saxonum reperimus, ad Arnoldum Lubicensem referre debemus, qui excipit Helmoldum (cf. a. 1156) et circa ann. 1209., paucos annos post Henricum Leonem († a. 1195) vixit. Sed ejus narratis alia ex chronico ducum Brunsvic. immiscuit; cf. a. 1156: 'principes et barones, qui semper et adhuc dominio Brunsvicensi invidebant'; — ibidem 'vexilla istorum (i. e. Hermanni et Lodewici captorum) adhuc pendent in ecclesia s. Blasii Brunsvicensi'. Cf. a. 1156. cum Arnoldo ap. Leibnit. l. l. II, p. 635., ubi quisque facile intelliget, Henricum nostrum Arnoldi narrationem abbreviasse. Henricus ejus nomen non cognovit aeque ac Corner, qui eum sub titulo 'Continuator chronicae Slavorum' citat. — Num etiam illa quae ad a. 1251. 1256. 1258. 1294. 1299. de rebus Brunsvicensibus traduntur, his Saxonum cronicis aut cuidam eorum continuationi tribuenda sint, in medio relinquam.

Qui Cronica Saxonum unum idemque opus esse ac chronicon Repegowicum putant, falsam habent opinionem. Novissime illam sententiam protulit F. Pfeiffer [1]. Sed errat cum aliis viris doctis. Hervordiensis illud chronicon non cognovit, quod mihi luce clarius est [2].

## II. Fontes minores.

### A. Scriptores historiae ecclesiasticae.

14. Eusebius ad a. 492. 546. 612. 640. Quod ad ann. 546. affert, ex scriptore, cui alias de Aratore notitias detraxit, sumptum est; alii loci ut ad continuationem Pamphili chronici quandam referantur, opus est, cum Eusebii chronicon nonnisi ad a. 446. pertingat.

15. Rufini Aquilejensis historiae ecclesiasticae lib. II. Cf. a. 381. = Ruf. II, 13; a. 386. = II, 14. 15; a. 387. = II, 18. 19; a. 390. = II, 17; a. 391. = II, 22. 23. 24—27; a. 398. = II, 33. in Rufini opera ed. Vallarsius Tom. I. Veronae 1745.

16. Cassiodori historia tripartita, cujus saepissime vestigia pressit. Henricus semper addit, ex quo trium scriptorum, Sozomeno, Socrate et Theodoreto, narrata sumpta sunt. Illum postremo affert a. 434.

17. Gennadii presbyteri Massiliensis liber de scriptoribus ecclesiasticis sive virorum illustrium catalogus ab eo tempore, quo scribere desiit Hieronymus, ad a. 495. ductus. Saepe allegatur; cf. a. 397. cum cap. 83; a. 409. = c. 42; a. 411. = c. 61; a. 414. = c. 40. 41; a. 431. = c. 53; a. 443. = c. 70; a. 490. = c. 112. cet. — Ao. 404. quaedam de Prudentio ex Gennadio non nominato affert. Ad ann. 409. falso dicit 'Sigibertus' pro 'Gennadius', apud quem dicta c. 45. leguntur. Quae a. 480. tribuit Gennadio c. 14., leguntur nonnisi ap. Isidorum c. 14.

18. Isidorus Hispalensis de scriptoribus ecclesiasticis post Hieronymum et Gennadium, scriptores 33 complexus. Pluries ejus mentio fit. Cf. a. 389. 435. 440. 480 (ubi ap. Henri-

[1] *Untersuchungen über die Repegowische Chronik.* Bresl. 1854. p 64: '*Heinrich nennt* (inquit) *unter seinen quellen auch ein chronicon Saxonum, und die versuchung dasselbe für unser werk zu halten, lag für mich sehr nahe. Doch stimmen die von Bruns angeführten stellen nur sehr wenig mit der deutschen chronik; ja ich kann eigentlich nur eine einzige stelle namhaft machen, von der ich wol behaupten möchte, dass Conrad* (lege *Heinrich*) *sie unserem buche verdanke* (sequitur ille locus de Henrici Leonis proscriptione; vide pag. 161. not. 7). [2] Quae Annales Polithenses Vol. XVI. Scriptorum a Pertzio editi ad chronica Saxonica, tam latinum quam vernacula lingua scriptum, rectius dijudicanda conferant, editor nondum investigare potuit. WAITZ.

cum falso Gennadius citatur) et 595. Quae ex ejus etymologiarum libris 20 ad a. 560. laudat, desumpsit ex Vinc. 1, 79; cf. supra no. 10. k.

19. Gregorii Turonensis historia ecclesiastica Francorum libr. 10. Henricus nunquam hanc inspexit historiam, cum Turonensem postremo ad a. 780. citet, quamquam Gregorius diem obiit supremum a. 595! (cf. quae de hac re supra no. 1. ad Einhardum dixi) atque allata sub ejus nomine ad a. 499. sint Vincentio desumpta 25, 6; a. 574. = Vinc. 22, 92.

20. Bedae Venerabilis chronicon sive libellum de 6 aetatibus mundi ejusque historiam ecclesiasticam gentis Anglorum saepenumero ad res confirmandas affert maximamque partem ad verbum ex hac locos quosdam, qui ad Angliae historiam spectant, desumpsit. — Ao. 1331. in fine nominat illam historiam de gestis Anglorum, a. 381. historiam scolasticam.

21. Petri Comestoris historia scholastica, in praef. = Reg. 4, 47. et a. 995. = Reg. 3, 3. Inspexi edit. Argentinae 1503. 4.

22. Liber de secta pseudoapostolorum ad a. 1304. Hic liber exstat apud Muratorium in SS. R. Ital. IX, p. 445 sq. sub titulo: 'Additamentum ad histor. fratr. Dulcini haeretici ab auctore coaevo scriptum (ut in libro ipse narrat p. 455. 'haec scripsi in Kal. Maji 1316'), nunc edit. ex altero mpto codice bibl. Ambrosianae'. Quis fuerit hujus narrationis auctor, explorare non valuit editor. Quae ab Henrico in medium prolata sunt ex illo libro, aut ad verbum concordant, aut per excerpta traduntur; diversa tamen est in quibusdam locis chronici nostri lectio. — Quae de exitu illius haeresiarchae dicta sunt, desiderantur ap. Muratorium l. l., invenis ea autem apud Raynald., Ann. ecclesiast. ad a. 1308. no. 9. allata ex Bernardi chronico Romanorum pontificum iisdem verbis. Cf. infra no. 24.

23. Vitae fratrum praedicatorum ad a. 1236. 1295. Procul dubio est ille liber, quem Henrico teste ad a. 1278. Humbertus magister ord. praed. V. (a. 1254—1263) literis consignari jussit: 'hic ordinari fecit librum qui dicitur "Vitas fratrum".

24. Cronica ordinis praedicatorum. Quae Henricus sub hoc vel sine hoc nomine narrat, apud varios reperimus scriptores, qui ad eundem fontem redeunt, ad Jacobum de Sosato, qui circa a. 1316. Coloniae vixit. Hujus apud praedicatores celeberrimi scriptoris opus Albertus Castellanus in epitomen retulit, interpolavit, continuavit. Haec epitome sub titulo 'Brevissima chronica R. R. magistrorum generalium ord. praedicatorum' exstat apud Martenaeum et Durand., Vet. script. ampl. coll. VI, p. 344., ibique leguntur, quae Henricus ad a. 1236. 1252. 1253. 1262. 1271. 1272., init. cap. 95., a. 1275. 1276. 1278. 1283. retulit. — Alia reperis in 'Brevi historia ord. fratr. praed. auctore anonymo', quam typis excusserunt Martenaeus et Durand. l. l. p. 331 sq.; alia habes ap. Bernardum Guidonis (fratr. ord. praed. conventus Lemovicensis, episc. Lodovensis, obiit d. 13. Decb. a. 1331), qui chronicon magistrorum ord. praed. scripsit et, quod certissime affirmaverim, ex eodem fonte quam noster hausit. Cf. a. 1284. 1295. 1299. 1303. 1311. Doleo, quod illius excerpta ex vitis de ord. praed. magistris Quetifius et Echard. in Script. non integra reddiderunt. Saepius etiam iisdem fontibus Henricus usus esse videtur ac Bernardus in enarrandis summorum pontificum factis; plures enim loci, quos ex Bernardi chronico paparum usque hodie non evulgato ap. Raynaldum legimus, cum nostro ad verbum concordant. Cf. e. g. ap. Henr. a. 1304. 'contra hunc — aggregavit' cum Raynald. l. l. ad a. 1308. no. 9. — Cf. supra no. 22.

25. Gesta pontificum Coloniensium, quae Henricus adhibuit, in deperditis censenda sunt; generatim cum fonte concordant, ex quo Nordhofius in catalogo archiep. Colon. (ap. Böhmer, Fontes II, p. 282) et Caesarius Heisterbacensis in catalogo archiep. Colon. (ibidem p. 271) hauserunt, sed uberius res in illis tractatae erant. Cf. a. 862. 1018. 1033. 1053. 1064. 1178. 1184., init. cap. 91.

26. Tractatus de flagellariis quem edidit Gerhardus de Cosvelde, rector scolarium in civitate Monasteriensi Westphalie ad a. 1349. Drivero auctore (bibliotheca Monasteriensis. Monast. 1799. p. 79) scripsit ille chronicon Monasteriense, ex quo forsan de flagellariis Henricus hauserit.

### B. Scriptores historiae profanae.

27. Claudius Ptolemaeus. Quae Henricus sub ejus nomine de Gothis, Amazonibus et de Attila proponit, apud eum non inveni, sed habent Jornandes, Historia miscella et Pauli Diaconi historia Rom., ex quibus descripsit Ekkehardus. Cf. Pertz. M. G. H. SS. VI, p. 119. 120. 121. 125. Henricus illa ex Ekkehardo, quem non nominat auctorem, desumpsit, sed in brevius ejus verba

redegit. In Henrici autem notitiam non venisse Ptolemaei opera, eo demonstratur, quod Ekkehardus nonnisi auctore Ptolemaeo de insula Scanzia narrat et in fronte ponit: 'Cl. Ptolemeus . . . refert in secundo operis sui libro' etc. Henricus ex hujus notitiae fonte totam narrationem transscripsit, sed falso.

28. Orosii historiarum libri 7 seu hormesta mundi. Saepius in medium proferuntur, postremo ad a. 416. Ex Orosio noster desumpsit, quae Brunsius ex Pompejo Trogo ab Henrico hausta putat. Cf. a. 382. et Oros. 7, 34. Erranter tribuuntur Orosio a. 401., quae ad Sigibertum a. 406. pertinent, cui abstulit Vinc. 19, 35., et huic Henricus. — Ex Ekkehardo et Orosio aliquoties consuit narrationem, quam soli posteriori tribuit, exempli gratia a. 382. 397.

29. Prosperi chronicon. Habuit Henricus chronicon Prosperi imperiale sive ab editore Pithoeanum nominatum, non autem illud integrum et Hieronymo adnexum et in epitomen redactum Tironis Prosperi Aquitani (in Canisii lect. antiq. ed. Basnage Tom. I.) [1]. Quae noster ad a. 388. allegat ex Aquitano, legis ap. Vinc. 18, 40; illa ad a. 441. ap. eund. 21, 34., qui ibi hunc fontem nominat 'ut ait Prosper'; ad a. 399. et. 402. reperis apud Sigibertum, quibus auctoribus laudata detraxit. — Praeterea Henricus in usum convertit Prosperi librum de vita contemplativa ad a. 389. (in editione Parisiensi a. 1711. hic liber cuidam Juliano Pomerio tribuitur).

30. Jornandis sive Jordanis gesta Gothorum a. 1069. Quae hic narrantur de ense Attilae, ap. Jornand. c. 35., sed non iisdem verbis obvia fiunt. Henricus haec ex Lamberti annalibus a. 1071., quibus quoque notitias antecedentes detraxit, mutuatus est. Jornandes nostro ignotus erat.

31. Pauli Diaconi gesta Lombardorum. Saepe, postremo ad a. 723. Sub nomine ex Lombardis citat eum ad a. 676.

32. Turpini Remensis archiepiscopi historia Karoli. Quae ad a. 768. et 814. ex illo desumpta esse ait noster, non evolvuntur in editionibus usitatissimis, sed invenis ex Reubero in appendicibus ad *Chronique de Philippe Mouskes publiée par de Reiffenberg*, *Bruxelles* 1836. Tom. II, p. 489—518, sub cap. 20. et 32. Johannes Turpinus multipliciter interpolatus est. Cf. supra no. 10. o.

33. Ordinarium Corbeyense ad a. 820. Quae ex illo referuntur, maximam partem apud Annal. Saxonem ap. Pertz, M. G. H. SS. VI, p. 572. et in Chron. Corb. anonymi ap. Meibom., SS. R. Germ. I, p. 755. leguntur. (Idem ap. Thietm. cod. 2. Pertz. l. l. SS. III, p. 840. 860). Cf. Historiam translat. s. Viti ap. Pertz. M. G. H. SS. II, p. 579. No. 11. — Mirum quod hoc unicum est testimonium (si exceperis Annal. Hildesh. ap. Pertz. l. l. VII, p. 851), quo Karolum Magnum coenobium Corbeyense fundasse affirmatur. Sed est falsum. De diplomate fundationis, quod Lodewico a Karolo traditum et Paderbornae scriptum esse a. 820. dicitur ejusque falsatione vide Wigand, *Corveysche Geschichtsquellen* p. 107. — Ceterum et Henricus errat, qui annum fundationis 820. nominat Corbeja fundata est in Sollingae saltu in loco qui dicitur Hethi (Hethua, Hetha = Haide, haud procul a villa quam nunc Neuhaus dicunt) anno 815. et monasterium translatum a. 822. in locum ubi nunc est. Cf. Annal. Corb. ap. Pertz. l. l. SS. III, p. 43 [2].

34. Cronica Angarorum ad a. 934., ex quo unico loco nihil certi de illis statui potest.

35. Cronica Francorum. Plura quae Henricus sub hoc titulo laudavit evolvuntur ap. Vincentium, qui fontem nominat 'historia Francorum'; cf. a. 1175. cum Vinc. 30, 22; a. 1183. c. Vinc. 30, 25; a. 1242. c. Vinc. 31, 150; a. 631. c. Vinc. 24, 35. Alia hausit Henricus ex historia Francorum, quam nondum indagare poteram (cf. a. 824. 880. 897. 829. 963. 984. 985. 1107) et quam citatam reperis sub nomine 'cronica Francorum' a. 714. 741. 1058. 1135. 1302. Pauca tantum similia in Chronicis s. Dionysii gallica lingua scriptis leguntur (ap. Bouquet l. l. III, p. 310 sqq.) — Cf. supra no. 11.

36. Liber de magnalibus Mediolani, ex quo Henricus ad a. 1178. plura de obsidione et destructione Mediolani per 'Fridericum I. sceleratissimum', de situ ac pulchritudine ejusdem urbis etc. excerpsit. In Gualvanei Flammae 'Manipulus florum sive historia Mediolanensis ab origine urbis ad ann. circiter 1336.' etc. ap. Muratori, SS. R. Ital. Tom. XI. p. 711, legimus cap. 326: 'Anno

[1] Cf. de his chronicis eorumque distinctione Papencordtii *Geschichte des wandalischen Reiches in Africa* p. 355 sq. et Waitzium in *Archiv f. ältere deutsche Gesch.* VII, p. 228.

[2] Annal. Quedlinburg. ap. Pertz. l. l. III, p. 42. falso exhibent annum 823; et chron. Hüxar. ap. Paullini, syntagma etc. falso annum 821. In historia Corbejensi autem, quam Paullini composuit et quae manuscripta in bibliotheca Hamburgensi asservatur, annus legitur justus 822; cf. ibidem p. 9.

Domini 1288 .... Eodem anno quidam nomine Bonvesinus de Ripa frater tertii ordinis chronicam de magnalibus civitatis Mediolani composuit, cujus tenor talis est' etc. Quae sequuntur, fere semper ita cum Henrico (exceptis numeris, qui ad rerum civilium scientiam spectant) conveniunt, ut affirmaverim, aut Henricum ex hoc opere aut utrumque ex eodem fonte hausisse.

37. Galvilensis (Gabulensis Otto Frising.) episcopi relatio de Syria ad a. 1202. Cf. Otto Frising 7, 33., ubi verba ab Henrico laudata exstant; utrum autem ex illo accersita sint annon, in medio relinquam, quum nullo in loco Ottonis mentionem injecerit.

38. Cronica de Marka. Cf. init. cap. 83 (pag. 95), a. 1190., init. cap. 93 (pag. 178), a. 1215. 1216. 1225. 1246. 1253. 1254., init. cap. 94 (pag. 195), a. 1256. 1267., init. cap. 95 (p. 203), a. 1275. 1277. 1278. 1287. 1288. 1291. 1293. 1294. 1295—1298. 1300—1308., init. cap. 98., 1310. Est illud Lev. Nordhofii chronicon comitum de Marka, quod legimus ap. Meibom., SS. R. Germ. I, p. 377 sqq.. et Tross separatim edidit Hamoniae 1859. — Quandoque Hervordiensis, interdum Nordhofius latius rem tractat aut brevius. Habeas exemplum!

| Henric. cap. 98. | Nordhof. a. 1308. |
|---|---|
| Kal. Maji rex Albertus occiditur a nepote suo. Cui Henricus iste succedens, in festo epiphanie Aquisgrani coronatur. | Eodem anno in die apostolorum Philippi et Jacobi Albertus rex a nepote suo occiditur, et succedit ei Henricus comes de Lutzenburg et in festo epiphaniae Domini Aquisgrani coronatur. |

39. Cronica principum de Brandenborch ad a. 1308 (p. 226) et 1318. Cum chronica, quae res Brandenburgenses tractant, ex antiquioribus fere omnino desint temporibus nullaque Henrici narrationes iisdem verbis praebeant, fragmenta apud nostrum servata magni sunt aestimanda. Quod de auctore hujus chronici deperditi proponam, in conjectura positum est, sed verisimile mihi videtur.

Anno 1308 (pag. 225) notitiam de filia comitis de Luchow legimus, quam esse haustam ex cronicis principum de Brandenburg equidem contenderim, ac pariter affirmaverim, haec cronica esse a quodam illius familiae de Luchow propinquo composita. Nobis enim sunt noti duo viri qui tunc temporis vivebant, Eberhardus et Hermannus de Luchow, ambo capellani et notarii domus Brandenburgensis. Eberhardus jam a. 1310. in aula marchionis Waldemari versatus [1], m. Aprili a. 1319. praepositus Berolinensis factus est [2]. Hermannus de Luchow erat marchionis Waldemari notarius ab a. 1310. usque ad ejus mortem, tum apud Waldemari viduam a. 1320—1322. et deinde apud marchionem Ludowicum seniorem ab a. 1324—1335. eodem munere functus est. Quis igitur dubitet, quin Eberhardus vel Hermannus idonei fuerint, qui nobis de principibus Brandenburgensibus accuratam relinquerent narrationem? Conferas annos 1308. 1318., porro 1286. 1315. 1347., qui loci verisimiliter ex illo chronico originem trahunt, et ibis in sententiam meam.

40. Ex missal. villae Woring, ad a. 1288.

Quod fontes attinet, quibus noster, disserens de factis memorabilibus sui temporis et illius quod proxime antecedit, usus est, observavi, eum adhibuisse in describendo vitas paparum Johannis XXII., Benedicti XII. et Clementis VI. exemplar earum, quas proposuit Baluze in Vit. pap. Avinionens. Tom. I. nominato auctore Petro de Herentals (qui vixit post Henr. Hervord.). Utrumque ex eodem fonte hausisse, concinnitas verborum bene docet.

C. Vitae sanctorum et legendae.

41. Augustinus de assumptione b. Virginis ad a. 1355 fin. — Cf. supra no. 10. i.

42. Ysuardus, Parisiensis monachus, ut Henricus (duce Vincentio 24, 2., qui se hausisse ait ex chronographo) testificatur ad ann. 801., martyrologiorum ab Hieronymo et Beda concinnatorum brevitate offensus et Caroli magni imper. jussu, fusius ipse martyrologium contexuit ex Flori aliorumque id genus scriptis (exstat in Actis SS. mense Jun. Tom. VI. VII). Henricus hunc fontem ex cronicis (= Vinc. 24, 2), Corner chron. Romanorum (falso) nominat. Ysuardum adhibet testem a. 386.

43. Jacobus de Voragine (†a. 1297), liber passionalis seu Aurea legenda seu Historia Longobardica sanctorum seu Legenda sanctorum per anni circuitum venientium, ad a. 438. 448. 453. 468. 536. 622. 1022. 1040. 1215. 1221.

44. Libellus de translatione s. Pusinnae (scriptus fortasse a monacho Corbejensi annis 860—877), cujus pars exstat apud Pertz, M. G. H. SS. II, p. 681 sq. Cf. a. 800. et 860.

[1] Cf. Gercken, diplom. vet. March. I, p. 599. [2] Küster, *altes und neues Berlin* II, p. 633. Lentz, *Brandenburg. Urkunden* p. 207. b.

Quae ad a. 800. ex illo allata sunt, fere ad verbum ap. Pertz. l. l. leguntur; dicta autem ad a. 860. differunt valde ab editione laudata et multa in eadem desiderantur, quae noster ex codice enotavit, qui nunc censendus est in deperditis.

45. Gesta b. Waldgeri († a. 825) ad a. 820., composita post annum 1076. aut intra a. 1051—1076., quod in eis Ymadi tunc temporis episcopium Paderbornense tenentis mentio fit. Paullini, qui eadem in libro de pagis antiquae Germaniae (Francof. a. M. 1699. p. 281—298) edidit, scriptorem esse eorum Wigandum presbyterum Bielefeldensem narrat 'teste Herm. Portfeldio in chronico Hervordiae'. Quae noster protulit, fere semper iisdem verbis ibidem leguntur aut ex illis in brevius redacta sunt. — Cf. infra no. 54. 55.

46. Historia Lyndbrandi (Liudprandi antapodosis ap. Pertz. M. G. H. SS. III) ad a. 925. affertur. Sed Henricus ex Ekkehardo 920. et Vinc. 25, 66. hanc narrationem composuit. [1]

47. Penthacronon (Pentachordum) seu de 5 temporibus seu speculum futurorum temporum, ut Henricus interpretatur, sancte Hildegardis, in init. cap. 89 (pag. 151). Illa erat abbatissa monasterii s. Ruperti Bingae ad Rhenum, nat. a. 1099., ob. d. 20. Octb. a. 1139. Opusculum laudatum adhuc in bibliothecis latet, neque valde divulgata Hildegardis scripta fuisse videntur, quum ipse Gebeno dicat (cf. p. 151. chron. nostri): 'omnes libros ejus pauci habere possunt vel legere'.

## III. Epistolae.

Etsi Henrico epistolarum copia non magna fuit, earum fides tamen ab eo spreta non est. Sic laudat

48. Senecae epistolam ad Lucillum in praef. pag. 1.

49. Sidonii Apollinaris epistolas, a. 493. Cf. a. 397.

50. Porro affert a) ad a. 1342. narratiunculam quandam 'ex littera quadam de Avinione missa'; b) ad a. 1202. ex epistola Johannis presbiteri regis Indie ad Emanuelem Grecorum imperatorem. Notitiae de Johanne collectae sunt ap. Assemann., bibl. oriental. Tom. III, pars 2, p. 484., ap. Mosheim, hist. Tartaror. eccles. Helmst. 1741. p. 18., ejusd. institut. hist. eccles. p. 443. Epistola laudata exstat ap. Assem. l. l. p. 490., ap. Mosheim l. l. append. p. 29. no. IV. Sed utraque, et Henrici et illius libri, est mutila, quum multa desiderentur in hoc et illo. Cum hae literae incredibilis arrogantiae jactationisque plenae sint, multaque alia contineant, quibus nemo sanus fidem habebit, Henricus caute in fine addit: 'Nos hec aliorum auctoritate dixerimus, fidem auctores vendicent'; c) ad a. 1337. ex littera conventus Zyrixensis; d) ad a. 1345. ex littera conventus Frisacensis ad priorem provincialem Theutonie; e) ad a. 1347. ex littera Palatini Reni regi Polonorum transmissa; f) epistola Gebenonis in penthacronon s. Hildegardis (pag. 151); g) epistola s. Hildegardis ad s. Bernardum et h) epistola s. Bernardi ad eandem (vid. p. 152); i) ad a. 1324. littera episcopi Parisiensis Stephani, qua revocat articulos b. Thomae Aquinatis condemnatos, data ap. Gentiliacum die Jovis ante cineres (legitur ap. d'Argentré, collect. judicior. de nov. erroribus I, p. 222); k) ad a. 1327. littera Michaelis Caesenatis gener. magist. frat. ord. minor., quae publicata est in capitulo generali istorum Perusii ab Johanne XXII. papa celebrato; l) ad a. 1333. littera, quam ad Johannem papam scripsit congregatio Parisiensis magistrorum in theologia pro Thoma Walleyz (v. infra) haereseos accusato (typis excussa est ap. d'Argentré l. l. I, p. 318).

## IV. Bullae, privilegia, diplomata, leges, sermones.

51. Liber decretalium. Juri canonico Gratianus monachus formam Romani circa a. 1151. induit (decretum Gratiani). Papa Gregorius IX. per capellanum suum Raymundum a Penna forti novam decretalium collectionem in 5 libros digestam institui jussit (decretales d. Gregorii IX.). Henricus noster decretalium historiam breviter ac plane narrat: A. 624: 'Exstat apud nos liber decretorum apostolorum, quem primus compilavit Ysidorus (Hispalensis), scilicet epistolas, decretales Romanorum pontificum canonesque conciliorum . . . . . ., in unum grande volumen compingens, ex quo . . . . manifestum est Yvonis et Gratiani dicta fuisse excerpta'. A. 1150: 'Isto anno Gratianus mo-

[1] Nota in Pertzii M. G. H. l. l. p. 272., quod Henricus noster Liudprandi historiam in usum suum converterit, erranter scripta est.

nachus de Clusa vel Guisa civitate Tuscie natus decretum composuit'. A. 1227: 'Per Reymundum ord. pred. primarium suum et capellanum ex pluribus voluminibus decretalium compilavit (Gregorius IX) volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti'. A. 1233: 'Raymundus frater ord. pred. composuit librum decret., quo nunc utimur in judiciis et scolis'. A. 1299: 'Hoc anno liber decretalium VI. per Bonifacium papam publicatur'. — Saepius Henricus in decretis nititur; cf. a. 386. 607. 750. 754. 774. 801. 1000. 1057. 1215. 1294. 1298. 1315. 1338. etc.

52. Johannes Andreae (obiit Bononiae a. 1348) glossae super Clementinas ad a. 1295. 1312. 1315. 1316. 1317.

53. Bernardus (Parmensis, Compostellanus) in apparatu, notior sub titulo: Casus longi cum notabilibus super decretalium libros V. Equidem inspexi editionem impressam Argentinae 1483. fol. — Cf. a. 496. 750. 1000. etc.

Alium Henrici fontem consequi possumus ex privilegiis et literis publicis tam pontificum Romanorum quam imperatorum ac regum, quas certe ex tabulariis coenobiorum et Mindensis et vicinorum Corbejensis et Hervordiensis protulit: plura eorum ad verbum descripsit. Pleraque quae inspexit publici juris facta sunt, unde cognosci potest, quid et quantum ille transtulerit. Ut nonnulla afferam:

54. Quoddam privilegium cenobio Corbeyensi datum, a. 820., ex quo Henricus summam rerum traxit. Cf. Schaten, annal. Paderborn. I, p. 95. Erhard, regesta histor. Westphal. *Urkundenb.* I, p. 16. No. XXI.; Vita Waldgeri mpta Monasterii VII. 5208. membr. 4o. min. saec. XIV.

55. Anno 867. noster quaedam ad Corbejensem et Hervordiensem ecclesias spectantia affert, quae ex libro de gestis Romanorum pontificum (cf. supra no. 2) sumpta dicit, quae autem ex diplomate quodam addidit, cum l. l. nihil ejusmodi inveniatur. Dicta esse vera, ex sequentibus utriusque verbis intelliges.

| Henricus. | Privilegium. |
|---|---|
| Hujus (i. e. Adriani papae) temporibus Lodewicus imperator dedit ecclesie Corbeyensi et Hervordensi quasdam decimales ecclesias cum ipsis decimis in parrochya Osnaburgensi, consentiente episcopo et omni clero, ut in ipsis ecclesiis ab abbate procuraretur plebi baptisma, eucharistia, sepultura, confessio; episcopo autem de singulis ecclesiis darentur 4 porci vel 8 arietes, 4 porcelli, 4 auce, 8 pulli, 20 situle medonis, 20 de mellita cerevisia, 60 de non mellita, 120 panes, 100 modii avene, 600 manipuli, teste Rabano archiepiscopo Moguntino. | (Hludouuicus).... dedit... ita sane, ut... ab ipsis (monasteriis) vicissim procurentur subjecte plebi in baptismate, in eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda.... In quibus satis esse consensit prefatus episcopus coram nobis et archiepiscopo nostro Hrabano ceterisque cum eo in sinodo agentibus, id est ut dentur ad singulas ecclesias porci 4 ualentes singuli denariis 12, et 8 arietes, qui eadem precii summa qua 4 porci estimarentur, 3 porcelli, 3 aucę, 8 pulli, 20 situlę de medone, 20 de mellita cerevisia, 40 de non mellita, 120 panes, 100 modii de auena, manipuli 600, sitque in potestate episcopi, utrum hęc per singulas ecclesias ad unam mansionaticam an ad duas velit habere. |

Sed attendendum est, privilegium datum esse 11. Kal. Jun. a. 20. regni glor. reg. Hludouuici, indict. 1. in palatio Franconofurd, i. e. 22. Maji a. 853. Henricus igitur erravit, quum hoc ad tempora Adriani II. referret, qui ab a. 867—872. papalem tenuit sedem. Idem diploma legimus in Vita b. Waldgeri inedita quae Monasterii asservatur (cf. no. 54).

56. Diploma papae Leonis III. a. 809 (erat autem a. 799) de monasterio Eresburg. Cf. Fürstenberg, monum. Paderborn. ed. alt. Elzev. Amstelod. 1677. p. 117. Schaten, ann. Paderborn. I, p. 55. Seibertz, *Urkundenbuch des Herzogthums Westfalen* T. I, p. 2. — Jaffé, regesta pontif. Roman. p. 217. hoc diploma recte ad bullas spurias refert.

57. Bulla papae Leonis X. de corpore s. Dionysii Areopagitae Ratisbonae reposito, cujus tenor legendus est a. 896. — Litera est spuria; exstat ap. Dubois, histor. eccl. Parisiens. Tom. I, p. 651. Mansi, coll. ampl. concil. Tom. XIX, p. 674. Mabillon, ann. Benedict. lib. LX. no. 21. — Cf. etiam quae dixi pag. 68. not. 3.

58. Literae publicae Friderici I. ad a. 814. inserto Karoli Magni privilegio urbi Aquisgranae dato, cujus de fide et auctoritate inter viros doctos saepius disputatum est [1]. — Exstat in P. de Beeck, Aquisgranum p. 344 sq.

59. Ex quodam privilegio Magdeburgensi a. 966. Henricum bullam fundationis (quae ap. Sagittarium, hist. ducat. Magdeburg. in Boysen, *histor. Magazin* I, p. 115—119. et chron.

[1] Quix, *Gesch. der Stadt Aachen* T. I. praef. his verbis totum rejicit: *Man hat das vermeintliche Privilegium Karls des Grossen, ein Machwerk das den Zeiten Friedrichs I. anzugehören scheint, lange für echt und baare Münze gehalten, statt dasselbe vorurtheilsfrei und kritisch zu würdigen.*

Magdeb. ap. Meibom, SS. T. II, p. 272. legitur) in sensu habuisse, verisimile est; sed in ipsa nonnisi Magdeburgensis nominatur archiepiscopus. Henricus, qui alia adjecit, haec ex privilegio deperdito sumsisse aut ex pluribus composuisse videtur.

60. 'In quodam privilegio illi ecclesie (i. e. in Osenbrughe) per ipsum (fundatorem Carolum Magnum) collato, quod vidi, dicit sic, a. 780. — Diploma evolvitur ap. Moeser, *Osnabr. Geschichte* T. I. et ap. Walterum in Corp. juris German. antiq. II, p. 200; sed a multis ut falsum rejicitur.

61. Quoddam privilegium ecclesiae urbis Ghezeke (in Westfalia) a. 946. de fundatione monasterii ad s. Mariam et s. Ciriacum. Idem legitur ap. Stangefolium, annal. circ. Westfal., lib. II, p. 184.

62. Ex diplomate monasterio s. Petri in Erphordia a Dagoberto Francorum rege dato afferuntur nonnulla ad a. 714. Diploma sublestae fidei ed. Mader in Chron. Mont. Sereni p. 273. alii.

63. Quo propius accessit ad tempus suum, Henricus adhibuit bullas seu constitutiones papales. Cf. a 1302. 'Unam sanctam', a. 1303. 'Super cathedram', 'Inter cunctas', a. 1321. 'Exiit qui seminat', 'Quia nonnunquam', a. 1322. 'Ad conditorem canonum', a. 1323. 'Cum inter nonnullos (sed falso hanc constitutionem ad hunc annum retulit, quum potius d. 12. Novemb. a. 1322. data sit), a. 1324. 'Quia quorundam' etc. Quae autem memorantur, ad vulgares fontes revocari vel certe similibus decretis explicari et confirmari possunt.

64. Porro Henricus in fontibus habuit sermonem Bonifacii papae in ratificatione electionis Alberti regis ad a. 1298 (annus haud justus, quum Bonifacius VIII. hanc orationem d. 30. April. a. 1303. dixerit). Henricus aut ex suo addidit, aut pleniorem habuit fontem quam Baluzius, qui istum sermonem in Petri de Marka dissert. de concord. sacerdotii et imp. s. de libertatibus ecclesiae Gallicanae lib. VIII. Francof. 1708. pag. 105. primus publici juris fecit ex codice no. 4467. bibliothecae Colbertinae.

65. Appellationem Ludovici IV. imp. ad futurum concilium generale adversus Johannem XXII. papam. Exstat ap. Baluze, vitae paparum Avinionens. II, p. 478. Sed Henricus illam breviavit.

66. Etiam scripta, quae Thomas Walleiz (cf. supra no. 50) Anglicus et magister theol. ord. praedic. edidit, diligenter adhibuit; ex quodam ejus sermone finem ad a. 1332. nobis communicat, quem typis excussum invenis ap. Quetif. et Echard, script. ord. praed. Tom. I, p. 599.

## V. Philosophi, poetae et alii.

67. Aristoteles. Anno 482. laudat illum ex Averrois commentario (cf. Aristotelis opera omnia cum comment. Averrois Cordub. Venet. 1573). Ad eundem interpretem redeunt reliqua citata pag. 196. ad a. 1308. 1326. etc.

68. Horatius, saepius, e. g. ad Pisones v. 15. ad a. 1244.; alios locos ex sat. vid. pag. 5., ex epist. p. 262. 282. 289 etc.

69. Ovidius, e. g. Ars amat. I, 249 252 = pag. 196; a. 1308. memorat lib. III. et VII. fastorum, a. 1309. lib. I, 178. fast., pag. 274 = met. VII, 526; a. 1322 = Ars amat. I, 443 sq. et III, 9; ibidem ex epist. Heroid. II, 49—53; ad a. 1350. ex metam. lib. VII, 523—613. reddit, sed non accurate; ad a. 1351. metam. lib. VII. adhibet.

70. Virgilius, e. g. eclog. VIII, 75. = pag. 196; ad a. 1051. Aeneid. X, 474 sq.; ubi ad Wilhelmi Malmesber. relata de Pallante Euandri filio Henricus notam addit.

71. Juvenalis, e. g. sat. I, 6. = pag. 5.

72. Persius, sat. I, 2. = pag. 290.

73. Claudianus, poeta panegyricus, cujus versibus saepissime utitur. Affert quoque permulta ex eo decerpta. Inveniuntur apud eum Claudiani carmina in hunc ordinem redacta: 1. in Rufin. lib. I; 2. in Rufin. lib. II; 3. de bello Gildonico; 4. in primum consulatum Stiliconis lib. I; 5. in secund. consulatum Stiliconis lib. II; 6. in secund. consulat. Stiliconis; 7. in sextum consulat. Honorii; 8. in Eutropium lib. I; 9. in Eutropium II; 10. de tertio consul. Honorii; 11. de quarto consul. Honorii; 12. de bello Gildonico.

74. Sedulius. Henricus dedit ex illius carmine paschali hymnisque nonnulla excerpta ad a. 440.

75. Valerius Maximus, in praefat. = I, 8, 7; a. 1299. = IX, 14.

76. Servius semel affertur ac quidem in prologo ad a. 387.

77. Boethii de consolatione philosophiae liber, ex quo multa exhibentur excerpta ad a. 503. Quae de vita ejus narrat, ex Vinc. 21, 15. reddidit.

78. Albericus philosophus, de natura Deorum, ad a. 1316. Hic commentariolus non est commutandus cum illo libello, quem in 'Mythographi latini' Th. Muncker Amstelod. 1681. II, p. 301—328. et van Staveren in Oudendorp. Mythograph. latin. p. 896—938. sub titulo 'de deorum imaginibus' publici juris fecerunt; sed continet simile argumentum [1]. Quod autem in manibus hominum adhuc mutilus versatur, in editionibus non plane, quae Henricus ex illo protulit, reperiri possunt. Albericus a. 1217. Londini vixit. Sed forsan Henricus usus est libello Leontii 'de diis gentium et illorum allegoriis', qui falso in codicibus mptis nostro Alberico attribuitur. Cf. Grässe, *Lehrbuch einer Literärgeschichte*. Dresd. 1839. I, 2, p. 541.

79. Albertus Magnus, ad a. 388. 482. 1337. 1338. 1346. Prolata mutuata sunt ex ejus libris physicis et meteorologicis.

80. Alanus de Insulis, etiam Alanus Magnus vel Altisiodorensis dictus, monachus Claraevallis ord. Cisterc., defunctus a. 1202. aetatis 93. Scripsit Anticlaudianus (sive de officio viri boni et perfecti lib. X), quem librum diligentissime Henricus legit, ut ex multis excerptis elucet. Pervulgatus quoque sub titulo encyclopaedia Alani. Non minus notus erat nostro ejusdem scriptoris liber De planctu naturae, pedestri et poetica dictione, Boethio duce, exaratus. Ejus opera sunt collecta in Alani M. de Insula opp. moralia, ed. stud. Caroli de Visch. Antwerp. 1654. fol. — Cf. a. 397. et init. cap. 51.

81. Biblia sacra. Saepissime.

## VI. Traditiones.

82. Relata Hervordiensis intra a. 1309—1312. ab Henrici VII. regis teste aequali et oculari rerumque gestarum perito scripta esse non possunt, quia tantummodo pauca fide digna praebent. Henricus VII. sane in Italiam profectus est, non autem vocatus, sed sponte. Porro non intravit Veronam; neque ejus cives Henricum solemniter exceperunt, neque Mediolanenses illuc legatos ei miserunt, quia nunquam Veronam vidit et legati Mediolanensium jam Spirae regem adierant (cf. Nicol. Botront. ap. Böhmer, fontes I, p. 70). Solum verum est, regis fratrem Walramum ante Brixiam esse interfectum ac Veronae sepultum, et Germanos captos a Brixiensibus crudeliter trucidatos ('plurimi Theutonici per Brixienses assati . . . . horribili genere'. Nic. Botront. ap. Böhmer l. l. I, p. 86. et 87).

Hi leves nuncii sunt, maximam partem res commenticiae, quas Henricum nostrum, quum in Italia a. 1340. esset, ibi audivisse et ex memoria promiscue narravisse, contenderim.

## VII. Historiae fabulosae.

Haud parva in chronico nostro est auctoritas fabularum: aliquot ex fontibus notis, alias ex scriptoribus non bene cognitis allatas videmus, ut quisque, qui sequentes paginas evolverit, facile intelliget. Henricus commemorat p. 33. fabulam de Widekindo, qui in hostia Christum puerum conspexit; p. 56. fabulam de Hathemoda abbatissa Gandershemensi a papa Sergio consecrata; p. 93. fabulam de scolare quodam, qui daemonem in vitro inclusit et fabulam de uxore Ottonis III. imp. se prostituere volenti; p. 94. fabulam de institutione electorum principum; p. 99. notitiam commenticiam de urbe Spira a. 1024. condita; p. 141. de sancto Thejoducte apud Weleposholte; p. 146. fabulam, quomodo Luderus ducatum Saxoniae adeptus sit; p. 165. fabulam de contempta uxore Friderici I. imp. per Mediolanenses; p. 216. de miserabili exitu Roberti Judaei, quondam canonici; p. 279. de fantasmate quodam in Cyrenbergh; p. 278. de visione singulari prope Mindam. Ex Vincentio desumpsit p. 36. fabulam, Carolum Magnum cum exercitu esse profectum Hierosolymam, p. 96. historiolam de saltatoribus intra sacra missarum solemnia poena affectis; ex Martino Polono p. 102. fabulam de origine Henrici III. imperatoris.

[1] Cf. quae hac de re etiam disputavit K. Fr. Hermann in Schneidewin, *Philologus*, X. *Jahrg*. p. 322.

## §. 5.
## De auctoribus qui ex Henrico hauserunt.

Quanti Henrici scripta sint aestimata, ex eo quod ejus narrata ab aliis chronicorum mundi auctoribus saepius exscripta deprehendere licet, satis superque compertum habemus [1]. Hoc in loco mentionem faciam omnium qui in notitiam venerunt. Longe uberrimus ejus descriptor est

Hermannus Corner [2] in chronico suo, et quaestione instituta id plerumque ita factum esse inveni, quod quoque jam monet Brunsius in *Beiträge* I, p. 12., ut nostrum paene ad verbum ducem, nonnunquam tamen mutato ad arbitrium rerum tradendarum ordine et in disponendis rebus sub singulis annis vario modo saepius discrepans, sequutus sit. Quamquam autem Lappenbergii [3] et Waitzii [4] curis singulorum hujus scriptoris in citandis fontibus non solum levissimi, sed etiam fallacissimi locorum originem incertam esse statutum est, tamen denuo diligenter rem perscrutatus sum, ac omnia quae Corner in chronico suo (ap. Eccard., corp. hist. med. aevi II, p. 431 sqq.) ex Henrico mutuatus est, in nostra editione sub textu indicata habebis. Addendum est, Cornerum usum esse codice Berolinensi; cf. lectiones ad ann. 960 (timpore), ad ann. 1064 (Tributariam, Tributarioon), ad ann. 1072 (et quia) etc.

Ut ex loco supra laudato (cf. pag. V) elucet,

W. Rolevinckius de antiq. Saxonia se 'prout in plurimum' Henricum prosequutum esse confitetur.

Etiam Johannes de Essendia, cujus historia belli a Carolo Magno contra Saxones gesti ap. Scheidt, bibl. hist. Gotting. p. 19—63. exhibetur, eum saepius convertit in usum suum; cf. a. 747 (Henr. 748). 750 (H. 750). 753 (H. 751) etc. Sed Johanni aeque ac Hermanno Cornero cauta est habenda fides in citandis nominibus auctorum, quibus relata detraxit. Nonnisi rarissime narrata reperis apud scriptorem cui tribuit; quod facile est cognitu, quum praecipue sint tres (Gregorius Turon., Henricus de Herv. et Vincentius Bellov.), ad quos lectores rejicit. — Johannes quoque, ut Henricus noster (cf. §. 4. no. 19) falso Gregorium citat in historia Caroli M., quamquam ipse profitetur a. 779: 'Illa sunt verba Gregorii, que etiam sic in originali scripta reperi'.

Auctor libelli de fundatione quarundam Saxoniae ecclesiarum (ap. Leibnit. SS. R. Brunsvic. T. I, p. 261 sq. et Mader, antiquitat. Brunsv. p. 160 sq.; cf. Waitz in *Nachrichten v. d. Georg-Aug. Universit.* etc. Jahrg. 1857. p. 63).

Chronicon Mindense (ap. Meibom, rer. Germ. SS. T. I, p. 550 sq.). Incerti ejus auctores multa ex Henrico retulerunt, ad quod probandum exempla afferre longum est; primo obtutu quisque facile intelliget.

Herm. de Lerbeke (circa a. 1404., monachus Dominican. domus s. Pauli Mindens.) chronicon comitatus Schawenburg., ap. Meibom., l. l. T. I, p. 497 sq.

Herm. de Lerbeke, chronicon episcoporum Mindens. (usque ad a. 1398. et 1473., ap. Leibnit., SS. R. Brunsv. T. II, p. 157—211) Cf. de hoc chronico K. Kletke, *die Quellenschriftsteller z. Gesch. des preuss. Staates.* 1858. p. 518—520.

Successio episcoporum Mindensium ap. Pistor. ed. Struve, SS. R. Germ. T. III, p. 807—841. Cf. de hoc libello Kletke l. l. p. 520. 521.

Kleinsorgius in *Kirchengeschichte von Westphalen* († a. 1577; 2 voll. Monasterii 1779.) saepius Henrici narrata corrigit vel critice tractat.

Meibomius avus saepe nostrum citat auctorem, ut in historia Bardewici in SS. R. Germ. T. III, p. 57. 76; de pagis III, p. 101; I, p. 412. 515. 541; de Irminsula Saxonica III, p. 18. Sed exceptis duobus locis in nostro chronico laudata non leguntur.

Ferdinandus de Fürstenberg, episcopus Paderbornensis et Monasteriensis, expolitus historicus ac poeta, possedit, ut ex illius litera ad Conringium [5] a. 1671. data intelligitur, Henrici hi-

[1] Ut furtim exscriberetur, jam accidit, antequam Henricus lucubrationes suas e monasterii tenebris in lucem vocavit; qua de re acriter haec jocatus est in fine operis (cf. p. 289): 'Nec satis moveor, quod hec ipsa, priusquam in publicum ea legenda contraderem, fuerint per magistrum quendam in theologya ruditer extracta verecundeque corrupta, reputans apud me, quod forte tandem

. . . . . 'movebit cornicula risum
furtivis nudata coloribus',

ut dicit Horatius ep. III (I, 3, 19).

[2] ordinis s. Dominici monachus. Vixit 100 annos post nostrum Lubecae.

[3] *Archiv für ältere Geschichte Deutschlands* T. VI, p. 585. 624.

[4] ibid. T. VI, p. 761 sqq.

[5] Con-

storiae binas partes priores [1], ab illoque petiit, ut se certiorem faceret, utrum postrema ejus pars, in qua Henricus res suo tempore gestas pertractaret, in bibliotheca Julia aut alibi lateret, quod ei non erat dubium, quum Meibomius hujus auctoris testimonium in libris editis passim attulisset. Conringius, illam in bibliotheca Julia non comparere, respondit; sed, ut Brunsius [2] ait, falso. Postea misit Conringius ad Fürstenbergium quae ex libro pergameno apud Meibomium descripta Henrici monumenta exstabant, 'Hervordiensis illius reliquiae'; analecta haec Hervordiensis Ferdinandum exhilararunt [3]. Eodem auctore Henrico interdum nititur idem Fürstenbergius in 'Monumenta Paderbornensia', opere eleganti, in edit. alt. Elzev. Amstelod. 1672. p. 94. 101. 105. 112. 115. 116 (hîc autem citata non leguntur apud Henricum, ut vult Fürstenbergius, anno quarto Caroli M., 804., sed anno 9. Caroli, i. e. 809; attamen recte addit, Henricum in eo longe falli, quod hanc dedicationem in alterum Leonis cum Carolo in Germania congressum rejiciat). 134. 140. 212. 214. 215. 235.

Flacius Illyricus eum affert in 'Catalogus testium veritatis' lib. VIII, p. 770. 771. XI, p. 1236. 1237. XVIII, p. 1721 (ex officina Jac. Stoer et J. Chouët 1608.). Codex, qui inter ejus libros erat, nunc in bibliotheca Guelferbytana asservatur.

Ecclesiastica historia secundum singulas centurias per aliquot pios viros (M. Flacium, J. Wigandum, M. Judicem, B. Fabrum) in urbe Magdeburgica conscripta vulgo nominata Centuriatores Magdeburgenses. Basileae per Joann. Oporinum 1564 [4]. Illi quoque viri Henrici vestigia presserunt saepeque ex chronico excerpta, sed non tantis quantis opinatur Brunsius (l. l. I, p. 1) immixtis erroribus, in medium proferunt, quibus nota 'Erphurd.' addita invenitur. Cf. cent. III, p. 242. IV, p. 39. VII, p. 172. 191. 479. 564. 568. 589. XII, p. 1862. XIII, p. 1209. 1213. 1214. VIII, p. 15. 18. 24. 25. 26. 43. 334. 382. 385. 390. 625. 778. 780. 812. 929. 930. IX, p. 266. 604. 605. et multis aliis locis. Plerumque Henrici verba in brevius redegerunt.

Jacob. Usserius ex chronico aeterni evangelii errores (quos abbas Joachim in libro cui titulus 'aeternum evangelium' vulgaverat et ap. Henricum ad a. 1215. invenis) profert in 'Gravissimae quaestiones de christianae ecclesiae partibus'. Londini 1613. p. 279—284. Prolata autem non ex Henrico ipso, sed ex Centuriatoribus, ubi p. 566. idem, desumpsisse eum, crediderim. — Memorandi etiam sunt

Joh. Wolfii memorabilium lectionum centenarii XVI. Lauingae 1620., ubi ex Henrico citata legimus T. I, p. 278. 347. 501. 639. 640. Sed non magni sunt momenti.

Stangefolius in 'Annales circuli Westphalici'. Colon. 1656. saepe eum memorat; cf. lib. II, p. 92. 171. 184. 189. lib. III, p. 297. 364. 403. 413. 423.

Jodoc. Mattenkloidt, canon. regul. in Boedecken, in libro quem sub titulo: 'Lumen majus obfuscans minus, sive nobilissimae urbis Gesecae . . . . origo, flos et praeclare gesta [5] . . . . olim annotata et conscripta, Jod. Poetteken, can. reg. in Boedecken perfecit et in unum redegit', pluries Henrici chronico usus est.

ringii opera Tom. VI, p. 434. ed. Goebel. Brunsvigae 1730.: 'Henrici de Hervordia historiae binae partes priores mpt. apud me sunt'.

[1] Schaten, ann. Paderb. II, p. 381: 'Duo priora asservantur a Ferdinando episcopo, tertium (i. e. volumen) per aliorum manus distractum'.

[2] l. l. I, p. 2.

[3] Cf. utriusque epistolae in Conringii opp. T. VI, p. 434—438. — Quod autem Brunsius in *Beiträge* I, p. 2., Henricum Meibomium avum possedisse integrum Henrici codicem, contendit simulque tentat hanc conjecturam aliquo ejus nepotis testimonio firmare, in eo vir doctus fallitur; etenim si et illa nepotis verba et Fürstenbergii dicta sequimur, nonnisi analecta illum continuisse codicem patet. Quod ne cui dubium videatur, ipsa Meibomii nepotis verba afferam. Ait igitur introduct. ad Saxon. in inferior. hist. Helmstad. 1687. p. 101: 'Henricus de H....rerum certe Saxonicarum diligentissimus est scriptor et ab omnibus post eum chronicariis describitur, non tamen hactenus lucem vidit, sed in quorundam bibliothecis et N.B. mea quoque asservatur mptus'. Sed his verbis conferas notam ejusdem Meibomii, quam Brunsius l. c. juris publici fecit: 'Ex avi mei H. Meibomii bibliotheca habeo codicem chartaceum, cujus fronti haec inscripta: ''descriptus ex libro pergameno cujus titulus est: de temporibus et rebus memorabilibus in sextae aetatis parte secunda Henrici de Hervordia''. Incipit a Gratiaoi imp. anno 1. desinitque in anno Christi 1148. Non dubito, quin avus meus alio usus fuerit codice, unde habuerit, quod juxta cum ignarissimis scio. Quae enim avus meus ex Hervordia in libris suis citat editis, ea in hoc codice, quem possideo, non iisdem plane verbis exstant, ut conferenti mihi patuit. Henric. Meibomius'. Idem observavi, quum locos ap. Meibom. exstantes cum Henrici Hervordiensis verbis conferrem. — Falso etiam Kappius in Actis eruditorum. Lips. 1720. p. 448. affirmat: 'Conringium hujus Henrici chronicon in mpto possedisse, testis est ejus epistola ad Fürstenbergium p. 15; sed postea deperditum illud esse, cl. Joach. Feller. in Monum. ined. (Jenae 1740) p. 40. animadvertit'. Quam rem Feller certis argumentis probare non studuit, nec Conringii epistolae quidquam continent, quod ad hunc codicem spectet.

[4] Utor in citandis locis hac editione, quae est optima neque depravata; cf. Baumgarten, *Nachrichten von merkwürd Büchern* XI, p. 230. Iterum opus totum a. 1624. typis excussum est, sed multis locis vel omissis vel consulto mutatis.

[5] edid. Seibertz in *Quellen der westfäl. Geschichte. Arnsberg* 1858. I, p. 429 sq.

Quae Paullini, syntagma rerum et antiquitat. Germanic. p. 504. ex Henrico memorat, non ex ipsius opere, sed ex Fürstenbergio eum attulisse, verisimile est. In ejus cod. mpto 'Hervordia gloriosa', quem ex bibliotheca Hamburgensi, ubi habet no. 74., a. 1850. Lappenbergii viri et eruditionis et vero etiam humanitatis laude clarissimi benevolentia singularis mihi opitulante illustriss. et doctiss. Pertzio Berolinum transmisit, nonnisi semel noster laudatur, qua ex re Paullini Henricum non cognovisse accuratius, manifestum est. Ejus verba haec p. 301: '*Drum sagt Schaten* (ann. Paderb. I, p. 79) *aus ausgezogener Mindischer Chronik Henrichs von Herford, und einiger Herfordischen Diplomaten, wie das sächsische Kloster Corbey an der Weser aus dem französischen in der Picardie gestifftet worden*' . . . . etc.

Leibnitius, script. rer. Brunsvic. Tom. III, praef. p. xxi. moleste fert, quod Henricum non reperit in bibliothecis. Schaten, ann. Paderbornenses (2 vol. Monasterii 1774. 75. fol.) saepius in Henrico nititur, aeque ac Spoermecker in Chronica Lunensi ms. (Berolini in bibl. reg. MS. Boruss. fol. 576., germanice reddita ap. Steinen, *Westphäl. Gesch.* p. 1405 sq.). Joh. Nederhoff, chronicon Tremoniense (usq. ad a. 1512.) in iis, quae de Carolo M. tradit, nostrum esse sequutum profitetur (MS. in bibl. regia Berol. MS. Boruss. fol. 574). Utrum ea quae Schloepkenius in *Bardewiksche Chronik* c. 6. affert et cujus vestigiis insistit Rehtmeyer in *Braunschweigische Kirchengesch. Braunschw.* 1707. Tom. I, p. 8., ex Henrico, an ex alio, qui nostrum exscripsit, sint desumpta, in medio relinquam. Quaedam quoque legimus ex Hervordiensi ap. J. Henning in orat. de prisco Saxonum gentilismo etc. Helmstad. 1694. p. 11. von Steinen in *Versuch einer westphälischen Gesch. Dortmund* 1749. T. I, p. 79. et passim Henricum laudat, sed libere se originalia ejus scripta non vidisse profitetur.

Brunsius in *Beiträge* etc. *Stück* 1, p. 1—50 et 3, p. 253—310. Henrici chronici fragmenta quaedam majora primus publici juris fecit. Ejus amicitia adjutus tum (a. 1806.) G. G. Bredow cum Eginharti vitae Karoli M. editionibus locos ap. Henricum exstantes in suis ad illum lucubrationibus contulit.

Recentiores, quos sciam ex Henrici chronico testimonia petere, sunt hi: E. G. Foerstemann in *Die christlichen Geisslergesellschaften. Halle* 1828. p. 65. 82. 92. 258. 296; prolata autem ex Brunsii *Beiträge St.* 3. mutuatus est, ut libere profitetur; H. F. Massmann in *Erläuterungen zum Wessobrunner Gebet des* 8. *Jahrh. Berlin* 1824. p. 90; Gieseler, *Lehrbuch der Kirchengeschichte.* II, 3e *Abtheil.* p. 274. *Bonn* 1829; Freiligrath in *Malerisches und romantisches Westphalen* p. 73 (qui tamen hunc locum ex Fürstenbergio p. 202 l. l. hausisse videtur); K. F. Klöden, *diplom. Geschichte des Markgrafen Waldemar von Brandenburg.* 4 tomi (saepius, sed secundum Brunsium); G. Waitz in *Gesch. Heinrichs* I. ap. Ranke, *Jahrb. des deutsch. Reichs.* I. pluries, usus codice Berolinensi; Dönniges, *Otto I. v.* 951—973, ibid. 1, fascic. 3; P. Wigand in *Corveysche Geschichtsquellen* p. 117; F. O. Abel, *König Philipp der Hohenstaufe*, p. 271 sqq.[1] et J. Ficker in *Die Münsterischen Chroniken des Mittelalters. Münster* 1851. p. 40 nota.

Praeter eos quos nominavi, alios et plures quoque scriptores fuisse certum est, qui in historiis condendis Henricum descripserint aut ad eundem recurrerint. Quum autem, ut ex investigatione eorum fructus referri possit, verear, eos silentio praetermittere libet.

## §. 6.

## Artificium auctoris in prosequenda chronici ratione ac consilio.

Jam de Henrici ratione ac consilio, quod sit in chronico componendo prosequutus, disserendum est, atque ita hoc consequemur, ut statim in aliquam summam contrahantur, quae per chronicon dispersa invenimus. Si enim in examinandis rerum scriptoribus recte judicare volumus, ante omnia quaeri debet, quo quisque scripserit consilio, ut inde primum et eorum quae tractaverit ratio et quae omittere maluerit, colligi possit, deinde detegatur, quae auxisse et exaggerasse censendus sit et quae recte credatur imminuisse. Henricus in praefatione (cf. pag. 3) satis perspicue exposuit, quae in chronico suo esset recepturus, itaque, quo magis illa lector cognoscat, ad eandem recurrendum est.

[1] Sed minus accurate Henrici verba reddidit. Pro 'quinque marcarum' etc. ap. Abel habet noster V̄ i. e. quinque millia marc. False addidit in fine verborum Henrici: 'Ex cronicis', quum haec pertingant ad sequentia, quae desumpta sunt ex Vinc. 30, 40. Cf. pag. 168.

Qualem in ea se professus est historicum, talem se omnino praestitit, non quidem artificem perfectum, sed intelligentem rerum gestarum existimatorem et scriptorem sincerum. Atque eum non in eorum auctorum numero esse habendum, qui solitudinem monasteriorum sensusque humani abstinentiam summum bonum ducant, sed pro ratione illius temporis chronicon ipsa ex vita fluxisse, non solum ille totius tenor chronici ostendit, sed etiam in singulis partibus alia quaedam declarant liberius expressa, cujus rei exemplum ut afferam, clericorum inertiam maximeque mores illius temporis depravatos atque flagitia castigat disertissimis verbis et quasi vegetis coloribus pingit, id quod ex iis quae ad annum 1344.[1] annotavit luculenter evincitur. Sui ordinis viros doctos et ecclesiae jura ubicunque defendit, quod quotusquisque est, qui nostro exprobrare in animum inducat? Tum quod sanctorum laudes praedicat, miracula (ad miraculum ex Bedae hist. eccl. V, 12. ad ann. 434. addit Henricus: 'Hec omnia Beda, sed legas istud caute!') et res mirabiles recipit, id partim aetati dandum est, quae libentissime fabulas aniles et absurda commenta pro veris venditare solebat, partim fabulis, quas noster studiose narrat (cf. §. 4. VII). Nos hac re non offendimur et ibimus in partes Plinii dicentis: 'Sit fabulis quoque honos!'

In historia ipsa, praeterquam quod, illa pia mente ornatus, qua optimos uniuscujusque aetatis christianae viros excellere videmus, progressum verae fidei laeto observavit animo et regnorum initia, florem, bella alternatim gesta, defectus excidiaque prosecutus est, nihil quod universalem rerum connexum supremumque Dei consilium probaret, spectasse videtur.

Quod quum plenissimum regum regnorumque et pontificum ordinem lectoribus proponeret, eo modo Henricus historiae universali docendae prodesse videtur voluisse. Huic consilio aptam fontium collectionem inserviisse jam dixi; quum vero in digerendis opibus suis synchronisticam methodum sequatur, hos fontes simul legendi atque huic vel illi anno ex tribus quatuorve vel pluribus scriptoribus excerpta apponendi, porro res pontificum, ecclesiae et literarum eis interserendi negotium in se suscepit, quod, quae sane magna ejus laus est, Henricus haud mediocri sollertia administravit. Judicium literarium de singulis scriptoribus (nominare aliquot liceat: Ambrosium, J. Chrysostomum, Augustinum, Gregorium, Cassianum . . . . . ex Dominicanorum ordine: Ulricum Teutonicum, Gerhardum de Minda, Theodericum de Vriberch, Joannem Parisiensem, Jacobum de Voragine, Albertum Magnum, Thomam de Aquino etc.) et libris, aut aliorum testimonia secutus, non potuit proprium eloqui, aut si quos ipse legerat, paucis absolvit. Tot autem notitias servat, quae vel alibi nusquam vel locis obscurissimis leguntur, ut quicunque medii aevi literis operam daturus est, adjumento ejus supersedere vix possit. Mirum autem, quod Henricus clarorum aequalium, e. g. fratris Bertholdi, illius oratoris popularis, Tauleri et Susonis tunc Coloniae in Dominicanorum domo degentium, ne uno quidem verbo mentionem fecerit.

Etiamsi concedamus, alia in rebus chronologicis falsa reperiri, alia aptius componi, accuratius aestimari, rectius explicari potuisse, tamen in ea acquiescendum esse puto sententia, Henricum magna cum fide chronica perlustrasse et apud rerum peritos omnia inquisivisse diligenterque habita temporum ratione omnia probabili ordine exposuisse.

Hac proposita scriptoris ratione, chronicon nostrum si cum aliorum ejusmodi auctorum scriptis comparaveris, hoc magnam partem illa consumere dixeris. Usque enim ad Caroli Magni tempora ex eodem fere nihil discimus, sed quae in aliis fontibus copiose vel minus copiose narrata invenimus, ea in Henrici chronico iisdem vel paucis verbis significata vel citata sunt. Quod, si consideraverimus, quaenam illo tempore studiorum historicorum ratio fuerit, aliter fieri non potuisse, fatendum erit.

Qui autem putaverit, Henricum magno cum studio fontes historiae temporis sui vel patriae scribendae acquisivisse, vehementer errat. Exceptis aliquot nunciis accuratis de Ludovico Bavaro, Karolum IV. jejune tractat. Quae de toto XIV. saeculo disserit, ex paucis constant chronici Brandenburgici reliquiis, ex narratione de archiepiscopo Magdeburgensi crudeliter interfecto, ex fabula quadam lasciva de filia Philippi Pulchri etc. His nunciis addidit et immiscuit narrationes de peste, imbre sanguineo, portentis, Judaeis persecutis, flagellantibus, monstris et spiritibus, quas omnes Henricus noster signa et omina esse putat.

Sed ejus chronicon maxime aestimandum est, quod multos ex libris deperditis locos et singulas alibi non obvias notitias praebet.

In colligendis aliorum operibus Henricus artem, si non insignem, attamen aliqua laude dignam

[1] Brunsius l. l. habet falso ann. 1349; et L. de Ledebur, qui eum sequutus est, hunc errorem in *Rheinisch-Westphäl. Anzeiger* 1824. *Stück* 63, p. 509., et *Westphalen und Rheinl.* 1822. *Stück* 45, p. 357. repetiit.

exhibuit. Nec tamen ingenio materiem, i. e. nimiam rerum et fontium molem, superavit (ipse confitetur in praefatione p. 4: 'copia vero quam inopia magis impedior'); nam narratio saepe jejuna, nonnunquam minus recte disposita est, quum inter se res nullo vinculo junctas sine idonea causa conglutinet. Genere scribendi utitur submisso, interdum horrido, salebroso; atque illum veteres scriptores nunquam tractasse crederes, nisi Horatii, Virgilii, Ovidii al. et e patribus Augustini al. tum singula verba, tum locos majores in opere suo alios attulisset, alios imitatione expressisset. Interdum tamen pro ratione fontium adhibitorum et verbotenus exscriptorum insurgit et incitatus fertur, ornamenta quaedam et copiam sectatur, ac circuitum verborum efficere studet (cf. quae dixit a. 1266. de obitu Alberti Magni, a. 1347. de illa peste '*der schwarze Tod*'; porro a. 1353). Constantem et aequalem orationem consecutus non est, quia diversis dicendi magistris se applicuit, nec unius, ut quidam annalistae, exemplum secutus est. Ex historiarum et chronicorum scriptoribus, unde memoriam rerum repetiit, verborum simul structuram atque colorem duxit et elegantem et informem. Saepe in hoc scribendi genere concinnitas desideratur, quamobrem ut omnes fere illius aetatis scriptores valde est vituperandus. Perfudit enim chronicon innumeris locis, quibus eaedem res narrantur ex iisdem fontibus petitae, ut textum in latitudinem protraheret ingratam et librum gravaret atque deformaret potius quam exornaret: quorum quum tanta sit copia, ut omnes singillatim recensere longum sit, ne tot fusius dicendi generis vestigia hic in medium prolata lectores taedio afficiant, satius putavi, quantum ex chronici sextae aetatis primae partis repetita lectione perspexi, hic subjungere. Repetitiones inveniuntur a. 386. Beda = a. 394; a. 389 = a. 397; a. 384 = 388. Paulinus; a. 384. hist. tripart. = initium cap. 83; a. 388. Orosius = a. 389. hist. tripart. c. 39; a. 407. Vinc. = a. 418. Sigib.; init. cap. 41. Ex tunc Britannorum = a. 413. Sigib.; a. 389. hist. tripart. c. 22. = init. cap. 43. hist. trip. c. 3; a. 1035. Sigib. = a. 1051. Martinus etc.

Sed repetitiones — quam notitiam addere non putavi esse alienam institutis meis — apud omnes medii aevi chronographos obviae fiunt. Quae res tam acriter urgenda non est, quum, si par in eis artis historicae et formam ab argumento materiarum historicarum sejungendi scientia atque in nobis fuisset, fortasse magis hoc in genere eorum opera quam nostra eniterent. Quae historica apud varios scriptores repererunt, aut integra aut in epitomen fideliter ad verbum redacta chronicis inserere soliti sunt: hinc factum est, ut apud illos annalistas una eademque notitia interdum decies iisdem verbis legatur, neque etiam saeculo XVI. scriptores auctoresque illustrissimi, ne occasione oblata fontes verbotenus exscriberent, vererentur.

Saepius inter se male cohaerent sententiae, ut quibusdam in locis quater se excipiant particulae q u o q u e et e t i a m; nexus pronuntiatorum interdum negligitur vel efficitur insertis particulis i t e m, e t i a m, ita ut chronicon saepe omnis orationis expers sit varietatis. Ubi Cassiodorus in historia tripartita habet q u i a, ponit Henricus q u o d, et ubi ille q u o d, hic q u i a, exceptis singulis locis. Quemadmodum adhuc Itali, sic medio aevo Germani pro i p s i scribebant s i b i, idemque fecit noster, quamquam rectum plerumque ex suis fontibus tradere poterat. Gravium in dicendo peccatorum, quae cum narratis ex aliorum scriptis in suum transtulit, mentionem non faciam.

Praeterea plures imperatorum anni desiderantur, quod bene defendit verbis (cf. praef. p. 4): 'Nequaquam tam densam aliquando silvam pretergredi possem, nisi eciam crebris interdum saltibus subvolarem'. Sic desunt a. 486. 487. 835. 837. 838. 905. 906. 913. 914. 948. 950 cet.

Ex poetarum, ut Ovidii, Claudiani, Alani, Sedulii, et scriptorum, ut Boethii, scriptis multos flores excerptos chronico suo inspersit, versus vel integros vel mutilos.

Quod ad Henrici c h r o n o l o g i a m attinet, non semper laudanda est neque ei (praesertim in remotioribus temporibus) tanta laus tribuenda, quantam Brunsius attribuit, quin immo contenderim, in tempore rebus gestis adscribendo Hervordiensis auctoritatem omnino nullam esse, quum temporum ordinem fere semper usque ad ann. 1250. contra fontium fidem stabiliverit, ita ut in plurimis, quae annum laudatum antecedunt, nobis ad fontes hodieque superstites recurrendum sit; auctorem vero consulto nunquam veritatem adulterasse, tota operis ratio et ea quae in praefatione modo laudata de se ipso profitetur, persuadent. Ultima operis pars, annorum scilicet 1320—1355., inter genuinos historiae fontes referenda est.

Ne autem cui judicium illud dubium videatur, quaedam ex eo afferam exempla. Translationem s. Alexandri in Wildeshausen a. 798. factam esse narrat, quamquam alii scriptores, qui hujus rei mentionem injecerunt, plus minus annum justum tradiderunt (Ekkehard. a. 919. Chronic. Mindense ap. Meibom., SS. I, p. 555 cet). Porro erravit noster in ordine paparum enarrando; eorum enim in

chronici aetate VI. agmen ducit Syricius, qui nominatur 37. (cf. a. 387.), et numerus progreditur usque ad Leonem IIII. ibi 97. nominatum. Quem excipit Paschalis I. ab Hervordiensi denuo 85. appellatus (cf. a. 796. 818.) et al., ita ut noster a linea sibi constituta aberraverit et omnes sequentes papae usque ad finem operis numerum indicantem, quem locum post s. Petrum teneant, abhinc progrediente ordine acceperint. Joannes XV., qui 11 annos (985—996.) papali tiara coronatus erat, nonnisi 4 menses sedem tenuit apostolicam secundum nostrum (cf. a. 981.). Persaepe anni, quibus papas sedem s Petri possedisse constat, non concordant cum narratis; sic ait: Joannes X. sedit annis 12, mensibus 2 (cf. a. 915.), sed ad a. 929. tandem refert Leonem VII. Cf. a. 972., praeterea a. 591. 638. 679. 847. 826. 995 cet.[1] Attamen ab a. 1303. (Bened. XI.) usque ad a. 1352. (Innoc. VI.) cum chronologia hodie usitata convenit.

Sed ipsum, quanta arte in temporibus et annis recte accurateque distinguendis opus esset, sensisse, multis in locis declaravit, vero anno judicando vel certe inveniendo magnam operam impendens. Interdum scriptores inter se discrepare annotat (cf. a. 1020.), pluries auctores errorum arguit (cf. quae ad Martinum Polon. §. 4. no. 12. dicta sunt), postea vero his neglectis fideliter narrata describit, et quae sine certo temporis indicio accepit, ubi occasio se praebet, immiscet. Sic factum est, ut permulta falsis annis adscripserit. Cf. quae dicta sunt §. 4. no. 4. in fine. Sub a. 1033. falso ponit mortem Pilegrimi archiep. Coloniensis, qui mortuus est a. 1036. Kal. Septb., a. 1073. falso mortem Annonis archiep. Colon., mort. d. 4. Decb. a. 1075. Quare mirum non videtur, quod vitia quaedam illius aetatis propria, confusiones rerum vel personarum, incommodas narrationum connexiones non vitavit, atque quum in eo, quod in universali historia conscribenda longe sit difficillimum, indigestam tot historiarum et annalium vitarumque molem in aliquem ordinem redigere et suos singulis locos assignare justam exspectationem expleat, in singulis quibusdam historiae partibus ac locis vel mente comprehendendis vel dijudicandis tanta lectionis et studiorum multitudine ac varietate distractus non eandem semper mentis aciem praestat. Ut nonnullis utamur exemplis, dicit ad a. 381: 'hec omnia secundum Bedam presbiterum venerabilem, qui a. Cristi 735. obiit', et a. 733: 'Beda venerabilis presbiter Anglorum obiit secundum Wilhelmum Kal. Jun. indict. 14. a. Dom. 733. etatis sue 70. .... Et nota, quod multi dicunt, eum obiisse anno Leonis istius 14 (i. e. 731.), alii 12 (729.)' — Verisimile est, illum oblitum esse, quod prius dixerit, alioquin enim justum annum 735., quo Beda excessit e vita, attulisset[2]. — Ao. 792. ait: 'Item cepit hoc anno comitatus Flandrie per Lydricum primum comitem' etc.; a. 862. refert (ex Vinc. 25, 42. non laudato): ... 'Karolus .... dedit (i. e. Baldwino ferreo) Flandriam in comitatum perpetuo possidendum ipsis et heredibus suis. Hoc igitur anno comitatus Flandrie sumpsit exordium'. Ut aliud proponam, narrat in introd. cap. de Friderico I. imp.: 'Circa idem tempus estimo floruisse mag. Petrum Comestorem qui' etc., et a. 1171. dicit: 'Floruit eodem tempore mag. Petrus dictus Comestor' etc.

Magna Henrici gloria ab ipsa invidia non violanda in eo posita est, quod aequabili fere diligentia et amore omnibus partibus operis sui incumbens, ad summam fere perfectionem, ad quam aetas illa accedere potuit, pervenit Maximam enim eruditionis copiam ac varietatem ex multis scriptoribus haustam bene ad historicam disciplinam applicat, quum omnia quae legit aequabili atque certis legibus plerumque praescripta ratione in pressa et fructuosa excerpta congerat atque inter angustos limites et nomina annosque et praecipuas res gestas regum et pontificum ordine legentibus tradat. Eo quod densa ex quovis auctore excerpta recipere vitavit, quum tamen reliquos aetatis illius uni cuidam libro, qui ipsis forte ad manus erat, plerumque nimis indulsisse atque omni judicio neglecto ad verbum de-

[1] Ne uberius de ejusmodi disputem locis, adjiciam seriem quorundam paparum et annos, quibus gubernare coeperunt secundum Ritterum *Kirchengeschichte* 3. *Aufl. Bonn* 1846., scriptorem clarissimum, qui historiam ecclesiasticam diligenter perquisivit, et Henricum, qua ex re diversitatem utriusque ipse intelligas:

| Henricus. | Ritter. | Henricus. | Ritter. |
|---|---|---|---|
| Joh. XX. a. 1001. | Joh. XVII. 1003 (?) | Gregor. VI. a. 1043. | Bened. IX. |
| Bened. VIII. a. 1009. | Joh. XVIII. a. 1003—9. | Clem. II. a. 1044. | Silv. III. |
| Joh. XXI. a. 1021. | Sergius IV. a. 1012. | Damas. II. a. 1045. | Greg. VI. |
| Bened. IX. a. 1031. | Bened. VIII. a. 1024. | Leo X. a. 1046—1052. | Clem. II. a. 1046. |
| Silv. III. a. 1043. | Joh. XIX. a. 1033. | | Damas. II. a. 1047. |
| | | | Leo IX. a. 1054. |

[2] Lappenbergii judicium in *Archiv für ältere gesch. Deutschlands* VI, p. 639., annum, quo Beda mortuus, omnibus in chronicis in Germania scriptis praeter chron. Quedlinburg. falso renuntiatum esse, ut a Mariano Scoto 729., aliis 731. 730., tollendum est, quum Henricus quoque recte eundem attulerit. — Beda obiit d. 26. Mai. a. 735.

scripsisse, neminem fugiat, ingenium natura ad historiam componendam factum satis probat. Quot inter ea sint, quae recepit nobis inutilia vel ex nostro judicio mentione indigna, quot porro omissa, quae a nobis quam maxime desiderantur, pluribus verbis commemorare vix opus est; sed agedum cum Jornande, Beda venerabili, Herimanno Augiensi, Mariano Scoto, Sigiberto Gemblacensi, annalista et chronographo Saxonibus, quin etiam cum Ekkehardo Uraugiensi, quamvis et is jam plurimis antecellat, et cum ipso Vincentii Bellovacensis speculo historiali, vasto illo annalium et vitarum sanctorum dogmaticarumque lectionum codice, eum conferas, quo facilius concedas, menti ejus (ut ipse quoque in praefatione dicit) certam formam observatam esse, quam scribendo exprimere studeret, certumque eum in historiis componendis consilium secutum esse.

Henricus, vir saeculorum memoria dignus, erat fidus ecclesiae veraeque reipublicae christianae propugnator, fortissimus veritatis vindex, promptissimus honoris Christi ac crucis defensor, omnibus et scientiae et sanctitatis opibus instructissimus, itaque, quae summa virorum vera eruditione veraque pectoris sinceritate praecellentium felicitas est, in eo apparuit, quantum in literarum studiis vis insit ad vitam humanam summis quibusque bonis cumulandum.

## §. 7.

## Syllabus chronici codicum qui hodie exstant.

Jam Henrici codices manuscriptos quodam ex ordine percensere juvabit.

1. Codex Guelferbytanus, olim Helmstadensis, bibl. ducalis, inter Helmstadens. 11, a. b. fol. max. 2 voll., membranaceus, signatus: 'Henrici de Hervordia de temporibus et rebus memorabilibus usque ad a. 1355'.

Cf. *Archiv* T. VI, p. 14. Quae Brunsius in *Beiträge* I, 1, p. 5 (cf. *Allgem. litterar. Anzeiger* 1801. no. 102. p. 975) de hoc codice annotavit, referam: '*Beide* (i. e. volumina), *von denen der erste* 1404 *und der zweite wahrscheinlich noch früher geschrieben ist, sind auf Pergamen, aber nicht von derselben Hand; der erste* 133 *Blätter stark, hat auf dem* 125. *Blatt, wo das Register anfängt, den Schreiber angegeben*: Finis libri a. Dom. MCCCC.IIII. mensis Julii die decima septima per fratrem Johannem de Bure est factus. *Die Unterschrift ist missverstanden, und wer blos Abschreiber war, für den Verfasser gehalten. Denn auf dem ersten Blatt hat jemand unter die Notiz von Matth. Flacius Hand:* Henricus de Hervordia putatur esse author, *geschrieben:* Sub finem operis alius nominatur F. Johannes de Bure fol. 125. *Weil die Bücher, so ehemals in Flacius Bibliothek waren (dass dieses dazu gehörte, hat Flacius noch besonders bemerkt:* Illyrici est), *von Herzog Heinrich Julius der Universität verehrt sind, so ist das* Mptum *so lange hier, als hier eine Bibliothek ist, und man muss sich wundern, dass Conring nichts von* Henricus de Hervordia *in der Bibliothek finden konnte. Hielt er etwa den* Henricus de Erphordia *für einen andern Author?* [1] *Die Geschichte geht von der Geburt Christi bis auf das Ende der Regierung des Kaisers Valens, und weil jedem Kaiser ein besonderes Kapitel gewidmet ist, so bestehet dieser Band aus* 40 *Kapiteln, und die Begebenheiten werden unter die Regierungsjahre der Kaiser geordnet. Dieselbe Oekonomie herrscht durch das ganze Werk. Der Band wird dadurch schätzbarer, dass die Vorrede zu dem gesammten Werke und der Anfang des ersten Kapitels auf einem besondern Blatte, ich weiss selber nicht wie, sich hierher verirrt hat. Der zweite Band ist erst seit kurzem aus der Auction des seligen Berg in Duisburg auf die Bibliothek gekommen. Dieser oder* secunda pars aetatis sextae *vom Kaiser Gratian bis auf das* 8. *Jahr Karls* IV. *oder Kapitel* 41—100 *endiget sich in Ansehung der Geschichte auf dem* 171.[2] *Blatte, von wo an das Register bis an das Wort* Policronius *ist und wenigstens* 10 *Blätter ausgeschnitten sind. Die ersten* 66 *Blätter scheinen von einer spätern Hand geschrieben zu sein als die folgenden, welche ich für gleichzeitig mit dem Verfasser des Werkes halte. Die Columnen, deren zwei auf jeder Seite sind, sind mit dem Namen der Kaiser und der Kapitelzahl in beiden Bänden mit rother Dinte untergeschrieben. Mit rother Dinte ist auch am Ende der Handschrift geschrieben:* Tertia pars libri de temporibus memorabilioribus continens etatem sextam, et per consequens totus liber explicit. Benedictus sit filius Dei. Amen.

[1] Profecto quum sic scripserit ad Fürstenbergium: 'Videtur (scil. Henr. de H.) autem inventu rarior esse ac proinde nec τῷ πάνυ Vossio inter latinos historicos memoratus, imo per errorem creditus idem cum Henrico de Erfordia, homine nihil minus quam historico'. Conringii opp. ed. Goebel. Tom. VI, p. 436. Mihique dubium non videtur, quin illum, cujus Trithemius de scriptorib. eccl. Basil. 1494 s. v. Einric. de Herph. ord. frat. min., natione Teutonicus, provinc. Coloniens. etc. meminit, Conringius verba modo laudata literis mandans in animo habuerit. [2] Sed haec 171 folia nonnisi sunt ea quae adhuc numerantur.

His Brunsii notitiis addo, huic codici non pauca folia et literas initiales quorundam capitulorum a manu barbara esse excisa; lacunas ita ortas in editione ex codice 2. supplevi. Codex habet multas rasuras. Ubique autem rectum, sive correctura sive supplementum, verisimiliter a manu auctoris propria [1] in margine consignatum erat, quod postea librarius rasuris pallidiore atramento superscripsit et in margine delevit; qua in re aliquoties spatium columnarum solitum excessit. Omnibus his adducimur ut putemus, hunc codicem, cujus specimen editioni huic additum est, eum esse, qui sub Henrici oculis scriptus ejusque cura emendatus sit, ita ut pro autographo possit haberi. Supplementis illis vel potius emendationibus manus primae in editione signum 1* apposui. Item manus altera et serior annotationes margini inseruit, quae tamen maximam partem ad indicem capitulorum singulorum spectant; nonnisi unius enunciati illa est auctor (cf. a 1278.). Notam 1** ei additam invenis. Tertia manus et eadem serior, in editione 1*** signata, modo simili egit, atque etiam ab illa pauca verba originem ducunt (cf. a. 1284. 1306.). — Codex est luculenter scriptus.

2. Codex Berolinensis, olim Daelhemensis et Paulinae Monasteriensis, bibl. reg. Berolinensis catalogi no. 224., chartaceus. Fol. min. saec. XIV. 282 fol.

Male scriptus et rubro colore maculatus magis quam ornatus. Quum quaedam enunciata ad a. 1278. et 1284. a diversis manibus codici 1. illata sint, codex 2. autem illa in textu ipso praebeat, posteriorem esse a priore transscriptum, dubitationem non habet. Continet nonnisi ultimae chronici partis dimidium; finitur, ut jam Brunsius [2] commemorat, anno 8. Karoli IV. imp. 1355. Finis: 'In hoc igitur anno largitori bonorum omnium Deo gratias agens immensas, huic operi meo fessus finem impono', et subscriptum est: 'Tertia pars libri de temporibus memorabilioribus continens etatem sextam et per consequens totus liber explicit. Benedictus sit filius Dei. Amen.' — De eodem codice nonnulla leguntur in *Archiv* etc. T. VIII, p. 830., sed minus accurate, et T. VI, p. 762.

Quidam primae folii primi paginae inscripsit: 'Auctor fuit Hinricus de Hervordia ordinis predicatorum, conventus Susatensis, in quo conventu extat liber integer et (ut videtur) ipsum originale'. Manus est saec. XVI. In secunda pagina legitur a manu saec. XVII.: 'Liber canoniae Daëlheimensis in dioecesi Paderbornensi', et 'Nunc Biblioth. Univers. Monast.'

Hic est idem codex, de quo G(ehrkenius) in Wigandi *Archiv f. Alterthumskunde Westfalens* Tom. I, fasc. 2, p. 133. sic scripsit: *Ein mässiger Folioband unter dem Titel*: Henrici de Hervordia de temporibus memorabilibus, *befand sich ehemals in der Bibliothek der Augustiner-Canonie zu Dalheim. Kurz vor der Aufhebung des Klosters gelangte unter Bürgschaft des Prälaten (Bödiker) zu Hammersleben das* Mptum *in die Hände des Geschichtsforschers J. Bruns auf der ehemaligen Universität Helmstädt* [3], *welcher dasselbe vorzüglich wegen der genauen Zeitbestimmungen und der darin obwaltenden historischen Gewissheit schätzte* (cf. *Allgemeine Lit.-Zeitung* 1802. *No.* 142. [falso citatur, quod ibi nihil ejusmodi legitur]). *Im Auftrage der Kriegs und Domainenkammer zu Münster hat Referent solches von Helmstädt im J.* 1805 *reclamirt und nach vorgängiger Festsetzung der Identität durch einige Mitglieder der Canonie das Mpt. im März des folgenden Jahres der Behörde nach Münster überschickt. — Seit einigen Jahren sind nun von Mitgliedern des Vereins über diese vaterländische Handschrift Nachforschungen angestellt, und man hat erfahren, durch Vermittlung des Herrn Oberpräsidenten, dass auf Befehl des königl. Ministeriums dieselbe nach Berlin sei abgegeben worden.*

Quum autem Trossius in *Archiv* IV, p. 518. a. 1822. et *Göttinger gelehrte Anzeigen Jahrg.* 1847. *Nachrichten No.* 4. codicem esse Monasterii dixissent, ill. Winiewski, prof. acad. Monasteriensis et praefectum bibl. Paulinae consului, qui mecum in scripto quodam d. d. Monasterii 26. Aug. 1851 haec liberalissime communicavit: *Das Chronicon des* Henricus de Hervordia *ist nicht mehr auf der Paulinischen Bibliothek, nachdem es mit etwa* 70 *andern werthvollen Handschriften derselben i. J.* 1823 *an die königl. Bibliothek in Berlin käuflich überlassen worden ist. Die Handschrift, die Sie also von der letztern Bibliothek erhalten haben, mit der von Ihnen angeführten Notiz ist gewiss keine andere als die, welche ehemals Eigenthum der unsrigen war.*

Si igitur Wigandus in *Archiv f. ält. D. Gesch.* T. II, p. 47. notat, in monasterio Bödecken, haud procul a Paderborna sito, fuisse mptum Henrici, quod autem usque ad hodiernum diem (i. e. quo tempore iste vir doctus scripsit) repertum non sit, et Bessenius in *Geschichte Paderborns* I, p. 288. com-

[1] Si hoc non est positum in conjectura levi, unum Henrici manus exemplum anno 1305. servatum videmus, ubi verbum 'funditus' manus correctoris lacunae inscripsit. [2] *Beiträge* I, p. 5. [3] cf. Bruns, *Beiträge St.* 3, p. 253.

memorat, idem mptum, monasterio illo dissoluto, delatum esse Monasterium Westfalorum neque redditum, hic uterque in errorem inductus mihi videtur [1].

De eodem manuscripto Kohlrauschius in *Archiv f. ält. D. Gesch.* T. III, p. 67. haec refert: *es ist eine ganz alte Handschrift des* Henricus de Hervordia, *aus dem ehemaligen Paderbornischen Stifte Dahlheim im J.* 1806 *hieher gebracht, und in früherer Zeit vielfältig benutzt, wie aus den Randbemerkungen von verschiedenen Händen zu erkennen ist, übrigens aber gut erhalten. Sie fängt an mit den Worten:* Incipit sec. pars sexte etatis etc. *und dann folgt die Regierung des Kaisers Gratian. Sie endet mit dem* 8. *Regierungsjahre des Kaisers Karl* IV., *worauf noch ein weitläufiges Register folgt . . . . . . . . . . Man hält hier diese Handschrift für die des berühmten Ferdinand von Fürstenberg, des Herausgebers der* Monumenta Paderbornensia. (Quod quum in §. 5. praefationis dicta (p. XXVIII), praesertim autem notam 3. ad ann. 1258. respexeris, magnam prae se fert veri similitudinem; forsan est volumen Ferdinando isti distractum). *Zu dessen Zeit also wäre das vermeintliche Original noch in Soest gewesen. Bei der Aufhebung des dortigen Klosters hat sich aber, soweit ich bis jetzt erfahren, kein Buch von Bedeutung gefunden, sondern der Ueberrest derselben ist als werthlos aus der Hand verkauft worden. Ich werde indessen die sorgfältigste Nachforschung anstellen, um, wenn es irgend möglich, die Spur jenes Mpts wieder aufzufinden.*

Ex Brunsii *Beiträge St.* 3, p. 254. his adjungere libet: *Am Ende des Verzeichnisses wird in einer mit rother Dinte fast ganz bestrichenen und unleserlich gemachten Ueberschrift der Name des Abschreibers und die Zeit, wann er die Abschrift verfertigt hat, angegeben:* Completus est liber iste per manum fratris Johannis Lachem [2] conventus Mindensis frat. praed. ann. Dom. M (*auf dem hier schadhaft gewordenen Papier hat wahrscheinlich gestanden* CC) CCLXVIII. sequenti die trinitatis. *Das Mpt. wäre also* 1468 *geendigt, eine Jahrszahl die mit der Beschaffenheit des Mpts wohl bestehen kann . . . Das Mpt. in Dahlheim ist wahrscheinlich eine Abschrift von dem in Helmstädt. Ich vermuthe dieses daher, weil, wo Eigennamen und Jahrzahlen in dem Helmstädter Mpt. fehlen, sie im Dahlheimer gleichfalls ausgelassen werden. Das Schreiben, womit der Verfasser sein Werk an gewisse Gelehrte zur Durchsicht und Beurtheilung überschickt hat, und die darauf erfolgte Antwort sind nur allein im Dahlheimer MS. Ich . . . . bemerke aber, dass die Antwort in dem prunkvollen, etwas affektirten und geschrobenen, aber durch die Lesung der Dichter reichlich genährten Stil geschrieben ist, worin das Schreiben abgefasst ist, und daher die Vermuthung erzeuge, dass sie aus derselben Feder geflossen.* Utrumque scriptum reperis in fine chronici pag. 290.

Usque ad Scheidtii tempora unum hoc erat notum mptum Henrici, ac mentionem ejus fecerat Martenaeus in *Voyage littéraire* Tom. II, p. 251 (Parisiis 1724.) his verbis: *La bibliothèque (à Dahlheim) est remplie d'anciennes éditions et de plusieurs manuscrits presque tous recens et d'ouvrages de piété. Les principaux sont . . . . la chronique de Henri de Herfort, . . . . mais il faut remarquer . . . . que le manuscript n'est pas fort ancien et qu'il peut bien avoir été écrit après la première édition, où cet ouvrage est attribué à ce pieux chanoine regulier.* Scheidtius frustra multam operam et multum laborem impendit, ut Henrici mptum reperiret; cf. ejus bibl. hist. Gotting. praef. p. 38.

3. Codex Berolinensis, biblioth. regiae Berolinensis, chartaceus, fol. saec. XIX. Signum jam habet no. 70. 71. et inest chronicon Henrici de Hervordia. Sect. I. II. 186 et 128 fol. Catalogus mptorum bibl. Berolinensis habet notam: 'Qui hunc librum descripsit Brunsius de auctore ejus et de codicibus unde hoc apographon sumtum est, memoriae nonnulla tradidit in libro, qui inscriptus est *Beiträge zur* etc. *Stück* 1. et 3'.

E textu manuscriptorum no. 1. et (inde a cap. 62.) 2. fluxit a P. J. Brunsio profectus et satis distincte scriptus. Ut Delius in epistola Wernigerodae data et inserta in *Archiv f. ält. D. Gesch.* I, p. 361. memorat, hic codex cum iis, quae Brunsius mortuus literaria reliquit monumenta, Halae Saxonum venditus est; Wilkenius autem, Berolinensis bibliothecae regiae olim antistes, in *Archiv* T. II, p. 57. d. 30. April. a. 1820. scribit, Brunsii codicem Berolinum delatum esse una cum ejus recensione, quae continet sub

No 71ᵃ. Ex mpto Brunsii varia ad Henricum de Hervordia spectantia. Item alia ad quaedam bibliothec. Helmstad. spectantia.

Qui liber autem praeter praefationem et initium capituli primi nihil continet quod magni momenti est ad Henricum illustrandum.

[1] Gratum mihi accidit, ut L. de Ledebur in eadem esse sententia invenirem. Cf. *Westphalen u. Rheinland. Jahrg.* 1822. *St.* 45, p. 359., ubi opinatur, monasterium Bödecken cum Dalheim commutatum esse.

[2] Brunsius habet falso 'Lochem'.

Ex hoc codice 3. varias lectiones afferre superfluum duxi, neque ex 2. multas recepi, quum nonnisi errores librariorum contineant.

4. Codex Casselanus, archivi electoralis, catalogi no. 172. Qui ex monasterio Hayna Casselum est delatus. Continet chronici capitula 67—100. Chart. fol. Cf. *Archiv* T. VII, p. 695. Est descriptio codicis 2., sed quaedam desunt. In margine aliquot annotationes, collationes cum Uraugiensi, Cornero etc. adscriptae sunt. De hoc codice narrat secundum Rommelii relationem J. P. Rosenmeier in *Westphalen u. Rheinland. Jahrg.* 1822. *St.* 32, p. 257: *Ich hatte Gelegenheit von demselben zu erfahren, dass das bisher für verlohren gehaltene Mpt. unsers bekannten Henrich v. Herford, eine Chronik unter dem Titel:* De rebus memorabilibus, *sich noch gegenwärtig in dem Hofarchiv zu Cassel befinde.* — Liberalissime ill. Pertzius; ut hunc codicem inspicere possem, effecit. Est apographon R. Erici Raspe [1].

5. Codex Trevirensis, bibl. cathedralis ecclesiae, catalogi no. 99. F., membranaceus, fol. max. saec. XIV. Secunda pars operis Henrici de Hervordia, continens aetates IV. et V. a Davide rege usque ad Octavianum. Cf. *Archiv* VIII, p. 609.

Hujus codicis, quem mihi Rev. dom. Holzer, praepos. cathedr. eccles. Trevir., liberalissime Raudam in Silesia superiore transmisit, mentionem injicere consentaneum duxi, quamquam ex illo tantum pauca in nostra editione recipienda erant. Textus tenet 231¼ fol., registrum 38 fol., quorum 123 eadem manus luculenter scripsit, quae primam partem primi voluminis codicis Guelferbytani confecit; reliqua profecta sunt a codicis Guelferbytani manu altera, quae etiam saepius rasuris emendationes superscripsit et lacunas explevit. Hic codex olim ad secundam partem codicis Guelferbytani, si ex ligamento, membranis et literarum ductibus judicare licet, pertinuit. Nota in primo folio: 'Ex libris Christoph. Ctis de Kesselstatt, decani Paderbornensis ao. 1802'.

---

Mea in Henrici opere edendo ratio haec fuit, ut, illo quanta diligentia fieri potuit descripto, ad literam fidelissime exprimerem codicis Guelferbytani 1. signati textum. Orthographiam exhibui, qualem inveni nequaquam constantem; ab illa solum in hoc recedendum esse duxi, ut literam u consonantem per v redderem. Nonnumquam vero in verbis exprimendis inter se valde discordant codices neque sibi semper constant. Codex 1. habet fere semper y pro i et i pro y, e. g. Egiptii, Nylus, ymago, ydoneus; sch pro sc et sc pro sch, e. g. Schotus, scola, scema, scisma; c pro ch, e. g. cyrurgicus, Crisostomus, Cristus, et ch pro c, e. g. choruscare; saepius f pro ph et ph pro f, e. g. Bosforus, prophanus; c pro g et g pro c, e. g. docma, egloga. Quod in saec. XIV. literae c et t vix discerni possunt, in hac varietate maxime ti praetuli. — Semper 'Sanctus' vel 'Sancta' scripsi, si 'ecclesia' supplenda erat, e. g. apud Sanctum Dionysium i. e. in ecclesia s. Dionysii sepelitur.

Ut autem appareat, quomodo auctor in libro componendo versatus fuerit, plurimum operae collocandum judicavi in indagandis fontibus, itaque omnes scriptores, quorum sententiis et versibus sua distinxit et ornavit, sedulo evolvi eorumque locos ubivis in margine indicavi: ita legenti statim apparet, quaenam sit aetas, quis fons, quae fides habenda; integram textus historiam melius cognoscere licet. Vix autem dubito, quin in hoc studio, quod patet latissime [2], plurima aliorum tam assiduitati tam fortunae reliquerim. Sed ut notas in majus non extenderem, eas quas praebent Mon. Germ. hist. aliaeque laudatorum a nostro scriptorum editiones non recepi earumque apud Cornerum ceterosque recentiores rationem non habui.

Annorum numeros in margine exteriori apposui, quum hi in codicibus non reperiantur. Ceterum in annotationibus adjiciendis id maxime consilii egi, ut auctoris errores corrigerem, locos obscuriores explanarem, res geographicas et chronologicas illustrarem, vocibus notabilioribus in glossarium et indicem amandatis.

[1] Natus Hannoverae erat primum bibliothecae ibidem regiae secretarius, tum usque ad ann. 1775. Casselanae praefectus et professor lycei Carolini.

[2] Recte ait Lappenberg. in *Archiv* VI, p. 586: *Dem Bearbeiter einer grossen Aufgabe möchte es in dem jetzt gebräuchlichen Menschenalter unmöglich sein, jede ihm vorkommende historische Notiz auf die Urquelle zurückzuführen.* Et ibidem p. 615: *Die Auffindung solcher Nachweisungen wird selten mehr anerkannt als jenes Kunststück mit dem Ei. Freilich gibt es auch Bestrebungen, deren Verdienst unbestreitbarer ist, was Columbus am besten wusste.*

Nonnisi diplomata literis obliquis exprimenda curavi. Textum ipsum ita distinxi, ut quae ad auctores jam publici juris factos accedant, typis minoribus et artius, quae autem iis Henricus addiderit, latius positis indicentur. Henrici autem narrata ipsissima aut fontibus deperditis exhausta majoribus literis exscribuntur. Quae in cod. 1. manibus recentioribus debeantur, quam accuratissime in notis criticis annotata videbis, neque minus ea sub textu signata habes, quae Corner ex Henrico, maximam partem fontibus falso nominatis, mutuatus est.

Ex Henrici chronico usque ad ann. 687. tantum eae res typis expressae sunt, quas alibi obvias non habemus.

Restat ut praedicem gratissima mente humanitatem viri clarissimi Waitz prof. Gottingensis, cujus pro officiosa qua est in literis adjuvandis voluntate, consilium subtile mihi semper adfuit et qui denuo textum chronici typis exscribendi cum codice Guelferbytano singulari patientia contulit.

Dabam Berolini 1859. mense Augusto.

Dr. Potthast.

---

In hac praefatione corrigenda.

Pag. VI. l. 3. inf. l.: 1858. — Pag. X. l. 2. inf. l.: abbati*a*. — Pag. XII. l. 4. inf. l.: dici*t*.

---

Editiones, ex quibus scriptorum ab Henrico allatorum locos in margine positos laudavi (praeter M. G. H. ed. Pertz), sunt hae:


Alani Magni de Insulis opera, ed. Car. de Visch. Antverp. 1654. fol.

Alberti Magni opera, ed. Jammy. 21 voll. fol. Lugduni 1651. Quos Henricus citat libellos, exstant in Tom. II.

Augustini opera, opera et studio monachor. ord. s. Bened. Antverp. 1700. fol. De doctrina christiana Tom. III. De civitate Dei, ed. Joh. Vives, Genevae 1610. Tom. II. 8.

Averrois Cordubensis commentarii in Aristotelis opera. Venet. ap. Juntas. 1574. 1572. 8.

Bedae Venerab. op., ed. Stevenson. Lond. 1841. 2 voll. 8., partim usus sum editione quam curavit J. A. Giles. Lond. 1843. 8.

Boethii opera. Basil. 1570. 2 voll. fol. min.

Biblia sacra vulgatae editionis juxta exemplar Vatican. Monaster. 1824. 3 vol. 8.

Cassiodori, M. Aur., opera (cont. histor. tripart.), studio J. Garetii ord. s. Bened. e congr. s. Mauri. Rotomagi 1679. 2 voll. fol.

Claudiani opera, ed Nic. Heinsius et Pet. Burmannus sec. Amsterd. 1760. 4.

Chronicon Egmondanum s. Hollandiae anon. mon. Egmondani ap. Kluit, hist. crit. comitat. Holland. et Zeel. Medioburgi 1717. Tom. I, pars 1, pag. 1 sq.

Constitutiones Clementis papae V. cum apparatu Johannis Andreae. Moguntiae 1476. fol.

Decretales Gregorii IX. suae integritati restitutae. Lugd. 1606. 4. Quibus accedunt Gratiani decretum et lib. VI. decretal. Bonifacii VIII. una cum Clement. et Extravagant.

Gennadius Massiliensis, de viris illustribus, in Miraei bibl. ecclesiastica. Antverp. 1639. Tom. I, p. 41—76. fol. min.

Gregorii papae I. cogn. Magni opera, stud. mon. ord s. Bened. e congr. s. Mauri. 4 Tomi fol. Paris 1705. Homiliae exstant Tom. I, p. 1436 sq.

Guilelmus de Nangiaco, gesta Ludowici et gesta Phil. III. ap. Duchesne, hist. Franc. script. Tom. V. Paris. 1649. fol.

Helinandi chronicon in Tissierii bibl. Cisterciensis. Tom. VII, p. 73—205. Bono-Fonte 1662. fol.

Helmoldi chronica Slavorum ap. Leibnit., script. rer. Brunsvic. Tom. II. Hannov. 1710. fol.

Hildegardis epistolae edid. Blanckvualt. Colon. 1566. 4.

Jacobi de Voragine liber passionalis. Aug. Vind. ap. Zainer. 1473. 4. min.

Johannis Andreae apparatus, vid. Constitutiones.

Isidori Hispalensis lib. de viris illustribus, in Miraei bibl. eccl. Antverp. 1639. Tom. I, p. 77—90.

Liber de secta pseudoapostolorum, sub titulo Additamentum ad hist. fratr. Dulcini, ap. Muratori, script. rer. Ital. Tom IX, p. 445. Mediolani 1726. fol.

(Luitprandi) opera quae exstant. Cum notis Hieronymi de la Higuera et L. Ramirez de Prado. Antverp. 1640. 4. Continet: Liber de pontif. Romanor. vitis p. 167—284.

Martini Poloni historia, cui praemissa Mariani Scoti chron. (ed. Herold.) Basil. 1559. fol.

Orosii Pauli presb. Hisp. opera ed. J. Fr. Marcoduranus. Colon. 1573. 8.

Ottonis Frisingensis episc., rerum ab origine mundi ad ips. usq. temp. gest. lib. 8. Argent. 1515. fol.

Ovidii opera ex rec. Heinsii cur. J. Fr. Fischer. Lips. 1758. 2 voll. 8.

Pauli Diaconi de gestis Langobardorum libri VI in Muratori, scr. rer. Ital. Mediol. 1723. Tom. I, p. 396 sq.

Persii, A. Flacci, satirarum liber, ed. O. Jahn. Lips. 1843. 8.

Petri Comestoris histor. scholastica. Argent. 1503. 4.

Prosperi opera. Paris. 1711. fol.

Rufini opera, ed. Vallarsius. Veronae 1745. fol. max.

Sedulii, Coel., carminis paschalis lib. V curante H. J. Arntzenio. Leovardiae 1771.

Senecae, Ann., epist. ed. F. C. Matthiae. Francof. a. M. 1808. 2 voll. 8.

Sidonii Apoll. opera ed. Jac. Sirmondi. Parisiis 1652. 4.

Thomae Aquinatis summa totius theologiae. Colon. Agripp. 1611. fol.

Turpini, Joh., histor. de vita Caroli M. et Rolandi ex Reubero in appendicibus ad *chronique de Philippe Mouskes publiée par de Reiffenberg. Bruxelles* 1836. Tom. II, p. 489—518. 4.

Valerius Maximus, factorum dictorumque mirabil. lib. IX. edid. Joh. Kappius. Lips. 1782. 8.

Vincentii Bellovacensis speculum historiale, opera Benedictinorum collegii Vedastini in acad. Duacensi. Duaci 1624. fol. — A pag. 26 usq. ad finem chronici usus sum editione Mentelliniana. Argentorati 1473. fol max. 2 voll. Ex eodem laudo Librum pontificalem, Odonem Cluniacensem, Helinandum, Guilelm. Malmesber. et alios quos nominatim invenis §. 4. sub. no. 10.

Ysuardi martyrologium exstat in Act. Sanctor. mense Jun. Tom. VI. VII. Antverp. 1717. fol.


Aliorum scriptorum editiones, quas in usum converti, in annotationibus indicatae sunt.

# CHRONICON
# HENRICI DE HERVORDIA.

Tempora memorabiliora quecumque aut antiquitatibus fidelia, aut novitatibus vana, aut bellorum negocio turbida, aut pacis ocio lasciva, aut fame sterilitatis marcida, aut pituita fertilitatis superba, aut morbis et pestilentiis corrupta, aut flagiciis infecta parricidiisque misera et sceleribus execrabilia, aut conversacione et exemplari vita piorum hominum fecunda et viris illustribus florida et doctrinis sanctorum patrum necnon philosophorum et doctorum aliorum quorumcumque clara, aut poeticis fictionibus fabulisque et integumentis vanissima, sed nichilominus tamen plerisque curiosa, aut terrarum motibus terribilia, aut inundacionibus aquarum insolita, aut ictibus fulminum plagisque grandinum seva, aut eruptionibus vel eciam diluviis ignium metuenda, aut sedicionibus feda et miseriis [a] aliis contaminatissima [b] et inquietissima, aut ydolatria seu deorum falsorum quin pocius demoniorum cultura sordida sacrisque eorumdem et ludis et veneracione supersticiosa, aut certe presencia corporali veri solis justicie misericorditer illuminata, aut sanctorum martirum sanguine purpurata, aut signis et prodigiis aut portentis stupida vel singularia et rerum singularitate quantumcumque mira, aut translacione gentium in gentes aut regnorum in regna tumultuosa, aut variacionibus sectarum et condicionibus legum et urbium insignia, aut alio cursu quocumque quomodolibet aliter illustria vel eciam notabilia dicturus, conflictacionesque et conatus atque curas generis humani vanissimas et communes omnes variaciones ejusdem, his quidem in tristia, aliis autem in leta descripturus, et mundum ut in pluribus per diversa sui tempora libidinibus ardentem et face cupiditatis accensum fumoque et nebula vanitatis turgidum explicaturus, et generaliter notabiliora quecumque per omnia transacta retro secula quasi digito et in specula quadam ostensurus, sequar studium et consuetudinem hystoriographi precipui beati Ieronimi, qui dixit ad Vigilancium: ‘Operis et studii mei est multos legere, ut ex plurimis diversos flores carpam, non tam omnia probaturus, quam que bona sunt electurus’. Quod et Seneca docet eleganter dicens in epistola ad Lucillum 84: ‘Apes imitari debemus, que vagantur et flores ad mel faciendum ydoneos carpunt. Deinde quicquid attulere, disponunt ac per favos digerunt, et ut Virgilius noster ait:

. . . . . . . . . . . . purissima mella
stipant et dulci distingunt nectare cellas;

et succum varium mixtura quadam mirabili et proprietate sui spiritus immutant non sine quodam, ut ita dicam, fermento, quo in unum diversa coalescunt. Nos quoque que [c] ex diversa lectione congessimus, separare debemus; deinde adhibita ingenii nostri facultate, in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut quicquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus’ [d]. Hec Seneca. Non quidem sic, quod more centonum ad rem, quam volumus tamquam versiculos decerpere videamur velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longeque diversa reperiatur esse collectum, ut dicit Augustinus 17. de civit. Dei, sed ex propriis et de rebus,

[a] et, *quod hic insertum erat, deletum est.* [b] contemnatissima *cod.* [c] quaecunque *Seneca et Vinc. Bellov.* [d] ut quicq. — corp. *ap. Sen. aliis verbis.*

ep. 119 (al. 152). quas querimus, expresse conscriptis. Sane secundum Ieronimum in antiqua terra aurum queritur, et de antiquorum fluviorum alveis splendens glarea profertur Pactolusque ceno quam fluento ditior est. Patres autem et doctores antiqui sudoris sui nobis memoriam in scriptis et opusculis diversis reliquerunt. Et ob hoc ex omnibus antiquorum, quos ad presens potui habere libris, hystoriarum atque annalium fastis de diversorum religiosorum monasteriis laboriose collectis presens opus extrahere et ordinare et quasi de ingenti prato graciosam et ex florum varietate texere curavi coronam; non ignorans, me patere morsibus quorundam, qui stimulante invidia, quod consequi non valent, dampnant, sicut eciam dixit egregius versificator:

'Sepe vitupero rem vel judico deteriorem
propter livorem, vel quia nescio rem'.

Taliter autem oblatrantium judiciis non satis moveor, quia in utramque partem de facili vel cf. praef. ad lib. 3. odio vel amore flectuntur. Et ut utar verbis Orosii: Fateor me finis attingendi desiderio de tot seculi memorabilibus preterire plurima, cuncta breviare. Nequaquam enim tam densam aliquando silvam pretergredi possem, nisi eciam crebris interdum saltibus subvolarem. Copia vero quam inopia magis impedior, et, ut Augustinus ait 17. de civit. Dei: 'Quia omnia ponere vitande prolixitatis causa prohibeor, vereor ne, cum quedam elegero, multis qui ea noverunt videar magis necessaria preterisse'.

Nomina quoque patrum et doctorum, quorum libros ad propositum collegi, vel eciam librorum ipsorum sunt hec: Biblia, historia scolastica, historia ecclesiastica Eusebii, historia ecclesiastica tripartita, historia ecclesiastica gentis Anglorum secundum Bedam, historia Romanorum, historia Lombardorum, historia Saxonum, historia Britonum, historia Gothorum, historia Francorum, historia Flamingorum, historia Allexandri Macedonis, historia Karoli Magni secundum Turbinum; item Josephus antiquitatum et de bello Judaico, Tytus Livius, Augustinus de civitate Dei, Pompejus Trogus in 44 libris et ejus deflorator Justinus; item cronica Eusebii, item Prosperi, Hermanni, Eghardi, Elyandi[a], Hugonis Floriacensis, Sygiberti, Martini; item Beda in libro minore de temporibus, Ieronimus de viris illustribus, Gennadius de viris illustribus, Isidorus de viris illustribus, Orosius in ormesta mundi, Valerius Maximus, Vincentius in speculis historialibus, Dares Frigius, Emilius Probus, Cornelius Nepos, Salustius, Suetonius, Bartholomeus, Ysuardus in martyrologio, Jacobus de Voragine in passionali, Jacobus de Vitriaco, Elmundus[b], Wilhelmus Malmesberiensis, Petrus Damianus, Baldericus, itinerarius Clementis, vitas patrum, vitas fratrum predicatorum, Damasus de Romanis pontificibus, Marianus, Jordanus episcopus, Ipolitus episcopus, Gregorius Magnus in dyalogo, Gregorius episcopus Turonensis. De poetis eciam Lucanus, Juvenalis, Persius; item Stacius in Achilleide et Thebaide; item Claudianus in minori et majori; item Oracius in epistolis, odis et sermonibus et poetria; item Virgilius in Bucolicis, Georgicis et Eneyde, et Ovidius in libro Heroidum, de fastis, de Ponto, sine titulo, de arte, de remediis, in Ibim et Methamorphoseos, aliique plures. Item commentum Servii in opuscula dicta poetarum eorundem, et Thomas Walleyz in Methamorphoseos. Item Albericus de natura deorum, Theotectus de natura deorum, Creon vel Anacreon de natura deorum, Cycero vel Tullius de natura deorum, Boecius de consolacione philosophie, Fulgentius mitilogiarum, et Remigius in Fulgentium, aliique tractatus quam plurimi de cursibus et iniciis regnorum et principatuum dominorumque quorundam et gestis sanctorum plurimorum aliarumque personarum insignium diversarum.

[a] *pro hoc verbo expuncto in margine a manu recentiori* Helinandi, *sed falso. Libentius legerim hoc loco* Einhardi *aut* Lamberti. [b] *hic legendum* Eliandus = Helynandus; *cf. a.* 1058.

Sciendum eciam est, quod compilacione ista jam completa de diis gentium et de sacris
eorum quedam oportunis locis et temporibus historie cursibus interponere curavi, persuasus a
curiosis. Et ad hoc necessarios habui libros dictos poetarum. Attendendum nichilominus est, quod
in assignacione temporum quam plurimorum et specialiter summorum pontificum scriptores tem-
porum notabiliter a se invicem discrepant et plerumque non tantum diversa, sed eciam adversa
et quasi contraria pronunciant, sicut in libris Regum tot et tante contrarietates emergunt, que
difficulter per aliquem explicari possunt, ut patet per Comestorem in historia quarti Regum ca- c. 47.
pitulo 'de determinacione contrarietatum'. In hiis itaque et aliis hiis similibus stilum sic tem-
perare curavi, ut, quandocumque doctores de re quacumque plane concordant, sequor plane
quod invenio. Quando vero quidam discordant, a pluribus magnis plures sequor. Sed quando
plerique discordant, sequor judicio meo principaliores. Unde si tales diversitates quandoque in-
veniantur inferius, reprehendendus non sum, quia non visa per me, sed ex aliorum libris lecta et
collecta conscripsi. Valerius Maximus cap. de miraculis: 'Quia non nova dicuntur, sed tradita I, 8, 7.
repetuntur, fidem auctores vendicent'. Placuit autem michi compilacionem istam ordinare tempore
vacacionis mee, tum ut socios delectarem, tum ut solacium vel levamen temporis per me ipsum
haberem, tum eciam ne vitam omnino silencio transigerem sicut pecora, que natura prona et
ventri[a] tantum obedientia[b] finxit. Sed quia stultum est ante historias effluere, ut patet 2.
Machab. 2, cum in ista historia succingi et multa preterire cunctaque breviare necesse sit, ut 2 M. 2, 33.
dictum est, ne prius quam ad historiam veniam 'Crisippi[c] scrinia lippi', quem introducit Oracius sat. I, 120.
sermone primo, vel 'certe Horestem nondum eciam in tergo finitum', cujus meminit eciam Ju- sat. I, 6.
venalis in prima satyra, 'compilasse videar', finis sit hic prelocucionis.

### *Capitulum 1.*

In principio creacionis rerum unus erat toto nature vultus in orbe, quem antiqui dixere
chaos, quia fuit rudis indigestaque moles nec quicquam nisi pondus iners; congestaque fuerunt
in eodem non bene junctarum discordia semina rerum, ut dicit Ovidius primo Metamor- met. I, 6—9.
phoseos. Hunc vultum historia sacra quandoque vocat abissum habentem faciem tenebrosam,
quandoque terram inanem et vacuam, quandoque vero aquam spiritu Dei fotam. Nec inepte. Nam
quamquam spiritu Dei foveretur, tamen tenebrosus erat vacuusque et inanis, quia per species in-
distinctus, sic quod in ipso nec ulli elemento nec rei cuique sua forma manebat in sui complemento
per virtutes activas et passivas, secundum quas res postmodum distinguebantur. In principio
siquidem iste partibus mundi collate non fuerunt, ut dicit beatus Thomas gratiose. Hunc P. 1. quaest. 66.
quoque vultum Basilius, Ambrosius, Ieronimus et Magister in sentenciis informitatem materie nun-
cuparunt. Quam eciam dixerunt formacionem ipsius duracione precessisse, non quidem secun- cf. l. c.
dum Thomam, quod informitas ibi excludat omnem formam, sed istam formositatem lucis in
toto corpore dyaphono, quia tenebre erant super faciem abyssi, celi scilicet et aeris, et pulchritu-
dinem terre duplicem: unam, quod nunc est aquis discooperta, tunc autem erat inanis, secundum
aliam literam invisibilis propter aquas eam undique cooperientes; aliam, quod modo herbis et
plantis est ornata, tunc autem vacua fuit et incomposita. Antiqui vero, sicut dictum est, vultum
hunc chaos appellaverunt, non sicut quidam naturalium posuerunt, chaos et confusionem exclu-
dentem omnem distinctionem secundum eundem Thomam, primo celi et terre[d] . . . . l. c.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[a] ventri *ex correct. manus recentioris in margine, textus habet* venter. [b] *manus recentior sic in margine* obiam *(quod in textu legitur) correxit.* [c] *pro* Crisippi *habent edit.* Crispini. [d] *fol. quod cod. 1. praefixum est ac praefationem initiumque capituli 1 praebet, hic finit.*

# ETAS VI.

*Capitulum 5.*

60. Quarto decimo anno Neronis . . . . Duo quoque ex 72 Cristi discipulis missi sunt per beatum Petrum apostolum in Teutoniam verbum vite predicaturi, unus quidem in Treverim super fluvium Mosellam, scilicet Maternus; alius autem, scilicet Egistus, in Bardewik super fluvium Elmenowe cum Mariano, qui fuit archydyaconus ejus, et in Bardewik coronam martirii perceperunt, et adhuc eorum corpora requiescunt, Egisti quidem in loco ignoto in majori altari ad Sanctum Petrum ibidem.

*Capitulum 39.*

374. Octavo anno Valentiniani . . . . . . . . Ex hiis omnibus apparet, quod Frisones antiquitus dicti sunt Saxones. Siquidem Frisia sic situata est in paludibus, et Frisones pirate sunt. Sed Saxones nunc manent in terra solida et sicca. Ex hystoria Saxonum . . . [1]. Item vide insigne Saxonum:
cf. Wid. I, 11. 12. leo, draco et desuper aquila volans ad ostendendum in eis fortitudinem, prudentiam et invicti animi constantiam. Sacra illorum vel ydolum Saxonum, quod dicebatur Hermynsul, fuit statua vastissima, in qua sculpte erant ymagines Martis, Herculis et Solis, id est Apollinis. Hermyn enim vel Hermis grece Mars dicitur, quo vocabulo ad laudem vel ad vituperationem usque hodie etiam ignorantes utuntur.

*Capitulum 41.*

386. . . . . Ex cronicis: Franci de Sycambria in Germaniam transierunt, in ejus opidis habitantes secus litus Reni fluminis utrinque a Bawaria usque in Frisiam. Xantroyam civitatem potentissimam ibidem edificaverunt. Post Treverim delentes, illa loca temporibus multis inhabitant; post sedes novas querentes, Lutetiam, que modo Parisius dicitur, venerunt, et ibi mansionem constituunt, in Germania simul et nomen et gentem meliorem relinquentes, quarum prima usque in presentem diem Franconia vel Francia orientalis dicitur, cujus meminit liber decretalium quartus
Greg. decr. IV, tit. 1, c. 1. in principio dicens: 'De Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in uxorem'; et habet Franconia Thuringiam ab oriente, Bajoariam et Sueviam a meridie, Renum fluvium ab occidente et Westphaliam ab aquilone.

*Capitulum 48.*

476. Zenon . . . . . . . Item quidam* dicunt, quod hoc tempore Saxones post multa et dura bella totam
* Mart. P. c. 49. imp. insulam Britannie possederunt. Et ipsam Angliam nominaverunt a quadam villa Saxonie, in qua dux eorum natus fuit, que usque hodie Enghele vocatur.

*Capitulum 50.*

522. Quarto anno Justini, Olimpiadis 325. anno 1, Thidericus rex Ytalie Boetium patricium et philosophum diu jam incarceratum occidit gladio in Papia. Cujus ossa felicia requiescunt ibidem in ecclesia beati Augustini juxta altare quod dicitur primum, super terram exaltata cum tali epygrammate:

Hoc in sarcofago jacet ecce Boetius arto,
Magnus et omnimodo mirificandus homo.

Et post multa subditur:

Qui Thiderico regi delatus iniquo
Post ictus gladio transiit e medio.

Et nominant eum incole sanctum Severinum.

*Capitulum 52.*

568. Quarto anno Justini . . . . . . . Fuerunt autem Albwinus rex et Narses patricius Romanorum unum et indissolubile par amoris ut Pilådes et Orestes, sicut fratres uterini singulariter et unice se diligentes, et uterque bellicosissimus. Unde et Narses auxiliis Albwini victorias plurimas maximasque patravit, et Albwinus per Narsetem Ytaliam ad possidendam eam cum Lombardis subintravit. Vocaverat enim, ut dictum est, Narses Albwinum et Lombardos in Ytaliam, tum quia propter accusacionem sui apud Justinianum per Romanos factam ipsum imperatorem metuebat, tum quia propter contumeliam sibi per imperatricem illatam exasperatus angebatur et furebat, tum quia

[1] Widukindum sequitur. Antea locos Orosii et Isidori de Saxonibus attulit.

prolem, pro qua terram occuparet, cum esset eunuchus, non habebat, tum etiam quia Albwinum ut
dimidium anime sue et Lombardos propter eum quam plurimum diligebat. Quos etiam, quod essent
viri virtutis et bellicosi multum, optime expertus erat.

---

## *Capitulum 59.*

Justinianus II., filius Constantini quinti, Romanorum 64., cepit a. M. 4649., Olimpiadis 366. anno se- Ekk. 687.
cundo, Urbis 1438., Domini vero 687., et annis 10 imperans exiliatur. Fuit autem quasi 16 annorum, cum regnare Vinc. 23, 127.
cepisset, unde temeritate puerili multum[a] perperam gessit. Sergium beate memorie papam, quia synodo sue stulte, quam
in Constantinopoli fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia prothospatario suo, jussit Constantinopolim de-
portari; sed militia Ravennate urbis vicinarumque partium nefanda principis jussa prevenit, et eundem Zachariam contu-
meliis et injuriis ab urbe Roma pepulit. Martinus dicit sic: Hic fecit pacem cum Sarracenis decennio terra mari- c. 60. imp.
que; bonus, prudens et largus, Romanum multum auxit imperium. Cujus gesta leguntur in Pantheon. Multas leges ad-
didit[b], ecclesiastica officia multum honoravit[c], sed circa finem suum sextam synodum, quam pater suus fecerat, infir-
mare nititur, et Sergium papam in hoc sibi resistentem et ecclesiam frustra turbare molitur.

Primo anno imperii sui Justinianus pacem, quam pater ejus cum Abymelech Arabum principe fecerat, solvit, et 687.
pacem cum Bulgaribus nexam, perturbans ea que a patre suo ordinabiliter fuerant facta. Removit etiam a mari Mardai- Vinc. 23, 127.
tarum, i. e. pyratarum, exercitum, qui[d] imperium ejus ab impetu Arabum tuebatur. Quibus repressis, pace et quiete est
potitus Arabum principatus usque in presentem diem. Et ex tunc liberius barbari Romam depredari ceperunt. Consti-
tuit preterea Stephanum Persam saccellarium suum, virum crudelem et pessimum. Qui plures rei publice principes gravi-
ter affligebat, quique etiam matrem ejusdem augusti Anastasiam, absente eo, presumpsit habenis more pueri flagellare.
Que res maxime fecit eum exosum cunctis principibus et domesticis suis. Hec omnia Hugo. Beda etiam in chron. 698.
minori dicit: Hic heresi pollutus catholicos persequitur et cum Sarracenis pacem fecit. Unde non intelligo,
quare Martinus eum bonum, prudentem et auctorem[1] imperii Romani dixerit, nisi forte quia c. 60. imp.
Affrica subjugata est imperio Romano tempore suo, que prius detenta fuerat a Sarracenis.

Secundo anno Justiniani Pippinus, filius Ansegisi et Icte, major domus efficitur in Francia et dux, et regnum 688.
administrat 27 annis cum Lodewico, Hildeberto et Dagoberto regibus. Cujus etiam anni suorumque successo- Ekk. 689.
rum deinceps annotantur in cathalogo regum. cf. Herim. Aug. 688.

Tertio anno Justiniani secundum Bedam in minori Coaduwald rex occidentalium Saxonum Romam venit, et 689.
a Sergio papa baptizatus, in albis obiit et ibidem sepelitur. hist. eccl. 5, 7.

Quarto anno Justiniani, Olympiadis 367. anno primo, secundum Sigibertum[2] sanctus Audoenus[e] 690.
Rothomagensis episcopus, sanctus Amatus et Theodorus Anglorum archiepiscopus obierunt. Obiit autem Theodorus anno Vinc. 23, 127.
etatis sue 88. Beda in hystoria Anglorum c. 89. dicit sic: Theodorus fuit Rome monachus, natus Tharso Cy- hist. eccl. 4, 1.
licie, vir seculari et divina literatura, grece instructus et latine, probus moribus et etate venerandus, i. e. annos habens
66, cum ordinaretur episcopus. Ibidem c. 90: Pervenit autem Theodorus ad ecclesiam suam secundo postquam per ib. c. 2.
Vitalianum papam consecratus est anno, et libentissime suscipiebatur ab omnibus. Et erat primus in archiepiscopis, cui
omnes Anglorum ecclesie manus dare consentirent.

Quinto anno Justiniani secundum Sigibertum Thydericus rex Francorum cum Bertario et Pypino congressus, 691.
vincitur. Bertharius a suis perimitur. Thidericus rex a Pippino capitur. Pypinus sibi Nestriam subjugat, et sub Thy- Sig. 691.
derico solus toti regno principando statum rerum meliorat. Sanctumque Lambertum in Trajectum presulatu relocat, et
sanctus Remaclus obiit[f]. Item Wicberth Frisonibus predicat. Beda ubi supra c. 28: Wicberth anacho- hist. eccl. 5, 9.
rita, insignis scientia, multis annis in Hybernia peregrinus, navigio vadit in Frisiam, et duobus annis continuis genti illi
ac regi ejus Rathbede[g] verbum salutis predicabat, et fructum tanti laboris non inveniens, ad peregrinationem suam re-
versus est.

Sexto anno Justiniani secundum Sigibertum Willebrordus cum sociis 12 veniens ab Anglia, sanctitate claret 692.
in Gallia. Idem: Sanctus Andregisilus claruit. Qui cenobia Fiscannum et Fontenellam Deo construxit. De hoc Sig. 692.
legitur, quod, dum rex Karolus Saxoniam domaret, quidam miles monasterii Fontanelle Serenandus nomine, pre ceteris Vinc. 23, 131.
opes vastans gentilium, ab ipsis Saxonibus capitur, ad decollandum ducitur. Crebro sanctum Andregisilum nominat et

[a] multam 1. [b] condidit *Mart.* [c] eccles. — honoravit *desunt in* 3. [d] que 2. [e] Andoenus 2.
[f] hoc anno obiisse dicitur. *Sigib.* [g] *ita codd.*

[1] 'Romanum imperium auxit nimis'. *Martinus Pol.* [2] legas: *Vincentium*, qui maximam partem
Sigiberto (a. 690) detraxit.

invocat. Cui Saxo nomine Albo: 'Quare totiens hanc nominas'? Et ille: 'Quia famulus ejus sum et confido, me ejus meritis etiam a presenti discrimine liberari'. Cui Albo: 'Hac nocte astitit michi Wandragisilus, monens et minas inferens, ne tibi mali quidquam inferrem. Illesum igitur abire te permitto'. Absolvitur Segenandus a vinculis, vestibus induitur, armisque munitus ad castra cristianorum remittitur. Ipse posthec Albo regi Karolo obses datus et ad Fontanellam perductus, credens baptizatus est.

693. Septimo anno Justiniani Lodewicus III., qui et Clodoveus II., filius Thyderici, Francorum 15., post mortem
Sig. 693. patris cepit anno hoc, et 4 annis regnavit. Beda: Duo Angli presbiteri, niger et albus Ewald, Saxonibus predicantes,
Bed. chron. martirio coronantur et a Pipino Colonie sepeliuntur. Idem Beda in hystoria Anglorum c. 129: Duo presbiteri
h. eccl. 5, 10. Angli antiquis Saxonibus predicaturi ad patriam illorum venerunt. Ewald uterque nominabatur, unus capillis nigris et alius albis, per quod et discernebantur, fuitque niger literatior. Saxones autem antiqui regem non habent, sed satrapas plurimos. Ex quibus ingruente bello per sortem eligitur dux exercitus. Exacto bello, rursum omnes satrape prioris tantum sunt potestatis. Isti duo presbiteri apud Saxones antiquos a quodam villico suscipiuntur. Qui promisit ut petiverant, quod duceret eos ad satrapam, quia ad ipsum legationem haberent. Cumque psalmis et orationibus vacarent et missam celebrarent cottidie, habentes secum altare portatile etc., suspecti fiunt, quod vellent satrapam ad fidem Cristi convertere et communiter provintiam totam in novam culturam mutare. Igitur subito perimuntur ab eis, albus quidem gladio, niger autem longo suppliciorum cruciatu et horrenda membrorum omnium discerptione, et interempti in Renum proiciuntur. Hic attende, quod antiquos dicit, qui nunc Westphali dicuntur [1]. Audiens satrapa, quod peregrinos ad se venire volentes non permiserant [a], occidit vicanos illos omnes et vicum incendit. Passi sunt sancti isti quinto nonas Octobris. Corpora eorum contra impetum Reni decurrentis [b] per 40 fere millia passuum ad ea usque loca, ubi illorum erant socii, transferebantur. Sed et radius lucis permaximus et usque ad celum altus omni nocte supra locum fulgebat illum, ubicumque ea pervenisse contingeret, et hoc etiam paganis, qui occiderant eos, intuentibus. Gloriosissimus autem dux Francorum Pypinus corpora eorum condidit cum multa gloria in ecclesia Colonie juxta Hrenum [c]. Fertur autem, quod in loco, ubi occisi sunt, fons ebullierit, qui ibidem usque hodie copiosa fluenti sui dona profundat.

694. Octavo anno Justiniani, Olimpiadis 368. anno primo, Pypinus Radbodum ducem Frisonum bello vicit; et
Sig. 694. Willebrordum genti illi ad predicandum dirigit. Beda ubi supra c. 131: Postquam Willebrod cum sociis suis per
hist. eccl. 5, 11. aliquot annos in Frisia docuerant, misit Pypin Willebrordum Romam ad Sergium papam, postulans, ut idem Fresorum [d] genti archiepiscopus ordinaretur. Quod et factum est anno D. 696. Ordinatus est autem in ecclesia sancti Clementis, in die natalis ejus, imposito sibi a dicto papa nomine Clementis; et ad episcopatum suum remissus, donavitque Pippin locum cathedre episcopalis in castello suo inlustri, quod antiquo gentium illarum verbo Viltaburgh, i. e. Viltarum opidum, lingua autem gallica Trajectum vocatur. Sic sanctissimus gentis Frisonum episcopus Willebrod [e] Wilta-
Sig. 687. burgh Frisie, i. e. Viltrajectum, primam cathedre sedem habuit. Item hoc anno Conincberch Lombardorum rex 12., filius Pertharich, solus post patrem cepit, et 12 annis regnavit. Ex gestis Lombardorum l. 5.
P. D. 5, 37. c. 37: Hic Conincperch rex ex Saxonum-Anglorum genere duxit uxorem Ermelindam. Que cum in balneo Theodoten puellam, Romanam nobilissimam, eleganti corpore, flavis prolixisque capillis pene usque ad pedes decoratam vidisset, ejus pulchritudinem apud Conincbertum virum suum laudavit. Qui libenter hoc audiens, dissimulavit, et in puelle illius amorem exardescens, ipsam constupravit [f]. Sed tamen post in monasterium ipsam conclusit.

695. Nono anno imperii sui secundum Sigibertum Justinianus imperator sanctam sextam synodum, de qua in
Sig. 695. decretis di. 16. per totum, infirmare nititur, et Sergium papam in hoc sibi resistentem ecclesia [g] deturbare frustra
Ekk. 687. molitur, ut dictum est. Item Justinianus a Calinico patriarcha exegit, ut persuasionem faceret ad destruendam ecclesiam sancte Dei genitricis juxta palatium sitam, volens sibi edificia facere, ubi a populo susciperetur. Patriarcha dixit: 'Orationem habemus et persuasionem ad statuendam ecclesiam, in destructionem autem ecclesie orationem non suscepimus'. Cogente autem imperatore et omnimodis exigente, orationem dixit patriarcha: 'Gloria Deo, qui jugiter sustinens patitur, nunc et semper et in omnia secula seculorum'. Quo audito, imperator destruxit ecclesiam. Aliaque multa faciens perperam, odium populi in se suscitavit.

696. Decimo anno Justiniani Leo, qui et Leontius, patricius, quem ipse Justinianus quondam pretorem orientalium mi-
Ekk. 687. litum et magistrum fecerat, sed jam per tres annos in custodia tenuerat, cum exinde protractus in exilium mitteretur,
cf. ibid. 697. contra Justinianum sensit; junctis sibi multis, ipsum comprehendit, nasoque preciso sibi, in insulam quandam relegavit,
Sig. 696. ipseque regnavit. Sigibertus sic: Leo patricius Justinianum regno privat eumque naso et lingua truncatum in exilium
Vinc. 23, 132. relegat. Hugo: Insurrexit contra Justinianum Leontius patricius, conspirante secum Galinico patriarcha, et carceribus

[a] permiserunt 1. [b] decurrentes 1 2. [c] herenum *corr.* heremum 1. heremum 2. [d] Frisorum 2. [e] Willebrord 2. [f] construpravit 1. [g] ecclesiam 2.

[1] Interfectionis traditio usque hodie in dioecesi Monasteriensi viget et locus facinoris ostenditur.

reseratis solutisque multis retrusis, qui a sex vel octo annis in vinculis fuerant, quorum plures milites erant, cum eis
exivit in forum, et Justinianum naribus amputatis apud Cersonam [a] exilio relegavit. Deinde prefatorum armis munitus vi-
rorum, augustalem arripuit dignitatem. Sigibertus eodem anno: Beda venerabilis presbiter et monachus clarens in Sig. 696.
Anglia, 30. etatis egit annum, et reliquum tempus vite legendo, tractando et exponendo sacram scripturam utiliter exegit.
Wilhelmus Malmesberiensis: Hic in extremo natus orbis angulo doctrine fulgore chorusco omnes terras decoravit. Anno Vinc. 23, 133.
vite sue 19. [b] dyaconus factus est, anno 30. presbiter, ex quo usque ad 59. aut docere aut scribere non destitit. Tri-
ginta sex volumina edidit, que in 78 libros divisit. Ferunt eum Romam ivisse, ut libros suos vel ecclesiastice doctrine
convenientes associet, vel si dissentirent, apostolico nutu corrigeret. Fuit autem incuriose, sed dulcis eloquentie. Vin-
centius: Scripsit super Genesim librum 1, de tabernaculo Moysi l. 3, super Samuelem l. 4, de templo Salomonis l. 1,
super Esdram et Neemyam l. 3, super Thobiam l. 1, super psalmos l. 1, super parabolas l. 4, super cantica l. 5, super
Marcum l. 4, super Lucam l. 5, super epistolas canonicas l. 7, super actus apostolorum l. 1, super apokalypsim l. 2,
de questionibus libri Regum l. 1, de locis sanctis l. 1. Item de naturis rerum. Item hystoriam ecclesiasti-
cam gentis Anglorum. Item de temporibus. Item de luna, et compoto ecclesiastico, et alia multa. Sed melius
dicitur anno Leonis IV. sextodecimo.

## *Capitulum 60.*

Leo tertius, qui et Leontius, Romanorum 65., depulso Justiniano, regnum invasit, et tribus annis impe- Ekk. 697.
ravit. Quidam dicunt duobus. Cepit autem a. M. 4659., Olimpiadis 368. anno quarto, Urbis condite 1448..
Domini vero 697. Temporibus istius apud Werzeburgh castrum Francie Theutonice sanctus Kylianus episcopus Sig. 697.
cum discipulis suis Clolomanno et Tylmanno clam martirizatur a Geylana, uxore Rodberti [c] principis Wertzeburgensium.
Que timebat separari a viro suo, arguente eum Kyliano, quod eam, uxorem quondam fratris sui, etiam ipse uxorem habe-
ret. Quorum mors cum lateret omnes et diu, Geylana et percussoribus a demonio arreptis, eorum confessione divul-
gata est.

Primo anno Leonis Sergius papa invenit portionem dominice crucis. De qua dictum est anno 10. Constan- 697. Sig. 688.
tini V. Item Hildebertus, filius Thiderici et frater Lodewici, Francorum 16., cepit et annis 18 regnavit. Ex Sig. 697.
cronicis Francorum[1]: In aula istius Grimoaldus, filius Pypini brevis, major domus constituitur, eique filia Ratboldi Sig. 699.
ducis Frisonum desponsatur. Qui Grimoaldus propter hoc a Ramgario [d], satellite dicti Radboldi, Leodii ante altare sancti Sig. 713.
Lamberti orans perimitur, et ejus loco Theobaldus, filius Drogonis fratris ejus, major domus constituitur. Item Sigi- Sig. 698.
bertus: Sancta Berga [e], mater Pippini, ad Dominum transit.

Secundo anno Leonis, Olimpiadis 369. anno primo, secundum Hugonem Arabes Affricam infestabant. Contra 698.
quos direxit Leontius imperator Johannem patricium cum stolo copioso. Qui cum Carthaginem pervenisset, Arabes in Vinc. 23, 134.
fugam vertit et ibidem hyemavit. Item Tolgen, filius Chincilan [f], adhuc puer regnare cepit super Wisigothos, et 4 an- Sig. 680. 684.
nis regnans, propter puericie levitatem reprobatur et in clericum tonsoratur.

Tertio anno Leonis secundum Hugonem Johannes patricius de Carthagine ad Leonem ipsum revertitur, volens ab 699.
ipso majorem stolum deposcere. Exercitus autem, qui in Africa remanserat, absente Johanne patricio elegit quendam Vinc. 23, 134.
Absymarum, quem [g] et nominavit Thyberium, et creavit illum imperatorem. Absymarus autem, stolo sumpto, qui secum
erat, navigavit ad urbem Constantinopolim, et sine mora intravit in eam sibi proditam. Intravit autem per murum Bla-
chernarum, et apprehensum Leontium exilio relegavit, ipseque regnavit. Item Sigibertus: Hoc anno sanctus Lam- Sig. 698.
bertus audens Pippinum principem increpare, quod pelicem Alpeydem Plectrudi legitime uxori sue superduxerat, a Dodone,
fratre ipsius Alpeydis, Leodii martirizatur et Trajecti tumulatur. Eique sanctus Hudbertus episcopus subrogatur. Lam- Sig. 710.
bertus autem post cum episcopatu Leodium est translatus. Item Heylinandus: Pro hoc anno dicit Vinc. 23, 135.
Beda sic in libro de temporibus: Reverentissimus ecclesie Lindipharnensis in Britannia ex anachorita antistes Cudbertus
totam ab infantia usque ad senium vitam miraculorum signis inclitam duxit. Cujus corpus humatum post annos [h] 11 in-
corruptum, quasi eadem hora defunctum, simul cum veste qua tegebatur, inventum est. Quod in libro de vita et virtuti-
bus ejus prosa nuper et exametris versibus ante aliquot annos ipsi signavimus. Item Leo tertius, natione Romanus, Mart. Pol.
ex patre Nycholao dyacono, papa 84., sedit annis 2, mensibus 11. Hic per patricium Romanorum insolite factus est c. 88. pont.
papa; propter quod in plerisque cronicis in cathalogo paparum non ponitur; sed sequens Leo tertius intytulatur in
ipsis, et etiam in Decreto. Unde etiam quidam* ponunt immediate post Sergium Johannem sextum. *Herim. Aug. Ekkeh. Sig.

[a] Tersonam 1. [b] 18. *Vinc.* [c] Gozberti *Sig.* [d] Raing. *Sig.* [e] Begga *Sig.* Berga *Vinc.*
[f] Chincilau 1. [g] quem et — autem *desunt in* 3. [h] annorum 1. 2.

[1] *legatur:* Sigiberti.

## *Capitulum 61.*

Ekk. 700. Tyberius III., qui et Absymarus dictus est, Romanorum 66., cepit a. M. 4662., Olimpiadis 369.
anno tertio, Urbis condite 1451., Domini vero 700., et per annos 7 imperavit.
700. Primo anno Tyberii secundum Sigibertum Dodo interfector sancti Lamberti pessimo languore cruciatur, a ver-
Sig. 699. mibus consumitur, et ob intollerantiam fetoris in Mosam fluvium demergitur; omnesque hujus culpe complices infra an-
num divinitus puniuntur. Percussores sancti martiris suo congressu alter ab altero perimitur.
701. Secundo anno Tyberii Johannes VI., natione Grecus, papa 85., sedit annis 3, mensibus 2, diebus 23, et cessa-
Mart. P. vit episcopatus mense 1, diebus 19 [a], et martirio coronatur.
c. 89. pont. Tertio anno Tyberii, Olimpiadis 370. anno primo, secundum Bedam in minori Gysulfus dux Longobar-
702. dorum Beneventi, Campaniam vastans, Johanne papa pacem postulante, captivos reddidit. Item Thiuchasindus Wisi-
chron. 708. gothorum rex cepit, et 17 [b] annis regnavit.
Sig. 684. Quinto anno Tyberii Beda venerabilis Anglorum presbiter cronicam minoris libri de temporibus hucusque perduxit,
704. Ekk. 706. et hystoriam ecclesiasticam Anglorum. Item Johannes VII., natione Romanus, ex patre Gregorio, papa 86.,
cf. Herim. 703. sedit annis 2, mensibus 7, diebus 17, et cessavit episcopatus mensibus 9.
Mart. Pol. Sexto anno Thyberii Edilred rex Merciorum Coenredo regnum dedit et se monachum fecit. Item Hugo: Justi-
705. nianus in Cersona [c] degens cepit populo manifestare, quod iterum suum recepturus esset imperium. Propter quod loci
Herim. 704. accole augusti zelo permoti, parabant eum quasi regis insidiatorem occidere vel comprehensum ad eum dirigere. Quod
Vinc. 23, 136. sentiens Justinianus, fugit et Thurcorum cagano se presentavit. Qui cum honore eum suscepit, germanam suam ei uxo-
rem tradidit.
706. Septimo anno [d] Tyberii, Olimpiadis 371. anno primo, secundum Hugonem Justinianus de cagano Tur-
Vinc. 23, 136. corum navigavit ad Terbellum Bulgarie regem. Qui et ipse auxilium ei tulit et suo eum imperio restituit. Cepit igitur
Sig. 705. Justinianus Leonem et Thyberium, et eos cum multis, qui eum expulerant, occidit. Gallicinum patriarcham excecatum
Vinc. l. c. Romam misit, et in locum ejus Cyrum abbatem, qui se in Ponto exulem aluerat et imperium ei restituendum predixerat,
promovit. De hoc imperatore fertur, quod, quotiens a detruncatis naribus profluvium terserit, totiens aliquem de inimicis
Sig. 705. suis perimi jusserit. Sigibertus sic: Justinianus, auxilio Terbelli [e] expugnata Constantinopoli, recipit imperium; Leo-
Ekk. 707. nem et Thyberium in medio circi jugulat [f]. Sane Thiberius ex urbe jam capta profugit, sed capitur ab insequentibus,
et cum Leone cathenis stringitur, et ambo per plateas trahuntur in ludis equestribus, tractique ante pedes Justiniani in
solio residentis proiciuntur. Calcavitque Justinianus colla eorum fortiter, universa plebe clamante: 'Super aspidem et ba-
siliscum ambulasti, et leonem draconemque conculcasti'. Sicque precepit eos decollari. Innumerabilem quoque multitudinem
eorum, qui contra eum consenserant, diversis mortibus fecit enecari [g].

## *Capitulum 62.*

Ekk. 707. Justinianus minor, qui prius regno pulsus fuerat, ad regnum rediens, cum filio suo Tyberio secundo regnare
cepit a. M. 4669., Olimpiadis 371. anno secundo, Urbis condite 1458., Domini vero 707., et imperavit annis sex.
Sig. 705. Alibi dicitur: imperavit secundo annis septem. Et nota, quod pro isto imperio suo secundo non tribuitur
Justiniano locus 67. inter augustos, sed Phylippico ejus successori.
707. Primo anno imperii sui recepti Justinianus multa dona et regalia vasa Terbello tribuit, et eum in pace demisit.
Ekk. 707. Item hoc anno nascitur Justiniano filius ex Theodora, germana cayani, quam duxit in exilio, et vocavit eum Thyberium.
ibid. Quem cum matre sua coronavit, simulque regnaverunt. Item Sysinnius, natione Romanus, ex patre Tresymundo,
Mart. Pol. c. 91 pont. papa 87., sedit dies 20, et cessavit episcopatus mensibus 2, et scisma magnum fuit. Item Constantinus I., na-
tione Syrus, ex patre Johanne, papa 88., sedit annis 7, diebus 15, et cessavit episcopatus diebus 11 [h]. Hunc impe-
rator Justinianus ad se venire fecit Constantinopolim, et sollempniter eum recipiens, ut die dominica missam in ecclesia
sancte Sophie celebraret, rogavit, communionem de manibus ejus accipiens, ac vultum in terram proiciens, ut pro pecca-
tis suis Dominum exoraret postulavit. Cunctaque privilegia ecclesie Romane renovavit. Hic etiam papa Phylippicum im-
Ps. peratorem hereticum denuntiavit, eo quod sanctorum ymagines deleverat. Ex gestis summorum pontificum: Iste
Liutpr. c. 90. etiam papa ordinavit Felicem archiepiscopum Ravennatem. Qui juxta consuetudinem antecessorum suorum subdi sibi [i]
noluit, fastu superbie tentus. Propter superbiam autem post a Justiniano augusto capitur, oculis privatur, in Pontum
Sig. 709. exiliatur. Sed imperatore mortuo, ad sedem suam revertitur, et sic humiliatus a papa veniam petit et accipit. Item
Paul. Diac. 6, 17. hoc anno Ulid 10. Sarracenorum cepit, et 7 annis principatum tenuit. Item Liuperth Lombardorum rex 13.

[a] 9. 2. [b] 20. *Sig.* [c] Tersona 1. 2. 3. *et ita infra.* [d] imperii *add.* 2. [e] Tarbelli 2. [f] jugulavit 2.
[g] evocari 2. [h] 40. *Mart. Pol.* [i] *pro* subdi sibi *hab. Liutpr.* scribere.

cepit. Habuit autem tutorem Ansprandum. Quem Regumbertus dux Taurinensium in bello superavit, et regnavit anno 1. c. 18.
Quo mortuo, Ariperth, filius ejus, regnavit annis 9. Cepit autem Aryperth anno istius Justiniani secundo. c. 19.

Quarto anno Justiniani, Olimpiadis 372. anno primo, Coenred rex Merciorum et Offa, filius Sygheri regis, 710.
Romam veniunt ad Constantinum papam. Ibique monachi facti, in servitio Dei vitam finierunt. Item Sygi- Herim. 709.
bertus: Hildeberto monarchiam regni Francorum tenente, archangelus Mychael apparuit Aucberto Abricatensi episcopo, Sig. 709.
monuit semel et iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiam suam Tumba vocatur, fundaret ecclesiam in memoriam
sui, volentis talem venerationem sibi exhiberi in pelago, qualis exhibetur eidem in monte Gargano. Interim thaurus a
latrone furtim captus, in loco illo religatur[b]. Unde episcopus tertio monitus, ut in eo loco fundamenta jaceret, ubi thau-
rum religatum inveniret, et sicut eum terram pedibus contrivisse videret, sic ecclesie ambitum duceret, ecclesiam in ho-
nore sancti archangeli constituit. Et ex eo tempore, sicut in monte Gargano, ita et in illo loco, qui modo dicitur In
periculo maris, veneratio archangeli frequentari cepit.

Quinto anno Justiniani secundum Sigibertum factum est, quod de Constantino papa et privilegiis 711.
ecclesie renovatis dictum est anno istius primo. Et Constantinus papa per ipsum de Constantinopoli Romam Sig. 710.
cum honore remissus est.

Sexto anno Justiniani Phylippicus ab exercitu imperator factus, Justinianum interfecit. Hugo sic: Justinianus 712.
statuit Cersonam, ubi degerat, evertere. Et colligens omnes naves quas habere poterat, scilicet dramones, trieres, scaphas, Ekk. 707.
chimeres, elintres etc., eo destinavit, precipiens, omnes habitantes ibi interfici, a minore usque ad maximum. Quo cum Vinc. 23, 137.
pervenisset Mauricius patricius et Helyas spatarius secundum imperatoris jussum omnes interfecerunt, exceptis infantibus.
Tuduwinum vero civitatis principem cum aliis 40 principibus ad imperatorem miserunt, et alios septem ejusdem urbis primo-
res igni in verubus ligneis assaverunt. Deinde Justinianus misit iterum alium stolum mense Octobri, precipiens, ut omnes
pueri, qui reservati fuerant, morti traderentur. Sed ille stolus pene totus in pelago demersus est. Et perierunt ibi homi-
num 73000. Quibus Justinianus agnitis furens ad hec magna crudelitate, misit iterum alium stolum, jubens arari et ad
pavimentum illidi[c] totam civitatem. Quod audientes homines illius provincie, assumpserunt Phylippicum, qui illic exula-
bat, et imperatorem creaverunt. Deinde Phylippicus Constantinopolim veniens, Justinianum augustum et Thyberium, filium
ejus, pariter interfecit. Egkardus dicit sic: Cum Justinianus mitteret exercitum in Pontum ad comprehendendum Phi- Ekk. 707.
lippicum ibi a se relegatum, multum eum Constantinus papa prohibuit, sed animum ejus revocare non potuit. Exercitus
autem quem miserat, conversus ad Phylippici partem, fecit illum ibidem imperatorem, reversusque cum eo Constantinopo-
lin, pugnavit contra Justinianum miliario ab urbe 12, victoque illo et occiso, accepit regnum Phylippicus. Filius quo-
que Justiniani, adhuc puer, ab hiis qui a Phylippico premissi sunt occisus est.

## *Capitulum 63.*

Phylippicus, qui et Bardanius, Romanorum 67., interfecto per ipsum Justiniano imperatore tru- Ekk. 713.
culentissimo, cepit a. M. 4675., Olimpiadis 372. anno quarto, Urbis condite 1464., Domini vero 713., et Sig. 712.
imperavit per annum 1 et menses 6. Alii* dicunt per annos 2. Iste priusquam imperaret, habuit quendam amicum *Sig. 712.
monachum inclusum, qui erat hereticus et tamen previsor. Qui dixit ei: 'Imperium tuum est'. At ille turbatus est. Cui Ekk. 713.
inclusus: 'Si Deus jubet, tu quare contradicis? Hoc autem dico tibi, quia sexta synodus male acta est. Si regnaveris,
hanc abice, et regnum tuum erit forte et longevum'. Qui cum juramento spospondit, se hoc facturum. Cum ergo regna-
ret, fecit concilium pseudoepiscoporum juxta illius pseudomonachi et inclusi sermonem, et abjecit sextam sanctam syno-
dum universalem. Item Philippicus hic in disputationibus suis rationabilis et prudens videbatur, in actibus autem in-
honeste et indigne vitam[d] consummans, improbabilis ubique demonstrabatur. Erat siquidem hereticus et adulter.

Primo anno imperii sui Phylippicus concilium pseudoepiscoporum, de quo dictum est, congregat. Item 713.
eodem anno vanus ille inclusus oculorum cecitatem incurrit. Item eodem anno Phylippicus Cyrum presulem depo- Ekk. 713.
nens ad monasterium suum redire precepit; Hugo dicit: exilio relegavit, et Johannem quendam pseudomonachum sui Vinc. 23, 138.
consensus fecit episcopum Constantinopolitanum. Item eodem anno Phylippicus misit Constantino pape literas pravi Ekk. 713.
dogmatis, quas ille cum apostolice sedis consilio respuit. Et hac de causa fecit Constantinus papa picturas in porticu
sancti Petri, que sex sanctarum synodorum acta continerent. Nam et hujusmodi picture habebantur Constantinopoli. Quas
Philippicus jussit auferri. Statuit autem populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut cartas aut figuram solidi
susciperent. Unde nec ejus effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad missarum sollempnia prolatum. Hugo
dicit sic: Literas ejus papa vir sanctus consilio Romani populi respuit, et precepit, ne ejus nomen in cartis poneretur, Vinc. 23, 138.
aut percussora[1] solidorum reciperetur, aut ad missarum sollempnia nomen ejus recitaretur.

[a] auspraudus l. 2. *hoc loco.* [b] relegatur 1. 2. [c] illudi 1. 2. 3. [d] *om.* 2.
[1] i. e. percussura.

714. Secundo anno Phylippici, Olimpiadis 373. anno primo, Zuleymen Sarracenorum 11. cepit, et 3 annis
Sig. 716. principatur. Item secundum Hugonem: Dum imperasset Phylippicus anno 1 et 6 mensibus, insurrexit contra eum
Vinc. 23, 138. Anastasius. Qui oculis eum privavit, et ab imperiali dignitate deponens, ejus sibi imperium vendicavit. Egkardus sic:
Ekk. 713. Sabbato pentecostes, cum Phylippicus lavaretur in balneo publico, ingressus cum equitatu et organis, habitoque prandio cum civibus antique prosapie, requiesceret meridie, repente per auream portam intravit Rufinus primus stratorum cum Theodoro [a] patricio, festinansque in palatium, et inveniens ipsum Phylippicum quiescentem, apprehendit eum et eruit oculos ejus. In crastinum vero, primo die pentecostes, congregato in magna ecclesia populo, coronatus est Arthemius [b], mutato nomine Anastasius.

## *Capitulum 64.*

Ekk. et Anastasius, qui et Arthemius, Romanorum a Julio 68., cepit a. M. 4676., Olimpiadis 373. anno
Sig. 714. primo, Urbis condite 1465., Domini vero 714., eodem scilicet anno quo oculis privatus est Philippicus, et tribus annis imperavit. Quidam habent, quod Phylippicus imperavit per annos 2 et menses 9, Anastasius vero per annum 1 et menses 3.

714. Primo anno imperii sui Anastasius Constantino pape per Scolasticum patricium, exarcum Ytalie, literas Ro-
Ekk. 714. mam misit, quibus se fautorem et defensorem catholice fidei et sancti sexti concilii predicatorem esse docuit. Item
Mart. Pol. Constantinus papa obiit et apud Sanctum Petrum sepelitur. Item Gregorius II., natione Syrus, ex patre Johanne,
c. 93. pont. papa 89., sedit annis 15 [c], mensibus 8, diebus 20, et cessavit episcopatus diebus 35. Sigibertus et Martinus:
Sig. 714. Hic constituit quintam feriam per totam cristianitatem in quadragesima jejunari et missarum celebritatem [d], quod
Mart. l. c.
Sig. 714. non fiebat antea. Item Petronax civis Brixiensis, divino instinctu et Gregorii pape animatus hortatu, cenobium sancti Benedicti apud castrum Cassinum laudabiliter reedificavit, quod plus quam 100 annis a tempore Lombardorum desolatum fuerat. Alii ponunt istud factum supra anno Tyberii tertii septimo. Ex cronicis Francorum [1]: Anno Domini 714. Pypinus brevis, filius Ansegysis filii sancti Arnulphi Metensis episcopi, obiit. Fuerat autem major domus sub diversis regibus Austrasiorum, et sub Thyderico Franciam sibi subjugans, solus toti regno principando statum rerum Francie melioravit, ut dictum est. Hic preter uxorem suam Plectruden habuit concubinam Alpyadem. De qua suscepit Karolum cognomento Tucidem vel Marcellum [e]. Quem moriens reliquit sui principatus heredem. Propter quod noverca ejus Plectrudis ipsum Marcellum capiens, apud Coloniam tempore longo custodie mancipavit, et cum Theobaldo nepote suo majore domus regni principatum usurpavit. Karolus igitur Marcellus tandem nutu divino per Plectrudim carcere solvitur. Alibi dicitur [2]: De custodia noverce labitur. Post major domus factus, multa prelia contra Eudonem ducem Aquitanie, contra Radbodum ducem Frisonum, contra Bajoarios, contra Sarracenos, contra Burgundiones, contra Gascones et alios plures commisit, et semper victor evasit. Alemannos subjugavit, Avinionem et Narbonam urbes cepit, Remausum [f], Agarem aliasque Gothice regionis urbes a Sarracenis invasas, Substationem atque Norticum Altimuriumque cepit et solotenus destruxit. Sicque Sarracenos, qui totam fere Asyam, totam Lybiam et Europe partem multam invaserant Galliamque quasi possessuri jam Garumnam fluvium transierant, industria sua bellisque destruxit, occidens ex eis in uno prelio 385000 cum rege suo Abdyrama. Et tunc Marcellus cognominari cepit, quia, sicut marcellus omne ferrum subigit, sic ipse Deo juvante prelia contrivit universa. Et propter hoc bellum militibus stipendiariis decimas ecclesiarum consilio episcoporum concessit, promittens, si diutius viveret, omnia se studiosius emendaturum. Sepultus est autem in ecclesia
Ekk. 716. sancti Dionysii juxta Parisius. Egkardus sic: Karolus Tucides sive [g] Marcellus patri Pipino in principatu successit, adhuc quidem regibus in Francia manentibus, sed parva dignitate regnantibus. Sicut et in imperio Romano apud Constantinopolim adhuc imperatores erant, sed et intestinis et extrinsecis [h] bellis pene adnullati [i], nichil [k]

[a] Theodero 1. Thedero 2. [b] Artemisius *Ekk.* [c] 16. *Mart. P. et Anast.* [d] solempnitatem 2. [e] *ita codd.; sed* Tuditem *et* Martellum *legendum esse patet.* [f] Nemausum. Agaten *legendum est.* [g] sū 1. [h] extrinecis 1. [i] adunati 1. 2. 3. [k] parum *Ekk.*

[1] Ex qua Francorum historia haec descripta sint, nondum indagare potui. [2] Similia in Chronicis Dionysii Gallica lingua scriptis leguntur, Bouquet III, p. 310 sqq. Sed neque hic omnes hae urbes nominantur.

valebant. Administravit autem Karolus Marcellus regnum 27[a] annis. Hujus filius fuit Pypinus, pater Karoli
Magni. Item Dagobertus II., filius Hildeberti, filii Thyderici I., Francorum 17. cepit, et annis
4 vel 5 regnavit. Contra quem Franci insurgentes, Theobaldum majorem domus ejus vicerunt, et
Hilpertum ejus fratrem regem Ragenfridumque majorem domus constituerunt. Sed Karolus Marcel-
lus istud fieri non permisit, immo semper contra eos bellavit. Secundum alios Dagobertus
iste cepit anno Philippici primo. Secundum quos etiam Pyppinus brevis regnum Francorum ad-
ministravit sub tribus regibus, Lodewico, Hildeberto et hoc Dagoberto. Hic Dagobertus con- cf. Lamb.
struxit monasterium sancti Petri in monte ubi nunc est Erphordia; unde in privilegio, quod de- codd. 706.
dit eidem monasterio, legitur sic[1]: *Urbem nostram nomine Merwigesburch ad me hereditarie devolutam ab avo
meo Merwigio, fundatore ejusdem urbis, dedi sancto Petro et monachis;* et infra: *Et ipse mons post fundationem mo-
nasterii monachorum, deleto nomine paganico avi nostri, mons sancti Petri vocitatur. Hanc donationem literis nostris
stabiliri fecimus, et banno Rigiberti Moguntini episcopi confirmari rogamus, et annulo nostro colligamus, et sigillo nostro
adhibito complemus. Acta Moguntie Kalend. Marcii, in presentia Rygiberti episcopi.* In eodem privilegio ponitur,
quod idem Dagobertus rex etiam construxit monasterium in Witzenburch.

Secundo anno Anastasii Gregorius papa sanctum Bonifacium a Britannia venientem consecrat episcopum, et Bo- 715.
nifacium nominat — prius enim Winifridus dicebatur — et per ipsum verbum Dei in Germania predicat et Germa- Mart. P.
nos ad Cristum convertit. Qui post archiepiscopus Moguntinus factus, cum in Frisia predicaret, martirio coronatur et c. 98. pont. cf. Herim. 717.
transfertur ad Fuldense cenobium, quod ipse construxerat.

Tertio anno imperii sui Anastasius imperator catholicus classem Alexandriam contra Sarracenos duxit. Sed quidam 716.
in exercitu contra eum conjurantes exercitum totum ad aliud vertunt[b] consilium et ab itinere medio Constantinopolim repetunt. Vinc. 23, 144.
Cumque Adramium adissent et essent sine capite, invenerunt illic hominem indigenam, Theodosium nomine, inertem et Ekk. 714.
ydiotam, qui publicorum tributorum erat exceptor, et hortati sunt eum imperare. Ille fugiens, latebat in monte. Quem
inventum ut imperatorem laudibus extulerunt, cogentes eum. Quibus Anastasius cognitis, Nyceam abiit ibique se munivit.
Theodosius autem secutus, magno prelio vicit eum, datoque sibi sacramento, clericum eum fieri et postea presbiterum fe-
cit ordinari. Item Haumar Sarracenorum 12. cepit, et annis 2 principatur. Item hoc anno Ansprandus dux Sig. 719.
Taurinensium cum Aryperth rege Lombardorum conflixit, eoque fugiente et in fluvium demerso, regnum recepit. Sig. 710.
Sed et Ansprando post tres menses mortuo, Luitprandus, filius ejus, 15.[c] Lombardorum, cepit, et annis 32 regna-
vit. Ex gestis Lombardorum l. 6, c. 21: Aryperth, victis Ansprando et Luitperto, misit exercitum contra Anspran- P. D. 6, 21.
dum. Qui fugiens per Curiam Retiorum civitatem venit in Bajoariam, et ibi per annos 8 permansit. Ibidem c. 22:
Rex igitur Aryperth, confirmato regno, Sigibrandum Ansprandi filium oculis privavit, omnesque consanguinitate conjunctos
eidem diversis modis afflixit. Minorem quoque Ansprandi filium Lyudbrandum in custodiam posuit. Quem, quia despicabi-
lis esset in persona et adhuc adolescentulus, ad patrem illesum abire permisit in Bayoariam. Quod nutu Dei factum est,
qui eum ad regnum reservavit. Uxorem vero Ansprandi Theodoradam rex Aryperth comprehendi fecit. Que cum se re-
ginam futuram jactaret, naso et auribus ejus abscisis, decore faciei sue deturpata est. Pari etiam modo et germana
Luidprandi nomine Aurona deturpata est. Ibidem c. 35: Postquam autem Ansprand apud Bayoariam[d] 9 annis exulas- 6, 35.
set, auxilio Theoperthi ducis Baioariorum venit in Ytaliam et pugnavit cum Aryperth. Qui et in Tycino submersus
interiit. Ansprand igitur regnum Lombardorum recepit, et tres solum menses regnavit, vir per omnia egregius. Cujus
sapientie rari equandi sint[e]. Cernentes Lombardi hujus virtutem, filium ejus Luitprandum in solio regali constituunt.
Quod Ansprand dum adhuc viveret audiens, valde delectatus est.

## *Capitulum 65.*

Theodosius III., Romanorum a Julio 69., cepit a. M. 4679., Domini vero 717., et per unum annum im- Ekk. 717.
peravit. Leo quippe, qui erat pretor orientalium, et auxiliabatur Anastasio, non erat subjectus Theodosio. Unde veniens
Nycomediam, apprehendit filium Theodosii cum omni apparatu regio et primis viris palatii, et venit Crisopolim. Quod
audiens Theodosius, consilio Germani patriarche et senatus per eundem patriarcham accepit a Leone indempnitatis ver-
bum, sui et ecclesie sine perturbatione servande, et sic ei committunt imperium. Theodosius vero una cum filio suo cleri-
cus factus, residuum vite sue tempus transegit in pace. Ex gestis Lombardorum l. 6, c. 36: Hoc anno Tyberis 6, 36.
alveum suum egressus edificia multa Rome subvertit, ita ut in via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a Bed. chr. 720.
porta[f] sancti Petri usque ad pontem Molvium[g] aque se descendentes conjungerent. Mansit autem diebus 7, donec

[a] 37. 2. [b] vertit 1. vertut 2. [c] 14. 1. 2. *sed falso; cf. a.* 568. 707. 748. [d] bayoriam 1. [e] sunt 2.
[f] ad portam 1. 2. 3. [g] molinum 1. 2. 3.

[1] Diploma sublestae fidei ed. Mader. Chron. montis Sereni p. 273, alii.

Sig. 715. agentibus letanyas crebras monente Gregorio papa octavo demum die regreditur. Item sanctus Egydius veniens a Grecia, sanctitate claruit in Provincia secundum Sigibertum.

## *Capitulum 66.*

Ekk. 718. Leo IV., Syrus genere, Romanorum a Julio 70. cepit a. M. 4680., Olimpiadis 374. anno primo, Urbis 1469., Domini vero 718., et annis 24 imperavit. Hic a Justiniano primo regnante exiliatus est; sed post, cum secundo regnaret, vadens ei obviam, obtulit ei munera, et placatus Justinianus fecit illum spatarium, et habuit eum sicut germanum amicum. Unde quidam invidia moti[a], detraxerunt ei sicut imperium appetenti. Sed habita questione, mendosi sunt inventi. Justinianus tamen eum post suspectum habens, sed manifeste ledere nolens, misit eum ad bellum in Alaniam. Ubi cum multa feliciter ei provenissent, Justiniano interempto et Phylippico excecato, cum imperaret Anastasius, provexit eum in pretorem Orientalium. Depulso autem Anastasio per Theodosium, et regnante Theodosio, Leo et hunc Theodosium expulit et imperium sibi usurpavit. Fuit in cristianos et ecclesiam[b] Dei et religionem sanctam impius.
Sig. 725. A quodam quippe Heser[c] refuga fidei seductus, ymagines Domini salvatoris seu sancte genitricis ejus vel aliorum sancto-
Ekk. l. l. rum precepit in Constantinopoli sibi afferri, quicumque eas haberent. Quas ille in medio civitatis incendi fecit. Et quia multi de populo huic impietati non consenserunt, decollati sunt. Germanus quoque patriarcha de sede sua dejectus est, et Anastasius presbiter in loco ejus substitutus. Misit etiam ad Gregorium papam Romanum, ut similiter faceret. Ille vero noluit. Sed urbis Romane tributa et totius Ytalie sibi dari, pro quanto potuit, prohibuit.

718. Primo anno Leonis secundum Sigibertum Rathbodus dux Frisonum predicatione Wulfranni episcopi ad hoc
Sig. 781. ductus est, ut baptizaretur. Cumque unum pedem in lavacro intinxisset, alterum pedem retrahens interrogavit, ubinam plures majorum suorum essent, in inferno an in paradyso; et audiens, plures esse in inferno, intinctum pedem extrahens: 'Satius est, inquit, ut plures quam pauciores sequar'. Et ita ludificatus a demone, promittente quod tertia die abhinc
Vinc. 23, 145. incomparabilia bona ei daret, ipsa die tertia subita et eterna morte periit[1]. Ex gestis sancti Wulfranni[d]: Iste Wulfrannus[d] Senonensis episcopus per visum fuit admonitus, ut genti Frisonum predicaret. Fuit autem ibi per annos quinque. Porro filius Rabbodi ducis ab eo baptizatus in albis exspiravit. Item mos erat apud Frisones, ut quemcunque sors contingeret, offerretur demonibus immolandus. Igitur quidam puer Ovo nomine sorte exiit[2]. Quem Wulfrannus sibi dari petiit. Cui dux: 'Sit tuus, si Cristus tuus eum de morte liberaverit'. Suspenditur ergo in patibulo. Wulfrannus orat, et vinculis, quibus guttur illius stringebatur ruptis, corruit illesus. Baptizatur, et post presbiter ordinatur, et post libros multos monasterio Fontanelle conscripsit. Adhuc Rabbodus[e] dux Frisonum cum esset in multa dubitatione, an baptizari deberet, misit ad sanctum Willebrordum episcopum Frisonum, consulens, si baptizari deberet. Willebrordus respondit: 'Quomodo michi credet, qui sancto fratri meo Wulfranno non credidit? Ego hac nocte vidi eum ignea cathena ligatum, unde constat eum jam dampnationem eternam subisse'. Cumque iret ad domum principis, nunciatur ei, jam mortuum. Unde rediit ad sua Ovo. Qualiter autem Rabbodus per demonem ludificatus est, narravit Ovo predictus, dicens: 'Dyabolus gemmis, purpura et talibus redimitus apparuit Rabbodo dicens: "Virorum fortissime, quis te seduxit, ut a cultura deorum velis recedere? Dabo tibi domum auream et cetera multa, si in cultura permanseris". Cui Wulfrannus: 'Illusio demonis est'. Et Rabbodus: 'Si sic ut vidi non invenero, baptizabor'. Mittitur igitur statim quidam Friso ex parte ducis, et dyaconus ex parte episcopi, et procedentes invenerunt domum auream etc., et in domo thronum mirabilis pulchritudinis. Quibus dixit dux eorum: 'Hec mansio preparata est Rabbodo duci'. Et cum signaret se dyaconus signo crucis, ductor eorum transivit in dyabolum et aurea domus in lutum; et remanserunt dyaconus et Friso in medio locorum palustrium, et in triduo vix redierunt ad opidum; et Friso baptizatur a sancto Wulfranno et dicebatur Ingemarus vel Cuninghus. Sanctus autem Wulfrannus rediens de Frisia, monachicum habitum sumpsit in Fontanella, ubi pluribus annis degens, quievit in pace anno Domini 720.

719. Secundo anno Leonis Sarraceni Constantinopolim potenter obsidentes et multas provincias devastantes, tandem auxilio
Ekk. 721. divino, fame, peste, ferro naufragioque repelluntur, sine numero pereuntes. Vincentius: Ymago beate virginis
* Sig. 719. tenens infantem in brachio, quam depinxit sanctus Lucas, cum adhuc ipsa viveret, fuit eo tempore in Constantinopoli. Hec
Vinc. 23, 147. vocatur Odigitria, i. e. deductrix, quia duobus cecis apparuit beata virgo, et ad suam ecclesiam deducens eos illuminavit. Cum hac ymagine Constantinopolitani in die Martis faciunt processionem per totam civitatem. Cum igitur civitas esset obsessa, orabant ad illam ymaginem dicentes: 'Sancta Maria Dei genitrix, que totiens nos liberasti, libera nos de ini-

[a] commoti 2 [b] ecclesia 1. [c] Beser *Sig., sic etiam noster eum a. 724 nominat.* [d] Wlfr. 1. [e] Radbodus 2.

[1] a. 719. De hac baptismatis fabula vide Kluit, hist. crit. comitat. Hollandiae Tom. 1, pars II, excurs. 1, ubi docte demonstrat, Radbodum *regem* a Wulfranno baptizari non potuisse, et baptizationem Radbodi *secundi* a. 728 hanc narrationem protulisse opinatur. [2] scil. ad immolandum.

micis filii tui, et si vis ut ymaginem tuam non mergamus in mari, merge illos'. Et cum hec dixissent, unus eorum
ymaginem illam secreto tenuit sub undas, et statim procella surrexit et omnes naves Sarracenorum aut mersit aut fregit,
et sic Sarraceni miraculose perierunt. Item Helynandus: Hoc anno cuidam heremite monstrata est mirabilis visio de Vinc. l. c.
sancto Josep[a] nobili decurione, qui corpus Domini de cruce deposuit, et de catino vel parapside, in quo Dominus cenavit.
De quo ab eodem heremita descripta est hystoria, que dicitur de Gradali. Gradale[b] gallice dicitur scutella lata et aliquan-
tulum profunda, in qua pendiose[b*] dapes cum suo jure divitibus solent apponi gradatim, unus morsellus post alium in
diversis ordinibus, et dicitur vulgariter graal, quia grata et acceptabilis est de ea comedenti, tum propter continens, quia
forte de argento vel alia est materia pretiosa, tum propter contentum, i. e. ordinem multiplicem dapum pretiosa-
rum. Item hoc anno Gysid, Sarracenorum 13. cepit., et 4 annis principatus est. Huic quidam Judeus maleficus, pro- Sig. 721.
mittens eum 40 annis principaturum, suasit, ut in toto regno suo Dei sanctorumque ymagines deponi ediceret. Qui spe ibid. 724.
diu regnandi seductus, edictum quidem proponit, ipse tamen mox obit. Lotharius IV., filius Theodorici I.,
Francorum 18. cepit, et annis 2 regnavit.

Tertio anno imperii sui Leoni imperatori filius nascitur de Mallicia[c] uxore sua, quem Constantinum vocavit. 720.
Hic magis ipsius patre et anticristi precursor exstitit. Cui pater filiam Chayani, Scipharum regis, matrimonio sociavit, Ekk. 718.
eamque christianam faciens, Hyrenen nominavit. Que cum sacras literas didicisset, pietati operam dedit, et hos sepe
impietatis redarguit. Sigibertus: Hic Constantinus dum baptizaretur a patriarcha Germano, caecans in sacro la- Sig. 719.
vacro, magnum dedit presagium, quod futurus esset ecclesie Dei in scandalum.

Quarto anno Leonis Hylbericus, nepos Lotarii, filius Hildeberti filii Theoderici I., Francorum 19. 721.
cepit, et annis 5 regnavit. Item Sigibertus[1]: Hoc anno Luitprandus Lombardorum rex audiens, quod Sarraceni, Vinc. 23, 108.
depopulata Sardinia, illa etiam loca fedassent, ubi ossa beati Augustini ob vastationem barbarorum olim ab Ypone translata et
recondita fuerant, legatos suos illuc direxit. Qui dato auro multo pretiosas illas reliquias secum devexerunt, et ad urbem Januen-
sem regressi sunt, ubi prefatus rex occurrens cum gaudio, corpus almificum devote adoravit et reverenter excepit[d], et
usque in Tycinum transvehi[e] fecit, ubi a clero et populo honorifice et gaudenter excipitur et in basilica beati Petri, quam
prefatus rex constituens Celum aureum dixerat, dignissime collocatur. Beda* et Egkardus** ponunt istud factum * chron. 729.
esse anno Leonis istius sexto. ** Ekk. 723.

Quinto anno Leonis, Olimpiadis 375. anno primo, in Campania Ytalie frumentum combustum et ordeum et 722.
legumina quasi pluvia de celo ceciderunt. Item Sigibertus: Leo imperator sepe et multum laboravit, ut Gregorius Sig. 722.
papa perimeretur, sed frustra, Ytalis et Lombardis pro defensione pape instanter imperatori resistentibus. Item
Sigibertus: Karolus Marcellus Saxones debellat. Sig. 723.

Sexto anno imperii sui Leo imperator coegit Judeos et Montanos baptizari. Sed Judei abluebant unctionem cris- 723.
matis et post cibum participabant sacramentis et contaminabant fidem. Montani vero definientes sibi diem, introierunt Ekk. 723.
domos errori suo deputatas, et incenderunt semet ipsos. Item Habdyrama[2] Sarracenorum 14. cepit, et 9 annis
principatur. Sigibertus: Sarraceni ex Affrica, duce Habdyrama, filio Muhavie amirei, in Hyspaniam transfretant, eamque Sig. 720.
sibi vendicant. Et regnum Wisigothorum et Suevorum est destructum et redactum sub Sarracenis, annis plus minus 346,
alia litera 356, evolutis, ex quo a Scythia[f] expulsi sunt ab Hunis; ex quo vero cedentibus Wandalis et devictis cum
Suevis ceperunt regnare in Hispaniis, annis circiter 256 evolutis. Regnum vero tertie partis Hyspaniarum, quod dicitur
Galliciensium, quod nec tunc Wisigothi, nec postea Sarraceni potuerunt subigere, adhuc viget incolume, fide Dei prote-
gente. Quidam* ponunt istud anno istius Leonis tertio. Ex gestis Lombardorum l. 6, c. 47: Eo tem- * Vinc. 23, 148.
pore gens Sarracenorum in loco qui dicitur Septem ex Africa transfretantes, universam Hyspaniam invaserunt. Deinde P. D. 6, 46.
post 10 annos cum uxoribus et parvulis venientes, Aquitaniam Gallie provinciam quasi habitaturi ingressi sunt. Karolus
autem Marcellus cum Eudone Aquitanie principe[g] tunc discordiam habebat. Qui tamen in unum se conjungentes, contra
eosdem Sarracenos pari consilio dimicarunt. Nam irruens Karolus super eos, 375000 Sarracenorum interemit. Ex Karoli
vero parte 1500 tantum ceciderunt. Eudo quoque cum suis super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens,
omnia vastavit. Sarraceni quoque Sardiniam depopulati sunt. Beda dicit sic: Sarraceni ab Eudone duce vocati, contra h. e. 5, 23.
Karolum Gallias vastant.

Septimo anno Leonis secundum Sigibertum ipse Leo a quodam Beser refuga fidei, ut dictum est, seductus, 724.
contra ymagines Christi et sanctorum ejus bellum indicit, easque ubique deponi et incendi edicit. Pro quo errore papa Sig. 725.
Gregorius eum multum quidem, sed in vanum, arguit.

[a] Joseph 2. [b] gradare 1. [b*] pretiose *Vinc.* [c] Maria *Ekk.* [d] accepit 2. [e] provehi 2. [f] sychia 1. [g] provincie 2.

[1] falso; legatur *Vincentius*, qui verisimiliter ex Ekkeh. 723 et Translat. s. Augustini hunc locum composuit. [2] Hunc omittit Sigibertus.

725. Octavo anno Leonis sanctus Pyrminus abbas et chorepiscopus a Karolo Augie insule prefectus, serpentes inde fugavit
Herim. 724. et cenobialem vitam ibi instituit. Item ex gestis sancti Salvii, qui hoc tempore floruit: Helpericus rex Francorum
Vinc. 24, 23. in Arrianum dogma declinans, scripsit indiculum, ut sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed Deus nominaretur,
unde et sancto Salvio recenseri jubet, deprecans ut sibi consentaneus fieret. Quod ille tantum respuit[a], ut si cartam, in qua
hec scripta tenebantur, attingere potuisset, in frusta decerperet. Hic sanctus temporibus Karoli Magni martirio coronatus
Sig. 701. est, in carcere furtive cum discipulo suo interfectus. Item Flavius, filius Chyntasindi, Wisigothorum rex cepit, et
12 annis regnavit.

726. Nono anno Leonis, Olimpiadis 376. anno primo, Thydericus II., filius Dagoberti II., Francorum
Vinc. 23, 149. 20. cepit, et 15 annis regnavit. Sigibertus[1]: Hoc tempore Karolus princeps bellicosissimus Eudonem rebellantem debellat eumque principatu et vita privat. Prius siquidem Eudo dux, videns se Karolo inferiorem per omnia, Sarracenos contra eum invitat, ut dictum est jam prius. Qui venientes ab Hyspania, Gallias vastant. Eudo quoque Karolo reconciliatus, castra Sarracenorum cum eo conterit. Karolus de Sarracenis, occiso rege eorum, triumphat. Nec multo post idem Eudo rebellat. Quem Karolus occidit. Cum filiis quoque ejus Wayfero et Waldo dimicans, eos vincit, et totam Aquitaniam sibi subdit. Lugdunum etiam aliasque civitates capit Burgundiamque subigit. Istius anima in suppliciis inferni a sancto Cuniberto[b] Aurelianensi episcopo visa est detineri, pro eo quod decimas ecclesiarum militibus suis distribuebat.

729.
Sig. 734. Duodecimo anno Leonis secundum Bedam[2] Karolus Marcellus Fresiam vastat, Poppone duce ejus occiso.

731. Quartodecimo anno Leonis, Olimpiadis 377. anno secundo, Gregorius III., natione Romanus, ex patre Mar-
Mart. P. cello, papa 90., sedit annis 10, mensibus 8, diebus 24, et cessavit episcopatus diebus 9. Hic adjunxit in Secreta
c. 94 pont. 'Quorum sollempnitas hodie in conspectu majestatis tue celebratur': 'Domine Deus noster, in toto orbe terrarum', et fecit recedere totam Ytaliam a potestate Leonis augusti heresiarche ob depositionem ymaginum. Cumque Leonem ipsum incorrigibilem vidisset, synodum pene 1000 episcoporum Rome celebrando, venerationem sanctarum ymaginum confirmat, atque violatores generali sententia anathematizat. Hic etiam, cum Roma obsideretur a Lyutprando Lombardorum rege, misit navigio ad Karolum Marcellum, patrem Pypini, claves confessionis sancti Petri, rogans ut Romanam ecclesiam a Lombardis liberaret. Hic etiam papa Vienne archiepiscopatum instituit. Que quidem urbs ideo dicitur Vienna, quod biennio est constructa, quasi Bienna.

732.
Sig. 732. Quintodecimo anno Leonis secundum Sigibertum Constantinus, filius Leonis, Hyrenem, filiam Cayani Avorum
Ekk. 732. regis, duxit uxorem, ut dictum est. Item Karolus filium suum Pipinum ad Liutprandum regem Lombardorum pro
Sig. 724. tondenda cesarie misit. Quod illico fecit, eumque cum multis donariis ad patrem remisit. Item Elvelid Sarracenorum
15. cepit, et annis 11 regnavit vel principatus est.

733. Sextodecimo anno Leonis Beda venerabilis presbiter Anglorum obiit secundum Wilhelmum Kal. Junii, indict. 14.,
Vinc. 23, 150. anno Domini 733., etatis sue 70. Continuis 7 ebdomadibus ante mortem suam stomacho indignante cibos nauseavit. Tandem die Ascensionis subjecto cilicio decumbens, illibato sensu et hylari vultu dicebat antyphonam: 'O rex glorie, domine virtutum, qui triumphat' etc. usque ad finem, et in fine ejus spiritum efflavit, subsequente tam suavi odore, ut omnes qui astabant se dicerent èsse in paradyso. Epythaphium ejus est hoc:

'Presbiter hic Beda requiescit carne solutus;
Dona, Criste, animam in celis gaudere per evum,
Daque illi[d] sophye debriari fonte, cui jam
Suspiravit ovans intento semper amore.

*e. g. Ekk. 731. Et nota, quod multi* dicunt, eum obiisse anno Leonis istius 14., alii 12. Ex cronicis: Beda venerabilis presbiter hystoriam ecclesiasticam gentis Anglorum 5 libris et capitulis 144 comprehensam hucusque perduxit, i. e. ad annum Domini 731. et annum adventus Anglorum in Britanniam
*h. e. 5, 24. 285., ut per eundem ibidem capitulo ultimo; ubi etiam dicit sic*: Domino adjuvante hec digessi Beda Dei famulus et presbiter [monasterii[d]] beatorum apostolorum Petri et Pauli. Qui 7 annorum cure abbatis Benedicti commissus sum, anno etatis mee 19. dyaconus factus sum, et anno 30. presbiter. Ex quo tempore usque ad annum etatis mee 59. que secuntur ex venerabilium patrum opusculis ordinare curavi. A principio gentis usque ad nativitatem Ysaac et Hysmahelis libros 4, de tabernaculo et vasis ejus et vestibus sacerdotum libros 8, de edificatione templi allegorice expositionis libros 2. Item in regum libros 30 questionum. Item in proverbia Salomonis libros 3. Item in cantica canticorum libros 7. Item in Ysaiam, Danielem, 12 prophetas et partem Jheremie distinctionis capitulorum ex tractatu beati Iheronimi excerptiones. In Esdram et Neemyam libros 3. Item in librum beati patris Thobie explanationis allegorice de

[a] rapuit 1 *e corr.* 2. [b] Eucherio *Vinc.* [c] *add. ex Bed. op., om.* 1. 2. [d] *om.* 1. 2. *add. ex Bed. op. ed. Giles.*

[1] falso, legatur *Vincentius*, qui plura ex Sig. 728. 730. 783. 733 hausit. [2] legatur: *Sigibertum.*

Cristo et ecclesia libros 2; item in canticum Abacuc librum 1; item capitula lectionum in pentatheucum Moysi, Josue, Judicum, in libros regum et verba dierum; item in librum beati patris Job, in parabolas, ecclesiasten et cantica canticorum; item in Ysaiam prophetam, in Esdram et Neemiam; in ewangelium Marci l. 4; in ewangelium Luce l. 6; item omeliarum ewangelicarum l. 2; in apostolum, quecunque in opusculis sancti Augustini exposita inveni, cuncta per ordinem transscripsi; item in apocalipsin l. 3; item capitula lectionum in totum novum testamentum, excepto ewangelio; item epistolarum librum ad diversos, quarum de 6 etatibus seculi una est, de mansionibus filiorum Israel una, de eo quod ait Ysaias: 'et claudentur ibi in carcere et post dies multos visitabuntur' et reliqua, de ratione bissexti, de equinoctio juxta Anacelium una. Item de hystoriis sanctorum librum vite[a] et passionis sancti Felicis confessoris de metrico Paulini opere in prosam transtuli; item librum vite et passionis sancti Anastasii male de Greco translatum, prout potui, ad sensum correxi; vitam sancti patris monachi et antistitis Cutberti, et primum heroyco metro, et postmodum plano sermone descripsi. Hystoriam abbatum monasterii, in quo dego, in libellis 2 edidi. Hystoriam ecclesiasticam gentis Anglorum in libris 5 conscripsi. Item martirologium[b], in quo omnes quos invenire potui martires, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo judice mundum vicerint, studui diligenter adnotare. Item librum ymnorum, diverso metro sive rithmo. Item librum epygramatum metro elegyaco. Item de natura rerum, et de temporibus libros singulos. Item de temporibus librum majorem. Item librum de orthographya alphabeti. Item librum de metrica arte; et huic adjunxi alium de scematibus et tropis libellum, h. e. de figuris modisque locutionum, quibus scriptura sancta texta[c] est. Te deprecor, bone Jhesu, ut cui propitius donasti verba tue scientie dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te, omnis sapientie fontem, pervenire et apparere semper ante faciem tuam. Hec Beda libro dicto.

Decimo septimo anno Leonis, Olimpiadis 378. anno primo, Karolus major domus iterum Frisiam vastat. 734.
Abhinc regnum Anglorum annotare supersedeo, quia hystorias quas sequar non invenio. Ekk. 733.

Vicesimo anno Leonis regnum Wisigothorum finitum est, scilicet anno Domini 737. Quidam* Sig. 735.
tamen ponunt aliter de regno isto et regum cathalogo et regni destructione. Retrospicias ad annos 737.
Gratiani primum vel ante et Leonis istius sextum. * Sig. 720.

Vicesimo tertio anno Leonis Thydericus rex Francorum obiit. Et Karolus Marcellus Saxoniam intrat. Item 740.
Sarraceni Gallias iterum invadentes ceperunt Arelatem. Karolus rediens in Gallias, misit ad Lyutprandum regem. Ekk. 737.
Qui venit ad eum cum omni exercitu Lombardorum. Quod audientes Sarraceni, fugerunt de terra illa. ibid. 740.

ibid. 739.
Vicesimo quarto anno Leonis Hildericus III. dictus insensatus, frater Dagoberti II., rex Francorum 20. cepit, et 9 annis regnavit. Iste prius vocatus est Daniel. Sed de ordine clericali as- 741.
sumptus ad regnum vocatus est Hildericus. Cum autem regnum insolenter et desidiose ageret,
Pypinus dux, filius Karoli Marcelli, legatos mittens querit a papa Zacharia, quid fieri oporteret
de regibus Francorum, qui solo nomine regnarent. Papa respondit, illum oportere regem vocari,
qui rempublicam bene regeret et tueretur. Quo audito, Pipinus Hildericum totondit et in monasterio
reclusit. Ipseque Pypinus a Francis mox rex constituitur, ut infra dicetur. Item Karolus Marcellus Vinc. 23, 150.
adhuc Sarracenos insequens, Avinionem cepit, Narbonam obsidet, Magdalum et Nemausum, devictis Sarracenis,
destruit, et obsides de civitatibus dictis in Franciam ducit. Item Leo imperator impius in perfidia sua moritur. Item Mart.P.c.67imp.
hoc anno Karolus Marcellus princeps victoriosissimus, pacato et dilatato regno Francorum, obit Carisiaci et apud Vinc. 23, 150.
Sanctum Dyonisium sepelitur. In cujus sepulchro post aliquot annos non corpus, sed serpens ingens inventus est. Successerunt autem ei in principatu duo filii ejus, Pypinus et Karlomannus. Item hoc anno Zacharyas, natione Mart. P.
Grecus, ex patre Policronio, papa 91., sedit annis 10, mensibus 2, diebus 15, et cessavit episcopatus dies 12. Iste c. 95. pont.
libros dyalogorum Gregorii de Latino in Grecum[d] vertit.

## *Capitulum 67.*

Constantinus VI., filius Leonis, Romanorum a Julio 71., cepit a. mundi 4703., Olimpiadis 380. anno Ekk. 742.
primo, Urbis 1493., Domini vero 742., et imperavit annis 34, mensibus 2, diebus 26; Sigibertus[1] dicit annis 35.
Hugo: Hic Constantinus imperii paterni et impietatis pariter successor legumque a patribus traditarum persecutor, omni Vinc. 23, 151.
vite sue tempore magicis maleficiis et etiam cruentis sacrificiis et luxuriis semper operam dedit; et multi religiosi clerici, monachi, layci pro fide recta sub ipso periclitati sunt.

Primo anno Constantini secundum Sigibertum sanctus Bonifacius Moguntinus archiepiscopus cenobium Fuldense in 742.
Buconia silva fundavit. Hoc cenobium in partibus Germanie pre ceteris preclarum est et nobile, et abbas ejus in curia Sig. 742.
Vinc. 23, 151.

[a] unum 1. 2. [b] martirlogium 1. [c] tecta 1. [d] de graeco in latinum *Mart. Sig.* 741.

[1] falso, legatur *Vincentius*, apud quem idem numerus; Sigib. a. 741. habet 37.

imperatoris honore magno habetur. Qui etiam mille[1] milites imperatori debet. Item Pypinus, filius Karoli Marcelli, cum fratre Karolomanno fit major domus Francie, et 10 annis principatur.

743. Secundo anno Constantini Pypinus et Karlomannus regnum sic dividunt, quod Karlomannus in Austria, Ale-
Ekk. 743. mannia et Thuringhia principatur, Pippinus vero Burgundiam, Nestriam et Provinciam sortitur; sicque Karlomannus usque in annum sextum, Pyppinus usque ad 9.[a] principabantur. Nestria est pars Gallie Celtice[b], illa scilicet que Secane Lygerique interjacet. Item Karlomannus Alemanniam igne ferroque vastat, quia a societate Francorum defecerat.

744. Tertio anno Constantini Karlomannus pacem cum Saxonibus fecit. Item Sygibertus: Cinis de celo cecidit.
Herim. 744. Item Karolus Magnus nascitur septimo anno, priusquam pater ejus Pipinus regnum Francorum in-
cod. 4. 4b. Sig. 744. vaderet et Hildericum regem in monachum tonsoraret. Item Karlomannus in Saxoniam profectus, cepit
Ekk. 744. castrum[c] quod dicitur Hochseeburg, et Thydericum Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit.

745. Quarto anno Constantini Karlomannus iterum et Pypinus Saxoniam ingressi, predictum Thydericum ceperunt.
Ekk. 745. Item Sigibertus: Petrus Damascenus episcopus et Petrus Manimenus in Syria martirizantur a Sarracenis. Item Aquensi
Sig. 745. urbe a Sarracenis desolata, corpus beate Marie Magdalene a Gerhardo comite Burgundie ad cenobium Viceliacum a se constructum transfertur. Quamquam aliqui scribant, quod hec apud Ephesum quiescat. Sed retrospicias ad annum Neronis 14.

746. Quinto anno Constantini, Olimpiadis 381. anno primo, Karlomannus patefecit fratri suo Pipino, quod jam
Ekk. 746. diu premeditatus est, scilicet se velle seculum dimittere et in habitu monachico Deo servire. Propter quod nullam expeditionem eo anno habuerunt. Sed preparavit se uterque, Karlomannus ut iter et votum suum perficeret, Pypinus ut eum honorifice dimitteret.

747. Sexto anno Constantini Karlomannus dictus, divino compunctus timore et amore succensus, Romam pergit, et
Ekk. 747. se monachum in monte Seracte fecit. Alibi* sic dicitur: Karlomannus a papa Zacharia in monachum attonsus, in
Vinc. 23, 154. montem Seraptim migravit, ubi, edificato cenobio in honorem sancti Silvestri, religiose studuit conversari. Alibi** vero
* Vinc. l. c. ** Mart. P. sic: Karlomannus, frater Pypini, se monachum in monte Soracte fecit, a Zacharia papa tonsoratus. Ibique duo monasteria
c. 68 imp. faciens, unum in honore sancti Silvestri et aliud in honore sancti Andree, non longe ab eodem monte, religiose multum conversatus est. Sed cum multitudo nobilium Theutonicorum et Francorum inquirerent ipsum, cum Romam venerunt,
Sig. 746. transiit ad montem Cassinum. Ibique post laudabilem vitam in Cristo quievit. Item hoc anno Athalongus presbiter, per illatam sibi cecitatem admonitus, querere corpora sanctorum Kyliani et sociorum ejus, inventis corporibus visum recepit. Et ob hoc sanctus Bonifacius Moguntie archiepiscopus castrum Wirciburg ad honorem sancti Kyliani martiris, qui ad predicandum ibi a papa Cenone episcopus missus fuerat, ibique mortis et quietis a Deo locum acceperat, episcopali sede
Herim. 746. insignivit, et primum episcopum ibi sanctum Borchardum ordinavit. Siquidem annuente papa Zacharia sanctus Bonifacius duos in sua parochya fecit episcopatus, unum in Wirceburg, de quo dictum est, et alium in Eystede, cui sanctum Willebaldum primum episcopum prefecit. Fuerunt autem Borchardus et Willebaldus dicti comprovinciales sancti Bonifacii.

748. Septimo anno Constantini Pypinus, fratre suo Karlomanno facto monacho, solus Francorum gubernabat principatum,
Mart. P. et major domus dicebatur. Item Grypho, junior frater Pipini, sibi rebellans, fugit in Saxoniam, collectoque exercitu,
c. 68. imp. Ekk. 748. super fluvium Ovacra in loco qui dicitur Orheym consedit. Pippinus vero profectus in Thuringiam cum exercitu contra fratrem, consedit super fluvium Myssaha in loco qui dicitur Scahaninghi. Prelio tamen non commisso, ex placito disces-
Sig. 748. serunt. Item Sigibertus: In Calabria et Sycilia fit pestilentia et mortalitas nimia. In vestibus hominum et in
ibid. 742. velis ecclesiarum apparuerunt crucicule quasi oleo designate. Item hoc anno Ratschisus 16.[d] rex Lombardorum cepit, et 7 annis regnavit.

749. Octavo anno Constantini Grypho fidei Saxonum diffidens, cum copiis que ad eum de Francia confluxerant Bajoa-
Ekk. 749. riam petiit, ipsumque ducatum in suam potestatem redegit, Tassilonem in deditionem accepit, Suigerum in auxilium sibi venientem suscepit. Quo audito Pipinus cum exercitu maximo Bayoariam veniens, Griphonem fratrem suum cum omnibus suis cepit, et Tassilonem in ducatum restituit. In eodem autem anno Gripho ad[e] Wayfrayum[f] ducem Aquitanie profugit.
ib. 742. Habuit autem Gripho matrem Swanahyldem, neptem Odilonis ducis Bajoariorum. Item Sigibertus: Ratscis Lom-
Sig. 749. bardorum rex dum rupto federe Romam inquietare nititur, a Zacharia papa non solum a malo reprimitur, sed etiam ejus instinctu cum uxore et filiis Romam veniens, post annos regni sui 7 monachus efficitur.

750. Nono anno Constantini, Olimpiadis 382. anno primo, Domini vero 750. Pypinus regnum Fran-

[a] 11. Ekk. [b] celcite 1. [c] *recepi ex Sig., om.* 1. 2. [d] 19. 2; *sed falso; cf. a.* 716. 755. 762.
[e] *add. ex Ekk., om.* 1. 2. [f] *ita* 1. 2.

[1] 60 milia. Vinc. 25, 19; cf. princip. cap. 85, ubi Henricus eundem praebet numerum.

corum usurpat. Sigibertus[1]: Cum enim esset major domus Pipinus, misit legatos ad Zachariam
papam, ut 24. anno Leonis IV. dictum est. Usurpat igitur Pypinus regnum Francorum, Zacharia
papa sibi consentiente, et a sancto Bonifacio Moguntie archiepiscopo ungitur et coronatur, anno episcopatus sui Sig. 750.
36., et regnat 22. Francorum annis 18. Cepit autem, ut dictum est, anno Domini 750. post annos circiter 88, Vinc. 23, 154.
postquam majores domus ceperant principari super reges Francorum, h. e. ab anno Constantini quarti 20. In hoc
igitur Hilderico progenies Clodovei defecit a regno, succedente Pipino. Cujus insignis posteritas post multa tempora
regnum Francorum obtinuit. Qualiter autem quidam computant, quod in Pypino[a] adhuc progenies Me-
rovei et Clodovei remanserit, dictum est anno Justini secundi 10. et anno Valentiniani primo[b]. Sic
igitur regnum Francorum translatum est ad Theutonicos in persona Pipini, sicut post anno Domini cf. Mart. P.
801., Constantini VII. et matris ejus Hyrenes anno 21., etiam imperium mundi translatum est ad eos- c. 96. imp.
dem in persona magnifici Karoli, filii istius Pypini, ut habetur Extr. de Electione capitulo 'Venera- Greg. decr. I, tit. 6, c. 34.
bilem' in apparatu Bernardi. Gregorius Turonensis[2] dicit sic: Gens Merovinghorum[c], de quibus reges Einh. vit.
Francorum, usque ad Hildericum regem, qui jussu Stephani pape tonsoratus et monachus factus est, durasse putatur. Kar. c. 1.
Que licet in illo finita possit videri, tamen jam dudum nullius vigoris erat, nec quidquam in se clarum preter inane regis
vocabulum preferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii prefectos, qui[d] majores domus dicebantur; neque
regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret ac spe-
ciem dominantis effigiaret, legatos undecunque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, que erat doctus vel etiam
jussus, ex sua velut potestate redderet, cum preter inutile regis nomen et precarium vite stipendium, quod prefectus
aule, prout videbatur, exhibebat, nichil aliud possideret proprii quam unam et eam preparvi redditus villam, in qua
domum et ex qua famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes pauce numerositatis habebat. Quo-
cumque eundum erat, carpento ibat, quod bobus junctis et bubulco[e] rustico more agente trahebatur. Sic ad palatium,
sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat.
Sed regni administrationem et omnia, que vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, prefectus aule procurabat. Quo c. 2.
officio Pipinus dictus[f] velut hereditario jure fungebatur. Nam pater ejus Karolus Marcellus, qui per totam Franciam
tyrannos dominatum sibi vendicantes oppressit et Sarracenos Galliam occupare temptantes duobus magnis preliis, uno in
Aquitania apud Pictavum civitatem, altero juxta Narbonam apud Byrram fluvium, ita devicit, ut in Hyspaniam eos redire
compelleret, eundem magistratum a patre suo Pipino brevi sibi dimissum egregie ministravit. Qui honor non aliis a
populo dari consueverat, quam hiis qui et claritate generis et opum amplitudine ceteris eminebant[g]. Hec Gregorius[3].
Fuerunt autem legati Pypini ad Zacharyam papam ad inquirendum, quis rationabilius regnaret, sanctus Bor- Ekk. 751.
chardus Wirciburgensis episcopus et Foliadus[h] archicapellanus, quem quidam abbatem, quidam presbiterum scribunt. Qui Mart. P. c. 68 imp.
corpus sancti Viti martiris de Roma in Gallias transtulit.

Decimo anno Constantini Stephanus II., natione Romanus, ex patre Constantino, papa 92., sedit annis 6; Mar- 751.
tinus dicit annis 5, diebus 28, et cessavit episcopatus mense 1, diebus 5[i]. Item Pypinus Galliarum ecclesias Mart. P. c. 96 pt.
cantibus Romanis melioravit. Item Pipinus rex Saxoniam cum exercitu magno potenter intravit, Saxonibus poten- Herim. 752.
tissime occurrentibus, et venit ad locum qui dicitur Reme juxta fluvium Wyseram. In qua expeditione Hildogerus archie- Sig. 751.
piscopus Coloniensis 16., qui cum Pipino rege ad bellum iverat, a Saxonibus interimitur in monte qui Ekk. 754. cf. Lev. Gest. Col.
dicitur Yborch[k]. Item Grypho interficitur. Sig. 751.

Duodecimo anno Constantini secundum Sigibertum terremotus generalis terribilis factus est, quo urbes, alie 753.
quidem ex toto, alie ex parte subverse sunt, alie a montanis ad subjecta campestria cum muris et habitationibus suis Sig. 753.
integre et salve plus quam ultra sex miliaria transmigraverunt. In Mesopothamia etiam terra disrupta est usque ad 2
miliaria, aliaque terra alba et arenosa de profundo ascendit; et ex ea animal mulinum ascendit incontaminatum, humana
voce loquens, pronuncians incursionem gentis ab heremo adversus Arabes. Item hoc anno Gysid Sarracenorum 16. Sig. 744.
cepit, et uno anno principatus est.

Tertiodecimo anno Constantini, Olimpiadis 383. anno primo, sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntinus 754.
cum Frisonibus predicaret, martirizatus est ab eis, anno episcopatus sui 40.[l], et apud Fuldense cenobium, quod ipse fun- Herim. 754.
daverat, honorifice est sepultus. Post quem Lullus Moguntie archiepiscopus sedit annis 32. Helynandus: Iste Vinc. 23, 157.

[a] quod *add. superflue* 2. [b] *verba* Val. p. *in* 1. *in loco raso, manus* 1*. [c] meronighorum 1. [d] *addidi ex Einh., deest in* 1. 2. [e] bubalis 1. 2. [f] r̄es 1. res? 2. [g] eminebat 1. 2. [h] Folradus *Ekk.* [i] 10. *Mart.* [k] Viburg *Ekk.* [l] 36. *Herim. Aug.*

[1] Nonnisi pauca ap. Sigib. leguntur. [2] falso, non Gregorius Turon., sed Einhardus in vit. Karoli c. 1. 2. sequentia praebet (sed etiam ex hoc mutuata prostant in Vit. Burchardi, ex qua ap. Ekkeh. a. 751). [3] legatur *Einhardus.*

Bonifacius, natione Anglus, epistolam scripsit Ethelbaldo regi Anglorum, ipsum publice de peccatis suis arguens et inter alia dicens: *Audivimus, quod legitimum matrimonium spernis et in luxuria et adulterio et cum sanctimonialibus voluptaris. Preterea audivimus, quod optimates pene omnes gentis Merciorum tuo exemplo legitimas uxores deserant et adulteras et sanctimoniales constuprent. Quod quam sit ab honestate peregrinum, doceat vos aliene gentis institutio. Nam in antiqua Saxonia*, que nunc Westphalia dicitur, *ubi nulla est Cristi agnitio, si virgo in paterna domo vel maritata sub conjuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant, et super fossam sepulte corruptorem suspendunt, aut cingulotenus vestibus abscisis flagellant eam caste matrone et cultellis pungunt; et de villa in villam misse occurrunt nove flagellationes, donec interimant. Winidi quoque, quod est fetidissimum genus hominum, hunc habent morem, ut, marito mortuo, mulier se in rogum cremandi, pariter arsura, precipitet. Si ergo gentes Deum ignorantes zelum castitatis habent, quid tibi convenit, fili karissime, qui cristianus es et rex? Parce ergo anime tue, parce multitudini populi,*
Grat. decr. p. I, di. 56, c. 10. *exemplo tuo pereuntis, de quorum animabus es rationem redditurus* etc. Simile quid de Anglis ponitur in decretis
Sig. 746. 752. dist. 56. c. 'Si gens Anglorum'. Item hoc anno Marahan Sarracenorum 17. cepit, et 6 annis principans interficitur.

755. Quartodecimo anno Constantini Bonifacio successit Lullus in episcopatu Moguntino, et sedit annis 32. Vincen-
Herim. 754. Vinc. 23, 157. tius: De isto sunt versus isti:

Antistes Lullus, quo non est sanctior ullus,
Pollens divina tribuente Deo medicina,
Occurrit morbis, ut totus predicat orbis.

Sig. 755. Item hoc anno Constantinus synodum 330 episcoporum Constantinopoli congregat. In qua edicto promulgato de ymagini-
ibid. 749. bus Dei et sanctorum ejus deponendis, ecclesiam Dei nimis scandalizat, et contra orthodoxos tyrannizat. Item Aysculphus
ibid. 752. 17. Lombardorum cepit, et 7 annis regnavit. Sigibertus: Hoc rege Lombardorum contra Romanos adeo exardescente, ut tributum exigeret ab uniuscujusque capite, Stephanus papa ad expetendum Pipini regis auxilium cogitur in Franciam venire. Cui in veniendo signum magnum apparuit in una noctium in celo, globus scilicet igneus a parte australi, declinans a Gallie finibus in partes Lombardorum. Mittitur etiam Karlomannus ab Haysculpho ad fratrem suum
Vinc. 23, 156. Pypinum regem, ad perturbandam apostolicam petitionem. Ex cronicis: Porro Pipinus rex, postquam venire papam
Mart. Pol. cognovit, per spatium trium milium, de equo suo descendens, cum humilitate magna terre prostratus, cum conjuge sua et
c. 96. pont. filiis eum usque ad palatium suum deduxit per frenum, stratoris officium agens. Cumque intra oratorium pariter consede-
Vinc. l. c. rent, lacrimabiliter ipsum papa deprecatus est, ut per pacis federa causam beati Petri ac reipublice Romanorum disponeret.
Sig. 752. Quod jurejurando se facturum in omnibus promisit Pipinus, et fideliter complevit. Sigibertus: Pypinus autem cum filiis suis Karlomanno et Karolo in regem ungitur Francorum a papa Stephano, et generatio eorum in hereditatem regalis
Ekk. 754. successionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab ejus invasione apostolico anathemate interdicitur. Per ipsum quoque papam eundem Stephanum absolutus est Pypinus a juramento, quod regi Hilderico cum ceteris regni principibus
Mart. P. fecerat. Prius tamen consentiente papa Zacharya per sanctum Bonifacium Moguntinum archiepiscopum Pipinus in regem
c. 68. imp. Francorum inunctus fuit et coronatus. Unde Stephanus papa venit ad eum jam regem auxilium ejus imploraturus, et ipsum
Ekk. 754. Sig. 753. per coronationem suam et inunctionem plenius honoravit. Igitur Pypinus Ytaliam ingreditur; exercitus Haysculphi per eum
ibid. 755. vincitur. Haysculphus pacem facere cum Romanis ad nutum Pipini compellitur. Post iterum Haysculphus rex, rupto pacis federe, Romam obsidet. Et Pipinus Ytaliam repetens, eum Papye inclusum obsidet, et invictum ad pacis fedus repetendum compellit, et sancto Petro quecumque erant sui juris restitui fecit.

756. Quintodecimo anno Constantini, qui est annus Stephani pape ultimus, etatis autem Karoli Magni 13., regni vero Pipini regis 7., h. e. anno 13., priusquam ipse Karolus post patrem regnaret, idem Karolus a Stephano II. papa Romanorum imperator desideratur et disponitur, et post anno regni sui 7., qui est annus istius Constantini 33., a populo Romano et Adriano papa dignitatem principatus consequitur. Sed tandem per Leonem papam, postquam 33 completis super Francos regnaverat, h. e. anno 4. Hyrenes post filium imperantis, qui est annus Domini 801., imperator Romanorum coronatur.
Vinc. 23, 158. Ex cronicis: Hoc etiam anno Pipinus rex Saxonum munitiones fortiter irrumpit, et post multam stragem eos sub tributo redigit. Deinde Avernicum pagum depopulando premit, et multa castella ipsamque urbem capit, et Blandinum urbis comitem cum multis adducit, Bituricas etiam urbem capit et captam munit. Agennam et Petragoras et Engelismam urbes Aquitanie devastavit multumque partem Aquitanie sibi subjugavit. Item caput Johannis baptiste in Aquitaniam divina voluntate allatum est sub rege Pipino et honorifice susceptum, et postmodum in eisdem finibus ecclesia nobili constructa cum digno honore repositum. Per harumque sanctarum reliquiarum virtutes plures tunc amici regis Pipini, qui in bello fuerant occisi,
Sig. 754. subito redivivi residerunt. Item Sigibertus: Karlomannus monachus Vienne moritur. Egkardus sic: Karlo-
Ekk. 755. mannus monachus cum Bertrada regina in Vienna remansit, ubi correptus febre, priusquam in Cassinum reverteretur, obiit. Cujus corpus ad monasterium Cassinum, ubi monachus fuerat, jussu regis Pipini relatum est.

Sextodecimo anno Constantini Paulus, natione Romanus, ex patre Constantino, papa 93., sedit annis 10, mense 1, 757.
et cessavit episcopatus mensibus 5. Hic constituit, divina officia celebrari ante horam sextam in quadragesima. Iste Mart. P.
quoque transtulit corpus Petronille virginis, filie beati Petri apostoli, cum tytulo, quem ipse beatus Petrus scripserat: c. 97. pont.
'Auree Petronille dilectissime[a] filie', et in sarcophago pretioso reposuit. Fuit autem hic papa mitissimus et misericors
et nulli malum pro malo reddens. Cum paucissimis familiaribus suis noctis silentio per cellas infirmorum et pauperum et
incarceratorum circuibat, necessaria eis ministrando; viduis etiam ac pupillis et egenis aliis opem ferebat. Hoc
tempore sanctus Gangulfus in Burgundia clarebat. Qui in Francia fontem emit et in Burgundia terram exire impetravit. Iste
cum uxorem propter adulterium dimisisset, ab adultero clerico interficitur. Sed cum uxor miraculis ejus derogando diceret:
'Si miracula facit Gangulfus meus, cantet anus meus', subito quod dixerat, impletum est. Nam semper post, cum loque-
batur, anus ejus cantabat.

Decimo septimo anno Constantini, Olimpiadis 384. anno primo, Pypinus Saxoniam bello petit. 758.
Egkardus: Pipinus Saxoniam cum exercitu valido ingressus, Saxones validissime resistentes stravit et promittere coegit Ekk. 758.
eos, se omne quod juberet esse facturos et annis singulis 300 equos causa honoris daturos. Quibus Saxonico more
confirmatis ut rata essent, in Galliam repedavit. Item Constantinus imperator impiissimus inter alia munera Pipino Herim. 757.
regi etiam organum misit.

Decimo nono anno Constantini Muhammad Sarracenorum 18. cepit, et annis 6 principatur. Item sanctus 760.
Othmarus a Warino et Rothardo in insulam Renisteyn nomine relegatus, migravit ad Dominum. Item Sydonius Sig. 752.
episcopus, abbatiam sancti Othmari temerarie invadens, ante altare sancti Galli profluvio ventris obit. Cui Johannes abbas Herim. 759.
et episcopus successit. De Sydonio vide annos 12. et ultimum Theodosii majoris et 15. Zenonis.

Vicesimo primo anno Constantini, Olimpiadis 385. anno primo, secundum Sigibertum, Turci a Caspiis 762.
portis erumpentes, Armeniam infestant. In quorum patria cum antiquo tempore pestilentia fuisset, suasu cristianorum in modum Sig. 762.
crucis se tondebant[b], et quia per hoc signum salus patrie reddita est, hunc tontendi ritum retinuerunt. Item Desiderius,
Lombardorum in Ytalia rex 18. et ultimus, cepit, et 12 annis, alii *dicunt 18 annis, regnavit, scilicet * Vinc. 20, 99.
usque ad annum ejusdem Constantini 32. inclusive vel Leonis sequentis eum tertium. Et tunc finem
habuit regnum Lombardorum, scilicet anno Domini 772., vel secundum alios 777. Quod a primo anno
Albwini in Ytalia fluxerat per annos 207, vel secundum alios 213[1]. Sygibertus[2] sic: Haysculphus rex Sig. 756.
Lombardorum judicio Dei percussus moritur. In venatione enim de equo cecidit, ex quo infirmatus et mortuus est. Post Ekk. 756.
quem Desiderius, qui erat dux in partibus Tuscie, cepit. Vinc. 23, 158.

Vicesimo secundo anno Constantini Pypinus rex aliquot comitatus filiis suis dedit. Item Pipinus Aquitaniam 763.
quarto intrat et omnia extra munitiones vastat. Siquidem anno istius Constantini 19. Pipinus Aquitaniam contra Herim. 763.
Wayfarium ducem intravit; sed acceptis obsidibus[c] de reddendis ecclesiarum justitiis, domum rediit. Sequenti anno Way- cod. 4. 4b. Ekk. 763.
farius licet obsides dedisset et juramento firmasset se justitias ecclesiis redditurum, venit tamen contra fidem pactam, ibid. 760.
et super hoc cum exercitu Franciam populatur. Pipinus igitur iterum Aquitaniam ingreditur, omnia ferro et igne vastat. ibid. 761.
Quedam opida et castella capit manu, quedam ultro se victori dediderunt. In hac expeditione fuit secum Karolus primo-
genitus suus, qui dictus est Magnus. Sequenti anno Pipinus Aquitaniam terram intravit, captisque Byturica civitate ibid. 762.
et castello Thearcis, revertitur. Item Tassilo dux Bayoarie oblitus omnium beneficiorum, que sibi rex Pypinus avun- ibid. 763.
culus suus fecerat, ab ipso defecit, et in Bajoariam rediit, et se ad regem ulterius venturum abjuravit. Rex autem, dimisso
exercitu, in villa Longlare hyemavit, quia scilicet Tassilo ab expeditione illius per dolum se subduxit. Item gelu Sig. 763.
magnum fuit a Kalendis Octobris usque ad Februarium hoc anno et hyemps valida. Ex cronicis: Hinc mare usque cf. Herim.
ad centum miliaria pre glaciei rigore fuit in duritiem lapidis versum, habens 30 cubitos a superficie in profundum. Nix Vinc. 23, 158.
quoque per 20 cubitos illud cooperuit, glacies confirmans, ut pedibus calcarentur. Intra mensem vero Februarium gelu
concissum est et instar montium eminebat. Sigibertus: Stelle etiam subito de celo[d] cecidisse vise, ita omnes Sig. 763. Herim. 764.
terruerunt, ut putarent finem mundi imminere. Et eclypsis solis facta est pridie Nonas Junii hora sexta. cod. 4. 4b.

Vicesimo tertio anno Constantini Pipinus rex, distracto in diversa animo propter duo bella, scilicet Aquitanicum 764.
jam olim susceptum et Bayoaricum propter Tassilonis defectionem suscipiendum, conventum populi sui habuit in Wor- Ekk. 764.
matia, dilataque in futurum expeditione, illo anno se domi continuit. Item Sigibertus: Crodegandus, alia litera* Sig. 764.
Ruotgandus, episcopus Metensis, corpora martirum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Roma ad Gallias transtulit, et Gor- * Herim. 765.
gonium quidem in Gorzia cenobio, Naborem in Nova Cella, alia litera* in Hyliriaco, Nazarium autem reposuit in Lorisham. * Sig. l. c.

[a] dulcissimae *Mart.* [b] totondebant 1. 2. [c] obsedibus 1. [d] s. de c. subito 1.

[1] Annos quos Henricus hîc praebet apud nullum scriptorem reperire potui. [2] rectius legatur: *Vincentius*, qui quidem Sigibertum nominat fontem, apud quem autem nonnisi verba *Haysc.* — *moritur.*

765. Vicesimo quarto anno Constantini Pypinus rex nusquam movens expeditionem, Aquis hyemavit. Item sanctus
Ekk. 765. Gangulfus in Burgundia claret. Ex gestis ejus: Iste fontem emit in Francia, et in Burgundia eum oriri orationibus
Sig. 759. impetravit. Fontis autem venditor dum emptorem irrideret, repente fontem suum vidit exsiccatum. Quadam autem die
Vinc. 23, 159. Gangulfus sedens cum uxore sua adultera juxta fontem dictum in orto suo mirabiliter orientem, cepit eam de adulterio
arguere. Qua vehementer crimen negante, imposuit ei facilem purgationem, dicens: 'Si innocens es, affer michi lapillum
de fundo hujus fonticuli, illeso brachio tuo'. At illa, dum brachium fonti immergeret, statim combustum ab aqua
frigida velut ab igne retraxit. Tunc uxorem adulteram dimisit, et post dormiens in domo sua occisus est a clerico,
uxoris sue concubinario adulterino. Cum autem uxor ejus miraculis ejus derogando, ridendo et subsannando diceret:
'Si miracula facit Gangulfus meus, cantet anus meus', mox ab ano suo turpes sonos et numerosos, vellet nollet, cepit
emittere. Quod ei postea contigit omni vita sua in sexta feria, ut, quotiens in eadem feria, in qua vir suus martir
effectus est, aliquod verbum de ore suo proferret, totiens ab ano turpem sonum ederet. Quod audiens rex Pipinus, ad
Ekk. 766. majorem gloriam martiris Gangulfi experiri dignatus est. Item Turci exeuntes iterum a Caspiis portis, cum Avaribus bellum inierunt, multique ex utrisque perierunt.

766. Vicesimo quinto anno Constantini, Olimpiadis 386. anno primo, Tassilo dux Bajoariorum cum primoribus
Ekk. 757. gentis sue veniens Compendium, fidelitatem regi Pypino et filiis ejus Karolo et Karlomanno jurejurando super corpus
beati Dyonisii promisit, nec solum ibi, sed etiam super corpus beati Martini itemque sancti Germani id ipsum sacra-
Mart. P. mentum cum omnibus primatibus[a] suis firmavit. Item Constantinus II., natione Romanus, papa 94., sedit anno 1,
c. 98. pont. mense 1. Hic ex layco subito factus est presbiter, et tyrannica ambitione papatus invasor magno fuit scandalo ecclesie
Dei. Sed zelo fidelium ab ecclesia deturbatus et oculis privatus est. Propter istum, quia malus fuit, dicitur
Sig. 766. quod post Paulum papatus cessavit anno uno. Item Sigibertus: Habdallas, amyras Sarracenorum
19., qui ante hunc proximo principari cepit anno, et Constantinus imperator pari vesania in orthodoxos de-
seviunt, multosque eorum pro Cristo perimunt. Constantinus insuper egre ferens gloriam sanctorum miraculis chorus-
cantium, etiam lipsana eorum ubique jubet effodi et jactari in profundum. Item eodem anno in presentia Pipini
regis Francorum inter Grecos et Romanos celebratur synodus de sancta trinitate et sanctorum ymaginibus. Item
Pypinus rex Remistranium, fratrem Eudonis, patruum scilicet Wayferi, qui a Wayfero ad se et a se ad Wayferum trans-
fugerat, captum in bello a suis suspendit[b] in patibulo. Item Sarraceni, ab Hyspania missis legatis, et muneribus
Ekk. 766. datis et acceptis, optant gratiam Pipini regis et amicitiam. Item Pipinus rex quinto Aquitaniam ingreditur, et
Argentomagum castrum a Wayfario destructum reedificat, dispositoque ibi et in Biturica civitate presidio, regreditur.

767. Vicesimo sexto anno Constantini secundum Sigibertum Pipinus rex sexto intrans Aquitaniam, multo[c]
Sig. 767. exterminio atterit eam, Sanctonas capit; ibique Wayfarii matrem, sorores et neptes captas secum abducit. Item
ibid. 768. quidam* dicunt, Pipinum hoc anno mortuum. Quod verum est, si tantum annis 18 regnavit. Quidam enim
* Vinc. 23, 161. dicunt, cum annis 19 regnasse, et secundum illos mortuus est anno Constantini 27., et in eodem anno
Sig. 767. Karolus Magnus cepit super Francos regnare. Item Sigibertus: Philippus quidam a quibusdam Ro-
Mart. P. manorum papa constituitur, et non multo post deponitur. Et Stephanus III.[1], natione Syculus, ex patre Olivo,
c. 99. pont. papa 95., cepit, et sedit annis 4, mensibus 6; Martinus dicit*: sedit annis 3, mensibus 5, diebus 28, et cessavit
Herim. 767. episcopatus diebus 8. Hic ex Gallia et Ytalia convocata Romam synodo, omnia, que Constantinus papa ordinaverat,
*l. c. deordinavit preter baptisma et crisma, et omnes per ipsum ordinatos degradavit.

768. Vicesimo septimo anno Constantini secundum Sygibertum longa contentio inter Pypinum regem Francorum
Sig. 768. et Wayfarium finitur, quia Wayfarius a suis in gratiam Pipini perimitur, et non multo post Pipinus moritur, et in ecclesia
Ekk. 768. sancti Dyonisii Parisius cum multa honorificentia tumulatur. Fuerat autem felix victoriarum successibus regumque
Vinc. 23, 161. Francorum eximius. Hujus filius extitit Karolus Magnus ex Bertha, filia Heraclii cesaris. Unde in ipso genus Greco-
rum, Romanorum, Theutonicorum et Francorum concurrit. Unde merito ad ipsum postea translatum est imperium.
Sig. 768. Sigibertus: Hic Karolus, Pipini filius, a felicitatis magnitudine Magnus agnominatus, Francorum 23., compartito cum
fratre suo Karlomanno regno, regnat post patrem annis 47. Ceperunt autem regnare anno Domini 768., eodem
scilicet anno, quo pater mortuus est; et fuit Karolus in anno 25. etatis sue, quando regnare cepit.
Turp. c. 20. Turbinus[d] archiepiscopus Remensis in hystoria Karoli c. 20: Erat Karolus rex capillis brunis, facie rubeus,
corpore decorus et venustus, sed visu ferus. Statura ejus erat 8 pedum suorum, qui erant longissimi. Fuit et amplissimus renibus, ventre congruus, brachiis et cruribus grossus, omnibus artubus fortissimus, certamine doctissimus,
miles acerrimus. Facies ejus in longitudine palmum unum et dimidium habebat, et barba unum, et nasus circiter dimi-

[a] primaribus 2. [b] suspenditur 1. 2. [c] ultimo *Sigib.* multo *Vinc.* [d] Turpinus *corr.* Turbinus 1.

[1] est IV. Quae autem sit causa hujus erroris ap. Henricum, nescio.

dium, et frons ejus unius pedis erat. Oculi leonum scintillantes ut carbunculi. Supercilia oculorum ejus dimidium palmum habebant. Statim perterritus erat, quem ipse ira commotus apertis oculis aspiciebat. Cingulus quo ipse cingebatur octo palmis extendebatur, preter illud quod dependebat. Parum panis comedebat, sed quartam partem arietis, aut gallinas duas, aut anserem, aut spatulam porcinam, aut pavonem, aut gruem, aut leporem integrum. Modicum vinum et aqua limphatum sobrie bibebat. Tante fortitudinis erat, quod militem armatum super equum sedentem a vertice capitis usque ad bases simul cum equo uno ictu propria spata secabat, quatuor ferraturas equorum simul manibus facile extendebat, militem armatum rectum stantem super palmam suam a terra usque ad caput suum sola manu velociter elevabat. Et erat donis largissimus, judiciis rectissimus, locutionibus luculentus. In quatuor sollempnitatibus per circulum anni, precipue curiam suam in Hyspania tenens, coronam regiam et sceptrum gestabat, scilicet die natalis Domini, die pasche, die pentecostes et die sancti Jacobi. Ante ejus tribunal spata nuda imperiali more ferebatur. Circa lectum ejus per singulas noctes assidue 120 fortes orthodoxi constituebantur ad custodiendum eum, quorum 40 primam agebant noctis vigiliam, sic quod 10 ad caput, et 10 ad pedes, et 10 ad dextram, et 10 ad levam, manu dextra nudam spatam et sinistra ardentem candelam tenebant. Eodem modo alii 40 vigiliam secundam, et alii 40 tertiam vigiliam noctis usque ad diem, aliis dormientibus, observabant. Hec Turbinus. Vincentius[1] sic: Karolus multa bella contra Lombardos habens, Desiderium regem eorum cum uxore sua et cunctis principibus ejus apud Leodium exilio perpetuo condempnavit, Ierusalem cum terra sancta per adjutorium Constantini imperatoris Constantinopolitani cristianitati restituit, Hyspaniam a Sarracenis usque Cordubam acquisivit et cristianam fecit, antiquos Saxones, i. e. Westphalos[a], et Saxones alios, Frisones, Britones, Hunos et Bajoarios bellis attritos subegit, Leonem papam abjectum restituit et adversarios ejus legaliter dampnavit, et tandem
quidquid habere potuit, pauperibus et locis piis erogavit. Ipse quoque Karolus juxta patrii sermonis Einh. vit. Kar.
linguam, i. e. linguam Theutonicam, ut dicit sanctus Gregorius Turonensis episcopus[2], vocabula men- c. 29.
sibus et ventis primus imposuit, sic quod Januarium Wintermaned, Februarium Horning[b], Martium Lenzemaned, Aprilem Osterenmaned, Mayum Wunemaned, Junium Bragmaned, Julium Houmaned, Augustum Arnemaned, Septembrem Wytumaned, Octobrem Wudemaned[c], Novembrem Hervestmaned, Decembrem Heylagemaned appellavit. Ventos etiam 12 propriis appellationibus patria lingua insignivit, cum prius non amplius quam vix quatuor ventorum vocabula possent inveniri. Et subtersolanum ostenwind, eurum ostsuden, euroaustrum sudostene, et austrum sudene, austrumafricum sudwestene, africum westsudene, zephirum westene, corum westnordene, cyrcium nordwestene, septentrionem nordene, aquilonem nordostene, vulturnum ostnordenewind appellavit. Ex hiis claret, quod lingua Karoli patria fuit lingua
Theutonica. Eghardus: Primo anno regni Karoli Hunoldus quidam Aquitaniam invasit, et provincialium animos ad Ekk. 769.
concitanda nova excitans, bellum, quod Pipinus occiso Wayfario consummasse visus est, renovavit. Contra quem Karolus profectus, eum ad Lupum Vasconie ducem fugiturum, missa legatione, recepit cum uxore sua. Ipsoque Lupo cum tota Vasconia sibi obediente, regressus est.

Vicesimo octavo anno Constantini secundum Sigibertum Desiderius rex Lombardorum sub obtentu orandi 769.
Romam ingressus, aliquot nobilium Romanorum captos excecavit. Sig. 769.

Vicesimo nono anno Constantini, Olimpiadis 388. anno primo, Karolus filiam Desiderii regis Lombardorum 770.
accepit uxorem, sed statim repudiavit. Item Sigibertus: Constantinus imperator, animo a Deo aversus, virum Einh. c. 18.
sanctum Stephanum, per 40 annos inclusum, etiam gentibus reverendum, amara morte martirizavit. Omnes etiam sibi Sig. 770.
subjectos jurare coegit super crucis lignum, ne aliquam ymaginem Dei sanctorumque ejus venerarentur. Eosque, qui Dei genitricem invocabant, et eos qui vigilias Deo agebant, et eos qui ecclesiis assueti religiose vivebant, et eos qui a juramentis et immunditiis abstinebant, et eos qui reliquias sanctorum penes se habebant, et alios hujusmodi dampnavit et omnibus modis cruciavit. Qui reverentiores erant, eorum barbis cera et pice illitis, eos comburebat; monachos, ut uxores, monachas, ut viros ducerent, cogebat. Quod etiam multi vitantes, martirium meruerunt. Nec sub alicujus gentilis perse-
cutione plures quam sub hoc martirizati sunt. Item ex cronicis: Karlomannus, frater Karoli Magni, cum biennio Vinc. 23, 167.
regnasset, obiit, et pars regni ejus partibus Karoli se univit. Sicque Karolus regnum Francorum solus obtinuit[d].

Tricesimo anno imperii sui Constantinus secundum Sygibertum contra Bulgares preliaturus, navibus suis fere 771.
duobus millibus impetu aquilonis contritis, totum pene exercitum amisit. Hoc etiam tempore in Syria civitate Beritho, que Sig. 771.
subjacet Anthiochie, Judei ymaginem Salvatoris invenientes in domo cujusdam Judei, relictam ibi a quodam cristiano, ibid. 765.
deposuerunt eam injuriose, omniaque opprobria, que Judei Cristo Jhesu intulerant, ymagini illi inferebant, illudentes ei,

a Westphalos 2. b Horningk 2. c Windemaned *Einh.* d regni monarchiam tenuit *Vinc.*

1 falso; apud Vincent. sequentia non leguntur, sed cui tribuenda nescio. 2 non ap. Greg. Turon. reperies, sed ap. Einh. in v. Kar., ex quo etiam desumpsit Ekk. a. 768.

et in faciem conspuentes, criminose conviciantes atque percutientes, manus et pedes ejus clavis configentes, acetum et fel ei porrigentes. Tandem latere ejus aperto, exivit de illo sanguis et aqua. Quod illi supposita ampulla suscipientes, ad experimentum, utrum fuerint vera miracula, que Cristum fecisse audierant, omnes infirmos in synagoga sua collectos hoc sanguine aspergebant; et a quocumque languore tenebantur, omnes sanabantur. Unde tandem Judei compuncti, ad Deodatum civitatis episcopum omnes cucurrerunt, eique re enarrata, ymaginem cum sanguine dederunt. Quibus baptizatis, episcopus sanguinem per ampullas divisum longe lateque dirigens, predicabat magnalia Dei, obtestatus omnes, ut singulis annis quinto Ydus Novembris celebretur passio dominice ymaginis.

772. Tricesimo primo anno Constantini Adrianus I., natione Romanus, ex patre Theodoro, papa 96., sedit annis 22,
Mart. Pol. mensibus 10, diebus 18, et cessavit episcopatus diebus 3; alii dicunt annis 23, mensibus 2, diebus 18. Sigibertus:
c. 100. pont. Hic ad reprimendam rabiem hereticorum ymagines Dei sanctorumque execrantium nimis laboravit; et libro adversus eos
Sig. 772. edito multis scripturarum inductionibus roborato, errores eorum infirmavit, fidemque rectam solidavit. Item quidquid
Mart. P. l. c. in offertoriis offertoriorumque versibus geminatum est geminavit. Item restauravit Sanctum Anastasium apud Aquas
Salvias post incendium. Edificavit etiam turres et muros Rome, et portas ereas majores dedit Sancto Petro. Item
Ekk. 772. Sigibertus[1]: Karolus rex, congregato Wormacie generali conventu, Saxoniam primo bello aggredi statuit, eamque sine
cf. Sig. 772. mora ingressus cunctaque ferro et igne depopulatus, Eresburgh castrum, quod nunc Mersberch dicitur, cepit, et ipsum
fanum destruxit, et omne argentum, quod ibi reperit, abstulit, et ydolum vix per triduum evertit.
In cujus destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam celi serenitatem, desiccatis
omnibus illius loci rivis et fontibus, aque ad bibendum inveniri non possent. Sed subito divinitus, ut creditur, in cujus-
dam torrentis concavo tanta vis aque eruperat, quiescentibus cunctis tempore meridiano, ut omni exercitui sufficeret. Tunc
rex, ydolo destructo, arbitratus se Saxoniam domuisse, Wisaram[a] fluvium accessit, ibique acceptis a Saxonibus
12 obsidibus, recessit. De hoc ydolo vide annum Valentiniani majoris octavum[2].

773. Tricesimo secundo anno Constantini Adrianus papa ad tuendas res ecclesie Karolum Romam accersit. Quo per-
Vinc. 23, 168. gens, Papyam obsidet. Ibique relicto exercitu, Romam pervenit, sanctam resurrectionem ibi peragit. Postea rediens, Papiam
ib. 169. cepit. Ex gestis sancti Amici et Amelii: Adrianus papa legatos suos ob ecclesie Romane defensionem misit ad Karolum
regem Francorum, quia valde affligebatur a Desiderio rege Lombardorum. Mox rex mitissimus et cristianissimus
Karolus misit eidem Desiderio nuntios suos, deprecans, ut civitates et reliqua, que beato Petro abstulerat, pacifice
redderet, promittens ei dari 14000 solidorum auri. Sed cum nec muneribus nec precibus illum flecteret, movit exercitum
validum contra eum. Venit ergo Karolus rex ad clausas, volens pacifice beati Petri justitias recipere et sic ad propria
redire. Sed Desiderius in nullo flectebatur, immo cum exercitu potenti ipsi Karolo in ipsis clausis resistebat. Altera
vero die, dum Franci redire vellent ad propria, terror et trepidatio divinitus mittuntur in corda Lombardorum et
Desiderii, in tantum ut dimissis omnibus fugerent nemine persequente. Quod cernens Karolus, insequitur fugientes, et
facto congressu in loco qui dicebatur 'pulchra silvula', plurimi de utroque exercitu corruerunt. Propter quod etiam
locus ille nunc 'mortaria' nuncupatur. Ibi etiam gener regis Amelius et socius ejus Amicus corruerunt. Desiderius
autem cum suis Papyam fugit, et Karolus ipsum insequens, civitatem obsedit. Ex cronicis: Quam cum per 6
menses obsedisset[b], magnum habens desiderium visendi apostolorum limina, relicto exercitu, Romam profectus est. Ubi
dum in sabbato sancto ad beatum Petrum appropinquasset, fere uno miliario pedestris festinavit, omnesque gradus
ecclesie sigillatim osculans, ad Adrianum papam, ubi scilicet sub atrio super gradus assistebat, juxta fores ecclesie
pervenit. Illic ergo celebrata sollempnitate paschali, concessit civitates ac territoria beato Petro[c], sicut in eadem
monstratur donatione. Post 10 menses obsidionis, multis obsessorum jam languoribus et clade deficientibus, Dei nutu
rex Karolus Desiderium cum suis comprehendit, et regnum Lombardorum sibi subjugavit, ipsumque Desiderium et ejus
conjugem in Gallias secum abduxit. Retrospicias ad annum 21. istius Constantini. Ex gestis Romanorum
Ps. Liutpr. c. 97. pontificum: Adrianus papa Karolum Magnum Romam vocavit contra Desiderium, qui bona sancti Petri vastabat. Qui
anno regni sui 6.[d] veniens, inter cetera que magnifice fecit, etiam partem aliquam Saxonie in provincia Westphala[e],
quam ad fidem Cristi converterat, secunda feria pasche in basilica sancti Petri apostoli, inter cetera que ad manum
pape offerebat, Deo in sacrificium obtulit, et in loco Osnebrughi vocato episcopatum constituere et decimis ad fidem
noviter conversorum, si sanus et incolumis remeasset, devovit dotare, papa id privilegiis suis roborante. Egkar-
Ekk. 773. dus: Interea cum hec in Ytalia geruntur, Saxones, nacta occasione pro absentia regis, contiguos[f] sibi Hassonum fines

[a] Wiseram 2. [b] obsidisset 1. [c] Petri 2. [d] 5. *Liutpr.* [e] Westphalia *Liutpr.* [f] *recepi ex Ekk.* continuos 1. 2.

[1] legatur *Ekkehardus*, ap. quem verba prolata reperis. [2] V. supra p. 6.

populantur. Venientesque in locum qui Friceslar nominatur, ecclesiam a beato Bonifacio dedicatam incendere nituntur, Ekk. l. c.
quam ipse sanctus Bonifacius prophetice predixerat numquam fore cremandam. Cumque multa vi eam incendere conarentur,
apparuerunt quibusdam cristianis et paganis duo juvenes in albis, qui ab igne eam protexerunt. Nutuque divino immisso
terrore, omnes in fugam versi sunt, nemine persequente. Inventus est autem postea unus ex Saxonibus juxta ecclesiam
ipsam genubus acclivis mortuus, ligna et ignem habens in manibus et quasi ore flans ad incendendum eandem basili-
cam. Item Adelgerus, filius Desiderii, de manibus Karoli lapsus, in Greciam fugit ad Constantinum imperatorem,
diffidens rebus patrie. Ibique in patriciatus honore vitam finivit.

Tricesimo tertio anno Constantini, Olimpiadis 388. anno primo, Karolus, subjectis Lombardis cum 774.
Ytalia anno ex quo intraverunt Ytaliam Lombardi 207., ipse Romam cum triumpho venit. Quidquid Sig. 774.
autem per multa tempora Lombardi Romanis abstulerant, Karolus eis restituit. Regno vero Lombardorum destructo,
totam Ytaliam sibi subicit. Adrianus autem papa, presente tunc Karolo, Rome concilium celebravit 153 religiosorum Mart. Pol.
episcoporum et aliorum abbatum et prelatorum. In qua synodo papa cum toto concilio dederunt Karolo jus eligendi c. 100. pt.
pontificem summum et sedem apostolicam ordinandi. Item dederunt eidem, archiepiscopos et episcopos per omnes pro-
vincias investituram ab eo recipere, et ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur. Ana- Vinc. 23, 170.
thematizaveruntque omnes huic decreto rebelles, et jusserunt bona eorum, nisi resipiscerent, publicari. Dignitatem quoque Mart. l. c.
patriciatus concesserunt eidem. Quidquid autem a retroactis temporibus Lombardi Romanis abstulerant, restituit Karolus, ib. c. 73. imp.
et omnia que Pipinus pater ejus dederat beato Petro approbavit, adjuncto quoque ei ducatibus Spoletano et Beneventano. Grat. decret.
De hiis vide completius in decretis di. 63 c. *Adrianus* II. et c. *In synodo* et c. *Salonitane* et de p.I,dist.63,c.22.
con. di. 5. *In die.* c. 23. 24. p.III,dist.5,c.15

Tricesimo quarto anno Constantini Karolus audiens, quod Saxones Hassyam invaserant, Saxoniam 775.
repetens, tripertito exercitu concurrit Saxonibus, eique victoria provenit in omnibus. Item Sygibertus: Saxonibus cf. Herim. 774.
Eresburg castrum obsidentibus, gloria Dei apparuit omnibus, duobus scutis sanguineo colore flammantibus quosdam motus, Sig. 774.
ut in bello, per aera dantibus. Sed Karolus Saxoniam velut tempestas proterit[a], munitiones irrumpit, et ad hoc eos ibid. 776.
impellit, ut se et patriam ei dedant et datis obsidibus cristianos futuros se spondeant. Tertio et quarto jam prius
annis fidem Saxones susceperant, sed resilierant.

Tricesimo quinto et ultimo anno Constantini secundum Sigibertum Karolus offensus dissonantia ecclesiastici 776.
cantus inter Romanos et Gallos, et judicans justius esse de puro fonte quam de rivo turbato bibere, duos clericos Sig. 774.
Romam misit, ut autenticum cantum a Romanis discerent et Gallos docerent. Et primo per hos Mettensis[b] ecclesia, et
per illam omnis Gallia ad Romani cantus auctoritatem est revocata. Egkardus: Karolus habito consilio decrevit Ekk. 775.
Saxoniam ingredi et in ea tam diu perseverare, donec aut cristiane[c] religioni subderetur aut omnino tolleretur. Potenter
igitur Saxoniam petens, primo impetu Sygiburgum castrum, in quo Saxonum presidium erat, cepit, Eresburg castrum a
Saxonibus destructum munivit, in eoque Francorum presidium posuit. Et super Wyseram fluvium in loco qui dicitur Einh. ann. 775.
Brunesberch Saxones devicit, multaque strage facta, obsides ab eis recipiens, regressus est. Item Constantinus Ekk. 775.
imperator, filius Leonis, persecutor cristianorum et ecclesiarum legisque destructor, Deo et hominibus odibilis, ib. codd. D et E.
plaga pessimi incendii divinitus percutitur, et clamans adhuc vivus: 'Sum igni inextingwibili traditus', miserabiliter moritur.

## *Capitulum 68.*

Leo V., filius Constantini persecutoris et Hyrenes, Romanorum a Julio 72., cepit anno mundi 4738., Ekk. 776.
Olimpiadis 388. anno tertio, Urbis 1527., Domini vero 777., eodem scilicet anno quo pater ejus Constantinus obiit, et imperavit annis 5. Hic ad breve tempus visus est esse pius sancteque Dei genitricis et monachorum amicus; unde et metropolitanos in primis sedibus ex monachis collocavit, multosque ordines in urbe bene ampliavit. Quapropter principes omnes cum multitudine populi copiosa introeuntes, petierunt filium ejus Constantinum, quem sibi Hyrene uxor sua pepererat, coronari imperatorem. Qui cum diceret, illum sibi unicum esse et parvulum, seque vereri propter hoc, si forte sibi contingeret quod humanum est, ab eis illum interfici et alium promoveri, juraverunt ei omnes, se non admissuros alios imperatores preter Leonem et Constantinum et ex semine ipsorum, et hoc scripto confirmaverunt. Et sic in die sancto pasche coronatus est imperator.

Primo anno Leonis, qui est Karoli in regno Francorum 9.[d], nuntiatur ipsi eidem Karolo, Rodgandum Lom- 777.
bardum, quem ipse Forojuliensibus[e] dederat ducem, novas res in Ytalia moliri, et complures civitates ad eum defecisse. Ekk. 776.
Quo tendens, illico rex Forum Julii urbem capit, Rodgandum incentorem rebellionis decollari precepit. Captaque urbe Sig. 776.

[a] protexit 2. [b] *recepi ex Sigib.*, Anetensis 1. Anatensis 2. [c] christiani 2. [d] octavus *Ekk.*
[e] *literae* sibus *in rasura in* 1. *a manu* 1*.

Ekk. 776. Tervisio, que ad Rodgandum defecerat, ceteris majestate sui nominis terrorem incussit. Receptisque civitatibus omnibus, que defecerant[a] ad Rodgandum, et presidiis impositis, rediit in Gallias.

778. Secundo anno Leonis Widekindus rex Angarorum, qui Karolum trans Albiam fugerat, rediens
Ekk. 777. Saxones[b] rebellare fecit. Quod audiens Karolus, statim tendit illuc. Et habito concilio in loco qui Padolibrunne dicitur, iterum Saxones omnes fallaciter devotos invenit. Widekindus autem ad Sigifridum regem Danorum
Sig. 777. cum paucis profugit. Ceteri Saxones in tantum regis potestati se subdunt, quod fidem Cristi paciscuntur, et quod
Einh. ann. 776. ingenuitatem suam et omnia sua perdant, si umquam a fide Cristi et fidelitate Karoli desistant. Karolus autem Eresburg castrum iterum destructum per Saxones denuo reedificavit, et aliud castrum super Lyppiam[1], prius regis Saxonum Wedekindi[c], scilicet Vechelere.

779. Tertio anno Leonis, Olimpiadis 389. anno primo, Karolus rex Hyspaniam invadens cepit. Item comites
cf. Ekk. 778. et palatini Rolandus et ceteri Sarracenos in Hyspania devicerunt, sed proditione Gahaleni comitis mortui sunt. De hoc
Mart. Pol. c. 73. imp. Vinc. 25, 6. Turbinus Remensis archiepiscopus in hystoria Karoli Magni dicit sententialiter sic: Beatus Jacobus, filius Zebedei, frater Johannis ewangeliste, Karolo regi ter et tribus noctibus in forma splendidissima apparuit, exhortans eum, ut terram suam, i. e. Hyspaniam, in qua requiescit, de manibus alienigenarum liberaret, promittens sibi profecto coronam eternam. Karolus igitur cum exercitu magno tendit eo. Et cum Pampilonam tribus mensibus obsideret et capere non posset propter muros inexpugnabiles, oravit ad sanctum Jacobum, et muri funditus corruerunt. Igitur, qui de Sarracenis baptizari voluerunt, ad vitam reservati sunt, qui vero non, necati. Quod audientes cetere civitates, se Karolo dediderunt. Et facta est tota terra sub tributo. Deinde visitato sarcofago, venit ad Petronium, et ibi fixit in mari lanceam suam, agens gratias Deo et sancto Yacobo, qui eum usque illuc perduxit. Postea ivit per totam Hyspaniam a mari usque ad mare[d]. Factaque est terra tota Hyspanorum subjecta Karolo, scilicet terra Alandaluf, terra Perdorum, terra Castellanorum, terra Maurorum, terra Navarrorum, tellus Portugalorum, tellus Sarracenorum, tellus Alanorum, tellus Biscaniorum, tellus Basclorum, tellus Palargorum. Cepit autem civitates quasdam cum multo labore, puta Lucernam, Ventosam, Parram et Adamam. Propter quod et maledixit illas Karolus, et usque hodie deserte manent et absque habi-
ibid. c. 7. tatore. Quasdam sine bello per deditionem accepit. Destruxit tunc Karolus omnia Hyspanorum ydola preter ydolum, quod est in terra Alandaluf et vocatur Salam Cadis, i. e. deus Cadis. Cadis proprie est nomen loci illius, salam autem arabice dicitur deus. Tradunt Sarraceni, quod ydolum illud Mahumedh, dum adhuc viveret, suo nomine fabricavit, et quandam legionem demonum arte magica in eo sigillavit. Que legio tam fortiter illud ydolum obtinet, quod a nullo umquam frangi potuit. Cum cristianus ad illud appropinquat, periclitatur; cum Sarracenus causa deprecandi Mahumeth accedit, incolumis abscedit. Si forte avis aliqua se super ydolum posuerit, ilico moritur. Est autem lapis antiquus in margine maris opere Sarracenico optime sculptus, super terram situs, deorsum latus et quadratus, desursum strictus et tante altitudinis, quantum solet volare corvus in sublime. Super quem elevata est ymago illa de auricalco optime in effigie hominis fusa, super pedes suos erecta, faciem habens versus meridiem et clavem quandam ingentem dextra manu tenens. Que scilicet clavis, ut tradunt Sarraceni, de manu ejus cadet anno quo rex futurus in Gallia natus fuerit, qui totam Hyspaniam cristianis legibus in novissimis temporibus subjugabit. Moxque ut viderint Sarraceni clavem lapsam, gazis suis in terra positis omnes fugient. Ex auro et argento, quod reges et principes Karolo dedere, beati Jacobi ecclesiam augmentavit, episcopum et canonicos secundum regulam beati Ysidori ibi instituit, eamque tyntinabulis et pallis et libris decenter ornavit. De residuo auro et argento immenso, quod tulit de Hyspania, edificavit has ecclesias: beate Marie virginis Aquisgrani, item beati Yacobi ibidem, item beati Jacobi apud urbem Byterrensem[e], item beati Yacobi apud Tholosam, item beati Jacobi in Gasconia, inter urbem Axam et Sanctum Johannem Sordue via Jacobita, item beati Yacobi
ibid. c. 8. Parisius inter Secanam et Montem martirum, et abbatias innumeras, quas per mundum fecit. Ordinatis autem rebus in Hyspania, Karolus in Gallias[f] revertitur. Et Aygolandus Africanus quidam totam Hispaniam invadit et occupat, interfectis custodibus, quos in opidis et urbibus Karolus reliquerat. Karolus igitur cum magno exercitu tendens in Hyspanias[g],
ibid. c. 9. venit Bajonam urbem. Dux exercitus ejus Milo de Anglers, pater Rolandi[h]. Mandavit igitur Aygolandus Karolo bellum juxta velle suum, vel 20 contra 20, vel 40 contra 40, vel 100 contra 100, vel mille contra mille, vel duos contra duos, vel unum contra unum. Missi sunt igitur centum milites a Karolo contra centum Sarracenos, et interfecti sunt

[a] *literae* cerant *in loco raso in* 1. *manus* 1*. [b] fug. r. s. *in rasura in* 1. *manus* 1*. [c] Widikindi 2. [d] mari 1. [e] Byterrensom 1. [f] Gallis 1. [g] Hispaniam 2. [h] Relandi 1. 2.

[1] Pertz in notis ad Einhardi ann. ad a. 776 scribit: 'in loco Lippstadt fuisse existimo'; sed errat, quum certissimum sit, hanc urbem demum a Bernhardo comite de Lippia circa a. 1150. condi coepisse. Fürstenberg, mon. Paderborn. p. 140, et Schaten, ann. Paderb. Tom. I, p. 8, histor. Westphal. p. 449, castrum hoc ad Lippiae et Alisonis confluentes, ubi hodie oppidulum Neuhaus invenis, quaerunt.

Sarraceni. Deinde Aygolandus misit 100 contra 100, et Sarraceni omnes perierunt. Deinde Aygolandus misit 200 Vinc. l. c.
contra 200, qui et ipsi omnes occisi sunt. Deinde misit 2000, quorum quidam occisi sunt, quidam fugati. Tertia die
jecit Aygolandus sortes suas, et cognovit detrimentum Karoli. Et mandavit ei sequenti die plenarium bellum, si vellet;
quod acceptavit Karolus. Quidam igitur cristianorum hastas suas fixerunt in terra erectas ante castra sua in pratis
juxta fluvium qui dicitur Coya, vespere ante diem belli. Quas hastas summo mane cortibus et frondibus decoratas
invenerunt. Isti autem fuerunt hii, qui pro fide Cristi in acie proxima martirium erant adepturi. Hastas igitur prope
terram absciderunt, et radices in terra remanentes in modum perticarum ex se magna arbusta postea generarunt; que
adhuc in loco illo apparent. Erant siquidem ut plurime haste ille de lignis fraxineis. Itur igitur de mane in prelium.
Et ceciderunt 40000 cristianorum, et dux Mylo, pater Rolandi[a], et equus Karoli perimitur. Ipse autem pedes stans cum
duobus millibus cristianorum peditum, spata sua nomine 'Gaudiosa' multos Sarracenos per medium dividens trucidavit.
Nox prelium diremit. Sequenti die venerunt Karolo in auxilium quatuor marquisii de locis Ytalie cum 4000 virorum bella-
torum. Quod ut Aygolandus cognovit, in fugam versus est, et Karolus rediit in Gallias. Porro Aygolandus congre- ibid. c. 12.
gavit gentes innumeras, Sarracenos, Mauros, Moabytas, Ethyopes, Pardos, Afros, Persas, regem Arabum, regem Alexan-
drie, regem Bugie, regem Agabie, regem Barbarie, regem Mabroch, regem Majorice, regem Mequem, regem Sibilie et
regem Cordube, et venit in Gasconiam ad urbem Agennum, et cepit eam. Et misit ad Karolum, promittens ei multa, si
veniret ad se et suo[b] se subiceret imperio. Karolus igitur cum uno solo milite venit ad urbem, mutatis vestibus quasi
legatus et a Karolo ad Aygolandum missus. Et peracto quasi nuntio, Karolus dimittitur. Qui cum explorasset urbem
Agenno[c], in qua parte debilior esset, et vidisset reges, qui erant ibi, quantotius in Gallias revertitur. Et congregatis
exercitibus rediit, et obsedit urbem Agennum sex mensibus. Septimo mense Aygolandus cum regibus et majoribus suis
fugiens, per latrinas latenter exiverunt, et fluvium Garumnam, qui juxta civitatem preterfluit, transmeantes, evaserunt. In
crastino Karolus urbem cum magno triumpho intravit, et ad 10000 Sarracenorum peremit. Reliqui per Garumnam fu-
gerunt. Aygolandus vero pervenit Sanctonas. Quem Karolus insequens, mandavit, ut urbem redderet. Qui noluit. Sed
exivit contra Karolum in prelium. Et ex parte Karoli ad 4000 martirio coronati sunt. Rex autem Agabye et rex Bugie
fugientes a Karolo perimuntur. Aygolandus etiam fugiens pervenit Pampilonam, et mandavit Karolo, quod ibi ad prelium ibid. c. 13.
eum exspectaret. Karolus igitur rediit in Galliam, et omnes servos clericorum libertate donavit pro se et pro posteris
suis omnibus, captivos absolvit, pauperes ditavit, nudos vestivit, discordes pacificavit, exheredatos propriis honoribus
relevavit, omnes armis doctos et scutiferos milites fecit, et quos a se juste separaverat, ad amicitiam revocavit. Et sic
coadunatis 134000 bellatorum preter armigeros et pedites, quorum non erat numerus, profectus est in Hyspaniam contra
Aygolandum. Et hec sunt nomina principum ejus: Turpinus archiepiscopus Remensis, qui dignis monitis populum fidelem
armabat et sepe Sarracenos propriis manibus et armis expugnabat; Rolandus comes Cenomanensis, nepos Karoli, filius
Berte sororis ejus et Mylonis ducis, cum 4000 bellatorum; Oliverius comes cum 3000 bellatorum; Arastagnus rex
Britanicorum cum 7000; Engelerius dux, cujus omnes cives in Runciavalle occisi sunt; Gayferus rex Burgundie; Gende-
boldus rex Frisie; Oellus comes Namnetensis; Arnaldus de Bellanda, qui Aygolandum postea occidit in bello; Naaman
dux Bajoarie; Etgerus Dacie rex; Lambertus princeps Byturicensis; Sampson dux Burgundionum; Constantinus prefectus
Romanus; Garinus dux Lothoringie etc., *quilibet cum omni potentia sua*. Exercitus igitur Karoli totam terram
duabus dietis cooperiebat longitudine sua et latitudine, spatio 12 miliariorum audiebatur sonitus et fremitus illorum.
Convenientes igitur Karolus et Aygolandus, pactum ineunt, quod illi, quorum milites vincerentur, meliorem legem eorum, ibid. c. 14.
qui vincerent, sequerentur. Mittuntur igitur 20 cristiani contra 20 Sarracenos, et interfecti sunt Sarraceni; deinde 40
contra 40, et iterum Sarraceni interficiuntur; post 100 contra 100, et fugiunt cristiani; post 200 contra 200, et
occisi sunt omnes Sarraceni; post mille contra mille, et Sarraceni omnes pereunt. Tunc Aygolandus affirmans legem
cristianorum meliorem esse, statuit, ut in crastino baptizaretur. Dantur igitur *trebe vel treuge*. Aygolandus videns
Karolum ad mensam et nobiles alios et monachos et canonicos epulantes splendide, et 13 pauperes super terram edentes,
et de quolibet ordine interrogans, accepit, quod illi 13 ad numerum 13[d] apostolorum essent nuntii et amici Dei veri, qui
est Deus cristianorum. Unde respondit Aygolandus: 'Male Deo suo servit, qui sic nuntios ejus recipit. Alii feliciter
comedunt, bibunt et induuntur; sed nuntii Dei in fame et frigore pereunt, et turpiter a te distantes, tibi approximare non
possunt'. Et scandalizatus et baptizari renuens, rediit ad suos. Et in crastino Karolo bellum indicit. In crastino igitur
tanta cedes paganorum fit, occiso etiam Aygolando, quod cristiani usque ad basem[e] in sanguine natabant. Et omnes in
Pampilonia inventi occisi sunt. Rex autem Sibillie et rex Cordube effugerunt, et latentes in insidiis, cristianos cupidos,
qui de spoliis mortuorum auro et argento fuerunt onusti, omnes usque ad mille interfecerunt. In crastinum princeps
Navarre nomine Furre mandavit Karolo bellum. Karolus igitur rogavit Dominum, ut ostenderet sibi in bello morituros.

[a] Relandi 1. 2. [b] suos 2. [c] Argenni *Vinc.* [d] 12 *Vinc.* [e] base 1.

Vinc. l. c. Et crastina[a] die armatis omnibus, apparuit rubeum signum crucis in humeris moriturorum retro super loricas. Quod videns Karolus, inclusit eos in oratorio suo, ne perimerentur in bello. Peracto bello et perempto Furre cum tribus millibus,
ibid. c. 15. rediens Karolus ad oratorium, reperit eos, quos incluserat, exanimatos. Post hoc nuntiatur Karolo, quod apud Vageram erat gygas nomine Ferracutus de genere Golyath, quem amiranus Babilonie miserat cum 20000 Turcorum ad Karolum debellandum. Hic lanceam aut sagittam non formidabat, virtutem 40 fortium possidebat. Karolus igitur Vageram adiit. Gygas egressus ab urbe, petit certamen singulare. Mittitur contra eum Othgerus Dacus. Quem mox suaviter obambulans, dextro brachio amplectitur et leviter quasi ovem portavit in urbem cunctis videntibus. Erat autem statura gygantis cubitorum 12, facies quasi unius cubiti, nasus unius palmi, brachia et crura ejus cubitorum 4, digiti 3 palmorum. Post mittitur ad eum Renaldus de Albaspina. Et illi fecit sicut primo. Post mittuntur duo, post iterum duo, et sic deinceps. Et illis fecit gygas similiter. Post Karolus non audebat alios mittere. Rolandus, quia fuit adhuc juvenis, vix obtinuit licentiam a rege, ut contra gygantem pergeret. Quem statim gygas sola manu rapuit et ad se super equum posuit, et abcessit ad urbem. Rolandus autem collectis viribus, ut sedebat in equo, apprehendit gygantem per mentum et retrovertit eum in equo, et ambo pariter ad[b] terram ceciderunt, et illico quilibet equum suum ascendit. Et Rolandus putans percutere gygantem spata sua, que 'Durenda' dicebatur, percussit equum illius et secuit eum per medium ictu uno. Gygas autem stans pedes, ut spata sua percuteret Rolandum, prevenitur ab ipso, et percutitur in brachio in tantum, ut spata de manu ejus caderet. Volens autem Rolandum pugno percutere, percussit equum ejus in fronte et occidit, quia Rolandus[c]
ibid. c. 16. ab ipso declinavit. Nox tandem duellum diremit. Altera die redeuntes, congrediuntur et usque ad meridiem pugnaverunt. Post datis trebis, Ferracutus sompno gravatus ad dormiendum se posuit. Cui Rolandus, vir alacer et animo nobilis, lapidem ad caput supposuit, ut suavius dormiret. Post sompnum confabulabantur. Et dixit Rolandus: 'Quomodo sic fortis es, ut vulnerari non possis?' Et gygas: 'Vulnerari non possum nisi per umbilicum'. Quo audito Rolandus tacuit, et quasi non audisset, aurem avertit. Redeunt igitur in pugnam, et Rolandus tandem retrocurvans gygantem, invocato nomine Cristi et virginis benedicte, extraxit pugionem illius, et pungendo eum parum in umbilico, celeriter aufugit. Et gygas excelsa voce invocans Mahumeth dixit: 'Deus meus Mahumeth, succurre michi, quia jam morior'. Ad quam vocem Sarraceni accurrunt, gygantem rapiunt et ipsum manibus suis ad urbem deferunt. Rolandus autem et ceteri cristiani cum Sarracenis
ibid. c. 17. urbem ingrediuntur, impetu magno facto. Et castro capto, gygas interficitur et captivi liberantur. Post ivit Karolus rex Cordubam, ubi eum ad pugnam exspectabant rex Sibilie et rex Cordube. Congredientes igitur primo, ordinaverant Sarraceni, quod ante singulos equites singuli pedites larvati, barbati et cornuti, similes demonibus, incedebant, tenentes singuli singula tympana, que manibus fortiter percutiebant. Quorum sonitu terribili et ymagine dyabolica equi cristianorum fugerunt et retineri non potuerunt. Altera die precepto Karoli equorum capita cristiani lintheis et pannis velabant et aures eorum obturabant, ne larvos viderent nec sonitum tympanorum audirent. Et sic ad bellum euntes, percusserunt Sarracenos usque ad meridiem. Corruit autem vexillum Sarracenorum super plaustrum, quod octo boves trahebant. Quo stante, nullus eorum de bello fugit. Quod cernens Karolus, ingressus est inter acies, divina virtute obumbratus, et ad levam dextramque precipitans omnes, ad plaustrum usque pervenit. Perticam, que vexillum deferebat, abscidit et labarum evertit. Et sic in fugam Sarraceni vincuntur. Quorum 8000[d] cesa sunt. Sequenti die Altumajor Cordube rex urbem Karolo dedidit tali pacto, quod ipse baptizaretur et urbem de Karolo teneret. Quibus gestis, Karolus res in Hyspania ad votum suum ordinavit, terras pugnatoribus suis divisit, ad Sanctum Jacobum vadit, cristianos edificat, apostatas perimit vel in exilium mittit; per civitates episcopos et presbiteros ordinando, ecclesiam beati Jacobi per Turbinum archiepiscopum et alios 9 episcopos dedicari fecit Kal. Julii; et totam Hyspaniam et Galliciam eidem ecclesie subjugavit; et dedit ei dotem de qualibet domo totius Hispanie et Gallicie 4 nummos singulis annis, et sic liberi essent ab omni servitute.
ibid. c. 18. Erant tunc apud Cesaraugustam duo reges Sarraceni Marsilius et frater ejus Beligandus, missi ab admyrano Babilonis de Persyde ad Hyspaniam. Qui Karoli imperio subjacebant et ei in d o l o f i c t e serviebant. Istis mandavit Karolus per Guavalonum[e], ut aut baptismum susciperent aut tributum ei redderent. Qui miserunt ei 30 equos oneratos auro et argento et 400 equos oneratos vino dulcissimo et puro pugnatoribus ad potandum et mille formosas Sarracenas[f]. Guavaloni autem 20 equos oneratos auro et argento et palliis fraudulenter obtulerunt, ut pugnatores Karoli in manus eorum traderet. Qui pecuniam accepit[g] et pactum proditionis firmavit cum eis. Majores pugnatores vinum solummodo acceperunt, mulieres nullatenus, minores autem eas sustulerunt. Igitur consilio Guavaloni Karolus transivit portus Cysereos, volens in Galliam redire. Et fecit ultimam custodiam de karissimis principibus suis Rolando et Oliverio cum majoribus pugnatoribus suis in Runciavalle cum 20000 aliorum cristianorum. Tunc Marsilius et Beligandus cum 50000 Sarracenorum de insidiis, ubi duobus diebus et duabus noctibus latuerant, exeuntes, fecerunt duas turmas, unam 20000 et aliam 30000. Et illa quidem, que 20000 fuit, usque ad internecionem a cristianis deleta est, ut nec unus quidem evaderet;

[a] crastino 2. [b] in 2. [c] Relandus 1. [d] VIII 1. [e] *modo sic modo* Gnavalonum *vel* Guanalonum *vel* Gnanalonum *in* 1 *scribi videtur.* [f] Sarracenos 1. [g] *deest in* 1. 2.

alia autem, que fuit 30000, percusserunt cristianos jam fessos a majori usque ad minimum, quia scilicet precedenti Vinc. l. c.
nocte cum mulieribus paganis et etiam cum mulieribus cristianis, quas secum de Gallia duxerant, fuerant fornicati. Inter
pugnatores autem nullus evasit nisi Rolandus et Baldwinus et Tydricus. Turbinus autem et Guavalonus cum rege erant.
Post bellum Rolandus Sarracenum quendam latentem invenit et ligavit ad arborem. Et ascendens in montem, vidit, quia ibid. c. 19.
multi retro erant de suis ad viam Runciavallis. Et insonuit eburnea tuba, et redierunt ad eum ex extremis[a] circiter 100.
Cum quibus rediit ad Sarracenum, quem ligaverat. Et ille mortem timens, duxit eos ad Marsilium et exercitum pagano-
rum. Et ostendit ei Marsilium cum equo rufo et clypeo rotundo. Rolandus igitur, virtute Dei viribus resumptis, irruit
super illos, et quendam inter illos statura majorem uno ictu simul cum equo illius per medium secuit, ita quod una
pars equi et militis ad dextram, alia ceciderit ad sinistram. Quod Sarraceni videntes, ilico fugerunt, et Marsilium in campo
cum paucis dimiserunt. Quem Rolandus insequens prostravit. Ibi centum socii Rolandi interfecti sunt. Rolandus autem
quatuor lanceis et lapidibus grossis percussus evasit. Beligandus, frater Marsilii, fugit. Baldwinus et Tydricus latitabant inter
nemora. Karolus jam montem transierat, et quid actum esset ignorabat. Rolandus fessus et de nece suorum valde
dolens, spatam suam nomine 'Durendam' eduxit de vagina. Quam lacrimosis deplorans vocibus et frangere volens, per-
cussit tribus ictibus lapidem magnum marmoreum, qui lapis a summo usque deorsum dividitur, et spata illesa educitur.
Fuit autem hec spata opere pulcherrima, acumine incomparabilis et claritate nimia resplendens, capulo eburneo et candido,
cruce aurea, superficie deaurata, pomo berillino nomine Dei alpha et o insculpta. Post hec Rolandus tuba tam fortiter
insonuit, quod flatu oris ejus tuba per medium scinditur et vene et nervi colli ejus rumpuntur. Qui sonus angelico ductu
pervenit ad aures Karoli distantis a Rolando per 8 miliaria. Guavalonus autem regem redire volentem prohibuit, dicens,
eum bucinare causa venationis. Deposuit igitur Rolandus se super herbam, sitiens valde. Et venit ad eum frater ejus
Baldwinus. Cui innuit, ut aquam ei preberet. Quam cum ille quereret et non inveniret, ascendens equum ejus, ivit ad
Karolum, qui scilicet vidit Rolandum[b] jam morti propinquum. Moxque Tydricus venit ad Rolandum. Rolandus inter cetera
verba sue dulcissime confessionis, tenens pellem et carnem suam circa mamillas et cor[c], dixit ter: 'Et in carne ista
videbo Deum salvatorem meum'. Et tangens oculos suos, similiter dixit: 'Et oculi isti conspecturi sunt'. Sicque pre-
tiosum spiritum tradidit, dicens: 'Jam Cristo donante intueor, quod oculus non vidit nec auris audivit et in cor ho-
minis non ascendit, quod preparavit Deus diligentibus se'. Et orans pro mortuis in bello, feliciter obiit 16. Kal. Julii.
Eodem die ego Turbinus cantans missam pro defunctis coram Karolo rapior in extasim. Et primo quidem audio choros ibid. c. 20.
cantantium in celestibus, post video turbam tetrorum spirituum quasi de rapina redeuntium predamque ferentium. Quibus
dixi: 'Quid fertis?'. At illi: 'Marsilium portamus ad inferna. Sed Mychael cum multis fert tubicinem vestrum ad superna'.
Quam visionem cum Karolo referrem, ecce Baldwinus super equum Rolandi veniens, qualiter ipsum reliquerat, enarravit.
Omnibus ergo cum Karolo retro redeuntibus, primus ipse Karolus Rolandum exanimatum invenit resupinum jacentem, bra-
chiis super pectus in modum crucis positis. Et supercadens, clamore irrugiit vehementi. Et corpus ejus myrra et aloe et
balsamo condiens, et exequias ejus sollempniter agens, sequenti die quesiverunt alios cristianos, et invenerunt Olyve-
rium eversum jacentem, in modum crucis extensum, quatuor palis in terra fixis cum quatuor retortis fortiter nexum, et a collo
usque ad ungues manuum et pedum cultellis acutissimis excoriatum, jaculis et sagittis, lanceis et spatis perforatum,
et magnis ictibus baculorum attritum. Fuerat autem bellum istud in Runciavalle. Tunc flentibus et plangentibus omnibus,
juravit rex, quod post Sarracenos currere non cessaret, quousque eos exterminaret. Insequente autem eo cum militia sua
Sarracenos, sol stetit immobilis, spatio trium dierum die illo prolongato; et circa Cesaraugustam illos deprehendens, inter-
fecit ex eis 4000 virorum, et rediit ad Runciavallem, ubi Tydricus Guavalono crimen proditionis objecit. Et ex sententia
regis cum eo congrediens vicit. Karolus autem Guavalonum victum quatuor equis fortissimis alligari et super eos quatuor
sessores sedere agitantes contra quatuor plagas celi precepit. Et sic discerptus periit. Rex autem beatum Rolandum super duas ibid. c. 21.
mulas catheto[d] aureo subvectum et palliis tectum usque Blavium vehi fecit, et in ecclesia beati Romani, quam idem edifi-
caverat, canonicosque regulares ibi posuerat, sepelivit; mucronem ejus ad caput et tubam eburneam ad pedes, ad honorem
Dei et probe militie ejus, suspendit. Que tamen tuba post in Burdegalim in ecclesiam sancti Severini translata est. Apud
Belinam sepelitur Olyverus, et Gandeboldus rex Frisie, et Odgerus rex Dacie, et Arastanus rex Britannie, et Garynus dux
Lotharinghi, et alii multi; apud Burdegalim in cimeterio sancti Severini sepeliuntur Gayferus rex Burdegalensis et plures
alii duces et reges cum 5000 aliorum. Pro animabus occisorum dedit Karolus in ecclesiam uncias argenti 12000 et
vestes et cibaria egenis, et totam terram circa basilicam sancti Romani Blaviensis spatio 6 miliariorum. Et opidum Bla-
viense cum omnibus ad ipsum pertinentibus, et etiam mare, quod sub ipso est, dedit usibus ejusdem ecclesie in allodio,
amore Rolandi. Et in die passionis eorum annuatim precepit canonicis, 30 pauperes cunctis vestibus necessariis induere
cibariisque reficere, et 30 psalteria totidemque missas et vigilias dicere pro hiis et pro omnibus Hyspanie martiribus

[a] christianis *Vinc.* [b] Relandum 1. [c] et *add.* 2. [d] catheco 1.

Vinc. l. c. preteritis et futuris rex ordinavit Quod illi canonici sub jurejurando se semper facturos promiserunt. Pro sepultis
ibid. c. 22. autem apud Arelaten Karolus uncias argenti 12000 dedit in ecclesiam et totidem auri talenta egenis apud Arelaten. Post omnia Karolus congregans concilium apud Sanctum Dyonisium, gratias agens eidem de victoriis Sarracenorum, omnem Franciam dedit in predio eidem ecclesie, sicut antea beatus Paulus apostolus et beatus Clemens papa dederant. Precepitque, ut omnes reges Francie et episcopi presentes et futuri pastori ecclesie illius subessent, nec reges coronari nec episcopi ordinari sine ejus consilio deberent, et ut per totam Galliam de qualibet domo nummi quatuor ad ecclesiam sancti Dyonisii edificandam darentur. Et omnes servos nummos illos libenter daturos manumisit. Vulgariter igitur qui libenter reddebat nummos illos francus sancti Dyonysii vocabatur ubique, et erat liber ab omni servitute rege precipiente. Indeque mox surrexit, ut illa pars Gallie Francia vocaretur, quia francus liber dicitur. Post Karolus rex Aquisgrani perrexit. Et[1] balnea aqua frigida et calida temperata paravit ibidem, et beate virginis basilicam, quam ibidem edificaverat, auro et argento et ornatibus aliis decenter ornavit; hystorias veteris et nove legis ibi depingi fecit; in palatio quoque suo, quod edificaverat ibidem, pingi fecit Hyspanica sua bella et septem artes liberales. Hec ex hystoria Karoli secundum Turpinum. Egkardus:
Ekk. 778. Interea Saxones, comperto quod ad tantam distantiam cessisset Karolus, sumptis armis, ad Renum usque profecti sunt. Sed cum amnem transire non possent, quidquid a Tuitio usque ad fluvium Mosellam vicorum villarumque fuit, ferro et igne populati sunt, nullum discrimen sexus vel etatis facientes, ita ut liquido appareret, eos non predandi, sed ulciscendi se gratia terminos illos introisse. Quod cum rex Antisyoro[a] positus audisset, Francones et Alemannos ad propulsandos eos misit continuo. Quorum audientes adventum Saxones, recesserunt. Sed illi eos insecuti, invenerunt eos in partibus Hassie super fluvium Adernam. Statimque in ipso fluminis vado ipsos adorti, tanta cede straverunt, ut ex ingenti multitudine vix pauci redirent.

780. Quarto anno Leonis venit ad Karolum Hildebrandus dux Spoletanus[b] cum magnis muneribus in villa Wirciniaco.
Ekk. 779. Quem ille benigne suscepit, donatumque in suum ducatum remisit. Karolus autem contra Saxones bellum parans, circa Lyppam cum exercitu trajecit. Cui cum Saxones de eo loco qui Bocholt dicitur resistere temptarent, victi fugatique sunt. Et procedens ultra Karolus, duo bella, bellorum suorum omnium maxima et periculosissima, habuit cum Saxonibus rebellibus, unum juxta montem Osningh et alterum juxta fluvium Hasa[2], ubi magna plaga occidit Saxones et ultra fluvium Wiseram in regiones Sclavorum et Thuringhorum, tunc palude magna distinctas, fugere coegit. In qua fuga Saxones iterum, sed completius, Sclavos et Thuringhos sedibus exegerunt, Sclavos quidem ad aquilonem et orientem, Thuringhos vero ad meridiem exturbantes; quamquam jam dudum a tempore multo partes quasdam illarum regionum etiam ad Albiam usque Saxones ipsi simul et mixtim cum Sclavis et Thuringhis habitantes occuparint. Post fugam dictam et propter eam verecundati ducem suum Bertoaldum peremerunt. Et partes, in quas per fugam lapsi fuerant, inhabitantes, in gentem magnam et potentem coaluerunt. Karolus autem in patriam, de qua Saxones antiquos fugaverat ultra Wiseram, de Francia, Eflaia[3], Hasbania[4] et Ardania populum novum introducens, terram eis dedit perpetuo possidendam, sic tamen quod regionis totius proprietatem clero dedit, ut videlicet patriam illam in fide Cristi et fidelitate regis manutenerent. Propter quod etiam legem secreti judicii, quod illius patrie lingua veme[5] dicitur, studens regionem ipsam expurgare furtis, quia terra silvosa sit et latibunda, perjuriis etiam et proditionibus et aliis talibus sibi crebro compertis ibidem, perpetuis temporibus inviolabiliter inter Renum et Wyseram observari sanxivit. Et ex tunc Saxones ultra Wiseram versus orientem manentes Ostphalai, versus occidentem vero Westphali, quod est orientales socii et occidentales socii, nuncupantur. Dicit autem beatus Gregorius Turonensis episcopus in hystoria Francorum[6], quod, Saxonibus per Karolum ultra Wyseram fluvium

[a] Antysioro 2. Antisiodoro *Ekk.* [b] spoletemus (tenius?) 1. spoletemus 2.

[1] Unde sequentia sumpta sint, nescio. [2] prope Bramsche, ut Ledebur, Land u. Volk etc. p. 29, prope Bockeloh, ut Bödiker, Alterthümer im Kreise Meppen, in Wigand, Arch. f. Gesch. etc. Westfalens Tom. II, opinantur. Opinio prioris est praeferenda. Sed haec proelia ad a. 783. referenda sunt. [3] Eiffel (ad Rhenum situm). [4] Est pagus Haspen- seu Hespengau, ad sinistram Mosae, circa Leodium. [5] Cf. quae dicta sunt hac de re in praefat. [6] Haec apud Einhardum non leguntur.

fugatis, qui de eis vel inertia vel amore patrie remanserunt in terra, in servitutem redacti sunt
a gentibus per regem in eandem, ut dictum est, subintroductis. Et hec est causa servorum tot in
illa regione. Rex autem Angarorum Widekindus in hac tempestate fugit ultra fluvium Albyam.
Et Karolus Angariam cepit, et Saxones occidentales paucos relictos cristianos fecit, et ut in fide
Cristi profundius et firmius radicarentur, ecclesiam Osnabrugensem primam [1] omnium in Saxonia,
de qua jam Saxones fugaverat et gentem aliam in ea locaverat, construxit in honorem sancti
Petri principis apostolorum, super cujus confessione sicut firma petra Cristus ecclesiam suam
edificavit, et in honorem sanctorum martirum Crispini et Crispiniani. Et post Karolus jam
imperator factus ordinavit scolas Grecas et Latinas in Osenbrughe perpetuis temporibus perma-
nere. Unde et in quodam privilegio [2] illi ecclesie per ipsum collato, quod vidi, dicit sic: ***In
Osenbrughe Grecas et Latinas scolas in perpetuum manere ordinavimus, et numquam clericos utrius-
que lingue gnaros ibi deesse in misericordia Dei confidimus.*** Karolus igitur, rebus ordinatis, ut dictum Ekk. 779.
est, in Franciam regressus est, et in Wormatiam in hyberna se recepit.

Quinto anno Leonis Karolus, tandem Saxonico, ut putabatur, bello, subiectis occidentalibus Saxonibus 781.
et aliis Germanis et pene totius occidentis regionibus, consummato, Colonie trans Renum duos pontes construxit, in Mart. P.
Saxoniam orientalem transiturus. Quo cum venisset, omnes Saxones illarum partium eidem [a] occurrerunt, c. 73. imp.
multique de populo baptizati sunt. Veniensque in locum ubi Ora et Albia confluunt, ordinavit res tam Saxonum orien- Ekk. 780.
talium quam Sclavorum. Sed metuens recidivum Saxonum orientalium, in loco Saligenstede, qui
nunc Osterwik dicitur, ecclesiam in honore Dei et beati Stephani prothomartiris edificavit.
Et eis sanctum Hildigrimum [3], fratrem sancti Ludgeri, prefecit episcopum. Qui post annos 40,
scilicet anno Domini 819., episcopatum de Seligenstede transtulit in Haberenstad [b] [4]. Karolus Ekk. 780.
autem regressus in Franciam, habito consilio Romam causa orationis cum uxore sua Hyltigarda et liberis perrexit. Et
natale Domini Papye celebravit. Romam autem cum veniret, filii ejus in reges unguntur, ut anno
proximo sequenti dicetur. Sigibertus dicit, quod Karolus hoc anno, priusquam rediret in Franciam, Sig. 780.
etiam Albiam fluvium transgreditur, ibique in eius gratiam Bardegavenses et Nordwite baptizantur. Item Leo ibid. 781.
imperator cum insaniret cupiditate circa pretiosos lapides, adamavit ecclesie cujusdam magnam coronam, et accipiens
portavit eam. Et exierunt carbunculi a capite eius, et captus a febre mortuus est. Martinus sic: Constantinus c. 69. imp.
concupivit cujusdam ecclesie coronam, habentem carbunculos. Quam cum portaret in capite, febre correptus moritur.
Post quem uxor ejus Hyrene cum filio ejus Constantino juvenculo imperavit annis 22, sic tamen quod ambo simul per cf. Sig. 781 et
annos 10 [c], post Constantinus exclusa matre solus per annos 7 [c], et tandem mater sola excecato filio per annos 5 [c]. Mart. c. 70. imp.
Istorum autem anno 21. Karolus Magnus coronatus est imperator Romanorum.

## *Capitulum 69.*

Constantinus VII., filius Leonis, cum Hyrene matre sua Romanorum a Julio 73. cepit anno mundi 4743., Ekk. 781.
Olimpiadis 389. anno quarto, Urbis 1532, Domini autem 781; et regnaverunt nunc simul, nunc divisim
annis 22, ut dictum est. Egkardus: Huic Constantino filia Karoli et Hiltigardis regine Ruthrudis desponsata Ekk. 781.
fuerat. Sed mater ejus Hyrene aliam ei invito conjungebat.

Primo anno Constantini Karolus Romam veniens, ab Adriano papa honorifice suscipitur. Et cum ibi pascha cele- 781.
braret, baptizavit idem papa filium ejus Pypinum ex concubina [5], ungensque eum in regem Ytalie, coronam sibi im- Ekk. 781.
posuit; fratrem vero ejus Lodwicum in regem Aquitanie coronavit. Karolus vero Romam digressus, Mediolanum venit.
Ibique baptizata est filia ejus Gysla ab archiepiscopo Thoma. Item Adrianus papa misit Formosum et Damasum episco-
pos cum legatis regis ad Tassilonem ducem Bayoarie, ut commonerent eum de juramento, quod regi Pypino et filiis
ejus olim juraverat. Qui cor ejus in tantum emollierunt, ut cum eis Wormatiam ad regem veniret, datisque 12 obsidibus,

[a] eodem 2. [b] *ita* 1. 2. [c] *hi numeri in loco raso* 1.

[1] De fundatione suspecta prima ecclesiae Osnabrugensis cf. quae dixit Erhardus in Reg. hist. Westphal. Urk.-Buch Tom. I. Nro. 143. 251. 255. 428. [2] Exstat ap. Walter, corp. jur. German. antiq. Tom. II, p. 200. Moeser, Osnabr. Gesch. Tom. I. Est de anno 804. [3] Obiit 13. Kal. Jul. a. 827; cf. Annal. Sax. ad h. a. [4] Halberstadt. [5] Haec de alio Pippino dicta ex Ekk. a. 792. sumpsit.

Mart. c. 70. imp. regi fidelitatem juraret. Sed ubi domum rediit, non diu in fidelitate permansit. Item hoc anno secundum Martinum in Constantinopoli quedam aurea lamina in quodam sepulchro cum defuncto ibidem jacente inventa est cum hac sculptura: 'Cristus nascetur ex virgine Maria, et credo in eum. Sub Constantino et Hyrene, o sol, iterum me videbis'.

782. Secundo anno Constantini, Olimpiadis 390. anno primo, Karolus, trajecto apud Coloniam Reno, ad fontem
Ekk. 782. Lippie venit. Ibique positis castris, inter cetera negotia legatos Sigifridi regis Danorum, et quos Cayanus et Jugurrus principes[a] Hunorum quasi pacis causa miserunt ad se, audivit et absolvit. Cumque soluto conventu in Franciam redisset, rex Wedekindus in patriam reversus, Saxones rebellare coegit. Interea nuntiatur Karolo, quod Sorabi[b] Sclavi, qui campos inter Albiam et Salam jacentes incolunt, fines Thuringhorum et Saxonum predandi gratia sunt ingressi. Contra quos Karolus exercitum misit. Qui audientes Saxonum motum, ad illos[c] diverterunt, et pene omnes a Saxonibus et rege Widekindo sunt interfecti. Karolus hoc intelligens, Saxoniam petit, Widekindus fugit et ab omnibus hujus seditionis causa fuisse criminatur. Ex hiis igitur, qui regi Widekindo in rebellione consenserant, traditi sunt per Saxones Karolo usque ad 4500. Qui omnes una die jussu regis decollati sunt. Karolus igitur 4 episcopatus super fluvium Wiseram fundavit, ne Saxones patria pulsi et eam revisere gestientes aliquid nove seditionis excitarent, scilicet Mindensem, Premensem et Herstallensem[1], qui postea translatus in locum qui Podoli fons[2] dicitur, nunc Podelbrunne[d] nuncupatur, et Verdensem.

783. Tertio anno Constantini Karolus cum ad expeditionem Saxonicam iterum se preparasset, antequam moveret exer-
Ekk. 783. citum, Hyltigardis regina, uxor ejus, obiit pridie Nonas Maii[e], que fuit vigilia ascensionis Domini. Sepelitur sollempniter. Post itur in Saxoniam ad locum qui Theodmelle[3] vocatur. Et inde progrediens, episcopatum Schyderensem[f] [4] fundavit. Qui tamen post per Brunonem et Tanquardum Saxones in Vallersleve super miricam[5] contra Trivanos[6] transponitur, et inde per Henricum I. in Vrose opidum Nordthuringie, et tandem per Ottonem I. in Partinopolim. Vide tempora Henrici I. et Ottonis I.
Ekk. 783. Deinde per Padolburne rediens in Franciam, Fastradam, filiam Rodolfi regis[g] de orientali Francia, duxit uxorem. Eodem anno defuncta est Bertha regina, mater Karoli, 4. Ydus Julii.

784. Quarto anno Constantini Karolus, trajecto Reno, Mymighgavordensem[7] ecclesiam, que modo Monasteriensis vocatur, in honorem sancti Pauli fundavit, paci et quieti gentis cristicole, quam
Ekk. 784. in terras illas duxerat, sathagens providere. Post veniens ad Wyseram, cum inundatio aquarum transitum negaret, per Thuringyam divertens, depredatus est partes que sunt circa Albyam, et revertitur in Franciam.

785. Quinto anno Constantini signum crucis in vestibus hominum apparuit in Saxonia. Et Widekindus rex Anga-
Sig. 786. rorum baptizatur. Egkardus: Widekindus rex et Albyo, longo bellorum tractu attriti, a Transalbina regione
ibid. 785. veniunt ad Karolum regem apud Attiniacum, duce Amalswyno aulicorum uno, ibique in gratiam recepti, baptizantur.
Ekk. 785. Ex cronicis: Karolus contra Widekindum regem, litus fluminis Hasa in loco qui dicitur Slachvorderberg[8] tuentem, venit, et per triduum dimicans, ipsum ad castrum Widikindesborg fugavit, de Saxonibus suis gloriose triumphans. Et deinceps Wydekindus regi non restitit. Karolus autem Widikindum et Albionem per Amalswinum unum aulicorum ad se vocans, fide data et obsidibus, quod liberi et illesi dimitterentur, de[h] Widikindesborg veniunt, instruuntur, baptizantur et dimittuntur. Alibi tamen legitur sic: Interea Wydikindus rex juxta fluvium Oram[9],

[a] princeps 1. [b] Soralii 1. [c] illas 1. [d] Pedelbrunne 1. [e] 2. Kal. Maii *Ekk.* [f] scyderensem 2. [g] comitis *Ekk.* [h] et 2.

[1] Herstelle ad Visurgim infra Carlshafen et supra Huxariam. 'Designatae hîc sedis episcopalis nullum antiquiorem habemus testem Henrico de Hervordia et auct. chron. Mind., qui unde hoc acceperint ignoramus'. Fürstenberg, mon. Paderborn. edit. 2. p. 215. 'Es verdient die Sage allerdings eine Beachtung, die erste Stiftung sei 777 in Herstelle geschehen; das ausgebildete Bisthum mag immerhin erst 795 unter Hathumar erkannt werden. Folgt man der Kriegführung Karls genau, so sollte man auch gerade in jenen Gegenden (Winterlager etc.) die erste kirchliche Einrichtung vermuthen'. Schaumann, Gesch. des niedersächs. Volkes p. 343. 229. Praeterea cf. praefatio.
[2] Paderborn. [3] Detmold in principatu Lippiensi. [4] Schieder in principatu Waldeckensi.
[5] V. Glossarium. [6] Münster. [7] Trivani s. Drivani Polabis adnumerabantur, qui intra Uelzen, Lüchow et Dannenberg habitabant. [8] prope Osnabrugam; hic locus sic audivit in medio aevo, hodie *die Clus.* [9] hodie Ohre; igitur in regione ubi nunc est Wolmirstedt. Cf. Einh. ann. a. 780.

ubi nunc est Wolmerstede, reparatis viribus congregavit Saxones ad resistendum Karolo, et nocte quadam in navicula transiens exercitum Karoli explorare, qui usque eo Saxoniam vastaverat, locavit se in die pasche cum pauperibus elemosinam cum aliis recepturus. Sed per digitum suum, quem curvum habebat, ab Amalswyno deprehenditur et proditur, et ad regem Karolum adducitur. Cui Karolus: ‘Rex Wydikinde, ad quid huc venistis?’ Et rex: ‘Explorare exercitum veni’. Et Karolus: ‘Quid ergo vidistis?’ Qui dixit: ‘Pridie vidi vos turbatos et desolatos et quasi lugentes incedere, et gaudebam. Sed hodie vidi vos omnes ornatos et jocundos, et unum coram illa parva mensa purpura vestitum, qui de mensa levans puerum quendam pulcherrimum, vobis ipsum in os misit, et sic singulis. Sed quorundam ora proterve respiciens vel respuens, quasi declinavit, quorundam gratanter intravit’. Quo audito Karolus ei fidem
Cristi predicavit, et totum exercitum ejus convertens baptizari fecit. Quievitque Saxonice perfidie per- Ekk. 785.
vicacitas per annos aliquot.

Sexto anno Constantini sanguis e celo in terram profluxit in Francia. Egkardus: Audiens Karolus, 786.
Anglos et Saxones Britanniam invasisse, misit illuc cum exercitu Ludolfum, prefectum mense regie. Qui veniens, Sig. 786.
impetum perfide gentis contumaciamque cito repressit, acceptisque obsidibus, cum plurimis primoribus populi Wor- Ekk. 786.
matiam ad regem eos adduxit. Rex autem, undique pace parta, statuit Romam ire, et partem Ytalie, que est circa
Beneventum, sue potestati subicere. Celebravit ergo natale Domini apud Florentiam Tuscie civitatem. Item Mado Sig. 776.
Sarracenorum 20. cepit, et annis 12[a] principatus est.

Septimo anno Constantini Karolus Romam veniens, ab Adriano papa suscipitur honorifice. Ibique per dies aliquot 787.
moratus, Beneventum contendit. Dux autem Beneventanorum Aragysus misit ad Karolum filium suum Rumoldum cum Ekk. 787.
magnis muneribus, rogans, ne terram illam intraret. Quod rex abnuens et Rumoldum secum retinens, Capuam venit. Et ibi, bella gesturus, castra posuit. Aragisus vero, relicto Benevento, que caput est illius terre, Salernum quasi munitiorem se contulit. Missaque legatione, utrosque filios suos Karolo regi obtulit, promittens se per omnia obediturum, tantum ne ad conspectum ejus venire cogeretur. Cujus precibus rex annuens, minorem filium ejus nomine Grimoaldum secum retinuit, maiorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides 12. Misitque legatos, qui et ducem ipsum et omnem populum Beneventanum sacramento confirmarent. Karolus autem Romam regrediens, sanctum pascha ibidem cum hylaritate multa celebravit. Post veniens Wormatiam, habito generali conventu cum principibus et obtimatibus suis, legatos[b] misit ad Tassilonem ducem Bayoarie, qui experirentur, si fidem, quam juraverat sibi, servare disponeret. Quo contempnente, statuit rex tripertito exercitu Bajoariam petere. Et filio suo Pypino cum Ytalicis copiis in Tridentinam vallem confluente, Saxonum vero et orientalium Francorum exercitu super Danubium in loco qui dicitur Pharingha conveniente, ipse cum exercitu quem adduxerat super Licum fluvium in civitatis Auguste suburbio, in loco qui dicitur Lechtveld, considebat. Videns igitur Tassilo se undique circumfusum, ad regem supplex venit, veniamque rogavit. Rex autem, ut semper mitis erat, deprecanti pepercit; acceptoque ab eo filio ejus Theodone cum aliis 12 obsidibus, in Franciam rediit.

Octavo anno Constantini, Karolo apud Ingilinheheym pascha celebrante et generale concilium habente, Tassilo dux 788.
advenit, sicut et primates ceteri. Sed a Bayoariis accusatus, quod post datos proximo obsides fidem non servarit, sed Ekk. 788.
suadente uxore sua Lyutburga, Desiderii Lombardorum regis filia, Avares in dissipationem regni vocaverit, multaque alia et dixerit et fecerit, cum hoc negare nequiret, mayestatis reus judicatus est. Et cum omnium ore capitali sententia dampnaretur, rex Karolus ob amorem, et quia consanguineus ejus erat, liberare eum cupiens, interrogavit, quid jam agere vellet. Ille vero rogans licentiam de peccatis suis penitendi sibi dari, tonsoratur cum Theodone filio suo, et in
monasterium mittuntur. Ceteri vero hujus perfidie consortes per exilia diversa dampnati sunt. Item hoc anno Sig. 788.
instantia Tharasii patriarche Constantinopolitani et Adriani pape apud Nyceam secundo universalis synodus congregatur 300[c] episcoporum. In qua fides catholica in presentia Hyrenes et filii ejus Constantini cunctorum subscriptione roboratur,
et heresis execrantium ymagines Dei in perpetuum abdicatur. Declaratum etiam et affirmatum est in hoc concilio, Mart. c. 70. imp.
Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere. Item conjuratio valida facta est ab Austrasiis contra Karolum regem. Sig. 788.
Qua detecta, multi aut membris truncantur, aut exiliantur.

Nono anno Constantini Karolus contra gentem Sclavorum qui Wylzi dicuntur exercitum ducens, Albyam duobus 789.
pontibus conjunxit. Quorum unum ex utroque capite vallo munivit, imposita turri[d] ex lignis et terra. Ingressusque terram Ekk. 789.

[a] 9 *Sig.* [b] *recepi ex Ekk, deest in* 1. 2. [c] 350 *Sig.* [d] curri 1.

Wilzorum, ferro et igni cuncta vastavit, donec eos subjugavit. Item hoc anno beatus Wolderus comes
Hervordie, hortante Karolo et adnitente rege Angarorum Widekindo, jam tunc fideli cristiano,
nobile cenobium nobilium puellarum in Hervordia Westphalaye ab Angaria non remote fun-
davit, et cum heredem non haberet, hereditate paterna dotavit. Ubi etiam post decenter sepul-
tus, usque in hodiernum diem venerabiliter honoratur. Cenobium autem istud post a paganis
destructum est. Sed per Lodewicum Pium anno imperii sui sexto instauratum. Iste fuit a pas-
Ekk. 789. sione beati Bonifacii episcopi annus 35. Item hoc anno Hyrene imperatrix, soluta pace nuptialis federis
cum Francis, misit et adduxit puellam de Armeniacis nomine Mariam, et conjunxit eam filio suo Constantino imperatori,
Sig. 789. multum contristato propter affectum ad filiam Karoli sibi prius desponsatam. Item Sigibertus: Adelgysus, filius
Desiderii regis Lombardorum, qui victo patre suo ad Grecos confugerat, animatus auxilio Grecorum ad Ytaliam
venit, aut ad repetendum regnum, aut ad inferendam ultionem. Qui inito bello cum Francis, tentus ab eis, amara[a]
morte peremptus est.

790. Decimo anno Constantini, Olimpiadis 392. anno primo, Karolus rex nullam expeditionem fecit, sed residens
Ekk. 790. in Wormatia, legatos Hunorum audivit, suosque ad principes eorum misit. Agebatur autem inter eos de confiniis regno-
Sig. 790. rum suorum. Que res futuri belli fuit seminarium. Item Karolus iterum in Francia dissonantiam cantus ecclesia-
stici cum Romanis correxit. Item circa pauperes non solum in regno suo, sed et ultra mare, in Egypto, Siria,
Africa, et precipue Jerusalem, sollicitus erat. Transmarinorum regum ob hoc amicitias expetens maxime, ut cristianis
sub eis degentibus esset relevamen[b]. Item Sygibertus: Alequinus, qui et Albinus, de Britannia oriundus,
Vinc. 24, 173. magister Karoli floret. Helynandus: Hic a regibus Anglis pro pace missus ad Karolum, ab eo fotus est hospitio,
et apud eum resedit. vir undecumque doctissimus, qui et Karolum instituit in dyalectica[c] et rethorica, et precipue in astro-
nomia. Hic omnium Anglorum post beatum Adelinum et Bedam doctissimus fuit. Prelatus est autem a Karolo mona-
Mart. Pol. sterio beati Martini Turonensis. Egkardus[1] sic: Alewynus, eruditor Karoli, Anglicus genere, ingenio perspicax,
c. 100. pont. in philosophia excellentissimus et morum honestate preclarus erat. Omnes artes liberales Karolus ab eo didicerat. Post
Vinc. 24, 173. ad regendum monasterium sancti Martini a Karolo mittitur. Ex cronicis: Monachi enim illius monasterii, ut refert
sanctus abbas Odo, vivebant delitiose nimis. Induebantur vestibus sericeis et calciamentis deauratis. Duo igitur angeli
ingressi sunt dormitorium eorum, unus indicem extendebat, et alter monachum, quem ostenderat ille, percutiebat et
extinxit. Unus autem monachorum, qui vigilans hoc videbat, evasit, quia angelum adjuravit in nomine Domini, ne
percuteretur, promittens se penitentiam acturum. Hic Alquinus, utraque scientia preclarus, sapientie studium de Roma
Parisius transtulit, quod illuc quondam a Grecia translatum fuerat a Romanis. Fueruntque Parisius fundatores hujus
studii quatuor monachi, Bede discipuli, Rabanus, Alquinus, Claudius et Johannes Scotus. Alibi[2] legitur, quod Karolo
regnante contigit, duos Scotos monachos de Ybernia cum mercatoribus Britannis ad litus Gallie devenire, viros et in
secularibus et in sacris scripturis eruditissimos. Qui cottidie cum nichil ostenderent venale, ad convenientes emendi
gratia turbas clamare solebant: 'Qui sapientie cupidus est, veniat ad nos et accipiat eam; nam venalis est apud nos'.
Que tandem ad aures regis Karoli perlata sunt. Ille vero gaudenter evocans illos, unum nomine Clementem Parisius,
et alium in Ytalia ad monasterium sancti Augustini juxta urbem Tycinensem delegavit, ut ad discendum qui voluissent
ad eos congregari potuissent. Albinus autem de natione Anglorum, audito, quod Karolus rex religiosos et sapientes
gratanter susciperet, venit ad eum et usque ad finem vite illius cum eo permansit, nisi cum ad ingruentia[d] bella proce-
deret. Cujus in tantum doctrina fructificavit, ut Franci antiquis Romanis et Atheniensibus equarentur. Vincentius:
ibid. 174. Scripsit autem Alquinus, qui et Albinus, de sancta trinitate libros 3, item dyalogorum l. 1, item sententiarum l. 1,
item super Genesim ad literam l. 1, item super cantica canticorum l. 1, item epistolarum ad Hebreos l. 1, item super
ecclesiasten l. 1, item super Johannem l. 7, item ad Eulalyam virginem de ratione anime l. 1, item ad Fredegysum
dyalogum de trinitate lib. 1, item librum ad Karolum, ex quo responsoria et antyphonie de trinitate sumpta videntur.
De translatione studii retrospicias ad annum Adriani secundum.

791. Undecimo anno imperii sui Constantinus matrem suam Hyrenem imperio privat, solusque annis 7[e] imperat, ut
Sig. 791. dicit Sygibertus. Egkardus sic: Hoc anno facta est dissentio inter Constantinum et matrem ejus Hyrenem tanta,
Ekk. 791. ut ipsa malorum hominum instigatione vellet filium imperio privare, sed filius prevaluit. Item sanctus
Borchardus Wyrciburgensis episcopus obiit. Item Karolus de Wormatia movens, Bayoariam contendit, ut Hunis

[a] amare 2. [b] revelamen 2. [c] dyaletica 1. [d] ingentia 2.

[1] falso; legatur *Martinus*. [2] *in chronicis metropolis Arelatensis* Vinc.

bellum inferret. Divisoque exercitu, Thydericum comitem et Megenfridum camerarium suum cum una parte per aquilonare Ekk. l. c.
latus Danubii jussit ire, ipse cum altera per australe descendit. Venientesque ad Anesum fluvium, qui est limes Pannonie
et Bajoarie, castra posuerunt, et per triduum letanias fecerunt. Huni autem videntes exercitum Karoli utramque
ripam fluminis tenere, divinitus immisso terrore fugerunt, munitiones suas deserentes. Et uterque exercitus ingressus
libere, magnam partem Pannonie usque ad fluvium qui dicitur Raba vastavit. Sicque per Sabariam reverti statuit
Karolus. Altera pars exercitus per viam qua venerat rediit. Item Sigibertus: Hoc anno Constantinus congressus Sig. 792.
Cardamo Bulgari, turpiter victus dehonestatur. Cardamus sublato omni regio apparatu ditatur.

Duodecimo anno Constantini Karolus per estatem Ratispone commoratur, et Francis quibusdam agentibus, 792.
conspirat contra eum filius suus Pipinus et quam plures alii, propter Fastradam reginam, cujus crudelitatem se ferre Ekk. 792.
non posse dicebant. Que conspiratio cum per Fardulfum Lombardum detecta fuisset, ipse ob meritum fidei servate
monasterio sancti Dyonisii donatus est. Auctores vero conjurationis partim gladio cesi, partim patibulo suspensi sunt.
Sigibertus sic: Pipinus, Karoli regis ex concubina filius, gybbo deformis, a quibusdam Francorum primoribus Sig. 792.
promissione[a] illectus, contra patrem conjuravit. Convictus tonsoratur et in Prumia[b] cenobio retruditur, complices vero
conjurationis alii exiliantur, alii perimuntur. Egkardus: Rege propter bellum cum Hunis susceptum Regenesborch Ekk. 792.
sedente, persuasum est ei a quibusdam, percommode posse a Danubio in Renum navigari, si inter Radantiam et
Altmonam fluvios ejusmodi fossa duceretur, que esset navium capax, quia[c] horum fluviorum alter Danubio, alter
Reno misceretur. Confestim rex cum omni comitatu suo ad locum huic operi aptum venit, ac multitudine hominum
magna congregata, totum tempus autumpni in hoc consumpsit. Ducta est itaque fossa inter dictos fluvios duum
millium passuum longitudine et 300 pedum latitudine. Sed frustra. Nam propter juges pluvias et terram, que palustris
est naturaliter, opus quod fiebat stare non potuit; sed quantum terre a fossoribus interdiu egestum fuerat, tantum
noctibus humo iterum relabente subsidebat. In hoc opere occupato nuntiatur Saxonum omnimoda defectio. Commotus
igitur in Franciam regreditur, et natale Domini in Wyreiborg apud Sanctum Kylianum juxta Moenum fluvium celebravit,
pascha vero super eundem fluvium in Frankenvord, ubi et hyemavit. Item hoc anno cepit comitatus
Flandrie per Lydricum primum comitem [1]. Iste siquidem Lydricus Harlebakensis, videns
Flandriam vacuam et incultam et nemorosam, occupavit eam, primus in ea comes existens.
Iste genuit Ingelrammum comitem, virum prestantissimum, audacem et fortem viribus. Qui
genuit Audacrum[d]. Qui Baldwynum Ferreum. Regnavit autem Lydricus annis 44, et apud
Harlebeke sepelitur cum Ingelrammo et Audacro successoribus suis.

Tertiodecimo anno Constantini secundum Sygibertum heresis Feliciana condempnatur, et in presentia Adriani 793.
pape ab ipso Felice ejus auctore abdicatur. Hec heresis asserebat, filium Dei in divina natura verum Deum esse, sed Sig. 793.
in humana natura nuncupativum; item in divina natura eum esse verum filium Dei, in humana vero adoptivum, unam
personam Dei et hominis dividens in duas personas. Karolus, ut dicit Egkardus, synodum magnam in Ekk. 793.
Frankenvord congregavit episcoporum ex omnibus regni provinciis. Legati quoque Adriani pape vice ejus ibidem
affuerunt. In hac synodo heresis Felicis episcopi, de qua dictum est, dampnabatur, et liber contra eum communi
episcoporum auctoritate compositus est, in quo omnes subscripserunt. Synodus etiam, que ante paucos annos in
Constantinopoli congregata sub Hyrene et Constantino, filio ejus, septima et universalis appellata est, ab eis, ut nec
septima nec aliquid diceretur, quasi supervacua abdicata est. Mortua est autem ibi et Fastrada regina, et
Moguntie aput Sanctum Albanum sepulta.

Quartodecimo anno Constantini, Olympiadis 393. anno primo, secundum Sigibertum Karolus non 794.
solum lingua Theutonica, que patria sibi fuit sed et Gallica, peregrinis et barbaris linguis eruditus, barbara Sig. 794.
et antiquissima carmina, quibus veterum regum bella et actus canebantur, scripsit et memorie commendavit. Inchoavit
etiam gramaticam Theutonico sermone scribere. Item Sigibertus: Constantinus imperator multos principum
sibi suspectos oculis privat.

Quintodecimo anno Constantini Karolus, perfidie Saxonice non immemor, conventum generalem habuit in villa 795.
que dicitur Confesteyn[e] ultra Renum contra Moguntiam juxta Moenum fluvium, atque Saxoniam ingressus, pene totam Ekk. 795.
peragravit. Episcopatum in Aulica in honore sancti Petri fundavit. Qui post translatus est in

[a] regni *add. Sig.* [b] pruinia 1. [c] Quorum 1. 2. [d] andacrum 1. *hoc loco.* [e] Cuffesstein *Ekk.*

[1] Lidrici comitatus Flandrensis quam dubiae sit naturae, satis notum; testimonia saeculo 11. antiquiora non exstant. Hic vero locus non ex genealogiis comitum Flandrensium a Bethmanno editis (Mon. Germ. SS. IX) sumtus est.

Hiltynesheym, et in Franciam rediit. Hoc etiam anno factum est, quod prius de basylica in
Sig. 795. honorem virginis benedicte Aquisgrani per eum constructa dictum est, ad cujus basilice structuram a Roma et Ravenna columpnas et marmora devehi mandavit.

796. Sextodecimo anno Constantini Leo quartus, natione Romanus, ex patre Azulpho, papa 97., sedit annis 22,
Mart. P. mensibus 5, diebus 16. Alii dicunt annis 25. Martinus[1] dicit annis 15, mensibus 5, diebus[a] 20. Et
c. 101. pont. cessavit episcopatus dies 3. Hic mox ut ordinatus est claves confessionis sancti Petri et vexillum Romane urbis ad
Ekk. 796. Karolum regem misit cum aliis muneribus, et ut aliquem de optimatibus suis ad confirmandum sibi per sacramentum populum Romanum mitteret, rogavit. Missus est ad hoc Angysbertus abbas monasterii sancti Rycharii. Per quem etiam magnam partem thesauri, quem[b] Henricus dux Forojuliensis, spoliata Hunorum regia que ryngus vocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit; reliqua inter optimates et aulicos et palatio deservientes liberaliter
Sig. 797. distribuit. Sigibertus sic: Henricus dux Forojulianorum, exspoliato in Pannonia Avarorum principe Yringho, inestimabilem thesaurum[c] ejus misit regi Karolo. Item Thudun princeps Avarorum se et patriam suam Karolo regi de-
Mart. Pol. didit et gratiam baptismi percepit[d]. Hic Leo fecit porticum sancti Petri, que adhuc dicitur civitas Leonina, et
c. 101. pont. muro eam cinxit propter incursum Sarracenorum. Item letanias, quas ipse instituit, sic ordinavit, ut secunda feria papa cum clero et populo ab ecclesia Dei genitricis ad presepe[e] egrediens pergat cum ymnis et canticis ad ecclesiam Salvatoris, que dicitur Constantiniana, feria 3. ab ecclesia sancte Sabine ad Beatum Paulum, feria 4. ab ecclesia Jerusalem ad Sanctum Laurentium foris muros.

797. Decimoseptimo anno Constantini expeditio per Karolum facta est in Saxoniam, et usque ad occeanum ultra
Ekk. 797. omnes paludes et invia loca transitum est. Et rex de Hadelen regressus — nam id nomen est loci ubi occeanus Saxoniam alluit — episcopatum in Hamonis, i. e. Jovis castro, quod Hamborg dicitur, fundavit. Et inde de novo totam Saxonum gentem in deditionem accepit, et Aquisgrani regressus est. Ibi legatus Nycete, qui tunc Syciliam regebat, ad eum venit, portans epistolam imperatoris Constantini. Quem magnifice suscipiens, post paucos
Vinc. 25, 4. dies absolvit Secundum Helynandum sic: Constantinus imperator cum jam septies expulisset paganos de Ierosolimis, tandem prevaluerunt et Johannem patriarcham cum aliis ejecerunt. Qui veniens Constantinopolim ad Constantinum et filium ejus Leonem parvulum, auxilium petebat. Constantinus autem divinitus per revelationem admonitus, misit eos ad Karolum cum epistola manu ipsius Constantini scripta. Quam cum legisset Turpinus archiepiscopus coram Karolo et toto populo, Karolus lacrimatus est. Et mox edictum proposuit, ut omnes, qui possent arma ferre, venirent secum contra paganos, et qui non iret, ipse et filius ejus servus quatuor nummorum esset. Itaque majorem exercitum, quam umquam habuisset, congregavit. Et profecti sunt. Venientes autem Jerusalem[3], fugatis paganis et recuperata terra, redeunt Constantinopolim. Cui[4] cum imperator offerret munera magna, ipse sprevit omnia, nichil volens accipere pro labore,
ibid. 5. quem propter Deum assumpserat. Tandem adjuratus, quod aliquid acciperet, petivit de reliquiis passionis dominice sibi dari. Triduanum igitur jejunium omnibus indicitur, et Karolus peccata sua Ebroino archiepiscopo confitetur. Et tunc theca, in qua corona spinea fuit, aperitur, et inestimabilis odor per totum diffunditur. Et Karolo super pavimentum prostrato et fideliter orante, ut Dominus ad gloriam nominis sui renovaret passionis et resurrectionis sue miracula, statim ros celitus adveniens lignum infudit et inebriavit et flores emittere fecit. Et celica lux et immensa omnes circumfulsit. Karolus autem carpebat de floribus et implebat wantum suum dextrum. Hinc alium wantum ad suscipiendum spinas preparans, tradidit illum cum floribus Ebroyno archiepiscopo. Cumque utriusque oculi pre lacrimis essent impediti, ille putans se dedisse wantum et iste accepisse, uterque wantum ipsum dereliquit. Qui fere unius hore spatio pependit in aere. Cumque alterum wantum rex spinis implesset et istud archiepiscopo tradere voluisset, vidit primum in aere pendere. Post hec cum flores de wanto eicere cuperet, conversi sunt in manna. Quod manna modo est apud Sanctum Dyonisium. Omnes autem egri qui ibi aderant ad odorem florum sanati sunt. Siquidem 300 et unus eger sanabantur tunc. Quidam etiam per annos 23 et menses 3 cecus, surdus et mutus, in extractione spinarum corone visum recepit, in divisione ejus auditum, et in emissione florum loquelam. Cum post daretur Karolo clavus unus dominicus, puer quidam, habens manum et totum latus sinistrum arida[f] ab utero matris sue, sanatur. Data sunt nichilominus regi Karolo frustum dominice crucis et Domini sudarium et camisia beate Marie et fascia, qua puerum Jhesum in cunabulis cinxit, et brachium sancti senis Symeonis. Que omnia recondidit in sago[5] de buballino tergore facto, et ante collum suum instar

[a] dies 1. 2. [b] *om.* 1. 2. [c] thesaurorum 1. 2. [d] precepit 2. [e] precepe 1. [f] aridum *Vinc.*

1 Martinus praebet: 20 ann., mens. 5, dieb. 16. 2 Unde haec sumta sint, nescio. 3 Hanc fabulam Carolum cum exercitu Hierosolymam et Constantinopolim esse profectum primus narravit Benedictus sancti Andreae in monte Soracti monachus c. a. 970. 4 i. e. regi. 5 sago i. e. sacco.

pere suspendit. Veniens autem ad castrum nomine Lygmedo, puerum mortuum per tactum reliquiarum suscitavit. Et Vinc. l. c.
egri 50 promiscui sexus ibi curati sunt. Post cum veniret in patriam suam Aquisgrani, sanati sunt ceci innumeri,
febricitantes innumeri, demoniaci 12, leprosi 8, paralitici 15, claudi 14, maniaci[a] 30, gibbosi 52, caduci 65, gutturnosi
plures et ex vicinia quam plurimi. Congruebat siquidem, ut hee reliquie pretiosissime, passionis Cristi
memorialia singularia, quam plurimis essent in salutem, sicut Cristus pro omnibus misericorditer
sustinuit passionem. Tandem Karolus rex imperator factus, indixit per totum orbem, ut Ydibus Junii
venirent Aquisgrani, videre reliquias, quas de Jerusalem et de Constantinopoli advexerat, prius peccata sua confitens.
Habitoque concilio, in quo fuerunt Leo papa, Turpinus archiepiscopus Remensis, Achilleus Alexandrinus et Theo-
philus Antyochenus et alii episcopi plurimi et abbates, statutum est, ut semper quarta feria jejuniorum quatuor temporum in
mense Junio fiat indictio istarum reliquiarum. Ibi etiam mortuus suscitatus est. In additione super minorem
Bede[1] dicitur sic: Hoc anno patriarcha Ierosolimitanus reliquias de sepulchro Domini mittit Karolo
regi. Egkardus: Post hec Karolus mense Novembri Saxoniam ad hybernandum intravit. Castraque posuit in Ekk. 797.
Erestal, ubi nuper fundarat episcopatum[2], super fluvium Wyseram. Et inde filium suum Lodewicum in Hyspa-
niam reverti fecit, Pypinumque filium suum, sibi jam reconciliatum, in Ytaliam remisit. Ipse vero remansit
ibidem per natale Domini et pascha, ad Saxoniam totam disponendum. Item Sigibertus: Hoc anno Hyrene Sig. 798.
imperatrix super imperio sibi erepto femineo dolore elusa, Constantinum filium suum oculis et imperio privat, et sola 4[b]
annis, alia litera 5 annis imperat. Ex cronicis: Eodem anno solis orbita obscuratur per dies 17, ita ut in Ekk. 798.
mari naves oberrarent, et dicerent homines, quia propter excecationem imperatoris hoc factum est. Alibi dicitur,
quod Constantinus imperator ob insolentiam morum captus a suis, excecatus est. Verius tamen videtur, quod consilio
matris hoc factum est. Que sola regnum tenere contendit.

Decimo octavo anno Constantini, Olimpiadis 394. anno primo, Hyrene, mater Constantini, sola sine 798.
filio cepit imperare. Istius mulieris anno 4. Karolus imperator coronatur. Egkardus: Saxones Trans- Ekk. 798.
albiani, seditione commota, legatos regis, qui tunc ad faciendas justitias missi sunt, comprehendentes, alios trucidant,
alios ad redimendum conservant. Unde rex, collecto exercitu, de Herstalle ad Mindam perrexit, ubi jam prius
ecclesiam in honore beati Petri apostoli et sanctorum martirum Gorgonii et Dorothei fundaverat
et episcopatum ibidem ordinarat, habitoque ibidem consilio, totam Saxoniam, eam que est inter Wiseram et
Albiam, populando peragravit. Transalbiani vero superbia elati, contra Abodritas, regi semper fideles, arma corripiunt.
Sed dux eorum[3], commisso cum eis prelio, 4000 ex eis occidit. Reliquos fugientes turpiter, ut se regi dederent, adegit.
Rex Aquisgrani revertitur, ubi nuntios Hyrenes imperatricis de pace agentes audivit et absolvit. Item venerunt de
Hyspania legati Haldefonsi regis Galicie et Asturie, Basiliscus et Froya, deferentes munera, que illi de manubiis, quas
victor apud Helysoponiam, ultimam Hyspanie civitatem, a se expugnatam, ceperat, mittere regi curavit, Mauros videlicet
7 cum totidem mulis atque loricis. Quos et benigne suscepit, et honorifice muneratos dimisit. Item Moyses Sarra- Sig. 785.
cenorum 21. cepit, et duobus annis principatus est. Item hoc anno Walbertus, devotus filius devoti in Cristo Ekk. p. 179.
Wygberti, filii Widekindi regis Angarorum, Romam causa orationis et reliquiarum tendens, corpus sancti Alexandri,
filii sancte Felicitatis, a papa Leone IV. integrum accepit, et in Saxoniam deferens, in Wildeshusen[c][4] locavit.

Decimo nono anno Constantini Leo papa per Romanos excecatur. Ex cronicis et Egkardo: Romani, impe- 799.
rante muliere, ea que potestatis imperialis erant sibi vendicare presumpserunt. Leo papa restitit. Quidam ex cognatis Ekk. 799.
Adriani pape seditionem excitant in populo contra Leonem papam. Igitur in letania majore, cum papa sedens equo de
Lateranis ad Sanctum Laurentium pergeret, insidias sibi paratas incidit. Quem equo deiciunt, oculos sibi, ut eis vide-
batur, eruunt, linguam precidunt, ac semivivum in platea dimittunt. Quidam dicunt, quod unum tantum oculum sibi
eruerunt. Alii vero, quod neutrum, sed rasoriis per medios oculos inciderunt, nec tamen visum abstulerunt. Alii*, quod

[a] manci *alia mana corr.* maniaci 1. [b] 3 *Sigib.* [c] Wigaltingohusen *Ekk.*

[1] Brevem Bedae continuationem indicare videtur. [2] Cf. notam ad a. 782. [3] 'Thrasico' add. Ekk. [4] Hodie Wildeshausen (dioecesis Osnabrugensis). Ruodolfi et Meginharti translat. sancti Alexandri exstat ap. Scheidt, bibl. hist. Gott. I, p. 1—18, ap. Pertz, M. G. H. SS. Tom. II, p. 673. Sed Henricus errat translationem huic anno adscribens. Eam ante a. 855., quo Leo IV. papa obiit, factam fuisse, ex libro modo laudato apparet, sed a. 851. contigisse, ex annalibus Xantensibus (ap. Pertz, l. c. SS. Tom. II, p. 229) discimus. Excusandus autem est Noster, primum, quod hunc Leonem papam ejus nominis IV. habuerit, quamquam sit III., deinde quum et alii scriptores, qui hujus rei mentionem injecerunt, plus minus annum tradiderint justum (Ekkeh. a. 919. Albert. Stad. a. 917).

*Sig. 799. bis oculos et linguam ejus eruerunt. Post hec jussu facinoris hujus auctorum in monasterium sancti Herasmi
Ekk. l. c. martiris mittitur. Et inde a Winigyso duce Spoletano, qui facinore audito Romam festinus advenerat, Spoletum ductus est.
Quod ut Karolus audivit, Leonem sicut vicarium sancti Petri cum summo honore ad se duci precepit. Iter tamen suum,
quod in Saxoniam disposuerat, non intermittens, venit in Podelborne, ibi summi pontificis adventum exspectans, et venien-
tem honorifice suscipiens, et post aliquot dies per legatos suos potenter et cum honore magno Romam reducens et in
locum suum restituens. Alibi legitur sic[1]: Romani Leonem papam exoculaverunt et linguam ejus
preciderunt, et in asina cum verecundia Karolo in Podelborne transmiserunt. Quem Karolus
contra Romanos pugnans restituit. In quo bello Frisones libertati donantur. Marchyo quoque
Ekk. 799. Wilhelmus, cujus filiam habuit uxorem filius Karoli Lodewicus, fuit in hoc bello. Item eodem
anno Avares, qui et Huni, a fide Karoli defecerunt. Contra quos Gerardus[a] Bajoariorum dux pugnans, in prelio interfectus
Sig. 800. est. De quo in Visione Wethyni legitur, quod inter martires adnumeratus sit. Item in mense Julio contra naturam
ibid. 799. aspera et gelu concreta fuit pruina, sed nichil fructibus nocuit.

800. Vicesimo anno Constantini Luthgarda regina obiit. Sigibertus[2] sic: Karolus Turonum pergens causa orationis,
Ekk. 800. moratus est ibi per dies aliquot propter adversam valitudinem domine Lutgarde conjugis sue. Que ibidem pridie Nonas
Junii defuncta et sepulta est. Mense autem Augusto in patriam rediens, in Mindam progreditur.
Ubi habito generali conventu Saxonum omnium, jam tunc in fide Cristi et fidelitate regis soli-
dorum, terroribus et promissis ipsos confirmavit in eisdem, et Hyldegarium episcopum Remensem,
nuper in loco, ubi Werna et Wisera confluunt, occisum in expeditione regali, sepelivit in monte
qui dicitur Owesberg[3], et in loco occisionis sue fundans ecclesiam Reme, a Remis appellavit.
Pertz SS. II, Ex libello de translatione sancte Pusinne virginis in Hervordia: Nobilis ac strenua, juxta quoque nature
p. 681. dotem sagacissima gens Saxonum, imperatoris Karoli auspiciis varia sorte bellorum vix per 30 annos Deo volente subacta,
fidem catholicam et spem beatitudinis suscepit eterne. Et primo quidem duriuscula ad fidem accessit, quoniam antiquis
ritibus tenebatur, et nefas videbatur majorum cerimoniis errorem adscribere. Quod videlicet fiebat novorum sacrorum
susceptione et veterum rituum abdicatione. Qui enim cerimoniis a majoribus suis sibi traditis renuntiare contendit, errasse
eos, se vero veritatem invenisse, tacite confitetur. Et infra: Neque temere dixerim, nationem aliquam bono sollertie et
ingenita sibi subtilitate magis illa callere. Itaque, ut fieri solet, quo magis efficacia naturali abducebatur prius a religione
Ekk. 800. cristiana, ita ferventissime demum eidem sese mancipavit. Egkardus: Karolus rex exhinc Moguncíacum vadit, et
exinde in Ytaliam contendit. Sed pridie quam urbem Romam intraret, occurrit ei Leo papa apud Nomentum 12. lapide
ab Urbe, prandensque cum eo, dimisit eum ibi nocte illa. Et precessit eum ad Urbem. In crastinum vero ordinatis per
congrua loca turbis, ipse stans in gradibus cum episcopis et clero, honorifice illum suscepit. Cunctis psallentibus, in
basilicam sancti Petri eum introduxit. Facta sunt hec 8. Kal. Decembris. Post 7 vero dies rex, contione vocata, omnibus
cur venisset patefecit. Inter que potissimum erat de discutiendis que objecta erant pontifici criminibus. Ut enim quasi
absolutiores se redderent ejus calumpniatores, mortiferum ei crimen[b] imposuerunt. Rege autem de hoc inquirente, cum
nullus esset criminis probator, jussu regis assumpto pontifex ewangelii textu coram rege et omni populo ambonem
Sig. 800. conscendit, astantibusque incusatoribus, invocato sancte trinitatis nomine, ab objectis se legaliter expurgavit. Sigi-
bertus dicit sic: Karolus rex Romam properat, causas Leoni pape objectas examinat, reos legaliter dampnat, et
Sig. 787. omnes motus Romanorum sedat. Item Aaron, frater Moysi, Sarracenorum 22. cepit, et annis 21 principatus est.

801. Vicesimo primo anno Constantini Karolus rex Francorum imperator Romanorum coronatur. Sigibertus: Romani,
Ekk. 801. qui ab imperatore Constantinopolitano jam dudum animo defecerant, nunc accepta occasionis oportunitate, quia mulier,
Sig. 801. excecato imperatore Constantino filio suo, eis imperabat, uno omnium consensu Karolo regi imperatorias laudes acclamant,
eumque per manum Leonis pape coronant, Cesarem et Augustum appellant; Pypinum vero, filium ejus, regem Ytalie
c. 73. imp. ordinatum collaudant. Et istud fuit Olimpiadis 394. anno ultimo. Martinus: Karolus autem confirmavit omnia,
que pater ejus Pypinus dederat beato Petro apostolo, adjuncto ei ducatu Spoleti et Beneventi. Et potenter a Grecis
imperium abripiens, per Leonem papam Romanorum imperator coronatur, Romanis adnitentibus et

[a] Geroldus *Ekk. Sig. Vinc.* [b] crimen ei *corr.* ei crimen 1.

[1] Cf. de hac fabula ejusque origine et dilatatione Massmann, Kaiserchronik Tom. III, p. 977—987.
[2] falso; legatur ***Ekkehardus***, apud quem seq. invenis. [3] Idem ex Nostro commemorat Fuerstenbergius in Mon. Paderborn. p. 94. ed. alt. Elzev.

cooperantibus eidem. Et nota, quia Grecorum imperium exhinc Rome cessaverit et Theutonici mundi dominium acceperint. Scriptores temporum in annotatione annorum non supputant ulterius Olimpiades, sed annos ab imperio Theutonicorum.

## *Capitulum 70.*

Karolus Magnus, de Franconia Theutonie oriundus, filius regis Pypini et Bertradis regine, Romano- cf. Ekk. 801.
rum a Julio 74., cepit anno mundi 4763., Urbis 1552., Domini 801., Constantini et Hyrenes matris
ejus 21., cum ipse Karolus super Francos jam annis 33 completis regnasset. Evolutis annis circiter 472[a], Sig. 801.
ex quo Byzantium urbs Tracie a primo Constantino ampliata et in urbem regiam est exaltata, et translata in illam omnis
Romane dignitatis gloria, in sedem Romani imperii fuit dedicata et nova Roma appellata. Imperavit autem Karolus, cf. Mart. P.
primus Theutonicorum[b] annis 14, mense 1, diebus 4. Sic* igitur in persona Karoli Magni dominium c. 73. imp.
mundi pervenit ad Theutonicos, ut Extra de Electione cap. *Venerabilem* et in glosa Bern. Grat. decr. I, tit. 6, c. 34.
ibidem. Nam ipsi habent regimen Romane ecclesie; de con. di. v. cap. *In die.* Et sic patet, pars3,di.5,c.15.
quod imperium non est apud Grecos, licet ibi largo nomine appelletur imperator; Ex. de I, tit. 33, c. 6.
majo et obedientia cap. *Solite*[c]. Sicut et rex[d] Scottorum dicitur rex, quoniam extra eccle-
siam non est imperium; 23 q. 1. c. *Sed illud.* Est autem ille super omnes reges; 7. q. 1. *In* pars 2, caus. 7,
*apibus.* Et omnes nationes sub eo sunt; 11. q. 1. c. *Hoc si quis ubi volumus.* Et etiam rex Fran- qu. 1, c. 41.
corum, ut Bonifacius VIII. papa in Extravagante que incipit *Una.* Ipse enim est princeps Extrav. comm.
mundi et dominus; ff.[1] ad legem Rodiam de precario. Et etiam Judei sub eo sunt; c. lib. I, tit. 8, c. 1.
*De Judeis* Judei;* et omnes provincie etiam; 64. di. *Adrianus.* Et omnia sunt in potestate impe- Grat. decr. ps.2, di.63, c.22.
ratoris; 8. di. *Quo jure* et 23. q. 8. *Convenior c. de quadriennii prescripticne bene a Zenone.* Si- ps. 1, di. 8, c. 1.
cut etiam parum prius, puta nono anno Constantini sexti, regnum Francorum translatum fuit ad ps. 2, caus. 23, q. 8, c. 21.
eosdem Theutonicos in persona patris ejusdem Karoli Pipini; 15. q. 6. *Alius Romanus.* Retro- ps. 2, caus. 15,
spicias ad annum dictum. Ex cronicis[2]: Karolus, cum se de nocte in lecto reponeret, solitus q. 6, c. 3.
erat ad caput suum pennam et incaustum cum pergameno reponere, ut si stratu aliquid utile futuro tempore faciendum cogitatui occurreret, signare posset, ne a memoria laberetur. Habebat etiam circa suum lectum parietem cera litum et stilum, ut si quid etiam in tenebris occurrisset, consi-
gnaret. Mater ejus Bertradis in magno apud eum honore consenuit. Liberos suos ita censuit instituendos, ut tam filii Vinc. 25, 1.
quam filie primo liberalibus studiis, quibus et ipse operam dedit, erudirentur. Filios quoque suos, quam cito etas patiebatur, fecit equitare et armis intendere, filias vero lanificio assuescere, coloque et fuso, ne per otium torpescerent,
atque ad omnem honestatem eas erudiri jussit. Hugo l. 6.: In gramatica Petrum Pysanum habuit institutorem, ibid., c. 2.
in ceteris disciplinis Albinum, qui et Alquinus. Religionem cristianam summa pietate semper excoluit. Ecclesiam mane et vespere, necnon et horis nocturnis et sacrificii tempore impigre frequentabat. Fuit autem amplo corpore et robusto, statura eminente, apice capitis rotundo, canitie reverenda, facie leta, voce clara et valitudine prospera. Denique convivabatur rarissime. Cenaque cottidiana quaternis tantum ferculis prebebatur, preter assam carnem, quam venatores verubus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter cenandum autem aliquod[e] acroama[f] aut lectionem audiebat. Legebantur ei hystorie et res geste antiquorum. Delectabatur libris beati Augustini et precipue illis, qui de trinitate[g] pretitulati sunt. Vini vero et omnis potus adeo parcus erat in bibendo, ut semper ad cenam raro plus quam ter biberet. Estate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens, ac semel bibens, depositis vestibus et calciamentis, velut nocte solitus erat duabus aut tribus horis quiescere. Noctibus sic dormiebat, ut sompnum quater aut quinquies non solum expergiscendo, sed etiam surgendo interrumperet. Hec Hugo. Retrospicias ad annum Constantini VI. 27. de dictis Turpini. Egkardus: Fuit** autem imperator factus hoc ordine**:

* Sic igitur in persona — de Judaeis *ap. Cornerum p. 432, sed verbis aliquot omissis.*
** fuit autem — ordine *ap. Corner. p. 433.*

[a] 468 *Sig.* [b] Francorum *Sig.* [c] Solicite *corr.* Solite 1. solum te 3. [d] et r. *in loco raso* 1. *ex correctura manus* 1*. [e] aliquot 2. [f] *literae* oama *in* 1. *ex corr. manus* 1* *in loco raso.* [g] de civitate Dei *Vinc.*

[1] i. e. Digesta. [2] Unde haec sumta sint, nescio.

Ekk. 801. Romam venit pro calumpnia pape ingesta discutienda, et natale Domini celebrans ibidem, in ipsa die sanctissima ad
missarum sollempnia, dum ante confessionem beati Petri apostoli ab oratione surgeret, nichil minus speranti Leo papa
coronam * capiti ejus imposuit, et imperatorem Romanorum pronuntiavit. Et a cuncto Romanorum populo acclamatum
est: 'Karolo Augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria'. Post quas laudes
unctus ab apostolico, et antiquorum more principum ab eo adoratus, ablato patricii nomine, imperator et Augustus
appellatus est. Post paucos dies habita questione de adversariis pape, secundum legem Romanam ut majestatis rei
decollationi adjudicati sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu intercessit; absolvuntur. Nam et vita et membrorum
integritas eis conceditur. Sed tamen pro facinoris magnitudine exiliantur. Quidam tamen dicunt, quod de majoribus
eorum una die in Lateranensi campo 300 decollati sunt*. Innocentiam vero beati Leonis pape Dominus sic approbavit, ut
post clariores oculos ei donaverit. Sed in signum virtutis ejus pulcherrima cycatrix in modum tenuissimi fili turturinas
acies niveo candore decoravit. Retrospicias ad annum 20. Constantini VII. Ordinatis ** deinde Romane urbis et
apostolice sedis totiusque Ytalie non tantum publicis sed et privatis rebus, et etiam ecclesiasticis, imperator 8. Kal.
Maji Roma egressus est. Hic est annus Karoli 34.[a] in regno Francorum, imperii vero Theutonicorum primus.
c. 73. imp. Martinus: Karolus 4 archiepiscopatus, scilicet Treverensem, Coloniensem, Moguntinum ac Salzburgensem, divitiis ac
honoribus ampliavit. Ad numerum etiam elementorum, i. e. litterarum in alphabeto, cenobia fundavit, et in unoquoque
per ordinem unam litteram de auro fabricatam plus quam 100 libras Turonensium valentem reliquit, ut ordine litterarum
tempus fundationis uniuscujusque monasterii cognosceretur. Que littere adhuc in plerisque [b] monasteriis reperiuntur **.
Hic etiam Romam veniens, de equo ad miliare descendit, et pedes eundo per Urbem, omnium ecclesiarum postes humiliter
deosculatus fuit. Monasteriis et ecclesiis aliis in urbe munera multa largiebatur. Barbam ad pedis longitudinem
detulit. Hec Martinus.

801. Primo anno imperii sui Karolus per imperium suum omne legatos ad faciendum judicium et justitiam dirigit, et
Sig. 802. legis capitula 23 instituit secundum Sigibertum. Ex cronicis: Per *** universum quoque mundum ad indagandum
Vinc. 24, 2. nomina et actus et obitus sanctorum nuntios misit. Que per Yswardum monachum in unum volumen compilari fecit.
Ieronimus enim et Beda et Florus hoc fecerant ante, sed non integre. Hic autem singulis diebus annotavit ea. Inven-
tum est autem, quod diebus singulis concurrebant plus quam 300[c] festa. Ideoque statutum est, ut diceretur 'et aliorum
plurimorum sanctorum' etc. ***. Item Karolus † imperator cum Aaron rege Persarum, qui excepta India totum
pene tenebat Orientem, talem habuit in amicitia concordiam, ut hic gratiam ejus omnium, qui erant in toto terrarum
orbe, regum ac principum amicitie preponeret, solumque illum magnificentia et honore sibi colendum judicaret. He-
lynandus 45. libro: Amimurlim[d], qui et Aaron, rex Persarum, elefantem, quem solum habebat, Karolo[e] misit. Cujus
elefantis nomen erat Ambulabat †, et preter eum munera multa. Item eodem anno, imperatore ††, apud Spoletum
existente, pridie Kalendas Maji, hora noctis secunda terremotus maximus factus est, qui totam concussit Ytaliam. Quo[f]
motu tectum basilice beati Pauli magna ex parte cum suis trabibus decidit. Et in quibusdam locis urbes et montes
corruerunt ††. Item pestilentia propter mollitiem hyberni temporis facta est. Item legati ††† Karoli ab Aaron ammyra
venientes, inter cetera munera etiam corpora sanctorum Cypriani martiris Carthaginensis episcopi et Sperati et caput
Pantaleonis martiris in Franciam[g] afferunt. Item patriarcha Jerosolimitanus pro benedictione claves dominici
sepulcri et loci Calvarie et claves civitatis et montis cum vexillo Karolo misit †††. Hec Helynandus. Ex cro-
Sig. 805. nicis: Indignantibus Karolo imperatoribus Constantinopolitanis propter invidiam imperatorii nominis sibi a Romanis
impositi, magna illos patientia et magnanimitate tulit. Et quia suspectam ejus potentiam habebant, crebris eos legationibus
firmissimo sibi federe conciliabat.

802. Secundo anno Karoli Hyrene imperatrix de Constantinopoli misit legatos ad Karolum pro pace firmanda inter Gallos
Ekk. 802. et Grecos. Et Karolus vicissim misit Yesse episcopum Ambiannensem et Helyngandum comitem Constantinopolim pro
eadem causa, et ut postularent Hyrenem imperatricem, ut Karolo jungeretur conjugio. Que in hoc consensisset, si non

* coronam capiti ejus — decoll. sunt *ap. Corner. p. 433.* ** ordinatis deinde — reper. *ap. Corner. p. 433, nonnullis verbis omissis.* *** per univers. — sanctor. *ap. Corner. a. 803., sed falso* secundum chronicas Romanorum. † Karolus imp. cum — Ambulabat *ap. Corn. p. 436. 2. ann. Carol., sed aliquot verba sunt contracta et falso est additum:* sec. Ysuard. in chron. †† imperat. ap. Spolet. — corruer. *ap. Corn. p. 437. 3. ann. Caroli.* ††† legati Karoli — misit *ap. Corn. p. 436. 2. ann. Carol.*

[a] 33 *Ekk.* [b] pluribus *Mart.* [c] 30 *Vinc.* 300 *Corn.* [d] *e corr.* 1. Amira *Vinc.* [e] *Verba* Amim. — Karolo *in loco raso* 1. *ex corr. man.* 1*. [f] *Verba* Ytaliam — locis *in loco raso* 1. *ex corr. manus* 1*. [g] Francia 2.

ejus[a] patricius inhibuisset, prevalens et imperium ad fratrem suum Nyceforum transferre sathagens. Nam cum adhuc essent
in urbe legati Karoli, Nyceforus imperium invasit, et Hyrenem in monasterium, quod ipsa construxerat in insula quadam,
relegavit. Sigibertus[1]: Nyceforus autem regnavit Constantinopoli annis 8, Stauratius filius ejus anno 1, Mychael Vinc. 25, 3.
annis 2, Leo 8, Mychael 9, Theophilus 16, Mychael et Theodora annis 11, deinde Mychael solus 13, Basilius 17,
Leo filius ejus 18, Constantinus filius ejus cum patruo Alexandro, scilicet ejusdem Leonis fratre, anno 1, Alexandro
autem mortuo, Constantinus solus annis 39*. Post hec Stephanus et Constantinus egre ferentes, justa patris sui impera-
toris severitate a juvenili levitate se coherceri, dispositis in palatio insidiis, patrem de solio deponunt, et tonso ei, ut
moris est, capite, ad vicinam insulam, in qua cenobite philosopha antur, transmittunt. Nec multo post cum ad convi-
vium ex condicto consedissent et de prioratu sedendi inter se consulto decertarent, dato signo, a viris Constantini, filii
Leonis imperatoris, ambo fratres solio deturpantur, et tonsis capitibus, ad idem monasterium, quo patrem transmiserant,
etiam ipsi ad philosophandum cum monachis transmittuntur. Ita evacuato palatio abusivis imperatoribus, ipse Constan-
tinus et Romanus filius ejus imperant[b] annis 16. Quo defuncto, Nyceforus annis 10. Qui timens a filiis suis expelli
imperio, quia senex erat, eunuchizare eos volebat. Quorum mater Johanni suasit, ut eum occideret et imperaret. Sicque
facto, imperavit annis 6. Et exinde de Constantinopolis imperio tacetur, scilicet ab anno Domini circiter 977.

Tertio anno Karoli, ut legitur in cronicis, Avares**, qui et Huni, longo contra Francones et Alemannos 803.
bello perdomiti sunt, et a solita fortitudine sua potentiaque deficientes, quidquid thesauri per tot secula terrarum orbem Sig. 804.
vincendo sibi congesserant, totum simul cum gloria et fastu sue nobilitatis amittunt. Que omnia Karolo cesserunt cum
Franconibus et Alemannis **.

Quarto anno imperii sui Karolus*** Aquisgrani hyemabat. Estate autem ivit in Saxoniam orientalem, et omnes qui 804.
trans Albiam habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franconiam***, et pagos Transalbanos Abo- Ekk. 804.
dritis dedit.

Quinto anno imperii sui Karolus**** misit filium suum Karolum cum exercitu in Bohemiam. Qui, depopulatis omnibus, 805.
ducem terre illius nomine Lechonem occidit. Indeque regressus ad patrem, in Vesego[c] silva venatui studentem invenit****. Ekk. 805.

Sexto anno imperii sui Karolus, ut dicit Sygibertus, per manum† Pauli dyaconi sui decerpens optima queque 806.
de scriptis catholicorum patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes, per circulum anni in ecclesia legendas, com- Sig. 807.
pilari fecit†. Item de divisione regni sui inter filios suos facienda consilium cum primoribus suis habuit. Item Ekk. 806.
Helynandus: Hoc†† tempore quidam ammireus ab Aaron rege Persarum missus ad excutiendam Liciam, cum venisset Vinc. 25, 10.
Myrream, nisus arcam sancti Nycholai conterere, pro ea contrivit aliam. Et pro temeritate presumpta totam amisit
classem tempestate inevitabili persequente††.

Septimo anno Karoli luna††† ter obscurata est et sol semel, aciesque mire magnitudinis vise sunt in aere. Hely- 807.
nandus: Legatus regis Persarum nomine Abdella detulit imperatori Karolo munera, papylionem et tria* tentoria atrii vario Vinc. 25, 9. 10.
colore, mire magnitudinis et pulchritudinis. Erant enim omnia bissina, tam tentoria quam funes, diversis tincta coloribus, *ita Ekk. 807.
et preterea pallia multa serica pretiosa, et odores aromatum et ungenta et balsamum, et insuper horologium ex auricalco
arte mechanica mirifice compositum; in quo[d] 12 horarum cursus ad clepsedram vertebantur cum totidem ereis pilulis, que
ad completionem horarum decidebant et casu suo subjectum sibi cymbalum tynnire faciebant; additis in eodem ejusdem
numeri equitibus, qui per 12 fenestras completis horis exibant et impulsu egressionis sue totidem fenestras, que prius
erant aperte, claudebant; et alia multa erant in horologio illo. Fuerunt etiam inter munera duo candelabra ex auricalco
mire magnitudinis et proceritatis †††.

Octavo anno Karoli secundum Vincentium sanctus Bartholomeus apostolus translatus est de insula Lyparitana 808.
Beneventum. Sarraceni siquidem predictam insulam depopulantes, sepulchrum apostoli rumpunt et ossa ejus dispergunt. Vinc. 25, 11.
Quibus discedentibus, beatus Bartholomeus apparuit per visum cuidam monacho Greco, qui fuerat custos illius ecclesie,
precipiens, ut ossa sua colligeret. Cui monachus: 'Quare ossa tua colligeremus, vel aliquem tibi honorem impenderemus,

* Hyrene imperatr. — 39. *ap. Corn. p. 437. 2. ann. Carol.* ** Avares qui et — Alemannis *ap. Corn. p. 437. 3. ann. Car., sed falso* sec. Ysuard. *** Karol. Aquisgr. — Franconiam *ap. Corn. p. 437. 4. ann. Car., sed falso* sec. Sigib. **** Karolus misit — invenit *ap. Corn. p. 438. 5. ann. Car.* † per manum — fecit *ap. Corn. p. 438. 6. ann. Car.* †† Hoc temp. quidam — perseq. *ap. Corn. p. 438. 6. ann. Car.* ††† luna ter — proceritatis *ap. Corn. p. 438. 7. ann. Car., sed falso* sec. Ysuard. *et pluribus in brevius contractis.*

[a] Accius *Ekk.* [b] *recepi ex Vinc.;* imperavit 1. 2. [c] Vosego *Ekk.* [d] *deest* 1.

[1] falso; legatur *Vincentius*, qui sequentia ex Sig. a. 802. 810. 811. 813 cet. composuit.

Vinc. l. l. qui permisisti, nos et populum istum sic a paganis deleri?' At ille ait: 'Populus iste per annorum curricula longa meis precibus securus nunc usque constitit, sed multiplicatis peccatis illius, pro eo jam veniam obtinere non potui. Tu surge et fac ut dixi'. Cui monachus: 'Quomodo ossa tua inveniam?'. Cui ille: 'Nocte quere, et que videris resplendere ut ignem, illa tolle, sciens quod sunt ossa mea'. Qui statim commissa complens, recondidit ea diligenter in loculo, et abiit. Cumque pro exquirendis Sarracenis irent illuc Lombardorum navigia, nutu Dei inventum ibi monachum et sancti apostoli corpus tulerunt et abierunt. Supervenientes autem Sarraceni circumdederunt navem illam, in qua sanctum apostoli corpus ducebatur, ita ut spes evadendi non esset. Tunc subito facte sunt densissime tenebre circa naves Sarracenorum, ita ut nescirent quo pergerent. Et sic navis illa liberata est. Exeuntes autem ad terram, deduxerunt sanctum corpus cum ingenti honore Beneventum, et in altario recondiderunt * anno ab incarnatione Domini 808.[a], mensis Octobris die 25.

Ekk. 808. Item hoc anno Godfridus Normannorum rex superbe Karolo minatur. Egkardus: Karolus** imperator audiens Godfridum regem Danorum in Abodritas cum exercitu trajecisse, Karolum filium suum cum valida Francorum et Saxonum manu misit contra eum, si forte Saxonie terminos aggredi temptaret. Ille autem, expugnatis aliquot Sclavorum
Einh. ann. 808. castellis, cum magno copiarum suarum detrimento reversus est. Nam licet Drasconem ducem Abodritarum loco pepulisset, Godelandum, ducem alium, dolo captum, patibulo suspendisset, Abodritarum duas partes sibi vectigales fecisset,
Ekk. l. l. optimos tamen militum suorum et manu promptissimos amisit et filium fratris sui Reynoldum cum plurimis aliis primo-
Einh. l. l. ribus Danorum, qui interfecti sunt. Karolus autem trans Albiam pontem fecit. Et contra Livones[b] et Smeldinghos, auxiliarios Godfridi, cum exercitu transiens, agros eorum circumquaque populabatur. Godfridus emporium in litore occeani, lingua eorum dictum Rorik, destruxit, et inde translatis negotiatoribus ad portum qui Sleswik dicitur, cum exercitu veniens, limitem regni sui, qui Saxoniam respicit, vallo munivit, sic ut ab orientali maris sinu, quem illi Osterland[c] dicunt, usque ad occidentalem occeanum Egydore fluminis aquilonarem ripam munimentum valli pretexerit, una tantum porta dimissa, per quam karre et equites emitti et recipi potuissent**.

809. Nono anno Karoli Lodewicus rex, filius ejus, cum exercitu Hyspaniam ingressus, Dortosam civitatem obsedit.
Ekk. 809. Sed non valens eam capere, dimissa obsidione, in Aquitaniam se recepit. Item perlatum est ad imperatorem, san-
ibid. 804. guinem Domini in Mantua civitate fuisse repertum. Misitque ad papam, ut hujus rei veritatem perquireret. Qui nacta occasione exeundi, primo in Lombardinos, quasi pro dicta inquisitione, progressus est. Indeque subito arrepto itinere, ad imperatorem venit apud Karisiacum villam juxta Remis. Natale Domini secum celebravit. Deinde Aquisgrani papam imperator perduxit. Et post in Saxoniam antiquam, ubi capellam in Berchkerken[d] prope Mindam consecravit. Campanula quedam, quam reliquit, nunc usque videtur ibidem. Capellam etiam sancti Petri in Eresborge, quod nunc Mersbergh dicitur, consecravit. Ubi et hoc privilegium[1] reliquit: *Leo episcopus servus servorum Dei Karolo magno imperatori Romanorum augusto. Pie tue intentioni per omnia congaudentes, quod jubes annuere non tardamus. Igitur hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtulisti et per nos beato Petro consecrasti, liberum ab omni potestate humana esse et fratrum inibi ad servitium Cristi adunatorum ditioni tantummodo parere censemus. Qui ne aliquid in hoc impedimenti patiantur, neve regni invasoribus aliqua rebellandi fidutia preparetur, sub anathemate sancti Petri auctoritate interdicimus: ne quis umquam bellica in ipso monte presidia collocare, aut per te collata predia, aut decimas circa montem per duas Saxonicas rastas, quas illuc delegasti, audeat diripere. Hec conservantibus sit pax a Deo patre, infringentibus excommunicatio et a beatorum collegio separatio sit in eternum. Data Eresburg per manus Johannis bibliothecarii et cancellarii ecclesie Romane, octavo[e] Kal. Januarii anno Domini Leonis IV.[f] 14.[g], indictione 7., die dedicationis capelle in Eresburg.* Exhinc impe-

* s. Bartholom. apost. — recondid. *ap. Corn. p. 438. 439. 8. ann. Car., sed falso* sec. Sigib.
** Karolus imp. audiens — potuissent *ap. Corn. p. 439. 8. ann. Car.*

[a] 809. *Vinc.* [b] *ita* 1. 2. Linones *Einh.* [c] *ita* 1. 2. Ostarsalt *Einh.* [d] ken *e corr.* 1. [e] anno 1. 2. *Corn.;* octavo *margini adscriptum est in* 2. *Fuerstenberg habet* nono, *et quidem recte.* [f] tertii *Fuerst.* [g] 4. *Fuerst.*

[1] Cf. dicta in praefat. Ecclesia aedificata est a. 785 (cf. Ann. Lauresham. ad h. a.). Leonem papam eam consecrasse, nemo quod sciam praeter Widukind. lib. II, 11 et Nostrum tradit. Urbs hodie audit Stadtberge, rarius Marsberg.

rator Leonem papam donatum magnis muneribus, per Bayoariam ire volentem, deduci fecit usque Ravennam. Et ipse Einh. ann. 804.
Aquisgrani pergebat *.

Decimo anno imperii sui Karolus ** Aquisgrani adhuc agebat, ubi expeditionem contra Godfridum regem Danorum 810.
et Normannorum meditans, nuntium accepit, classem ducentarum navium de Normannia Fresiam appulisse totasque Ekk. 810.
Fresiaco litori adjacentes insulas vastasse, jamque exercitum illum in continenti terra esse. Qui, congregatis quanta
celeritate potuit copiis, e regione contendit ad Alaram fluvium, castrisque juxta confluentem ejus, quo Wisere Einh. ann. 810.
flumini conjungitur, positis, ibidem Godfridum prestolatur. Veniunt igitur ad Karolum nuntii dicentes, classem Ekk. l. l.
predictam regressam, Godfridum regem a suis interfectum, Pypinum filium ejus regem Ytalie 8. Idus Julii defunctum esse.
Quibus auditis, disposita pro temporis conditione Saxonia, domum revertitur Aquisgrani **. Item Ruthrium[a], filia Ekk. 810.
imperatoris major natu, obiit 8. Idus Junii. Item fuit hoc anno Bononie[1] incredibilis et generalis pestilentia. cf. Herim. 810.

Undecimo anno imperii sui Karolus ***, pace cum Hemigho rege Danorum, successore Godfridi, facta et firmata, 811.
et placito generali Aquisgrani habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Lyvones[b], Ekk. 811.
qui et ipsos vastavit et castellum Hochburi, alia litera Hamborch, nuper a Wilzis destructum, restauravit, alterum
in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum finiendas, tertium in Britones ad perfidiam eorum puniendam. Qui
omnes prospere egerunt ***.

Duodecimo anno Karoli[2] episcopus Basilee, ab imperatore Constantinopolim missus, odopericum[c] suum, i. e. 812.
itinerarium, scripsit. Item angelo monente Karolus imperator corpus sancti Salvii episcopi Ambianensis et Herim. 811. Vinc. 25, 24.
martiris quesivit et invenit et venerabiliter in ecclesia sancti Martini collocavit apud Valentianas.

Tertiodecimo anno Karoli pons † Reni apud Moguncíacum, quem Karolus ipse per 10 annos ingenti labore et opere 813.
mirabili de lignis ita construxit, ut perhenniter durare posse videretur, in mense Mayo ita tribus horis fortuito incendio Ekk. 813.
conflagravit, ut preter hoc quod aqua tegebatur ne una quidem hastula remaneret. Item Karolus imperator, Aquis-
grani habito generali concilio mense Novembri, filium suum Lodewicum regem Aquitanie ad se vocavit, eique coronam
imponens imperialem, nominis sui consortem fecit. Bernardum vero nepotem suum, filium Pipini filii sui, Ytalie prefecit
et regem appellari jussit †. Item de †† processione Spiritus sancti, quam questionem quidam monachus de Jerusalem Einh. ann. 809.
Johannes primo movit, misit Romam ad Leonem papam Bernardum episcopum Wormatiensem et Adelhadum[d] abbatem
Corbeyensem, causa questionis istius diffiniende. Agitatum etiam est in eodem Aquensi concilio de statu ecclesiarum et
conversatione clericorum. Nec tamen aliquid diffinitum est propter rerum, ut videbatur, magnitudinem. Concilia quoque Ekk. l. l.
jussu ejus super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt. Quorum unum Moguntie,
alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabilone, quintum Arelati habitum est ††.

Quartodecimo anno imperii sui Karolus †††, dum domi Aquisgrani hyemaret, febre et pleuresi, i. e. lateris dolore, 814.
tactus, 5. Kal. Februarii rebus excessit humanis, anno etatis sue circiter 71., regni sui 47., subacte vero Ytalie 42., ex Ekk. 814.
quo vero imperator et augustus appellatus est anno 14., die 7. ex quo decubuit, indictione 7., hora diei 3. Cujus rei ibid. p. 165. ibid. 814.
nuntium cum Lodewicus filius ejus in Aquitania accepisset, 30. postquam id acciderat die Aquisgrani venit, summoque
omnium principum consensu ac favore patri successit. Et ad suscepti regni administrationem cura conversa, primo
legationes, que ad patrem venerant, auditas absolvit. Habito autem Aquisgrani generali conventu, ad justitias faciendas
legatos in omnes regni partes misit. Duos ex filiis suis, Lotharium Bayoarie, Pipinum prefecit Aquitanie †††. Turpinus Turp. c. 32.
archiepiscopus Remensis in hystoria Karoli c. 33. dicit sic: Cum ego Turpinus apud Viennam in ecclesia
ante altare precibus insisterem, raptus in extasi, psalmumque 'Deus in adjutorium meum intende' decantarem, tetrorum
spirituum agmina innumerabilia coram me Lotharingiam tendunt. Omnibus me pertranseuntibus, unum Ethyopi similem,
retro lento gradu alios sequentem, alloquebar dicens: 'Quo tenditis?' 'Aquisgrani, inquit, ad Karoli mortem, ut ejus spiri-
tum ad tartara rapiamus'. Cui ego: 'Adjuro te per nomen domini nostri Jhesu Cristi, ut peracto itinere ad me redeatis'.

* Lodewicus rex, fil. ejus — pergebat *ap. Corn. p. 439. 9. ann. Car., sed falso* sec. Vincent. ** Karol. Aquisgrani adhuc — Aquisgrani *ap. Corn. p. 440. 10. ann. Carol., sed falso* secund. Vinc. *** Karolus pace cum — egerunt *ap. Corn. p. 440. 11, ann. Carol.* † pons Reni — jussit *ap. Corn. p. 441. 13. ann. Caroli, sed verba* Kar. imp. Aquisgr. hab. — jussit *falso adscribit Vincentio.* †† de processione spiritus — est *ap. Corn. p. 442. 14. ann. Car., sed falso* sec. Vinc. ††† Karolus dum domi — Aquitanie *ap. Corn. p. 443. 14. ann. Car., sed falso* secund. Sigib. *et in brevius redactum.*

[a] ruothdruth *Ekk.* [b] *ita* 1. 2. [c] adopericum 1. 2. [d] Adalhardum *Ekk.*

[1] Miro modo Herimanni locum mutavit. De boum pestilentia ille loquitur. [2] *Heito abbas Augiae et* add. Herimannus Aug.

Turp. 1. Illi modicum morati, mox redeunt eodem ordine quo iverant. Et dixi eidem, cui prius: 'Quid egistis?' Et demon: 'Galetianus[a] ille sine capite, i. e. sanctus Jacobus, tot ac tantos lapides ac innumerabilia ligna basilicarum suarum in statera suspendit, quod istius bona magis appenderunt quam mala, et ideo animam ejus obtinuit'. Quibus dictis, demon evanuit. Ego vero statim agnovi, Karolum ex hac luce migrasse, et subsidiis beati Jacobi in paradysum subvectum. Solem et lunam septem dierum spatio atro colore ante mortem ejus contigit immutari. Nomen ejus, i. e. Karolus princeps, in Aquensis ecclesie pariete scriptum, ante mortem ejus omnino deletum est. Porticus, que inter basilicam et regiam erat, die ascensionis Domini funditus per semetipsam cecidit. Pons super Renum apud Moguntiam, modo qui dictus est, cecidit. Cumque ipse de loco ad locum quadam die pergeret, subito dies efficitur atra, et flamma a dextra[b] incipiens, versus levam ante oculos ejus velociter pertransiit. Qui attonitus de equo cecidit et manibus accurrentium de terra levatur. Nunc igitur esse participem in corona martirum credimus, cum quibus eum laborasse et sustinuisse scimus. Quo datur intelligi, quod qui ecclesias edificat, regnum Dei sibi preparat, a demonibus ut Karolus eripitur, et in celo
Vinc. 25, 25. per sanctos, quorum ecclesias edificat, collocatur. Hec Turpinus. Ex cronicis: Sepultus est igitur Aquisgrani formosissima toto Romanorum orbe capella honorificentissime Karolus. Super cujus tumulum exstructus est arcus deauratus. Interfuerunt autem ibi Leo papa cum principibus Romanis, archiepiscopi et episcopi multi, duces etiam et comites et abbates aliique innumeri, corpus defuncti vestibus imperialibus quasi festive induentes, auream capiti coronam imposuerunt. Deinde super auream cathedram quasi judicem viventem sedere fecerunt, ac super ejus genua textum quatuor ewangeliorum aureis litteris scriptum collocaverunt, ita quod manu dextra textum, sinistra vero sceptrum tenebat aureum. Cathenulam quoque auream dyademati conjunxerunt et cathedre, super quam sedebat, ne caput defuncti decideret, affixerunt. Sed et scutum aureum, quod ei Romani fecerant, ante faciem ejus statuerunt, et arcum lapideum, in quo sepultus erat, pretiosis replentes aromatibus, monumentum[c] strennue sigillantes clauserunt. Igitur predictis in summa recollectis, beatus Karolus rex et imperator invictissimus ecclesiam Cristi fere[d] totam factis inclitis et insignibus virtutibusque letabunde memorandis ubique terrarum exornavit. Romanis mundi dominatoribus et imperii per tantum sanguinem suum fundatoribus et legitimis rectoribus per Constantinum primum deturpatis, hic imperium reparavit, papatum et omnem cleri statum, ad solum usque miserabiliter per Lombardos humiliatum, magnifice reformavit, Ytaliam a tyrannide Lombardorum mirifice liberavit, Hyspaniam a Sarracenis bellis et victoriis multis expurgavit, Saxoniam et antiquam et orientalem regi Cristoque subdidit, et episcopatus 10 in ea fundavit[1], primum Osnaburgensem, secundum in Osterwych, post Mindensem, Premensem, Herstallensem, Verdensem (secundum alios tamen sedes hec prius fuit in Bardewic; vide tempora Frederici I.), Schyderensem, Mimigavordensem, Aulicam[2] et Hamburgensem. Quorum secundus nunc Halberstadensis dicitur, quintus Podelburnensis, septimus primo in Vallersleve, post in Vrose, tandem in Megeborch[e] translatus, Partinopolitanus nominatus, octavus Monasteriensis, et nonus Hyltineshemensis, decimus vero tandem Premensi conjunctus est, et archiepiscopatus factus, Premensis appellatur. Episcopatum autem Trajectum jam dudum fundaverat Pypinus brevis, Karoli proavus*. Retrospicias ad annum Justiniani II. primo regnantis 8. Karolus enim Magnus fuit filius Pipini regis, filii Karoli Marcelli, filii Pypini brevis. Item Gal-

* Turpinus arch. Rem. in hyst. Kar. — proavus *ap. Corn. p. 443. 444. 14. ann. Car., sed quibusdam omissis, aliis in brevius contractis. Quae* ex chronicis Francorum *sumpta dicit, ap. Vincentium leguntur.*

[a] Gallicianus *Turp.* [b] dextris 1. 2. [c] monimentum 2. [d] vere *post superscripta littera* f 1. [e] megeborch *ex corr. manus* 1** meideborch 1.

[1] Quae hic de episcopatuum fundatione diversorum dicta sunt, eadem refert secundum Nostrum Chron. Mindense ap. Meibom., ex quo transtulit Sagittarius in histor. duc. Magdeburg. in Boysen, histor. Magazin, Heft 1, p. 68. Verum quia apud antiquiores hac de re nihil certi definitur, de hac toties repetita translatione merito jureque dubitamus. Idem narratur in 'De fundatione quarundam Germaniae ecclesiarum' ap. Mader, antiq. Brunsvic. p. 159. Leibnit. rer. Brunsv. Tom. I, p. 260.
[2] Elze.

liam* totam moribus, ecclesiasticis disciplinis iterum et iterum melioravit et regali sui presidentia decoravit. Syciliam, Apuliam, Pannonias, Bayoariam, Lyvones, Sclavos, Danos, Normannos, Britannos et ceteros alios, tyrannides in eis exterminans, in pacem et cultum Cristi renovavit. Theutoniam patriam suam[a] et in ea singulariter Aquisgrani privilegiis multis et dignitatibus sublimavit. Urbem enim Aquisgrani vel a principio fundavit, vel eam annichilatam[b] reparavit, palatium et recursum suum regularem et de toto imperio singularem in ea faciens, ad eam semper post labores belli repatriavit. Basilicam virginis benedicte toto Romanorum orbe pulcherrimam in ea cum devotione summa fabricavit. Quam per beatum papam Leonem dedicavit, et in ea sacrosanctas reliquias, quas, terra sancta a se victa et a Sarracenis recepta, de Constantinopoli et Jerusalem attulerat 17. anno Constantini VII., toti mundo frequentandas ibidem et fideliter visitandas, venerabiliter et cum devotione multa collocavit. Ad quod etiam indulgentias papales multas ordinavit*. Urbem etiam ipsam Aquisgrani privilegiis et dignitatibus plurimis insignivit et ampliavit. De quo Fridericus primus imperator dicit sic[1]: *Fridericus Romanorum imperator semper augustus ad perpetuam rei memoriam. Ex quo divina primitus ordinante clementia imperii* cf. a. 1164. *Romani fastigia gubernanda suscepimus, semper desideravimus, ut divos reges et imperatores, predecessores nostros, precipueque maximum et gloriosum imperatorem Karolum in forma vivendi et subditos regendi sequeremur et pre oculis semper haberemus, ad cujus imitationem jus ecclesiarum, statum reipublice incolumem et legum integritatem per totum imperium nostrum servaremus. Karolus enim ipse tota cordis intentione ad eterne vite premia anhelans, ad dilatandam gloriam cristiani nominis et cultum divine religionis propagandum quot episcopatus constituerit, quot abbatias, quot ecclesias a fundamentis erexerit, quantis prediis ac beneficiis illas ditaverit, quantarum largitate elemosinarum non solum in cismarinis, sed etiam in transmarinis partibus resplenduerit, ipsa ejus opera et gestorum volumina quam plurima et maxima fide oculata plenius declarant. In fide quoque Cristi dilatanda barbariceque gentis conversione verus fuit apostolus et athleta fortis, verbo gladioque eas fidei jugo subiciendo. Licet etiam animam ipsius gladius non pertransierit, cottidiane tamen passiones, tribulationes et certamina pro convertendis incredulis ei martirii palmam attulerunt. Nunc vero sanctissimum confessorem veneramur in terris, quem in sancta conversatione vixisse, in vera penitentia et confessione pura migrasse ad Deum, gloriose coronatum non dubitamus in celis. Inde est, quod nos factis et meritis ejus confidenter animati et Henrici illustris regis Anglorum petitionibus sedulis inducti, assensu quoque et auctoritate domini Paschalis pape, et consilio principum nostrorum universorum, tam secularium quam ecclesiasticorum, pro exaltatione et canonizatione sanctissimi corporis ejus sollempnem curiam in natali Domini apud Aquisgrani celebravimus, et ipsum corpus ejus sanctissimum, ad laudem et gloriam nominis Cristi et ad corroborationem imperii Romani et salutem dilecte consortis nostre Beatrices imperatricis et filiorum nostrorum Friderici et Henrici, cum magna frequentia principum et copiosa multitudine cleri et populi, in ymnis et canticis spiritualibus cum timore et reverentia levavimus et exaltavimus 4. Kal. Januarii[2]. Quibus peractis, fratres Aquensis ecclesie privilegium sancti Karoli de fundatione et dedi-*

* Galliam totam moribus — ordinavit *ap. Corn. p. 444. 445. 14. ann. Caroli.*

a *repetitum in* 1. b annichilatum 1.

1 Exstat quoque hoc diploma in Petri de Beeckii Aquisgranum s. histor. narratio de Aquens. civitat. origine ac progressu. Aquisgr. 1620. p. 344 sqq. Cf. dicta in praefat. nostra. 2 D. 29. Decbr. a. 1165. Continuatio Aquicinct. Sigiberti ut Henricus noster false a. 1164. exhibent. Ann. Aquens., Quix, cod. diplom. Aq. Tom. I, p. 71. Godefrid. Monmut. ad a. 1166. al. habent annum justum 1166, qui nostro computo d. 25. Decbr. 1165. inceperit.

*catione ipsius ecclesie et de legibus et juribus civilibus urbis Aquensis in medium coram nobis produxerunt. Quod ne vetustas aboleret*[a], *vel per oblivionem deperiret, nostra imperiali auctoritate renovamus. Cujus privilegii tenor talis est:*

*'Ego Karolus, qui Deo favente curam regni gero et imperator Romanorum existo, consilio principum regni nostri, episcoporum, ducum, marchionum ac comitum, discussi, prout justius et melius cunctis videbatur, primum de lege sanctarum ecclesiarum, de reddendis justitiis episcoporum, de vita et jure presbiterorum et clericorum. Et hec omnia firmavi et auxi, nichil minuens ex eo, quod bonum et utile videbatur. Deinde leges Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum distinxi, auctoritate regia et imperatoria stabilivi. Nunc patres, fratres et amici, fautores et coadjutores glorie regni nostri, de statutis patris, mei Pipini, que renovari petistis, nichil minui, sed in melius ampliavi, omnium vestrum consiliis acquiescens, et in medio vestrum quasi unus de querentibus et petentibus equitatem existens, nulli legitime petitioni contradixi. Cum ergo decreti vestri petitionumque voluntarius exstiterim, queso, quod et petitionis et intentionis vos non solum auditores, sed et benivoli factores fieri velitis. Nostis, qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, egressus solito more causa venandi, et perplexione silvarum erroreque viarum a sociis sequestratus veni. Termas calidorum fontium inibi palatiaque reperi, que quondam Granus, unus de Romanis principibus, frater Neronis et Agrippe, a principio construxerat. Sed longa vetustate deserta ac demolita, frutectis quoque et vepribus occupata renovavi, pede equi nostri, in quo sedi, inter saltus rivis aquarum calidarum perceptis et repertis. Sed et ibidem monasterium sancte Marie matris domini nostri Jhesu Christi omni labore et sumptu quo potui edificavi, tale quod nullum sibi queat equiparari. Pignora quoque sanctorum apostolorum, martirum, confessorum ac virginum a diversis terris et regnis et precipue Grecorum collegi, que huic sancto intuli loco, ut eorum suffragiis regnum firmetur, peccatorum indulgentia condonetur. Preterea a domino Leone Romano pontifice hujus templi consecrationem et dedicationem fieri impetravi pre nimia devotione, quam erga idem opus habui, et reliquiis studio meo reconditis ibidem. Accivi etiam ad consecrationem hujus templi simul cum papa Leone Romanos cardinales, episcopos Italie quoque quam plures et Gallie, abbatesque et clerum multum. Acciti sunt nichilominus et multi principes Romani, duces, marchiones, comites principesque regni nostri, tam Ytalie quam Saxonie, tam Bajoarie quam Alemannie, et utriusque Francie, tam orientalis quam occidentalis, in omnibus voto et desiderio meo obsequentes. Illic vero domino apostolico et omnibus nobilibus congregatis, obtinui ab omnibus, quod in templo eodem regia sedes locaretur, et locus regalis et caput Gallie trans Alpes haberetur, ac in ipsa sede reges successores regni nuntiarentur, et sic nuntiati jure dehinc imperatoriam mayestatem Rome sine ulla interdictione planius assequerentur. Confirmatum et sanxitum est hoc a domino papa Leone, et a me Karolo Romanorum imperatore et primo templi et loci vel urbis istius auctore. Igitur petitio mea apud vos obtineat, quatenus non solum clerici et laici, hujus loci indigene, sed et omnes incole et advene, hunc inhabitare volentes, presentes et futuri, sub tuta et libera lege ab omni servili conditione vitam agant. Et omnes pariter ex avis et attavis ad hanc sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, a nullo successore nostro unquam de manu regis alicui persone nobili vel ignobili in beneficio tradantur.*

*Acquieverunt universi imperatoris voto, quod et episcoporum et abbatum omnium banno roboratum est. Letetur igitur et exultet ineffabili gaudio urbs Aquisgrani, venerabilis clerus cum devotissimo populo, quod in dyademate regni aliis locis omnibus hinc inde distinctis in capite*

[a] oboleret 1.

*positum est, et prelucidarum gemmarum splendore choruscat, et tam singulari patrono, videlicet beato Karolo, gaudet. Est etenim dextre Excelsi hec mutatio, quod pro Grano, fratre Neronis, fundatorem habet sanctissimum Karolum, pro scelesto*[a] *et pagano imperatorem catholicum, cujus nos, quantum propitia divinitas concesserit, pietatis vestigiis inherentes, venerabilem clerum Aquensem cum ecclesia virginis gloriose et omnibus prediis ejus, necnon ipsam civitatem Aquisgrani, que capud et sedes regni Theutonici est, una cum omnibus civibus ejus, tam minoribus quam majoribus, sub nostram imperialem tuitionem suscipimus, et omnem libertatem et justitiam, quam sanctissimus Karolus ejusque successores eisdem dederunt, ipsis*[b] *firmamus, statuentes et pro lege perpetuo valitura confirmantes, ut omnes cives nostri Aquenses per omne Romanum imperium negotiationes suas ab omni thelonei, pedagii, vectigalis*[c] *exactione liberi absque omni impedimento libere exerceant. Et, sicut sanctissimus Karolus imperator constituit, indigenas hujus sacre civitatis et libere nemo de servili conditione impetat, nemo libertate privare presumat; insuper omnes ad hanc sedem pertinentes nullum*[d] *regem vel imperatorem, ubicumque morentur, alicui persone in feodum concedendi habere potestatem. Super quorum robore presentem paginam conscribi et aurea bulla signique nostri karactere signari jussimus. Datum Aquisgrani, anno dominice incarnationis 1164.*[e]*, indictione 14., sexto Idus Januarii, regnante domino Friderico I. Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus 14., imperii vero 11.*

Attendendum etiam hic, quod de Hammenburgensi archiepiscopatu, quem supra capitulo 69. anno Constantini VII. 17. dixi secundum quosdam per Karolum Magnum esse fundatum, Helmoldus* presbiter in historia Sclavorum scribit expressius et distinctius, dicens capitulo 3. sic: Fertur Karolus Magnus Hammenburg, civitatem Nordalbinghorum, constructa ibi ecclesia, Geridano[f] cuidam sancto viro, quem loci episcopum designavit, regendam commisisse, proponens eandem Hammenburgensem ecclesiam cunctis Sclavorum Danorumque gentibus metropolim statuere. In qua re ad perfectum ducenda et mors Geridagi[g] presbiteri et occupatio bellorum Karolum imperatorem, ne desiderata compleret, prepedivit. Ibidem c. 4.: Lodewicus Pius patri suo Karolo Magno succedens in imperio, cum super Hammenburg patris sui comperit votum, communicato[h] statim sapientum consilio, sanctissimum virum Anscarium, quem etiam aliquando ad Danos et Suedos predicatorem direxerat, Hammenburgensis ecclesie ordinari fecit archiepiscopum, statuens eandem civitatem metropolim universis borealibus populis, ut legatio verbi Dei exinde uberius pullularet in omnes barbaras nationes*. Quod et factum est. Nam pontificum illius ecclesie instantia verbum Dei disseminatum est in omnes Sclavorum, Danorum, Suedorum et Nordmannorum populos, et dissolutum est gelidum illud frigus aquilonis a calore verbi Dei. Ibidem capitulo 5.: Postea Dani viribus et armis prepotentes primo quidem Sclavos itemque Fresones tributis subiciunt. Dehinc classe pyratica per Renum subvecti, Coloniam obsederunt, per Albiam Hammenburg funditus exciderunt, civitatem et recentem ecclesie structuram succendentes. Quin et Nordalbinghorum provincia et quidquid flumini contiguum erat direptionibus cessit barbarorum. Igitur mortuo Lodewico Pio, filius ejus Lodewicus rex Germanie, glorioso genitori suo nomine et pietate per omnia similis, defectum Hammenburgensis ecclesie taliter resarcire studuit, ut Bremensis sedes, que tunc mortuo pastore vacabat, Hammenburgensi ecclesie adiceretur, essentque de cetero non due parrochie, sed una. Quod annuente papa digestum est, et recepit sanctus Anscarius ecclesiam utramque nunc unam regendam, factumque est unum ovile et unus pastor. Anscarius igitur pontifex in Daniam predicando progressus, regis Danorum gratiam tantam consecutus est, ut in Scleswych et in Ripa statueret episcopatus[i]. Post hec in Suediam profectus navigio, pervenit Bircam, principalem Suedie civitatem, obtinuitque apud regem, ut volentibus cristianitatis titulum assumere facultas libera pateret. Item c. 8.: Quo etiam post archiepiscopus Hammenburgensis sextus Unni, qui Remwardo successerat in cathedram, Deo duce pervenit. Quo tamen[k] post obitum sancti Anscarii nemo doctorum ausus est venire annis 70, preter solum archiepiscopum Reynbertum. Est autem Birca Helm. I, 3. sqq.

* Helmoldus presbiter — nationes *ap. Corn. p. 445. 14. ann. Caroli, paucis mutatis.*

[a] scelesti 2. *Sequentia desunt folio exciso inscrtum erat atque etiam in dipl. legitur, atramento deletum est.* [b] et *add.* 2, *sed detersum est.* [c] curadie *quod hic in* 2. [d] ullum 2. [e] 1166. *dipl. ap. Beeck.* [f] Heridago *Helm.* [g] Heridagi *Helm.* [h] convocato *Corn.* [i] ecclesia *Helm.* [k] Cum tamen eo 2.

Helm. l. 1. opidum Gothorum celeberrimum, in medio Suedie positum, quod tractus quidam Baltici maris alluit, reddens portum
optabilem, quo omnes Danorum, Norweorum, itemque Sclavorum ac Semborum naves aliique Sithie populi pro commerciis
ibid. c. 5. diversis solempniter solent convenire. Item c. 5.: A tempore igitur predicationis sancti Anscarii jactum semen verbi
Dei in populis Danorum atque Suedonum eo usque convaluit, quod titulus cristianitatis inibi, etsi persecutionum procellis
ibid. c. 47. impellentibus aliquando titubaverit, numquam tamen penitus exciderit. Item c. 42.: Provincie quoque Nordalbinghorum,
in qua Hammenburg constructa est, tres sunt populi: Sturmari, Thetmari et Holtzati, nec habitu nec lingua multum
discrepantes, jura Saxonum nomenque cristianum tenentes, nisi quod propter barbarorum vicinia, furtis et latrociniis
operam dare consueverunt. Hospitalitatem multum sectantur. Nam furari et largiri apud Holtzatos ostentatio est. Qui
vero predari nesciat, ebes et inglorius est. Morem autem Holtzati participare videntur ex gentis Sclavice
ibid. c. 82. vicinitate. Item c. 83.: Quia nulla gens honestior Sclavis in hospitalitatis gratia. In colligendis enim hospitibus
omnes quasi ex sententia alacres sunt, ut nec hospitium quemquam postulare necesse sit. Quidquid[a] enim in agricultura,
piscatione seu venatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo fortiorem quemquam quo profusiorem jactitantes.
Cujus ostentationis affectatio multos eorum ad furta vel latrocinia propellit. Que utique vitia apud eos quidem venialia
sunt. Excusantur enim hospitalitatis palliatione. Sclavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris, crastino
hospitibus disperties. Si quis enim, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit, hujus domum
vel facultates incendio consumere licitum est. Atque in id omnium vota pariter conspirant, illum inglorium, illum vilem
et ab omnibus exiliandum dicentes, qui hospiti panem negare non timuisset. Hec ex historia Sclavorum cum
digressione quadam dicta sint.

## *Capitulum 71.*

Ekk. 815. et Lodewicus I. cognomento Pius imperator, Karoli Magni filius, Romanorum a Julio 75. et Francorum
Herim. 814. 24., cum Lothario filio suo primogenito post patris obitum Romanum optinens imperium, cepit
anno Mundi 4777., Urbis 1566., Domini 815., imperii Theutonicorum 15., et annis 26 imperavit. Hugo* Flo-
Vinc. 25, 26. riacensis dicit: Cepit anno Domini 814. et imperavit annis fere 25. Quod verum est, si accipiatur cepisse regnare
anno eodem, quo pater ejus mortuus est. Tunc autem imperare cepisse deprehendi in quodam
privilegio per ipsum dato, quod vidi copiatum. Idem Hugo: Fuit autem iste Lodewicus nature clemen-
tissime. Unde cum juxta morum suorum lenitatem rempublicam disposuit, tulit finem multis adversitatibus plenum, tam
a liberis quam a proceribus crudeliter impugnatus. Fuit etiam in preceptis Domini exequendis ferventissimus et legis
sancte strenuissimus propagator. Clericis formam vivendi regulariter ordinavit. Item balteos, gemmeos et aureos et
exquisitas vestes, et alia ornamenta secularia Lodewico jubente episcopi et clerici deposuerunt. Item legibus secularibus
pernecessaria capitula quedam adjecit. Ex Ermegarde uxore sua prima tres filios genuit, scilicet Lotharium, Pypinum et
Lodewicum, et ex Judith uxore sua secunda genuit Karolum Calvum regem Francorum. Lothario commisit Ytaliam,
Pypino Aquitaniam, Lodewico Bayoariam et Germaniam*.

815. Primo anno Lodewici legati*** Michaelis imperatoris Constantinopolitani tulerunt imperatori Lodewico inter cetera
Sig. 824. munera libros sancti Dyonisii. Qui cum magno gaudio sunt recepti**. Item Rabanus*** monachus, abbas Fuldensis
Mart.P.c.74imp. et post archiepiscopus Moguntinus, poeta magnus et sophista et theologus insignis, claruit. Sigibertus: Rabanus,
cf. Vinc. 25, 28. sophista et sui temporis poetarum nulli secundus, primo monachus, post abbas Fuldensis, post archiepiscopus Moguncie
Sig. 824. 848. factus est. Vincentius: Hic librum de laude sancte crucis, partim metricum partim prosaycum, figurarum
Vinc. 25, 28. varietate distinctum, difficili ac mirando poemate composuit***, et Sergio pape sancto Petro offerendum misit. Scripsit
igitur, ut dictum est, de laude crucis l. 2, de institutione clericorum l. 1, super Genesim l. 4., super Exodum l. 4,
super Numeri l. 1, super Regum l. 4, super Paralipomena l. 4, super Judith l. 7, super Hester l. 1, super Sapientie
l. 3, super Ecclesiasticis l. 10, super Jeremiam libros aliquot, super Machabeorum l. 3, super Matheum l. 8, super
Ekk. 815. Actus apostolorum l. 1. Scripsit etiam preter hec de natura rerum et alia plura. Item hoc anno allatum est impe-
ratori, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam conspirasse, hocque pontifici indicato, omnes

* Hugo Floriac. — German. *ap. Corn. p. 445.* ** legati — recepti *ap. Corn. p. 446. 1. ann. Lodow., sed falso* sec. Hugonem. *** Raban. monach. — composuit *ap. Corn. p. 446. 1. ann. Lodow., sed aliquot verbis mutatis et transpositis.*

[a] Quitquit 2.

illos interfectionis auctores jussu illius trucidatos fuisse. Quod moleste ferens, misit Bernhardum nepotem suum, regem Ytalie, Romam ad hoc investigandum. Qui veniens eo decubuit, et ideo per Heroldum comitem, qui Bernardo ad hoc socius datus fuerat, Lodewico remandatur quod invenerant. Quem legati pontificis subsecuti, de hiis que domino suo obiciebantur, regi Lodewico per omnia satisfecerunt.

Secundo anno suo Lodewicus * Pius ex eo, quod reliquie sancte Dei genitricis de Hilti- 816.
neshem asportari non poterant in Aulicam [1], transtulit episcopatum de Aulica in honore sancti Petri fundatum, et in Hiltineshem in honorem beate Marie virginis fundavit, et Guntharium primum episcopum posuit *. Qui in cimiterio montis cappellam edificavit, in qua et sepultus est [2].
Item Leo papa anno pontificatus sui 22. 8. Kal. Junii a corpore migravit. Ekk. 816.

Tertio anno Lodewici Stephanus IV. [3], natione Romanus, ex patre Julio, papa 84., sedit 7 mensibus, et vacavit 817.
episcopatus diebus 18. Iste, post consecrationem suam non duobus mensibus exactis, quam maximis potuit itineribus, Mart. Pol.
ad imperatorem Lodewicum venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione imperatori c. 102. pont.
suggererent. Quod ille audiens, Remis eis occurrit, et papam honorifice recepit. Pontifex vero statim adventus sui Ekk. 816.
causam insinuans, celebratis deinde missarum solempniis, cum diadematis impositione coronavit Romanorumque impera- Vinc. 25, 26.
torem pronuntiavit. Hic ** papa sic per Franciam transiens, captivos multos redemit et propriis sedibus restituit. Tertio Ekk. 817.
autem mense postquam Romam redierat nondum exacto, obiit 8. Kal. Februarii **. Lodewicus *** autem Aquisgrani generale sanctumque [a] concilium convocans, multa perperam gesta per regnum correxit, et inter alia bona que ordinavit quandam institutionis formulam ex canonica auctoritate et sanctorum patrum dictis, quasi ex diversis pratis amenis varios flosculos carperet, studiose fecit excerpi et in unum breviter satisque congruenter congessit [4]. Hancque institutionis formam canonicis tradidit quasi vivendi normam et regulam observandam ***. In hoc etiam conventu Lodewicus filium suum primo- ibid.
genitum Lotharium imperii sui socium sibi constituit, Pypinum autem filium suum fecit regem Aquitanie, et Lodewicum filium suum regem Germanie. Et nota, quod ista pater quidem ordinavit, sed post mortem ejus filii id ipsum gladiis eodem tenore concluserunt. Vide inferius annum Lotharii primum.

Quarto anno Lodewici [b] Paschalis I., natione Romanus, papa 85., sedit annis 7, diebus 17 secundum Mar- 818.
tinum, secundum alios annis 9. Ex gestis pontificum Romanorum: annis 7, mensibus 5, diebus 13. Et cessavit c. 103. pont.
episcopatus diebus 18. Iste electus in papam, post completam sollempniter ordinationem suam munera et excusa- Ekk. 817.
toriam epistolam imperatori misit, sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem inpactum Ps.-Liutpr.
asseverans. Item Bernardus rex † Ytalie, nepos Lodewici, tyrannidem meditatur, Lodewico rebellans, et jam omnes Ekk. 817.
introitus Ytalie, quos clausas dicunt, impositis presidiis firmasse nuntiatur, et omnes Ytalie civitates in ejus verba jurasse. Quod partim verum fuit, partim falsum. Ad quos motus comprimendos imperatore celeriter cum exercitu magno veniente, Bernardus rebus suis diffidens, armis depositis apud Cabilonem, imperatori se tradidit †.

Quinto anno imperii sui Lodewicus imperator, detecta †† fraude conjurationis, et seditiosis omnibus in suam po- 819.
testatem redactis, in domum suam Aquisgrani revertitur, et jejunio quadragesimali transacto, paucis post pascha diebus Ekk. 818.
conjurationis auctores simul cum rege capitali sententia dampnatos, tandem luminibus jussit orbari. Bernardus autem rex cecatus non multo post obiit. Item Ermingardis regina, uxor Lodewici imperatoris, 5. Nonas Octobris obiit. Que pepererat imperatori Lotharium, Pipinum et Lodewicum ††.

Sexto anno imperii sui Lodewicus cenobium nobilium puellarum in Hervorde, sibi per Wald- 820.
gerum comitem Hervordensem commendatum, manumisit et in defensionem suscepit. Ex gestis
beati Waldgeri: Wynfridus, qui et Bonifacius, natione Brito, revelante Spiritu sancto divine legationis spermologon [c] G. Waldg.
concessu beatissimi pape Zacharie partes Galliarum, Suevorum, Francorum, Hessonum quoque et Thuringhorum visitavit.

* Lodew. Pius ex eo posuit *ap. Corner. p. 446. 2. ann. Lodow., sed falso* sec. Sigib. ** hic papa sic — Febr. *ap. Corn. p. 443. 14. ann. Carol. Steph.* *** Lodewicus autem — observandam *ap. Corn. p. 446. 3. ann. Lodow.* † Bernardus rex — tradidit *ap. Corn. p. 447. 4. ann. Lodow.* †† detecta fraude conjurationis — Lodewic. *ap. Corn. p. 447. 5. ann. Lodow., sed falso* secund. Hugon.

a *pergit* 1. b Lodwici 1. c *sic recte Paullini in edit. Gestorum*, spermologen 1. 2.

1 Elze. 2 Obiit d. 5. Juli (ann. 834?). Cf. Ann. Sax. a. 815. ap. Pertz Mon. G. H. SS. VI, p. 571. 3 est V. Sedit a. 816. 817. 4 per Benedictum Indensem.

G. Waldg. Ibique semen verbi Dei quasi sator fertilitatis seminavit. Postea vero, ut etiam funes predicationis extenderentur, in preclaris convertendis, Saxoniam adivit, et saxena[a] corda gentilium dominice predicationis aratro mollificans ad fructificandum habilitavit. Post aliquot autem annos a passione dicti sancti Bonifacii, Karolo Magno super Francos regnante, cum in Saxonie partibus ex seminariis predicationis istius et virtute bellorum illius, Deo bonorum omnium actore providente, fides Cristi plantula morum virtutumque seges jam leta pullularet et in agro dominico multiplicaretur: fana dilapidantur, ecclesie construuntur[b], sedes episcopales per gloriosissimum principem Karolum[c] ordinantur, templa per nobiles plures et ingenuos prediis et mancipiis dotantur. Inter quos in antiqua Saxonia, que nunc Westphalia dicitur, ut sydus ingens effulsit nobilis vir Waldgerus, Deo et hominibus dilectus, qui in Durenbere habitavit, patre Dedda et matre Ecwi fidelibus, avo vero Adolfo et avia paganis natus. Hic Adolfus, avus Waldgeri, cum Karolus Magnus Saxoniam subjugaret, secretarius Wedekindi regis Saxonum erat, et Durinbere possidens, ibidem habitavit. Fama autem et preclaro nomine Karoli regis affectus, per legatos honestos ei piscationis et venationis in partibus illis xenia transmisit. Rex exhylaratus accepit grate. Moxque vocans eum ad se, vite verbis ipsum imbuit, et tandem conversum baptizari fecit. Waldgerus hic primus in humo Saxonica fundator congregationis, primo in Modehorst[1] fundamenta monasterii in honore sancte Dei genitricis Marie jecit. Sed admonitus divina voce, locum illum deseruit. Post in Aldenhervorde cepit. Sed nocte destruitur quod ceperat. Unde destitit. Igitur ad orationem fugiens, revelationem accepit. Mater luminis previo lumine sibi locum ostendit. Vacca siquidem candoris nivei in utroque cornu cereum ardentem deferens, spiritu Dei ducta, gloriosum virum preivit, et ad rivulum Aham[2], ubi serpentium et repentium et onacrotali[d] fuit commoratio, sed sanctorum habitatio futura, perduxit. Igitur gratulabundus ecclesiam ibi sub honore sancte Marie de lignis erexit anno Constantini VII. nono, altareque construens in loco, ubi nunc corpus ejus venerabile in Cristo quiescit, omne patrimonium suum, cum heredem non haberet, Deo et virgini benedicte matri ejus devotus obtulit. Ob hujus autem ostensionis memoriam usque hodie vitula datur ibidem Deo servientibus in anniversaria die hujus patris, ut nullo tempore factum id oblitteretur. Post Waldgerus ut peregrinus ad regem Anglie pergens, cum regi notissimus esset, beati Oswaldi regis et martiris reliquias ei donavit. Insuper et galeam et gladium, quo cristiane religionis hostès devicerat, tradidit eidem. Quia vero non pro sanctorum reliquiis exierat obtinendis, in Dorenberg rediit, reliquias ibidem collocavit, monasterium a paganis in absentia destructum renovavit, et in eo 14 virgines intemerate virgini Marie obsequentes instituit, Sualam primam abbatissam ordinavit. Lodewicus Pius eo tempore Corbeyam novam de Hethua[3] transtulit, quam pater suus initiaverat. Waldgerus nutu Dei ad ipsum se contulit sub habitu peregrini. Quem imperator ut mendicum intuens, ut cognovit Waldgerum, amica devotione suscepit. Ille imperatori filiam suam, scilicet Hervordensem ecclesiam, commendavit. Imperator eam sibi commendatam instauravit, manumisit et in defensionem suscepit. Et sicut Corbeyam novam instar Corbeye veteris exstruxit, ita et istam secundum jura Suessionis in Gallia constituit. Et super hoc quidquid in prediis et mansis Corbeye contulit, tertiam partem beate et gloriose Dei genitricis Marie famulabus obtulit, idque cyrographis et impressione sigilli sui roboravit. Et in signum subjectionis regie decrevit, ut singulis annis in purificatione sancte Marie cereum ab abbatissa regia dignitas missum accipiat. Waldgerus tandem post sanctam vitam in Domino feliciter obdormivit anno Domini 825. 16. Kal. Decembris[4]. Sepultusque est in aquilonari parte urbis in basilica, quam ipse fabricaverat. Ubi et multis claret miraculis, Domino misericorditer opitulante. Post abbatissa Swenebildis basilicam lapideam super corpus illud venerabile construens, per manus Ymadi[e][5] Podelbornensis episcopi eam consecrari fecit. Et corpus sanctum sublevantes, ante altare in mausoleo[f] decentiori honorifice deposuerunt *. Ad sacrum illud corpus mulier quedam de Hervordia omnibus nota casu excecata visum recepit. Et gratias agens Deo et beato Waldgero, ibidem per tempora multa permansit. Item puerum nobilem matri sue per lupum ablatum eidem exoratus restituit. Item quidam civis Hervordensis nobilitatis non infime, nomine Erp, a conjuge monitus, quod beato Waldgero devotus existeret, blasphemavit eundem, dicens eum et sequaces ejus nugaces, et omnes suos nugas asseruit gerere. Igitur subter verenda ejus pustula prodiit instar articuli digitalis. Desperatur a familia et defletur. Rediit ad cor, memor blasphemie. Penitet, vovet se beatum Waldgerum semper devote veneraturum. Curatur meritis et precibus beati Waldgeri. Corde et opere et impensis post semper ipsum veneratur. Item quedam sororum annulum aureum amittens tristabatur. Votum igitur fecit beato Waldgero. Post tres ebdomadas

* Lodewicus cenob. nobilium — deposuerunt *ap. Corn. p. 447—49. 6. ann. Lodow., sed falso* secund. Sigib. *et aliquot verbis omissis et mutatis.*

[a] *ita* 1. 2.; saxea *Corn. Paullini.* [b] destruuntur 2. [c] *sic correctum in* 1. *ex:* Karolum princ. [d] onacrotoli 2. [e] Jodoci *Paullini, sed falso.* [f] mauseolo 2.

[1] Müddehorst, colonicum quod hodie pertinet ad Nieder-Dornberg prope Schildesche. [2] hodie Aa. [3] in saltu Solling in ducatu Brunsvicensi. [4] d. 16. Novbr. [5] sedit ab a. 1051. m. Decb. — 1076. d. 3. Febr.

illa sola stans peplum suum in manu tenuit, et ecce annulus ille, nemine circummanente, super eam cecidit. Indeque celeri rotatu prosiliens, ad terram usque delabitur. Quem illa recipiens, gratiarum actiones exsolvit.

De cenobio quoque Hervordensi respicias ad annos Constantini VII. nonum et Lodewici II. quintum[a] et duodecimum. Ex quodam privilegio[1] cenobio Corbeyensi dato: Lodewicus, filius Karoli Magni, duo monasteria gloriosa edificavit in Saxonia, unum monachorum in Corbeya instar Corbeye antique[b] in Francia, et aliud virginum nobilium in Hervorde instar monasterii sanctimonialium Suessionis. Quarum curam abbati Corbeyensi commisit. Ex ordinario Corbeyensi[2]: Lodewicus Pius, electis probatissimis de Gallia monachis cum sancto Adelhardo[3], datis reliquiis sancti Stephani, Corbeyense cenobium eidem construxit et dedicari fecit. Post excessum beati Adalhardi Warinus[4], regie prosapie vir, abbas ordinatur. Qui dono prefati dive memorie imperatoris et Hildewini abbatis Sancti Dyonisii corpus Viti, septennis pueri, monasterio Corbeyensi intulit. Et mox patrocinio tanti martiris Saxonia rerum suarum prosperitate in immensum excrevit, multorumque regum et fidelium aliorum oblationibus paupertas loci nostri decrevit. Idem imperator abbatiam Eresburgh[5], quam pater suus fundaverat, dedit monasterio nostro Corbeyensi[6]. Transtulit autem idem imperator cenobium Corbeyam de loco Hethua, in quo pater suus Karolus ipsum fundaverat, et locum ubi nunc est monasterio tradidit et sancto Stephano. Tradidit etiam eidem et Huxari[7] cum omnibus terminis suis, Eresburghque et Meppen abbatiolas, et cetera predia in aquilone. Juditha imperatrix ab eodem viro suo hoc obtinuit. Et infra: Igitur anno Domini 820.[8], indictione 15. 8. Kal. Septembris, feria secunda, monachi*, qui in loco qui Hethua dicitur per aliquot annos prius demorabantur per Karolum Magnum illuc introducti, inde egressi, cum crucibus et reliquiis in hunc locum pervenerunt, locoque ab episcopo Badurado, qui tunc presens aderat, Corbeye nomen impositum est. Erectoque tentorio atque illatis crucibus cum reliquiis, locum dedicaverunt in honore et nomine sancti Stephani prothomartiris, infodientes crucem Cristi, ubi nunc altare esse dinoscitur*. Item hoc anno Lodewicus[c], inspectis plerisque nobilium filiabus, Welpi comitis filiam nomine Judith duxit uxorem. Que genuit ei Karolum Calvum**. Item ex cronicis Saxonum: Hildegrimus episcopus episcopatum de Salegenstede transtulit in Halberostad*** [9].

Chron. Corb. ap. Meib.

Ekk. 819.

Septimo anno Lodewici Mahumed Sarracenorum 23. cepit, et annis 7 principatus est. Iste fratri suo Hab- 821.

Sig. 808. et 813.

* monachi qui in loco — dinoscitur *ap. Corn. p. 449. 6. ann. Lodow., falso autem* secund. Sigib. ** Lodew. inspectis — Calvum *ap. Corn. l. c., sed falso* secund. Vincent. *** ex cronic. Sax. — Halber. *ap. Corner. p. 449. 6. ann. Lodow.*

a sextum 1. *falso.* b antiqua 1. c Lodwicus 1.

1 Exstat ap. Schaten, ann. Paderborn. Tom. I, p. 95. Erhard, regesta hist. Westphal. Urkundenb. Tom. I, p. 16. Nro. XXI. 2 alias Chronicon Corbeiense; exstat ap. Meibom. SS. rer. Germ. I, p. 755, quod tamen non omnia haec continet. Cf. Annal. Sax. ap. Pertz, M. G. H. SS. Tom. VI, p. 572. 3 Ejus vita ap. Mabillon AA. SS. ord. s. Ben. saec. IV. Tom. I., excerpta ap. Pertz, M. G. H. SS. Tom. II, p. 524 sq. 4 filius Ekberti et Idae 'ex nobilissimo Francorum atque Saxonum genere ortus'. Cf. Hist. translat. s. Viti ap. Pertz, M. G. H. SS. II, p. 580. nro. 12. Vide ejus stemma:

Karolus Martellus
|
Bernhardus — Adalhardus, abbas Corbejae aureae; Wala, abbas Corb. aureae; Ida

Bruno, Angrariorum princeps
|
Ekbertus

Ida + Ekbertus: Warinus, abbas Corbejae novae.

5 hodie Stadtberge seu Marsberg. Diploma de hac traditione (act. Ingilinheim 12. Kal. Jul. imp. a. 13. i. e. d. 20. Juni a. 826) ap. Fuerstenberg, mon. Paderborn. p. 118. Schaten, ann. Paderb. Tom. I, p. 55. Seibertz, Urkundenbuch T. I, p. 2. 6 Idem ex Nostro ap. Fuerstenberg l. c. p. 105. ed. 2da. 7 hodie Höxter. Charta de hac traditione (act. Ingelinheim 6. Id. Aug. imp. a. 10. [d. 8. Aug. a. 823]) exstat ap. Schaten l. c. Tom. I, p. 48. Erhard, reg. hist. Westfal. Urkundenb. Tom. I, p. 6. nro. V. 8 Cf. de hoc anno falso quae dixi in praefat. 9 Secundum Annal. Sax. translatio eodem anno fundationis facta est, i. e. 781.

dalle congressus et ab eo superatus, cum sibi conregnare invitus passus est[a]*. Et hoc bello regnum Sarracenorum per
aliquot annos discissum est. Ibique deficit ejus hystoria sub anno Domini 827.[b], post annos 197,
ex quo Persas sub dominio suo Sarraceni redegerant et tenuerunt. Item Sigibertus: Paschalis papa
Sig. 821. corpus sancte Cecilie virginis ipsa revelante invenit, aureis velatum indumentis sanguine ipsius adhuc infusis; et ipsam
et corpora sanctorum Valeriani sponsi ejus et Tyburtii et Maximi, Urbani quoque pape in ecclesiam a se eis edificatam
Ekk. 820. transposuit. Item pestilentia magna grassata fuit in homines et boves propter juges pluvias et aerem nimis humidum;
ibid. 822. frumenta quoque et legumina corrupta sunt**. Item imperator filio suo Lothario Irmingardam, Hugonis comitis filiam,
matrimonio junxit. De qua ille suscepit Lotharium postea excommunicatum, Lodewicum post se regnaturum et Karolum.
*Sig. 825. Item Lodewicus imperator Bertoldum, alia litera* Henoldum[c], regem Danorum, cum uxore et filiis atque partem[d] maximam Danorum ad fidem Cristi converti fecit et Moguntie baptizari. Secundum Sigibertum factum fuit istud anno
Mart. Pol. c. 74. imp. Lodewici 11., et vocabatur rex Danorum Harioldus. Cui baptizato Lodewicus partem Frisie in beneficium contulit. Item Lodewicus rex Germanie 14 duces Bohemorum cum suis sequacibus baptizari fecit et in fide cristiana edoceri***.

822. Octavo anno Lodewici in parte orientalis Saxonie, que Soraborum finibus contigua est, in quodam deserto loco
Ekk. 822. juxta lacum qui dicitur Arnse, in modum aggeris terra intumuit et limitem unius leuce longitudine porrectum sub unius
Sig. 822. noctis spatio absque humani operis molimine instar valli subtexit. Item Sigibertus: In Thuringia cespis longitu-
cf. a. 1149. dine pedum 50 et latitudine 14, altitudine vero sesquipedali, sine manibus de terra precisus et sublatus est, et ultra
pedes[e] 25 translatus †.

823. Nono anno imperii sui Lodewicus Lotharium filium suum pro disponendis regni negotiis misit in Ytaliam. Quo
Ekk. 822. 823. facto cum jam redire statueret, rogante Paschali papa Romam venit, et honorifice ab eo susceptus, in sancto die pasche
apud Sanctum Petrum et regni coronam et imperatoris et augusti nomen accepit. Sicque mense Junio ad patrem venit.
Sig. 823. Consecrato tamen Lothario Rome, quidam nobilium perimuntur, pro eo quod proniores esse justo viderentur ad
fidelitatem Lotharii imperatoris. Quod crimen quia etiam in ipsum papam Paschalem intorqueretur, papa se apud imperatores excusat, et de hoc crimine coram populo et legatis imperatoris Rome cum magno episcoporum numero se jure-
Ekk. 823. jurando expurgat ††. Item in territorio Tullensi juxta villam Comertiacum puella quedam annorum circa 12 post
sacram communionem in pascha a sacerdote acceptam sine omni victus desiderio plenum biennium usque in tertium
annum dimidium complevit, nulla penitus corporis alimenta suscipiens. Cepit autem jejunare anno Domini 823. a pascha,
et in 825. circa initium Novembris, peracto jejunio, cibum sumere ac ceterorum hominum more vivere manducando.
Sig. 823. Sigibertus dicit, quod primo per 10 menses pane, deinde omni cibo et potu per triennium abstinuit †††.

824. Decimo anno Lodewici Paschalis papa vita decessit. In cujus locum per discordiam populi duobus electis, tandem
Ekk. 824. alter eorum, scilicet Eugenius, tunc presbiter tytuli sancte Sabine, vincente parte nobilium, principatum obtinuit. Fuit
Mart. Pol. c. 104. pont. autem natione Romanus, ex patre Bonomundi. Hic enim Eugenius, papa 86., sedit annis 3, mensibus 2. Alibi
Ps.-Liutpr. c. 101 dicitur annis 2, mense 1. Ex libro de gestis Romanorum pontificum: sedit annis 4, mensibus 7, diebus
Mart. l. c. 23. Et per laycos tentus et martirio coronatus est. Hic, quia fuerat cardinalis sancte Sabine, ecclesiam eandem cyborio
Ekk. 824. argenteo super altare et pictura sollempni decoravit. Item hoc anno circa estivale solstitium in territorio Augustudu-
et Sig. 824. nensi, aere in tempestatem repente converso, ingens fragmentum glaciei cum grandine cecidit, cujus longitudo pedes 15,
latitudo 6 vel 7, grossitudo duos habuisse dicitur. Item Theodolfus abbas Floriacensium et Aurelianensium episcopus multis criminibus apud imperatorem Lodewicum insimulatus, Andegavis exiliatur et ibidem in custodia tenetur. Contigit autem imperatorem eo venire in die palmarum. Cum autem secus domum, in qua custodiebatur Theodulfus episcopus, processio pertransiret, facto silentio in presentia imperatoris illos versus 'Gloria et laus et honor tibi sit rex Criste redemptor' etc. a se editos per fenestram decantavit. Quibus imperator emollitus, mox eum a vinculis absolvi precepit et priori gratie redonavit. Sed dum ad sua revertitur, veneno extinguitur ut fertur††††.

825. Undecimo anno Lodewici corpus sanctissimum beati Sebastiani martiris de Roma transfertur Suessionis, annuente
Sig. 825. Eugenio papa, per Hudwinum[f] abbatem Sancti Dyonisii, et in ecclesia sancti Medardi collocatur. Ubi adhuc inhumatum

* Mahumed — est *ap. Corn. p. 449. 7. ann. Lodow. sed falso* sec. Egghard. ** pestilentia — sunt *ap. Corn. l. l.* *** imperator fil. suo Lothar. — edoceri *ap. Corn. p. 449. 7. ann. Lodow. sed falso* secund. Sigib. *et* sec. Hugon.; *Corner aliquot verba adjecit post:* Frisie. † in part. orient. — translat. *ap. Corn. p. 450. 8. ann. Lodow.* †† Lodewic. Lothar. fil. suum — expurg. *ap. Corn. p. 450. 9. ann. Lodow.* ††† in territ. Tull. — abstin. *ap. Corn. p. 446. 2. ann. Lod. sed* secund. Vinc. †††† Theodulf. abb. — fertur *ap. Corn. p. 450. 10. ann. Lod.*

[a] *om.* 2. [b] 820 *Sig.* [c] Herioldum *Sig.* [d] permam 1. 2. [e] pepes 1. [f] Hilduinum *Sig.*

stupendis et inestimabilibus miraculis claruit *. Martinus tamen dicit, quod papa Gregorius IV. corpora sanctorum c. 106. pont.
martirum Sebastiani, Gorgonii et Tyburtii ex cimiteriis, in quibus ante jacuerant, ad ecclesiam sancti Petri perduxit et cf. a. 842.
in oratorio sancti Gregorii separatis altaribus collocavit. Corpus etiam sancti Gregorii a loco ubi prius jacuerat elevans,
sub altare ipsius posuit **. Vide proximum annum sequentem.

Duodecimo anno Lodewici secundum Sigibertum corpora sanctorum martirum Marcellini et Petri in Ger- 826.
maniam de Roma transferuntur. Item corpus sancti Gregorii pape ad urbem Suessionis translatum esse dicitur. Sig. 826.
Item Eugenius papa mense Augusto decessit. In cujus locum Valentinus dyaconus, natione Romanus, papa 87., substi- Ekk. 827.
tuitur, et sedit diebus 40. Et vacavit episcopatus per dies 3. Hic etiam Leo IV. dictus est. Et hoc defuncto, Gre- Mart. Pol.
gorius IV., ex patre Johanne, natione Romanus, presbiter tytuli sancti Marci, papa 88., eligitur, et sedit annis 16 c. 105. pt.
et mensibus 3. Iste de consensu Lodewici imperatoris et omnium episcoporum instituit, ut festum omnium sanctorum ibid. c. 106.
Kalendis Novembris celebretur in partibus Germanie et Francie. Quod Romani ex institutione Bonifacii pape faciebant.
Vide infra annum istius 21. Electio istius Gregorii non ante confirmata est, quam imperatoris legatus Romam Einh. ann. 827.
veniens electionem populi, qualis esset, examinavit. Ex gestis Romanorum pontificum: Hic civitatem Ostiam, Ps.-Liutp.c.103.
que vetustate corruerat, a fundamento renovavit, ne Agareni eo tempore circumvagantes cristianis ibidem morantibus
nocere possent, et ipsam urbem Gregorinopolim nominari jussit.

Tertiodecimo anno Lodewici secundum Sigibertum Rabanus tractatus in librum Sapientie et Ecclesiasticum 827.
edidit. Amalarius librum de officiis ecclesiasticis ad imperatorem Lodewicum scripsit. Angelonius[a] ad eundem imperato- Sig. 827.
rem tractatus in libros Regum fecit. Ansegysus abbas Lobiensis edicta imperatoris Karoli Magni et Lodewici filii ejus
ad ecclesiasticam legem pertinentia in duobus libellis digessit. Idem edicta eorundem ad mundanam legem pertinentia[b]
eque libellis digessit ***.

Quartodecimo anno Lodewici secundum Sigibertum[1] in Vasconia trans Garumnam in pago Aginensi annonam 828.
de celo quando pluit descendisse ferunt, similem frumento, sed paululum breviora et rotundiora grana habuisse. De qua Ekk. 828.
domino imperatori allatum est ad palatium Aquisgrani ****. Item Lodewicus imperator cum filiis suis Pipino rege Mart. Pol.
Aquitanie et Lodewico rege Germanie Britanniam invasit, et ipsam ferro et igne totam vastavit †. c. 74. imp.

Quintodecimo anno Lodewici circa pascha in quadragesima Aquisgrani terremotus factus est, ventusque tam vehemens 829.
exortus, ut non solum humiliores domos, verum etiam ipsam sancte Dei genitricis basilicam, tegulis plumbeis tectam, non modica Ekk. 829.
denudaret ex parte. Item hoc anno soldanus Babilonie per quosdam Romanos sceleratos vocatus, ut Romam veniens Mart. Pol.
Ytaliam possideret, cum tanta Sarracenorum multitudine per portum Centumcellensem intravit, ut superficiem terre quasi c. 106. pont.
locuste replerent. Obsessa igitur Roma, civitas Leonina capitur, ecclesia sancti Petri spoliatur et stabulum equorum
efficitur, et tota Tuscia in solitudinem redigitur. Sed tandem per Guidonem marchionem et Lombardos et Lodewicum[c]
imperatorem cum multa sanguinis cristianorum effusione fugati sunt. Aquilegiam[d] quoque et Syciliam vastaverunt
Sarraceni ††. Item Sigibertus: Hoc etiam anno contra Lodewicum imperatorem commotio et simultas filiorum Sig. 829.
ejus et optimatum exoritur.

Decimo septimo anno Lodewici corpus sancti Marci ewangeliste sub nomine Valentis martiris Radolfus episcopus 830.
Veronensis a duce Venetiarum impetravit et cum corpore Genesii martiris in Angram[e] insulam attulit †††. Egkardus sic: Herim. 830.
Corpus sanctorum Valentis, Genesii et Theopontii in Angram[e] insulam deferuntur. Item Lodewicus imperator magnum Ekk. 831.
conventum habuit in Novimagio. Sigibertus: Et adversantes sibi quosdam optimatum exactoravit[f], alios exiliavit, Sig. 831.
alios bonis privavit; ac per hoc filios et optimates suos contra se magis exacerbavit ††††.

Decimo octavo anno imperii sui Lodewicus uxorem suam Judith, quasi causam malorum, abdicavit †††††. 831.

Decimo nono anno Lodewicus imperator filio suo Karolo ex Judith nato dedit Alemanniam et Retiam et partem Sig. 832.
832.

* corp. sanctiss. — claruit *ap. Corner. p. 451. 11. ann. Lodow., sed* sec. Vinc. ** corp. et. s. Greg. — posuit *ap. Corn. p. 451. 12. ann. Lodow., aliquot verbis mutatis.* *** Rabanus — digessit *ap. Corn. p. 451. 13. ann. Lodow.* sec. Vinc. **** in Vasconia — Aquisgr. *ap. Corn. p. 452. 14. ann. Lod.* † Lodow. imp. — vastavit *ap. Corn. p. 453. 14. ann. Lod. falso* sec. Sigib. †† soldanus Babil. — Sarraceni *ap. Corn. p. 452. 15. ann. Lod., falso* sec. Vincent. ††† corp. s. Marci — attulit *ap. Corn. p. 452. 17. ann. Lod., falso* sec. Egghard. †††† Lod. imp. magnum — exacerb. *ap. Corn. l. l.* ††††† Lodowic. uxorem — abdicav. *ap. Corn. p. 452. 18. ann. Lodow., falso* secund. Vinc.

[a] *ita* 1. [b] in duobus *add. Sig.* [c] Lodwicum 1. [d] Apuliam *Mart.* [e] *ita* 1. 2. Agram *Corn.* Augiam *Herim.* [f] exauctoravit *Sig.*

[1] legatur: ***Ekkehardum***, ex quo haec ad verbum sumta sunt.

Ekk. 833. Burgundie, indignantibus ceteris filiis. Sigibertus: Lodewicus igitur imperator a suis desertus et proditus atque
Sig. 833. in potestatem filiorum redactus, consensu Romani pontificis et judicio episcoporum et procerum arma et digni-
tatem imperii deposuit, et ad agendam penitentiam inclusus est. Sol et luna per eclypsim defecerunt*.

833. Vicesimo anno secundum Sigibertum Lodewicus imperator relaxatur et in ecclesia sancti Dyonisii iterum coro-
Sig. 834. natur, arma et imperium resumpsit, populo penitente et filiis de commisso veniam petentibus. Post filium suum Lotha-
Mart. Pol. rium in Ytaliam redire coegit. Item Strabus, discipulus Rabani, claruit. Qui ad Lodewicum imperatorem librum de
c. 74. imp. officio ecclesiastico scripsit. Item Strabus dictante Rabano plura excepit et super quosdam libros Pentatheuci com-
Vinc. 25, 28. mentariola[a] quedam edidit**.

834. Vicesimo primo anno Lodewicus imperator statuit, festum omnium sanctorum in Germania et Gallia celebrari, ut
cf. a. 826. dictum est. Sigibertus: Quod statuit monente Gregorio papa et episcopis assentientibus. Item ossa sancti
Sig. 835. Viti de Parisius transferuntur in Corbeyam monasterium Saxonie[1]. Unde et Franci testati sunt, hoc in presagium con-
Mart. Pol. tigisse, quia ab illo tempore gloria Francorum translata est ad Saxones***. Item Sygibertus: Remorum archiepi-
c. 74. imp. scopus Eburdo[b] deponitur, aliique multi, qui cum eo in dejectionem Lodewici imperatoris conspiraverant, dampnantur et
Sig. 835. exiliantur****.

836. Vicesimo tertio anno Lodewici imperatoris, Domini vero 837. indictione 14., quinto Kal. Junii
Ekk. 838. translatus est sanctus Lyborius in Podelborne[2]. Et sequenti anno Pypinus, filius imperatoris, obiit.

839. Vicesimo sexto anno imperii sui Lodewicus imperator, postquam omnia que imperator Constantinus Magnus
ecclesie Romane contulerat de novo donavit vel etiam confirmavit, filio suo Lothario ad se sub fide venienti recon-
Mart. P. c. 74. imp. ciliatur, eique dignitatem imperii tribuit et coronam. Sygibertus: Cometes in signo Arietis apparuit et per aliquot
Sig. 839. dies instar stellarum plurimi igniculi per celum discurrere videbantur†. Ex cronicis: Eclypsis etiam solis facta
Herim. cod. 4b. est 3. Nonas Maii hora ante nonam. Et Lodewicus imperator diem clausit extremum, et Metis sepelitur anno vite
et Ekk. 840. sue sexagesimo quarto††.

## *Capitulum 72.*

Ekk. 841. Lotharius, filius Lodewici Pii, Romanorum a Julio 76., cepit anno mundi 4803., Urbis 1592.,
Mart. Pol. c. 75. imp. Domini 841., a translatione imperii in Theutonicos 41., et 15 annis imperavit.

841. Primo anno Lotharii Karolus et Lodewicus, fratres ejus, filii Lodewici imperatoris, dolentes se ab ipso
Sig. 841. Lothario debita regni portione privari, contra eum insurgere parant. Egkardus sic: Lotharius et Pypinus, filius
Ekk. 841. Pipini patrui sui, voluerunt Karolum, filium Judith, nomine Calvum, ea parte quam sibi pater concesserat privare, et
secundum id testamentum, quod avus eorum Karolus Magnus statuerat, in tres partes inter se regna dividere. Qua de
re anno sequenti bellum magnum exoritur†††.

842. Secundo anno Lotharii bellum dictum fuit apud pagum Antysiodorensem in loco qui dicitur Fontanich, et strages
Ekk. 841. magna facta est. Sed a nulla parte triumphatum est. Tandem pacificati, per 4 tetrarchyas regna dividunt. In qua divi-
Sig. 844. sione Lotharius cum nomine imperatoris Ytaliam et Romam et medium Francie inter Scaldum et Renum, que nunc propter
eum Lothoringia[c] vocatur, et provinciam Provincie, Karolus vero Calvus Gallias a Britannico occeano usque ad Mosam
Ekk. 841. fluvium, in qua parte ex tunc et modo nomen Francie remansit, Lodewicus vero Germaniam, et Pypinus Aquitaniam
Sig. l. l. regnum dividentes accipiunt. Regnavit autem post divisionem regni Lodewicus in Germania annis 33, Karolus vero

* Lodew. imp. — defecerunt *ap. Corn. p. 455. 19. ann. Lod., sed verba usque ad* ceteris filiis *falso* secund. Sigib. ** Lodew. imp. relax. — edidit *ap Corn. p. 455. 20. ann. Lod. et p. 452. 17. ann. Lod., sed falso* sec. Vinc. *et aliquot verbis additis, aliis mutatis.* *** ossa s. V. — Saxon. *ap. Corner. p. 455. 21. ann. Lod., sed falso* sec. Sigib. **** Rem. arch. — exil. *ap. Corn. p. 456. 22. ann. Lod., falso* sec. Vinc. † cometes — videb. *ap Corn. p. 456. 22. ann. Lod., falso* sec. Hugon. †† Lod. imp. postquam — quarto *ap. Corn. p. 456. 26. ann. Lod., sed falso* sec. Egghard. ††† Loth. et Pypinus — exoritur *ap. Corn. p. 457. 1. ann. Lothar.*

[a] commentoriala 1. commentoriola 2. [b] Ebbo *Sig.* [c] Lotharingia 2.

[1] Hoc factum est a. 836. Cf. Hist. translat. s. Viti ap. Pertz, M. G. H. SS. Tom. II, p. 581. Ann. Sax. ap. Pertz, l. l. SS. Tom. VI, p. 574 (ap. eundem falso quoque ad a. 826). Falso ap. Sigib. ap. Pertz. l. l. SS. Tom. VI, p. 339 ad ann. 835. [2] Cf. Translationem s. Liborii ap. Pertz, l. l. SS. Tom. IV, p. 156; facta est d. 28. Mai 836.

in Francia annis 34.* Secundum alios bellum dictum tribus annis imperabatur et anno Lotharii quarto
totis viribus agitabatur. Et post regnum diviserunt, ut dictum est. Et cometes apparuit in signo Sig. 842.
Aquarii. Martinus: Gregorius IV. papa corpora sanctorum martirum Sebastiani, Gorgonii et Tyburtii ad ecclesiam c. 106. pont.
sancti Petri perduxit et in oratorio sancti Gregorii separatis altaribus collocavit. Corpus etiam Gregorii a loco, ubi cf. a. 825.
prius jacuerat, elevans, sub altari ipsius posuit. Et post innumera bona sepultus est apud Sanctum Petrum.

Tertio anno Judith imperatrix, uxor Lodewici, obiit. Item Sergius II., natione Romanus, ex patre Sergio, 843.
papa 89., sedit annis 3, mensibus 2, et cessavit episcopatus diebus 15. Iste nominabatur Os porci. Unde ab eo Ekk. 847.
in antea semper omnes propria nomina sua mutaverunt. Iste Sergius Lotharium imperatorem coronavit, ut dicit Mart. Pol.
Martinus. Prius tamen etiam coronatus fuit a Paschali papa. Vide de hoc annum nonum Lodewici c. 107. pont.
Pii. Unde videtur quibusdam, quod hic non debet esse, qui[a] Lotharium coronavit, sed Lodewicum,
filium Lotharii[1], coronavit. Siquidem Sygibertus dicit, quod ad electionem Sergii confirmandam Lodewicus, Sig. 844.
filius Lotharii imperatoris, a patre missus, ab eodem papa in regem Lombardorum unctus est. Ex libro de gestis
Romanorum pontificum: Sergius** absque jussione Lotharii imperatoris est ordinatus. Propter quod indignatus impe- Ps.-Liutpr.
rator filium suum Lodewicum et Drogonem Metensem episcopum cum magno exercitu Romam direxit. Qui post multa c. 104.
dampna Romanis illata ipsos Romanos imperatori fidelitatem jurare coegerunt et Sergium in sede confirmaverunt. Qui predictum Lodewicum, filium imperatoris, in regem Lombardorum inunxit. Hujus Sergii germanus nomine Benedictus propter jmbecillitatem pontificis rem ecclesiasticam et publicam usurpavit, dominium Rome ab imperatore maximis muneribus acquisivit, Albanensem episcopatum usurpavit, et omnia intra et extra Romam avaritia sua vastavit. Vigebat temporibus hujus pontificis et fratris ejus heresis Symoniaca in tantum, ut etiam publice venderentur episcopatus; et qui plus dabat episcopatum accipiebat; nec erat aliquis episcoporum aut ecclesiasticorum virorum, qui zelo Dei ductus cum imperatore vel rege ageret, ut hoc nefas prohiberetur. Quod Deus ulciscens, misit Sarracenos, qui homines innumeros interfecerunt, castella et urbes multas captas igni dederunt, accepta preda regem fugaverunt, maxima hominum et omnium rerum preda
onusti reversi sunt**. Item hoc anno Mauri Beneventum occupant. Sig. 844.

Quarto anno Lotharii secundum veritatem fuit bellum, de quo anno secundo dictum est. Item 844.
Rabanus abbas Fuldensis librum, quem de sancta cruce variis figuris metroque composuit, Sergio pape transmisit ***. Herim. 844.

Quinto anno Lotharii Karolus† Calvus, filius Lodewici Pii, frater Lotharii imperatoris et 845.
Lodewici regis Germanie, Francorum 24., cepit, et annis 34 regnavit. Quatuor enim annis post mortem Lodewici Pii Lotharius imperator sibi regnum usurparat.' Hic Karolus ecclesiam sanctorum Cornelii et Cypriani apud Compendium edificavit et in honore ipsorum responsorium, quod cantat
ecclesia: 'Cives apostolorum' composuit. Hujus regnum Normanni, qui et Norwegi, de mari per Ligerim in- Mart. Pol.
trantes, pene totum ferro et igne devastant. Saxones etiam ex alia parte Galliam igne ferroque proterunt. Egkardus[2]: c. 74. 75. imp.
Regnum Karoli Calvi Northmanni graviter impetunt, et usque Parisius navigio veniunt. Cum Frisonibus tribus preliis Sig. 846.
confligunt, et in duobus primis victores existunt[b] †.

Septimo anno Lotharii Leo V.[5], natione Romanus, ex patre Dualde, papa 90., sedit annis 8. Alibi dicitur 847.
annis 9, mensibus 3, diebus 5. Et vacavit episcopatus diebus 6. Iste, mortuo papa Sergio et necdum sepulto, unanimi- Mart. Pol.
ter a Romanis in papam electus est. Iste Petri et Pauli basilicas et alias ecclesias, quas Sarraceni vastaverant, honori- c. 108. pont.
fice restauravit. Siquidem Sarraceni funditus ecclesias beatorum Petri et Pauli apostolorum cum omni- cf. Herim. 846.
bus Romanorum finibus destruxerant parum prius. Qui postea in Affricam, unde venerant, redeuntes, in
alto pelago demersi sunt. Hic etiam Leo, ut dicit Martinus, pro Neapolitanis in mari contra Sarracenos pugnantibus Mart. l. l.

* bellum dict. fuit — 34 *ap. Corn. p. 457. 2. ann. Loth., sed falso* sec. Vinc. ** Serg. absque jussione — sunt *ap. Corn. p. 457. 458. 3. ann. Loth., sed falso* sec. Sigib. *** Rabanus — transm. *ap. Corn. p. 458. 4. ann. Loth.* † Karol. Calv. — exist. *ap. Corn. p. 458. 5. ann. Loth.*, ***sed aliquot verbis additis, aliis omissis.***

[a] *post supplevit* 1. [b] *pro* et in duobus — existunt *habet Sigib.*: in primo victi et in duobus victores existunt.

[1] Henricus recte judicat: Sergius coronavit Ludovicum et non Lotharium d. 15. Junii a. 844. Cf. Vit. Sergii in Vignolii lib. pontif. III, p. 44: 'dominico die sequente oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronat corona' Lodewicum 'regemque Longobardis praeficit'. Vide etiam Prudentii Trecensis annal. 844. ap. Pertz M. G. H. SS. Tom. I, p. 440. [2] legatur *Sigibertus*; ap. Ekkeh. sequentia non reperies. [5] est IV. Sedit ab a. 847—855.

Sig. 847. orando collectam fecit: 'Deus cujus[a] dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus' etc.* Ex cronicis: Hic
Leo decrevit, ut, dum missarum sollempnia celebrantur, nullus ex laycis in presbiterio stare vel sedere vel ingredi pre-
sumat, nisi tantum sacra plebs, que ad ministerium sacri officii constituta est. Decrevit etiam, ut octave Assumptionis
Ps.-Liutpr. beate Marie in ecclesia Romana celebrentur, quod ante non fiebat**. Ex gestis Romanorum pontificum: Tem-
c. 105. poribus quinti[1] Leonis pape Rome in quibusdam cavernis basiliscus ortus est. Qui flatu suo ac visione omnes accedentes
necabat. Hunc pontifex dictus, ad ipsum foramen veniens, oratione sua fugavit, et nullum postea ex ipso signum lesionis
apparuit. Urbem, quam circa ecclesiam beati Petri inceperat Leo IV., de qua etiam jam dictum est c. 69. anno 16.,
pleniter consummavit, et cum letania eam circumdans et aqua exorzizata aspergens, sanctificavit, et suo postmodum no-
Mart. Pol. mine, sicut prius Leo IV., eam Leoninam vocavit. Et cum portis urbis Leonine jam muris perfecte seras apponeret,
c. 108. pont. fecit et orando dixit collectam: 'Deus qui beato Petro collatis clavibus regni celestis' etc.*** Retrospicias ad
Ps.-Liutpr. l. l. annum 16. Constantini VII. Videns etiam iste papa, tempore suo multa contra Deum et salutem animarum fieri impu-
denter, consilio Lotharii imperatoris Rome synodum fecit cum 64[b] episcopis. Cum quibus 42 capitula cristianorum
c. 108. pont. saluti necessaria edidit ac firmiter observari precepit. Martinus: Istius Leonis tempore Adulfus rex Anglorum, primus[c]
Anglie monarcha, Romam causa devotionis veniens, obtulit sancto Petro coram papa Leone tributum, de unaquaque domo
in Anglia argenteum nummum in anno. Quod tributum usque hodie perseverat****.

848. Octavo anno Lotharii, qui est Domini 848., Alfridus† episcopus Hiltineshemensis consecratur. Iste duas curtes
Chron. Hild. sue proprietatis, Salegenstad et Asnede, quod modo dicitur Essonde, ecclesie condonavit. In quibus abbatias Sale-
genstad monachorum et Asnede virginum coadunavit. Idem anno Domini 852. cenobium Gandersemense cum Ludolfo,
primo in Brunesthusen, et quarto post anno in Gandersem inchoavit, et Hatamodam, ejusdem Ludolfi ducis filiam, primam
Ekk. 875. abbatissam ordinavit. Idem anno Domini 875., ordinationis sue 29., beato fine quievit. Quo anno etiam Lodewicus
Sig. 848. imperator, filius Lotharii, obiit. Item Moguntiaci Rabanus, Fuldensis abbas doctissimus, ordinatus episcopus. Qui mox,
jubente Lodewico rege Germanie, magnam[d] synodum collegit et multa ecclesie utilia decrevit†. Item quedam pseudo-
prophetissa, dicens instare diem judicii, Moguntiam sollicitabat, ita ut etiam aliquos sacri ordinis ad se inclinaret. Que
ab archiepiscopo correcta[e], confessa est, se per suggestionem cujusdam presbiteri questus causa hoc fecisse††.

849. Nono anno Lotharii sancta Helena, mater Constantini Magni, ab ipso Constantino filio suo Rome in ecclesia
Sig. 849. sanctorum Marcellini et Petri in mausoleo purpureo sepulta, in Franciam transfertur et in dyocesi Remensi cum magna
veneratione excolitur†††.

851. Undecimo anno Lotharii Godscalcus hereticus a Rabano archiepiscopo rationabiliter convincitur. Sed tamen in suo
Sig. 849. et 851. perseveravit errore††††. Item Danorum naves in Angliam vadunt 350. Item fames valida Germaniam attrivit, ita ut
etiam pater filium suum vorare voluerit. Quo tempore Rabanus archiepiscopus multam benevolentiam pauperibus exhibuit†††††.

852. Duodecimo anno Lotharii monasterium Gandersem construitur, scilicet anno Domini 852.; secundum
alios ad 7 annos prius fundatum est. Isti enim dicunt, quod Ludolfus[2] dux Saxonie cum conjuge
sua Oda Romam veniens[3], a beato Sergio papa reliquias sanctorum presulum Anastasii et In-
nocentii impetratas detulit, et in honore eorum cenobium virginum primo in Brunteshusen, deinde
in Gandersem construxit, et filiam suam Hademodam abbatissam ibi primam constituit. Quam

* Leo V. — etc. *ap. Corn. p. 458. 459., sed verba contraxit maximam partem.* ** Hic Leo — fiebat ***ap. Corn. p. 459. 6. ann. Loth., sed falso*** sec. Gest. summ. pont. ***et pluribus additis.*** *** temporibus quinti — etc. ***ap. Corn. p. 459. 7. ann. Loth., sed falso*** sec. chronicas Romanor. **** Istius Leon. — persev. ***ap. Corn. p. 459. 9. ann. Loth., sed falso*** sec. Sigib. † Alfredus episc. — decrevit ***ap. Corn. p. 459. 8. ann. Loth., sed falso*** sec. Egghard. ***et pluribus verbis omissis.*** †† quedam pseud. — fecisse ***ap. Corn. p. 460. 10. ann. Loth., sed*** sec. Vinc. ††† s. Helena — excol. ***ap. Corn. p. 460. 9. ann. Loth., sed*** sec. Vinc. †††† Godscalc. — errore ***ap. Corn. p. 460. 10. ann. Loth.*** ††††† Danor. nav. — exhib. ***ap. Corn. p. 460. 11. ann. Loth., sed*** sec. Eggh. et Vinc.

[a] cui 2. [b] 67. *Ps.-Liutp.* [c] totius *add. Mart. P.* [d] magnum 1. 2. [e] correpta *Sig.*

[1] Vide notam ad anni hujus initium; error ex Sigib., Vinc. et al. translatus. [2] ***Ludolfus — constituit*** iisdem fere verbis in Vita S. Godehardi c. 17 (Mon. H. Germ. SS. XI, p. 255) leguntur, sed ex hac in chronicon quoddam Gandershemense transiisse videntur, quod fabulam illam de Hathemoda a papa consecrata addidit. [3] a. 844.

a beato papa Sergio consecrari in albis mollibusque vestibus faciebat. Quod idem papa coram archiepiscopis et[a] episcopis tam Ytalicis quam ultramontanis numero 36 cum auxilio Dei et beate virginis intercessione omniumque sanctorum, auctoritate beati Petri apostoli, sic semper fieri confirmavit, scilicet quod mollibus[b] et albis utantur indumentis*. Ordinavit autem hec
Sergius instinctu et assensu Lodewici regis et cunctorum principum Germanie. Item hoc anno Sig. 852.
Karolus** Calvus rex Francorum filios Pypini regis, Pipinum et Karolum, regnum inquietantes, capit et in monachos
attonsos in monasterium retrudit. Item Burdegalis et Petragorum et Sanctonis et Lemontis et Amelianum[c] civitates a North- Vinc. 25, 36.
mannis, qui et Norwegi dicuntur, paganis capte sunt. Qui ex Dacia eruperunt, unde et dicti sunt Nordmanni,
i. e. aquilonares viri. Isti conversi tandem ad fidem, in Gallia maritima, que dicitur ab eis Normannia, resederunt.
De Lothario imperatore legitur in cronicis Saxonum sic: Lotharius sancto Anscario, quem ad Dacos et Suecos predicatorem direxerat, Hamburgensem contulit archiepiscopatum. Sed Daci Hamborch funditus evertentes, Coloniam obsederunt et Reni et Albie incolas terruerunt, sicut Godfridus rex Danorum prius Frisiam et Slaviam subjugavit. Tandem Lodewicus[d] rex Germanie Hamburgensem ecclesiam Bremensi addidit et sancto Anscario commisit. Cui Anschario rex Danorum ecclesiam in Sleswich et in Ripis [1] faciendi et Sweviam convertendi tribuit facultatem. Tunc etiam monachi de Corbeya nova Rugiam converterunt et in honorem sancti Viti sui patroni ibi ecclesiam construxerunt**.

Tertiodecimo anno Lotharii idem Norwegi per mare Britannicum ostia Ligeris ingressi, urbem Namnetum inva- 853.
dunt, episcopum sabbato sancto pasche baptismum celebrantem trucidant, clerum et populum perimunt. Inde Andegavis, Sig. 853.
deinde Turonis occupant, et ut tempestas omnia diruunt. Templum etiam sancti Martini incendunt. Saxones autem ex
altera parte Galliam ferro et igne crudeliter devastabant***.

Quintodecimo anno imperii sui Lotharius, relicto mundo divisoque inter filios regno, monachum[e] se Prumie fecit, 855.
et non multo post obdormivit in Cristo. De cujus anima maxima inter demones et angelos fuit altercatio[f], ita ut etiam Sig. 855.
assistentibus corpus distrahi videbatur. Sed monachis orantibus demones sunt fugati. Angeli siquidem monachi animam, Mart. Pol.
sed demones imperatoris querebant†. Item hoc anno terremotus, aeris insolita commotio, turbines, tempestates, c. 75. imp. Vinc. 25, 37.
grandines, fulmina, multa multis modis incommoda hominibus inferunt. Quidam etiam homo igne celesti consumptus est, Sig. 855.
veste illesa manente. Egkardus: Ecclesia etiam sancti Kyliani in Wyrceborch fulminibus exusta est††. Item Ekk. 855.
corpus sancti Martini levatur de tumulo.

## *Capitulum 73.*

Lodewicus II., filius Lotharii imperatoris, Romanorum a Julio 77., cepit anno mundi 4818.,
Urbis 1607., Domini 856., a translatione imperii in Theutonicos 56., et cum fratre suo Lothario
19 annis imperavit. Sigibertus dicit sic: Lodewicus 21[g] annis imperavit, et frater ejus Lotharius Lotharingiam tenuit. Vinc. 25, 37.

Primo anno Lodewici Leo papa moritur, et Benedictus III., natione Romanus, papa 91., substituitur, et sedit 856.
annis 2 et mensibus 5. Item Rabanus egregie vite et scientie archiepiscopus obiit. Festum istius Leonis agitur Mart. Pol. c. 108. 110. pt.
17. Kal. Augusti. Sig. 856.

Secundo anno Lodewici secundum Sigibertum Colonie orta tempestate, et populo in basilicam sancti Petri 857.
confugiente, subito fulmen instar ignei draconis basilicam scidit ac penetravit, et tres homines diversis quidem locis[h], sed Sig. 857.
uno ictu in mortem dejecit. Alios etiam sex eodem impetu semivivos reliquit†††. Item Hiltigard regina obiit. Vinc. 24, 37.
Ekk. 857.

* Ludolfus dux — indumentis *ap. Corn. p. 460. 11. ann. Loth., sed falso* sec. Sigib. ** Karol. Calvus — construx. *ap. Corn. p. 460. 12. ann. Loth., sed priora verba* sec. Vincent. *** Norwegi — devastab. *ap. Corn. p. 463. 14. ann. Loth.*, sec. Vinc. † Lotharius relicto — quereb. *ap. Corn. p. 463. 15. ann. Lothar.* †† terremotus — est *ap. Corn. p. 463. 1. ann. Lodow. II., sed* sec. Vinc. ††† Colonie — reliq. *ap. Corn. p. 464. 2. ann. Lod. II.*

[a] *deest* 1. [b] molibus *corr.* mollibus 1. [c] *ita* 1. 2. Aurel. *Vinc.* [d] Lodwicus 1. [e] *Sequentia propter semifolium excisum cod. 1. non praebet.* [f] altricatio 2. [g] 15. *Sig.* 21. *Vinc. sec. Sig.* [h] *recepi ex Sig.* letis 2.

[1] hodie Ripen.

858. Tertio anno Lodewici Nicolaus I., natione Romanus, papa 92., sedit annis 9, mensibus 2, diebus 20. Iste fuit
Mart. Pol. vir doctus et sanctissimus, cui post magnum Gregorium vix aliquis apparuit comparandus. Ordinationem ejus Lodewi-
c. 111. pont. cus imperator sua presentia roboravit. Item Sigibertus: Franci de crudelitate regis sui Karoli Calvi apud Lodewicum,
Sig. 858. fratrem ejus, regem Germanie, querulantur, et eum ad regnandum super se contra Karolum invitant. Quod ille inconsulte aggressus, turpiter finibus excessit alienis *. Item in parrochia Moguntina malignus spiritus evidens malitie sue dedit indicium. Nam primo lapides jaciendo et parietes domorum quasi malleis pulsando, deinde manifeste loquendo, fures etiam prodendo, discordias inter vicinos seminando[a*], homines inquietabat. Denique animos omnium contra unum commovit, quasi propter ejus peccata ceteri talia paterentur. Cujus fruges in unum coacervatas incendit. Qui etiam ubicumque intrasset, statim domus illa exurebatur, ut jam ei nec[a] in agris locus manendi ullus esset. Et propter hoc presbiteris letanias agentibus et aquam benedictam spargentibus, inimicus[b] lapides jaciendo multis cruentatis, tandem aliquandiu quievit. Presbiteris recedentibus, inimicus ululans flebiliter, tandem presbiterum quendam nominatim exprimens, se, quando aqua benedicta aspergebatur, sub cappa quasi familiaris sui latuisse professus est, accusans eum cum filia procuratoris concubuisse. Sic per triennium institit, donec ibidem effecta[c] edificia consumeret incendio.

859. Quarto anno Lodewici hyemps maxima etiam Ydrimum[d] mare usque in Venecias per glaciem equis meabile fecit.
Herim. 860. Sigibertus ponit illud anno istius ultimo, dicens, quod hyemps solito asperior fuit et prolixior. Nix et gelu
Sig. 875. et 874. a Kalendis Novembris usque ad vernale equinoctium manserunt. Item in Brixia Ytalie tribus diebus et noctibus sanguis pluisse de celo fertur **.

860. Quinto anno Lodewici secundum Sigibertum Ymmeneus rex Britonum dum instaret regnum Francorum depo-
Sig. 860. pulari, visum est ei, assistere sibi sanctum Maurilionem, Andegavensis urbis olim episcopum. A quo in capite baculo percussus, iram Dei morte persensit ***. Item hoc anno, scilicet Domini 860., indictione 8., petente† abbatissa Hervordense Haduwi[1] et jubente Karolo Calvo rege Francorum, post imperatore, translatum est corpus sacrosanctum virginis Pusinne de pago Parthensi[2], vico Bausionensi, Hervordiam Westphalie, ibique venerabiliter collocatum. Fuit autem beata Pusinna generosis nobilibus et divitibus parentibus, patre Sigmaro, matre vero Linttrudi progenita, et cum sex sororibus suis ab Albino venerabili episcopo ecclesie Cathalanensis petentibus parentibus Deo virgo consecrata. Que post vitam virtutibus plenam beato fine quievit in Cristo, multis miraculis clarissima. Sorores hee septem fuerunt simul: Ymma prima, secunda Othildis, tertia Linttrudis,
Pertz M. G. quarta Pusinna, quinta Francula, sexta Libera, septima Magenhildis†. Ex libello de translatione
SS. II, p. 681. Pusinne virginis: Saxonum gens primo quidem duriuscule[e] fidem recepit, sed illa, sive duritia sive pertinacia sive perversitas dicenda est, tandem rationibus validis et exemplis, quasi quibusdam mirabilibus machinis, infracta est et expugnata. Et quo prius durior, eo post ferventior se Cristo mancipavit, monasteria construxit et filios suos offert ad

* Franci — alienis *ap. Corn. p. 464. 3. ann. Lod. II.* ** hyems — fertur *ap. Corn. p. 464. 4. ann. Loth., sed falso* sec. Eggh. *et aliquot verbis additis, aliis transpositis.* *** Ymmeneus — persens. *ap. Corn. l. l.* † petente abbatissa — Magenh. *ap. Corn. p. 465. 5. ann. Loth. II., sed falso* sec. Sigib.

[a*] *ita Sigib.* sedando 2? [a] nisi *Sigib.* [b] inimicos 2. [c] cuncta *Sigib.* [d] Jonium *Herim.* ydrimense *Corn.* [e] duriuscula 2.

[1] i. e. Hadwic, Hedwig. Cf. de hac abbatissa ejusque origine Wedekind, Noten Tom. I, p. 150 sqq. Erat tertia abbatissa illius coenobii. — Hoc est stemma:

Ekbertus, comes
s. Ida, uxor

| Warinus, | Ludolfus, | Cobbo, | Haduwi, | Adela, |
|---|---|---|---|---|
| abb. Corbejens. | dux Saxon. | advocat. Osnabrug. | nups. *Amalungo*, quo mortuo coenob. Hervord. intravit et abb. III. facta est illius coen. | abb. II. Hervord. |

Bennid — Amalung

[2] distat Pertensis pagus ab urbe Catalaunensi circiter 11 leucis horariis, vulgo *le Pertois* (hodie departement Haute-Marne).

cultum divinum [a]. Duo igitur monasteria nobilissima tempore Karoli Magni fundantur [b] [1] et tempore filii sui Lodewici Pii mancipantur et stabiliuntur, Corbeja et Heriford, unum monachorum et aliud virginum nobilium Deo sacratarum. Primus abbas in Corbeya Warinus, nobilissimo genere exortus. Haduwi autem, eque nobilis, neptis ejus, in abbatissam Hervordensem promota, monasterium suum illustrare desiderans, Karoli Calvi, tunc regis Francorum et post imperatoris Romanorum, auxilium super reliquiis sanctorum efflagitavit, quia tertio quartoque gradu consanguinitatis sibi jungebatur, et majores sui regi familiarius adhererent. Igitur sancte Pusinne virginis accepit venerabile corpus integrum. Ad quod accipiendum directi sunt episcopi cum episcopo loci. Cives autem dolenter et invitissime tolli permiserunt. Sed dominationi regie resistere non potuerunt. Translatum ergo est corpus hoc sanctissimum hoc anno, id est Lodewici II. anno quinto, in Hervordiam, ut dictum est. Et ubicumque cum ipso sancto corpore quieverunt, nocte vel meridie, post corporis sublevationem lylia copiose succreverunt, et arbores ad reliquias inflexe et quasi inclinantes sic permanserunt. Transl. s. Pus. Claruit [2] autem beata Pusinna in Hervordia miraculis multis et probatissimis. Meritis enim ejus quidam de familia Liudberti Mymegardevordensis [c] episcopi, cecus, surdus et crure debilis, in ecclesia Hervorde omnimode Cristo miserante curatus est. Item quedam mulier membris omnibus destituta recepit ibidem meritis sancte sponse Cristi perfectam sanitatem. Item quedam ceca coram memoria virginis orans diu amissum lumen recepit. Item puer quidam membrorum usu destitutus ad memoriam eandem curatur. Item quedam sanctimonialis de Nutlon [3] usu membrorum carens ad memoriam beate Pusinne ducitur et sanitati pristine meritis ejus restituitur. Item quedam femina Gudhildis in Hervordia multis nota, dextram longo tempore habens aridam, orans ad reliquias virginis beate sanari promeruit. Item quedam ceca meritis et oratione sancte Pusinne illuminata est, et subito fugiens timensque pristinam Saxonum superstitionem, ne, si de sua tam insperata curatione plurimorum gratulatio, in perniciem pristine cecitatis verteretur. Sed ut pateret, quod prudentia carnis inimica est Deo, rursum ut prius fuerat ceca efficitur. Quid plura? Penitet, ad reliquias ceca redit, rem per ordinem superstitionemque sibi obfuisse fatetur, et orans iterum visum recepit. Item quidam Baduradi Podelbornensis episcopi servitor passione renum totus quasi rigidus diu manens, elemosinis episcopi nutritur. Ad memoriam tandem beate Pusinne devotius orans, ex integro sanatur, et domino suo sicut prius astitit cum magna episcopi admiratione et sancte sponse Cristi veneratione. Item meritis ejus alia ceca illuminatur. Item quedam in tantum contracta, ut calcaneum femori teneret infixum, perfecte sanatur. Item mulier quedam in Hervordia, marito suo in remotis agente, vasculum cerevisie mellite paravit. Peregrinus quidam pauper multum sitiens ipsam per nomen Cristi et beate Pusinne, petitionem sepius iterans, adjuravit, quod bibere sibi daret. Illa se per Cristum et beatam Pusinnam habere potum quemcumque negavit. Vir continuo revertitur. Mulier nichil penitus inveniens in vase nec defluxisse comperiens, de perjurio et impietate penitentiam egit. Item quedam femina fluxum sanguinis diutissime passa, nec a medicis curari valens, meritis sancte Pusinne sanatur. Item quedam mulier coram memoria sancte Pusinne prostrata suas sibi pauculas oves furto ablatas lacrimose et clamose conqueritur iterum et iterum, et ad hec virgini Pusinne querimonias repetendo clamabat: ‘En! michi pauculas oves fures sustulerunt, quarum michi lac alimentum, lana tegumentum prebuit. Unde modo, o sacratissima virgo, victum, unde habebo vestitum? Tu me de injuria hac juvare vales’. Quidam audientes ipsam irrident, quidam miserantur, omnes tamen equum judicem Deum orant, ut pauperculam clementer aspiciat. Illa domum revertitur. Post aliquot dies quidam mendicum se fingens hospitium ab illa petit. Mulier negat, casum suum allegans, nec quidquam se pro hospitibus facturam jurans. Ille non cessat petere, per sanctos contestans et se nichil nisi hospi-

[a] num *pergit* 1. [b] fundavit 1. 2. [c] Mymegdev. 1. 2.

[1] Cf. historiam translat. s. Viti et vitam s. Idae.

[2] Haec miracula in Vita et translatione s. Pusinnae, Act. SS. April. III, p. 172 editis, non leguntur.

[3] hodie Notteln, prope Monasterium in Westfalia.

tium requirere dicens. Quesivit enim, si quid residui fuisset, totum per furtum asportare. Mulier adjurata tandem illum recipit. Ille sopore depressus in sompno confitetur, se furem esse, qui omnia mulieri abstulisset. Conscios etiam participes furti prodidit, et ubi oves essent insinuavit. Mulier vicinos introducit, qui et furem in vincula mitterent et oves secum requirerent. Quibus inventis, arietem pro gratiarum actione ad memoriam sancte virginis adduxit, cujus suffragia prius devotius implorarat, et oves suas meritis ejus receperat. Item demoniaci plurimi sanati sunt ad memoriam sancte Pusinne adducti, puta Bava, Meynulfus et Afflet. Item temporibus abbatisse Ymme, incendio urbis Hervorde edificia vastante, cum ignis ubique dominaretur, in tantum etiam ut templi tegmina flagrarent, dicta domina abbatissa Ymma sancte et immaculate virginis Pusinne reliquias contra incendium portari cum devotione multa fecit. Et mox ignis quasi fugatus retrorsum agitur et extinguitur, et laudes Deo et sacre sponse sue ab omnibus letitia lacrimante congeminantur. Istis et quam pluribus aliis signis gloriosis Dominus sponsam suam sacratissimam virginem Pusinnam decoravit et colendam exhibuit universis.

862. Septimo anno Lodewici Baldwinus ferreus, filius Audachi, rapuit Judith, filiam Karoli Calvi, relictam regis
Vinc. 25, 42. Anglorum. Propter quod ab omni ecclesia consensu episcoporum excommunicatus est ex precepto Karoli. Dehinc ex episcoporum et optimatum ejus consilio reconciliatus Karolus Baldwino et Judith, dedit ei Flandriam in comitatum perpetuo possidendum ipsis et heredibus suis. Hoc igitur anno[1] comitatus Flandrie sumpsit exordium. Prius enim a forestariis regis Francorum regebatur. Quorum et Lindricus et Inghelramus et Audacer sub Pipino et Karolo Magno et Lodewico rectores Flandrie fuerant, nec tamen comites vocati sunt*. Sed iste Baldwinus in Flandria primus
Herim. 862. comes exstitit. Item Lotharius, rex Lotharingie, frater Lodewici II., Tebergam uxorem suam legitimam repu-
cf. Sig. diavit, Waldrade concubine se commiscens, faventibus sibi ad hoc Guntario archiepiscopo Coloniensi et Theogaudo Tre-
cf. Nordhof. gest. verensi, synodo ad hoc machinandum collecta per eosdem**. Iste enim Guntarius vel Gunterus, 21.
arch. Col. p. 5. Coloniensis episcopus, habuit sororem nomine Waldradam. Quam Lotharius instinctu Guntheri superduxit Theberge legitime uxori, favente sibi Theogaudo Treverensi. Propter quod synodo Rome collecta, Guntharius et Theogaudus a Nycholao papa sunt depositi et anathematizati, Lothariusque, nisi resipisceret, excommunicatus est. Guntharius vero post interdictum officium episcopale usurpans, sed post penitentia ductus, Romam venit. Sed non reconciliatus, dum contumax
cf. a. 866. apud Xantum divinum officium usurparet, fertur ab angelo Dei sacris vestibus ante altare occisus.

863. Octavo anno Lodewici comitatus Hollandie cepit. Ex cronicis Flaminghorum: Karolus Calvus Thy-
Chr. Egm. dericum, fratrem Waldgeri, primum comitem Hollandie faciens, Ekmundam cum pratis, silvis et aliis omnibus,
863. 878. que inter Swicterdeshage et Fortrapa et Kinnen[2] posteri ejus nunc possident, beneficio contulit. Qui Thydericus comes postea monasterium Ekmundense[3] fundavit sub episcopo Trajectensi Edilbaldo, sanctimonialibus ibidem ad Deo serviendum institutis. Et reliquias corporis beati Adelberti, ipso cuidam sanctimoniali se revelante, in locum, ubi nunc a fidelibus veneratur, transtulit, ligneam ibidem ecclesiam construens. Et defunctus feliciter in eodem monasterio cum
Sig. 863. uxore sua Gena sepultus est***. Item Sigibertus: Hucbertus abbas et dux, frater Theberge regine, pro repudio so-
Ps.-Liutpr. roris sue contra Lotharium insurgit. Ex libro de gestis pontificum Romanorum[a]: Temporibus Nycolai pape
c. 107. Lotharius, frater Lodewici imperatoris, Thebergam uxorem legitimam dimittens, Waldradam concubinam matrimonio sibi sociavit. Cujus sceleris auctores et defensores erant Theotgandus[b] Treverensis, primas Belgice provincie, et Guntharius Coloniensis archiepiscopus. Qui a papa Romam vocati fiducialiter venerunt et ei libellum incesti matrimonii defensionem continentem obtulerunt, dicentes, se nichil plus minusve egisse quam in predicto libello continebatur. Sed multa

* Baldw. ferreus — sunt *ap. Corn. p. 468. 6. ann. Lod. II., sed falso* sec. Sigib. ** Lotharius rex — eosdem *ap. Corn. p. 468. 7. ann. Lod., sed falso* sec. Sigib. *** comitatus Holland. — est *ap. Corn. p. 472. 8. ann. Lod. II., sed falso* sec. Sigib.

a Rom. pont. 2. b *ita* 1. 2.

1 Cf. a. 792. 2 Pagus majorem Hollandiae borealis partem complexus, a fluvio Kinnemo nomen accepit; nescio an denominatio praefecturae Kennemerland post nostri temporis bella evanuerit. Pertz ad ann. Fuld. M. G. H. SS. I, p. 396. 3 Egmont.

in eo continebantur, quibus merito post in eos sententia depositionis proferebatur, sicut idem papa dicit in epistola, Ps.-Liutpr. l. l.
quam Remensi archiepiscopo et ceteris episcopis in regno Karoli regis degentibus destinavit; et in alia, quam scripsit omnibus episcopis, qui erant in regno Lodewici. Inquit enim, eos depositos fuisse: primo quia jussionibus, quas de Ingeltrudi et Thyetberga sive Waldrada fecerat, inobedientes fuerunt; secundo quia Engeltrudam anathematis vinculo innodatam recipere et absolvere presumpserunt, cum hii, qui ab uno abiciuntur, ab aliis non sint recipiendi; tertio quia scripta apostolice sedis subtrahendo et addendo transmutantes, falsitatis rei manifestissime claruerunt; quarto quia adulteris consenserunt et tantum flagitium defendere temptaverunt, juxta illud: 'Et cum adulteris portionem tuam ponebas'; quinto quia de negotio, unde ad Romanam sedem fuerat appellatum, preter auctoritatem apostolicam judicare ac diffinire temere presumpserunt, quod nullatenus licet; sexto quia hoc in absentia Theotberge peregerunt, contra illud: 'Non maledices surdo' (surdus namque quodammodo est, qui in absentia positus que sibi obiciuntur non audit, sicut Theotberga fuit, cui rex securitatem veniendi ydoneam tribuere noluit); septimo quia prophanis gestis subscripserunt et alios subscribere compulerunt, et tot animarum rei constituti sunt, quot utpote preminentes in hoc verbo vel facto prevaricationis preci-
cipitium submerserunt. Hec ex dicto libro. Sigibertus: Igitur Guntharius et Theogandus archiepiscopatibus et Sig. 863.
sacris ordinibus et gradibus exordinati, anathematizati sunt, eisque laycalis tantum communio concessa est *.

Nono anno Lodewici, ut dicit Sigibertus, excommunicata pelice Waldrada a legato apostolico, videns Lotha- 864.
rius rex sibi etiam excommunicationem intemptari, Theotbergam uxorem suam recepit. Sed non multum id profuit, quia Sig. 864.
non multo post repudiata uxore pelicem recepit. Nec ultra ullo correctionis modo ab ea separari potuit **.

Decimo anno Lodewici Bulgarii fidem Cristi susceperunt. Sigibertus: Rex Bulgarorum ad cristia- 865.
nismum cum gente sua conversus, missis ad eum a sede apostolica ministris sacri ordinis, acceptis etiam a rege Lode- Sig. 865.
wico subsidiis, adeo in fide solidatur, ut non multo post, filio majore in regem coronato, ipse abrenuntians seculo monachus factus sit. Sed cum filius ejus juveniliter agens ad gentillitatis cultum vellet redire, militie cingulo et regio cultu resumpto, filium persecutus cepit, et oculis ejus effossis, eum in carcere trusit; et filio juniore in regnum locato, sacrum
habitum recepit, et in eo usque ad finem vite perseveravit. Item Egkardus: Huni quoque cristianitatis nomen Ekk. 865.
aggressi sunt ***.

Undecimo anno Lodewici sanctus Cyrillus, pene omnium Sclavorum apostolus, corpus sancti Clementis pape a Cersona, 866.
ubi in mare Ponticum projectum fuerat, mari exsiccato auferens, Romam deportavit. Quod per papam et Romanos in ecclesia Mart. Pol.
sancti Clementis pape fuit reconditum. Ubi et ipse sanctus Cyrillus paucis diebus expletis defunctus sepelitur ****. Item c. 111. pont.
Guntharius archiepiscopus Coloniensis, episcopale officium post interdictum usurpans, sed post penitentia ductus, Romam Herim. 864.
venit. Sed minime reconciliari meruit. Qui dum contumax apud Xantum divinum officium usurparet, fer- cf. a. 862. fin.
tur ab angelo Dei sacris vestibus exutus ante altare fuisse occisus †. Item Nycholaus papa moritur. Mart. l. l.

Duodecimo anno Lodewici Adrianus, natione Romanus, ex patre Thalaro episcopo, papa 93., sedit annis 5. 867.
Ad quem cum Lotharius rex venisset et frustra opitulante fratre suo Lodewico imperatore pro matrimonio Waldrade Mart. Pol.
concubine sue satis egisset, nichil profuit. Martinus sic: Lotharius rex, quem Nycolaus papa pro adulterio excommu- c. 112. pont.
nicaverat, ad papam Adrianum Romam, ut se excusaret, venit. A quo, dum pro ostensione innocentie sue ad communionem Herim. 868.
corporis et sanguinis Jhesu Cristi tam ipse quam optimates sui per papam invitati fuissent, omnes, quia indigne perceperant, ipso anno mortui sunt ††, fautoresque scelerum omnes pene subito [a] perierunt. Ex libro de gestis
Romanorum pontificum: Adrianus papa ab omnibus Romanis unanimiter electus est. Quorum unanimitatem et desi- Ps.-Liutpr.
derium audiens Lodewicus imperator, cognoscens etiam qualiter in eo decretum suis subscriptionibus roborassent, gavisus c. 108.
valde, mox imperialem scripsit epistolam, per quam electionem super presulem conlaudavit †††. Hujus temporibus Lodewicus imperator dedit [1] ecclesie Corbeyensi et Hervordensi quasdam decimales ecclesias cum ipsis decimis in parrochya [b]

* Hucbertus abbas — est *ap. Corn. p. 473. 8. ann. Lod. II., perpaucis mutatis vel omissis.* ** excommunicata — potuit *ap. Corn. p. 473. 9. ann. Lod. II. aliquot verbis additis.* *** rex Bulgar. — sunt *ap. Corn. p. 474. 10. ann. Lod., sed verba* Huni quoq. *falso* sec. Vinc. **** s. Cyrillus — sepel. *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Egghard. † Gunth. — occisus *ap. Corn. p. 474. 11. ann. Lod., sed falso* sec. Vincent. †† Lothar. rex — sunt *ap. Corn. p. 475. 11. ann. Lod., paucis additis, aliis omissis.* ††† Adrian. papa ab — conlaud. *ap Corn. p. 474. 11. ann. Lod., sed in brevius contraxit.*

a *haec vox in* 1. *ex correct. manus* 1* *in loco raso.* b parochya *corr.* parrochya 1.

1 Diploma de hac re (in archivo regio Berolinensi asservatum) exstat ap. Schaten, ann. Paderb. Tom. I, p. 95. Erhard, reg. Westfal. Urk. Tom. I, p. 16. nro. XXI. Datum 11. Kal. Jun. a. 20. regni gloriosissimi regis Hludouuici, indict. 1. (i. e. d. 22. Mai a. 862 [Erhard 853]) in palatio regio Franconofurd. — Cf. quae dixi in praef. de vita Waldgeri inedita.

Osnaburgensi, consentiente episcopo et omni clero, ut in ipsis ecclesiis ab abbate procuraretur plebi baptisma, eucharistia, sepultura, confessio; episcopo autem de singulis ecclesiis darentur 4 porci vel[a] 8 arietes, 4 porcelli, 4 auce, 8 pulli, 20 situle[b] medonis, 20 de mellita cerevisia, 60[c] de non mellita, 120 panes, 100 modii avene, 600 manipuli, teste Rabano archiepiscopo Moguntino.
Karolus quippe omnes decimas in Saxonia constituerat ad regale servitium, unde eas rex dare potuit, quo voluit*. Hec
Sig. 867. ex dicto libro. Item Sigibertus: Sarracenis Beneventanam regionem incursantibus, Lodewicus imperator viriliter occurrit. Ad cujus auxilium Lotharius, frater ejus, properans, multa quidem prelia cum eo[d] strennue gessit**. Sed exercitu suo propter intemperiem aeris et morsibus aranearum nimis gravato, cum multo suorum dispendio rediit.

870. Quintodecimo anno Lodewici filius ejus Karolus junior per tres horas in presentia patris et optimatum vexatus
Sig. 873. et 870. est a demone, et in ipsa vexatione fassus est, hoc sibi ideo accidisse, quia conspirationem tractaverat contra patrem***.
Item Sigibertus: Lotharius rex Romam ad Adrianum papam excusatum se vadit, ut anno istius duodecimo jam dictum est, et in via redeundi, cum venisset Placentiam, defunctus est.

871. Sextodecimo anno Lodewici, ut dicit Sigibertus, Colonie celebrata synodo ad dedicationem ecclesie a tribus
Sig. 871. Theutonie[e] metropolitis, Lymperto Moguntino, Berculfo Treverensi, Willeberto Coloniensi, cum ab eis major ecclesia, que est sancti Petri, deberet dedicari, precedente nocte audite sunt voces malignorum spirituum, inter se dolentium et conquerentium, se a possessis diu sedibus expelli debere†.

872. Decimoseptimo anno Lodewici Wormatia fulminis ictu crematur. Item Adrianus papa moritur. Item
Herim. 872. hoc anno obiit Etelredus rex Anglie, Ethenulfi filius; post quem regnavit Elfredus, filius Ethenulfi junior, qui olim a
cod. 4. 4b. Vinc. 25, 40. papa Leone V. unctionem regiam et coronam susceperat. Hic regnavit annis 28 et mensibus 6. Novem continuis annis cum Danis[f] pugnavit. A quibus captus et ergastulo clausus, oculte elapsus e custodia, rediit ad suos. Et cum illis super barbaros ociosos irruens, plurimos occidit. Reliqui cum rege suo dederunt obsides, quod cristiani fierent et ab Anglia
ibid. 25, 45. discederent. Quod et factum est. Quidam tamen cristianismum recusantes, cum Hastingho mare transfretant, ab Anglia per Elfredum fugati, Parisiusque et Turonis et multas alias urbes, que super Secanam et Ligerim site sunt, civibus
ibid. 46. evacuantes, usque ad Tyrrenum[g] mare grassati sunt. Gwillelmus: Hic Elfredus jam duodennis expers erat omnis litterature. Sed tunc a matre benigno ludo invitatus, ut quod in manibus tenebat pro munere acciperet, si cito addisceret, joco litteras ingressus, aviditate siticulosa combibit. Istos libros in Anglicam linguam convertit: Orosium, pastorale sancti Gregorii, gesta Anglorum Bede, Boetium de consolatione. Tempus diurnum ita dividebat: octo horas impendebat in scribendo, legendo et orando, octo in cura corporis, et octo in expediendis regni negotiis. Eratque propter hoc in capella sua candela 23 partium, edituusque[1], qui per combustionem candele regem de singulis officiis ammoneret. Medietatem omnium censuum suorum justorum monasteriis delegavit. Ceteros redditus in duas divisit partes, et primam rursus in tres. Quarum unam dedit ministris suis curialibus, secundam operatoribus, quos jugiter in novarum edium constructionibus mirabili et ignoto Anglis modo habebat, tertiam advenis. Secunda pars redditum ita divisa est, ut prima daretur pauperibus regionis sue, secunda monasteriis, tertia scolasticis, quarta transmarinis ecclesiis. Semper gestabat libellum, in quo continebatur diurnus cursus psalmorum, ut, quando vacaret, arriperet et percurreret. Londoniam caput regni Merciorum[h] dedit cuidam primario Elgeredo cum filia sua Egelfleda. Ex qua idem primarius tulit liberos Eduwardum, qui post Elfredum regnavit, et Ethelwindam[2], que postea nupsit Baldwino comiti Flandrie, ex qua idem Bald-
ibid. c. 52. winus genuit Arnulfum, de quo sunt comites Flandrie, et Adolfum, qui suscepit a patre Bolonie comitatum. Fuit autem Elfredus vir litteratissimus, semper valitudinis adverse, quod precibus impetrarat a Domino, ut minus illecebras amplecteretur mundanas. Tandem pacem infudit patrie tantam, ut etiam per publicos aggeres, ubi semite per quadruvium funduntur, armillas aureas suspendi juberet, que viatorum aviditatem riderent, dum non essent qui raperent. Romam et ad Sanctum Thomam in India multa munera misit, per Sygelrunum[i] Schyreburnensem episcopum. Qui rediens gemmas et aromata plurima retulit de India, et partem ligni dominici de Roma, missam regi a papa Martino[k]. Monasterium unum constituit in Adelingya, ubi olim captivus latuerat, cui Johannem Saxonem prefecit abbatem; alterum in Wintonia, quod

* Lodew. imper. dedit — voluit *ap. Corn. p. 494. 495., sed falso* sec. Egghard. ** Sarracenis — gessit *ap. Corn. p. 474. 11. ann. Lod.* *** filius ejus Kar. — patrem *ap. Corn. p. 494. 15. ann. Lod., sed falso* sec. Egghard. † Colonie — debere *ap. Corn. p. 494. 16. ann. Lod.*

[a] et *diploma* aut *Vit. Waldg* [b] sicule 1. 2. [c] 40 *hab. dipl., sed* 60 *Vit. Waldg.* [d] *ap. Sigib. rectius* eis. [e] Lotharingie . . . Liutp. . . . Bert. *Sig.* [f] hostibus *Vinc.* [g] cyrrenum 1. 2. [h] Mercorum 1. 2. mercatorum 3. [i] Sigelinum *Vinc.* [k] Marino *Vinc.*

[1] i. e. aedituus. [2] *Ethelmudam* Vincentius, qui regis filiam Ethelsuidam Balduino nupsisse tradit.

dicitur Novum monasterium; ubi et sepultus est. Sygibertus: Hoc etiam anno Karolum regem Francorum Sig. 872.
domestica calamitas in filiis suis afflixit. Siquidem Karolomannum in clericatu usque ad officium dyaconatus provectum,
ipse pater cepit et excecavit, pro eo quod ad apostasiam conversus et omni genere nocendi regnum perturbans, alter
quidam Julianus effectus erat. Porro alter filius ejus Karolus, dum inconsulte voluisset experiri expertam pluribus
cujusdam militis Albwini fortitudinem, et soli solus congressus fuisset, ab eodem Albwino, ignorante quis esset, perem-
ptus est*. Ex cronicis: Sub eodem tempore Danorum gens deseviens Angliam plurimum perturbavit, piissimum Vinc. 25, 40.
et cristianissimum regem Edmundum capite nequiter truncavit. Quod caput lupus sevus in silvam deferens et inter ante-
riorum pedum amplexus collocans, illèsum conservavit. Postmodum dum caput dictum quereretur a pluribus, vocem
talem emisit: 'hir, hir, hir'. Quod sonat 'hic, hic, hic'. Et sic inventum ab Anglis, plurimis claruit miraculis**. Sigi- Sig. 872.
bertus: Basilius imperator Grecorum inter cetera mittit Lodewico regi Germanorum cristallum mire magnitudinis, mirifice
auro gemmisque ornatum, cum parte non modica sancte crucis. Item Lodewicus rex Alemannie, patruus Lode- Chron. Egm.
wici istius imperatoris, largitus est Thyderico comiti Hollandie forestum Wasda cum aliis pertinentiis***. Item 867.
Johannes VIII. creatur papa 94., et sedit annis 10, diebus 2. Martinus: Hic unxit Karolum, filium Lodewici regis, Mart. Pol.
in imperatorem. Hujus tempore Sarraceni per Ytaliam discurrentes, ecclesiam sancti Benedicti in monte Cassino destru- c. 113. pont.
xerunt†. Ad hunc papam Johannes dyaconus ecclesie Romane vitam primi Gregorii pape in 4 libellis laudabiliter scripsit.
Hic etiam papa tradidit Ansegyso, venerabili Senonensi archiepiscopo, caput sancti Gregorii Magni et brachium Leonis
pape. Que dictus Ansegysus Senonis in ecclesia sancti Petri cum magna veneratione collocavit.

Decimo octavo anno imperii sui Lodewicus imperator, ab Adelgyso Beneventano duce constrictus, timore vite 873.
jurejurando firmavit, numquam se Beneventi fines ultra intraturum, neque ex periculo injurie sibi tunc illate vindictam Ps.-Liutpr.
aliquando exacturum. Ab hoc autem juramento postmodum Johannes papa eum Rome absolvit auctoritate Dei et sancti c. 109.
Petri, affirmans, nichil sibi obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum,
quod contra salutem reipublice, quamvis cum multis exsecrationibus, fuerit prolatum††. Hoc ex libro de gestis Ro-
manorum pontificum. Item Sigibertus: Locuste innumerabiles Galliam depopulantur, ceteris locustis majores, Sig. 874.
sena alarum remigia[a], sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, ut castrorum acies turmatim volantes, duces
cum paucis itinere unius diei premittentes ad metanda[b] loca venture multitudini, circa horam nonam ad previsum locum
venientes, ibique solis ortum exspectantes, per spatium unius diei aerem velabant, ipsum solis radium obnubilantes, ore
lato, extenso intestino, omnia viridia in herbis et arboribus vastabant, spatium diurni itineris quatuor vel quinque milibus
extendentes. Hoc miserabili spectaculo usque ad mare Britannicum pervenientes, tandem flatu ventorum in profundum
maris demerse sunt. Sed estu occeani ad litus rejecte, putredine sua aere corrupto, multos perire fecerunt. Secuta
fames valida multos consumpsit inedia, ut pene tertia pars hominum consumpta sit in Gallia†††. Ekk. 875.

Decimo nono anno Lodewici imperatoris Lodewico regi Germanorum apparuit in sompnis genitor suus Lodewicus 874.
Pius, olim imperator, adjurans eum per nomen sancte Trinitatis, ut eum eriperet a tormentis, quibus detinebatur, ut Sig. 875.
tandem eternam requiem habere mereretur. Ob hoc ad diversa monasteria elemosinis destinatis, obnixe filius succurrebat
patri. Unde dabatur intelligi, quod, licet idem imperator multa Deo et hominibus placita fecisset, plura tamen Deo
contraria in regno suo fieri consensit. In quibus graviora videbantur, quod heresi Nycolaitarum non restitit, et monita
Gabrielis archangeli, 12 capitulis comprehensa, que Emarchus ei legenda et servanda obtulit, servare non studuit.
Item Lodewicus imperator in Ytalia cadens de solario moritur et Mediolani sepelitur. Item cometes solito ruti- ibid. 876.
lantior apparuit††††.

## *Capitulum 74.*

Karolus Calvus rex Galliarum, filius Lodewici Pii et frater Lotharii imperatoris et Lodewici
regis Germanie, et patruus Lodewici et Lotharii, filiorum Lotharii imperatoris, Romanorum a
Julio 78., cepit anno mundi 4837., Urbis 1626., Domini 875., imperii Theutonicorum 76., et per annum Mart. Pol.
c. 77. imp.

* Karolum regem — est *ap. Corn. p. 494. 17. ann. Lod., aliquot verbis mutatis.* ** Danorum gens — mirac. *ap. Corn. p. 475. 11. ann. Lod., sed falso* sec. Egghard. *et in brevius contractum.* *** Basilius imp. — pertinentiis *ap. Corn. p. 495. 18. ann. Lod.* † Sarraceni per — destrux. *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Vinc. †† Lodew. imp. ab Adelg. — prolatum *ap. Corn. p. 495. 18. ann. Lod., sed falso* sec. Sigib. ††† locuste — Gallia *ap. Corn. p. 474. 9. ann. Lod., sed falso* sec. Hugonem, *aliquot verbis transpositis, aliis in brevius redactis.* †††† Lodewico regi — appar. *ap. Corn. p. 495. 19. ann. Lod., sed falso* sec. Eggh. *et* sec. Vinc.

[a] *recepi ex Sigib.*, regimina 1. 2. [b] metenda 1. 2.

Vinc. 25, 42. unum novemque menses imperavit. Sigibertus[1] dicit, quod annis 2 imperavit*. Iste Karolus, imperatore mortuo,
Romam pergit, et Johanne papa Romanisque sibi per munera conciliatis, imperator creatur. Sed ei statim a Lodewico
fratre suo, rege Germanorum, filio Lodewici Pii, bellum paratur, eo quod se inconsulto solus imperium fratruelis
ibid. c. 43. usurpaverit. Imperator iste multa monasteria tam in Ytalia quam in Gallia construxit et destructa reparavit**. Item
apud Compendium reliquias sanctorum Cornelii et Cypriani attulit. Item sanctam Pusinnam integram in
Sig. 876. Hervordiam misit. Sigibertus: Karolus Calvus post adeptum imperium ultra se elatus, consuetudines
Francorum vilipendens, Grecas glorias et insolitos habitus affectabat, et talari dalmatica indutus et desuper balteo ad
pedes usque pendente accinctus, capite vero involuto velamine de serico, et dyadémate super imposito, procedebat. Et
cum esset lepore timidior et hostes fugere quam fugare paratior, fratrem suum Lodewicum[a], regem Germanie, laces-
cebat, minatus se tantas copias conducturum, ut, ab equis flumine exhausto, ipse per aridum alveum Germanie regnum
Vinc. 25, 43. intraret***. Item Helynandus: Hic cogitaverat castrum Compendium facere instar Constantinopolis, et de nomine suo
illud appellavit Karolopolim[2]. Item temporibus istius et Johannis Schoti studium litterarum de Roma
Parisius translatum est secundum Hugonem[3]. Sed vide annum decimum Constantini VII.

875. Primo anno Karoli subita et nimia aquarum habundantia facta est in Junio, ita ut in Saxonia villa quedam,
Sig. 876. remota longe a torrentibus et fluminibus, in momento cum hominibus et bestiis et arboribus et edificiis, cum ecclesia
ibid. 877. et altari penitus absorbta sit, ita ut nullum habitationis remanserit vestigium. Item Lodewicus rex Germanorum,
frater Karoli Calvi, obiit, relinquens tres filios, scilicet juniorem Lodewicum et Karolum, qui non multo post impe-
ravit, et Karolomannum, patrem Arnulfi imperatoris. Porro Karolus de morte fratris sui gavisus, injuriam, quam contra
fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus, cum 50000 hominum et eo amplius regnum eorum aggressus,
Coloniam usque pervenit, Lodewici filiis alias occupatis. Lodewicus autem junior, missa legatione ad patruum, rogabat
ea que pacis sunt. Que cum impetrare non posset, eum bello viriliter excepit ipsumque victum cum nimio exercitus
dampno ac dedecore multo fugere compulit. Item Sigibertus: Hoc anno ingruente in Germania[b] pestilentia, dum
canes undique collecti cadaveribus incumberent, ita subito disparuerunt, ut nec vivi nec mortui reperirentur†.

876. Secundo anno Karoli Calvi secundum Helynandum claruit Johannes Scotus, vir perspicacis ingenii et facundie
Vinc. 25, 42. mellite. Qui propter fragores bellorum in Franciam ad Karolum Calvum transierat jam dudum. Cujus rogatu jerarchyam
Dyonisii Aryopagite de Greco in Latinum verbum e verbo transtulit. Composuit librum, quem peri fisyon merimyon[4],
i. e. de nature divisione, tytulavit, propter questiones solvendas bene utilem. Hic post munificentia regis Elfredi allectus
venit in Angliam, et apud monasterium Mahuesberiense[c] a pueris quos docebat grafiis, ut fertur, perforatus et martir
est estimatus. Hujus hoc epytafium fuit:

Clauditur in tumulo seculis[d] sophysta Johannes,
Qui donatus erat jam vivens dogmate miro,
Martirio tandem Cristi conscendere regnum,
Quo meruit, sancti regnant per secula cuncti††.

Scabri sunt hii versus et moderni temporis lima carentes. Vincentius tamen dicit sic: Hic Johannes Schotus phi-
losophus, ut dicit Lanfrancus, in fide desipuit. Unde liber ejus de eukaristia lectus est et dampnatus in synodo Vercellis
celebrata sub papa Leone IX., eodem anno quo se Lanfrancus ab errore Berengarii purgavit. Idem Johannes super
Sig. 878. jerarchyam Dionysii commentavit. Item Sigibertus: Hoc anno Karolus imperator Romam secundo petens, Bosoni,
germano uxoris sue, neptem suam, filiam Lodewici imperatoris, dedit uxorem, et data ei Provincia, in regem eum coro-
navit, ut etiam regibus imperare videretur. Sed audiens Karolus, fratrueles suos Karolomannum et Karolum contra se
exercitum adducere, pavore solutus reditum parat, et inter redeundum a quodam Sodechya Judeo male potionatus, Mantue[e]
moritur. Cui filius ejus Lodewicus cognomento Balbus successit in regno Francorum, et duobus annis regnavit. In
imperio vero successit eidem Karolus, qui dicitur Grossus, filius junior Lodewici regis Germanorum; de quo supra

* Karolus Calvus — imperav. *ap. Corn. p. 496. de Kar. II.* ** iste Karol. — reparav. *ap. Corn. p. 496., sed quaedam addidit, quaedam omisit.* *** Kar. Calvus — intraret *ap. Corn. l. l.* † Lodewic. rex G. frat. — reper. *ap. Corn. p. 496. 1. ann. Kar.* †† claruit Joh. Scot. — cuncti *ap. Corn. p. 497. 2. ann. Kar., sed falso* sec. Eggh. *et pluribus verbis omissis.*

[a] Lodwicum 1. [b] pecorum *add. Sig.* [c] *ita* 1. 2. Malmesberiense *Vinc.* [d] seclis *Corn.* [e] Mancue 1. 2.

[1] falso, legatur *Vincent.;* Sigib. praebet a. 876. *III.* [2] *et de — Karolopolim* desunt ap. Helin., sed leguntur apud Vincentium. [3] Neque apud Hugonem neque apud Vincentium illa leguntur. [4] i. e. *περὶ φύσεως μερισμοῦ.* Opus Scoti gravissimum. Prodiit Oxoniae 1681.

anno quintodecimo Lodewici II. dictum est, quod aliquando in presentia patris a demone sit vexatus.
Adeptus est autem iste imperium adnitentibus sibi quibusdam nobilium Romanorum, non obstante, quod Johannes papa
satageret imperium transferre ad Lodewicum Balbum, filium recenter [a] defuncti Karoli Calvi imperatoris. Helynandus [b] [1]:
Alibi legi ego, quod Karolus Calvus secundo Romam pergens obiit in itinere, et sepultus est apud Lugdunum in mona- Vinc. 25, 43.
sterio Antonii. Post tempus multum apparuit cuidam monacho, jubens, ut diceret filio suo Lodewico, quod transferret
corpus ejus ad Sanctum Dyonisium. Sicque tempore Waltheri abbatis Sancti Dyonisii relatus est et in ecclesia sancti
Dyonisii sepultus ante altare sancte Trinitatis.

## *Capitulum 75.*

Karolus junior, qui et Grossus dicitur, filius Lodewici regis Germanorum, filii Lodewici Pii, filii Ka- Ekk. 877.
roli Magni, Romanorum a Julio 79., cepit anno mundi 4839., Urbis 1628., Domini 877., imperii M. P. c. 78. imp.
Theutonicorum 77., et 12 annis imperavit. Egkardus dicit sic: Karolus junior cum fratribus suis Karolomanno Ekk. 877.
et Lodewico annis 11 regnavit. Lodewicus quippe tenuit Ostrofranciam, Karolus Alemanniam, Karolomannus Bayoariam.
Cujus filius Arnulfus postmodum obtinuit monarchyam.

Primo anno Karoli istius Lodewicus Balbus, filius Karoli Calvi, Francorum 25. cepit, et 2 annis super Francos 877.
regnavit post patrem. Ex hystoria Francorum: Hic in uno bello 5000 Normannorum et amplius Vinc. 25, 44.
interfecit. Moritur autem uxorem suam gravidam relinquens. Que peperit ei filium nomine Karo-
lum, qui Simplex dictus est. Habuit et duos filios ex concubina, Lodewicum et Karolomannum*.
Item Sigibertus: Hoc anno Johannes papa a Romanis in custodia detruditur, pro eo quod Karolo juniori non fa- Sig. 879.
vebat; unde in Franciam veniens, cum rege Lodewico Balbo pene per annum moratus est. Item Odo Cluniacensis: Vinc. 25, 45. 46.
Post tria lustra fuge Hastingi (de quo anno septimodecimo Lodewici II. dictum est) Rollo** de Norwegia,
nobilis, patria pulsus, multos, quos vel es alienum vel conscientia scelerum exagitabat, magnis spebus sollicitatos secum
adducens, pyraticam aggreditur et Carnoti hesit. Cujus cives nec armis nec muris confisi, beate Marie suparum, i. e.
camisiam, adorant, quam Karolus Calvus a Constantinopoli cum aliis reliquiis advehi fecerat. In modum autem vexilli
illam sicut propugnacula exponunt. Hostes visam irridere ceperunt et in eam sagittas dirigere. Quorum oculis mox
obtenebratis, nec antecedere nec retrocedere jam valebant. Quod videntes cristiani, multa eorum cede saciantur, Rollone
tamen evadente. Item Rollo Majus Monasterium non longe a Turonis funditus evertit. Ibi 116 monachos percussit.
Sed abbas et alii 24 in cavernis latitantes evaserunt. Abbas tamen Hybernus de latebris post extractus, nullis tormentis
cogi potuit, vel thesauros ecclesie prodere vel monachos latitantes. Rollo autem Cenomannum obsedit et cepit. Tunc
corpus sancti Martini mittitur Aurelianis. Sed cum Rollo eo veniret, mittitur Tableyam, et post Antysiodorum, ubi innu-
mera miracula facta sunt in ecclesia sancti Germani. Gwilhelmus: Cumque adventantes pro remediorum gratia plurima
offerrent, oritur seditio pro partitione pecunie inter Turonenses et Antysiodorenses. Ad quam sedandam leprosus inter
sanctorum Martini et Germani corpora ponitur et tota nocte custoditur. Lucescente aurora apparuit pars illa leprosi, que
proxima fuerat Martino, totaliter curata, altera parte adhuc egra remanente. Obvertunt igitur Martino latus morbidum,
quod altero mane ex toto curatum est, cedente Germano honori hospitis sui**. Nec multo post Rollo Rothomagum et
confines urbes obtinuit.

Secundo anno Karoli secundum Sigibertum sol hora diei nona ita obscuratus est, ut stelle in celo apparerent. 878.
Item Lodewicus Balbus rex Francorum moritur. De regno ejus varie senserunt Franci, aliis filiis ejus ex concubina id Sig. 880.
tradere volentibus, aliis Bosoni Provincie regulo, aliis regno Germanie id resotiare querentibus. Nascitur interim Balbo filius
ex uxore sua, quam moriens gravidam reliquerat, et Karolus nominatur. Ad filios tamen concubine regnum devenit***.

Tertio anno Karoli Lodewicus et Karolomannus fratres, filii Lodewici Balbi ex concubina, regnum [c] Francorum 26. 879.
loco [d] tenuerunt annis 5. Isti congressi cum Normannis, ex eis 9000 interfecerunt†. Item Sigibertus [2]: Karolomannus, Sig. 880.
frater Karoli junioris, moritur in Bajoaria apud villam Othingam. Et non multo post alter frater ejus immatura morte Herim. 880.
Vinc. 25, 47.

* Lodew. — Karol. *ap. Corn. p. 497. 1. ann. Kar. III., sed falso* sec. Vinc. ** Rollo de Norw. — sui *ap. Corn. p. 498. 2. ann. Kar.* *** sol hora — devenit *ap. Corn. p. 498. 3. ann. Kar.* † Lod. et Karol. — interf. *ap. Corn. l. l.*

[a] recens *Sig.* recentis *Vinc.* [b] *deest* 2. [c] regum 1. [d] leto 1. 2.

[1] Sequentia apud Vincentium non ex Helinando sumpta sunt. [2] falso, legatur *Vincentius;* Henricus Vincentii verbis paulo prius antecedentibus: *Sigeb. in chronicis* deceptus est. Priora verba mutuatus est ex Herimanno Augiensi.

perit. Unde Karolus rex de inimicis triumphans, regnum Germanie obtinuit, et post Rome a Johanne papa benedicitur, et
imperat 10 annis. Sicque duobus annis prius imperium rexit, sed post per 10 imperavit. Ex cronicis: Hoc anno
Ekk. 881. Karolus junior cum uxore sua Richarda imperiali benedictione sublimatur.

880. Quarto anno Karoli Normanni iterum cum Dacis fines Morinorum, Menapiorum et omnem circa Scaldum flumen
Sig. 882. terram ferro et igne devastant. Inde Wol fluvium ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi, quod nunc Novi-
magium dicitur, incendunt *. Sigibertus sic: Normanni **, adjunctis sibi Danis, Franciam et Lotharingiam perva-
gantes, Ambianis, Attrebatum, Cameracum, Corbeyam, Tarvennam devastant. Eodem anno Godfridus et Sigifridus reges
Normannorum cum inestimabili multitudine juxta Mosam in loco Hasion consedentes, Leodium, Trajectum, Tungris, Co-
loniam Agrippinam, Bunnam cum adjacentibus castellis comburunt; Aquisgrani in palatio equos stabulantes, opidum et
palatium incendunt. Navigio[1] primo terram intraverant. Sane cum media nocte nativitatis dominice
Tungris applicuissent, civibus et incolis patrie totius ignorantibus, puer lectionem primam in
matutinis lecturus cum dicere deberet: 'Jube, Domine, benedicere', alte, nesciens quid faceret, dixit:
'Hostes in portu'. Percutitur igitur a magistro. Iterum autem legens dixit: 'Hostes in muro'. Ar-
guitur iterum et percutitur. Unde tertio legens, virtute Dei ipsum agente, exclamavit: 'Hostes
in foro'. Et ecce subito clamor et planctus universorum, omniaque cum hominibus igne ferroque
consumuntur. Treveris etiam tunc per eos consumitur[1] **.

882. Sexto anno imperii sui Karolus, Germanis et Gallis ad auxiliandum regno vocatis[a], Nordmannos obsidet. Cum
Sig. 884. quo Godfridus rex facto federe, ut sibi Frisia provincia et Gysla filia Lotharii regis uxor daretur, baptizatus est, et ab
imperatore de sacro fonte susceptus. Sigifrido quoque rege nimis munerato, eos a regno recedere fecit. Qui mox Fran-
ciam repetentes, post multas incursiones a Karlomanno rege Francorum 12000 argenti probati pro tributo exigunt, et sic
Ekk. 882. Mart. Pol. in 12 annos pacem promittentes, mare repetunt. Item Lodewicus rex Francorum, frater Karlomanni, obiit. Item
c. 114. pont. Martinus[2], papa 95., sedit anno 1, mensibus 4, et cessavit episcopatus diebus 2.

883. Septimo anno Karoli, Karlomanno rege Francorum mortuo, cujus frater Lodewicus jam anno priore obierat, Nord-
Sig. 885. manni, ut dicit Sigibertus, Franciam repetunt, dicentes, se cum rege Francorum tantum, non cum Francis fedus pe-
pigisse. Hinc compulsi Franci, Karolum imperatorem ad auxiliandum sibi invitantes, Franciam ei subiciunt. Qui contra
Mart. Pol. Nordmannos apud Lovanium castra metatus[b], semel et bis exercitum misit. Sed nichil dignum egit ***. Item Adrianus III.,
c. 115. pont. natione Romanus, papa 96., sedit anno 1, mensibus 3. Hic imperio reluctans constituit, ut imperator de electione
pape se non intromittat.

884. Octavo anno imperii sui Karolus super Francos regnare cepit, et regnavit, 27. Francorum, annis 5.
Sig. 887. Sequenti anno Nordmanni a Lovanio exeuntes, Parisius obsident. Contra quos Henricus dux exercitum ducens, dum
ibid. 886. Mart. Pol. incaute equitat, in foveam, quam Nordmanni factam quisquiliis operuerant, lapsus, trucidatur †. Item Godfridus rex
c. 116. pont. perimitur cum suis. Item Stephanus V., natione Romanus, papa 97., sedit annis 6, diebus 10.

886. Decimo anno imperii sui Karolus junior imperator et rex Francorum cum Nordmannos nequiret expellere,
Sig. 888. tandem facto federe, concessit eis regiones, que erant ultra Secanam. Quarum incole contra se rebellabant. Que pars
Vinc. 25, 51. Francie usque hodie Normannia a Normannis est denominata ††. Item Sigibertus[3]: Karolus imperator vidit
visionem mirabilem et terribilem de inferno et purgatorio, et post illam vix duobus annis supervixit.

887. Undecimo anno imperii sui, ut dicit Sigibertus, Karolus zelatus uxorem suam, pro eo quod plus justo
Sig. 889. familiariter ageret cum Liutwardo Vercellensi episcopo, protestatur in confessione[c], se numquam cum ea coisse. Illa
Herim. 887. vero virginem se esse gloriata, accepto repudio monasterium petiit. Ex cronicis sic: Rycharda imperatrix adulterii
cum Lyutwardo episcopo Vercellensi per imperatorem incusata, divino judicio se ab omnium virorum commixtione integram

* Normanni iterum — incend. *ap. Corn. p. 498. 3. ann. Kar., sed falso* sec. Egghard. ** Norm. adjunctis sibi — consum. *ap. Corn. p. 499. 4. ann. Kar., sed quibusdam omissis, quibusdam additis verbis.* *** Karl. rege Fr. — egit *ap. Corn. p. 500. 7. ann. Kar.* † Kar. sup. Franc. — trucid. *ap. Corn. p. 500. 8. ann. Kar., sed* sec. Sigib. et Vinc. †† Kar. junior — denomin. *ap. Corn. p. 499. 4. ann. Kar., sed brevius.*

[a] *apd Sig. recte:* Karolus a Germanis ......... regno evocatus Nordmannos obsidet. [b] metatos *Sig. et recte quidem, vide ann. sequentem.* [c] in conf. *Corn.* concione *Sig., recte*

[1] Unde verba *Navigio primo — consumitur* sint desumpta nescio. [2] est Marinus I. Sedit ab a. 882—884. [3] Non apud Sigib., sed ap. Vinc., qui falso Sigibertum fontem nominat.

et virginem comprobavit, quamvis jam 12 annis in imperatoris matrimonio apparuerit. Moxque a rege separata, in
Andelahense cenobium virginum a se constructum secessit, ibique Deo serviens, virgo regina permansit *. Item Mart. Pol.
Ungari egressi de Sythia[a], in Panoniam primitus veniunt, et ejectis inde Avaribus, usque hodie manent ibidem. Isti pro c. 78. imp.
tunc adeo fuerunt rudes et inculti, ut carnibus crudis in cibum et sanguine humano in potum uterentur**.

Duodecimo anno imperii sui Karolus junior, corpore et animo deficiens, ab optimatibus regni repudiatur et regno 888.
privatur. Et Arnulfus, filius Karlomanni regis, fratruelis ejus, in regnum sublimatur***. Martinus: Primus dux Sig. 890.
Nordmannorum fuit Robertus. Qui genuit Gwilhelmum. Qui Rychardum. Qui Rychardum II. et Robertum Guiscardi. Qui Mart. Pol.
Apuliam, Calabriam et Syciliam devicit, Venetos quoque et Alexium imperatorem Grecorum superavit. Et genuit Gwil- c. 78. imp.
helmum Notum[1] ****.

## *Capitulum 76.*

Arnulphus, filius Karlomanni, fratris Karoli Grossi, 80. loco a Julio, cepit anno mundi 4850., Urbis 1639., Domini Ekk. 888.
888., imperiique Theutonicorum 88., eodem scilicet anno, quo Karolus Grossus et regno et imperio
privatus est, et 12 annis regnavit, non tamen nisi 5 annis imperavit. Sigibertus: Hic Arnulphus patruo suo ex Sig. 890.
imperatore etiam necessariis egenti fiscos in Alemannia delegavit. Qui sequenti anno obiit. Item imperium Romanorum
et regnum Francorum misere discerpitur. In Ytalia nempe Berengarius et Wydo de regno contendunt. Franci vero,
neglecto Karolo Simplici, filio Lodewici Balbi, regem sibi preficiunt Odonem. Rodulfus autem corona sibi imposita
rex Burgundionum statuitur. Quod regnum multo tempore duravit.

Primo anno Arnulphi Odo, de progenie non Karoli Magni, sed Saxonum, filius Roberti comitis 888.
Andegavorum, Francorum 28. cepit, et 9 annis regnavit. Habuit autem iste Odo fratrem Ro-
bertum. Qui genuit Hugonem Magnum, comitem Parisiensem. Qui genuit Hugonem Capet. Ex
hystoria Francorum: Quia Karolus Simplex, cui regnum debebatur, puer erat 10 annorum et
regnum Francorum a frequentibus incursibus Nordmannorum defendere non poterat, Franci
consilio communicato Odonem sibi regem prefecerunt†. Item Sigibertus: Nordmanni Parisius ex- Sig. 891. et 892.
pugnare non valentes, Burgundiam aggrediuntur, et Senonis urbem oppugnant, sed non expugnant. Deinde a Senonis
Parisius repetunt, et inde repulsi per Macconam[b] fluvium Trecas urbem incendunt, et usque ad Virdunum et Tullum
urbes cuncta depopulantur. Item idem Sigibertus[2]: Arnulphus itaque rex potens principabatur Bajoariis, Suevis, Ekk. 887.
Francis orientalibus, Lotharinghis audacibusque Saxonibus. Cui[c] Zvendebaldus Moravianorum[d] dux viriliter repugnavit.
Usque ad hec autem tempora Ungariorum gens, cujus pene omnes nationes experte sunt sevitiam, quibusdam difficillimis
interpositionibus, quas clausulas vocant, separata erat a nobis, ut neque ad meridianam neque ad occidentalem plagam
exeundi facultatem habuerit. Arnulphus vero rex, dum Zwendebaldum predictum superare nequiret, depulsis, proch
dolor! hiis munitionibus, Ungariorum gentem, scelerum cupidam, in auxilium vocat. Et Zwendebaldo devicto, regno
quiete potitur. Ungarii vero interim, observato exitu, contemplatique regionem, malum cordibus, quod post in propatulo
apparuit, machinabantur††.

Tertio anno Arnulphi Nordmanni, ut dicit Sigibertus, Lotharingiam repetentes, circa Leodium cum cristianis 890.
pugnant et vincunt. Arnulfus rex audiens cedem suorum, de Bajoaria contra Normannos properat cum exercitu valido. Sig. 895.
Quos super fluvium qui Tylia dicitur pedestri prelio adorsus, tantam ex eis stragem fecit, ut ex innumerabili multitudine
vix superesset, qui ad classem adversum nuntium ferret. Nordmannorum residui, transvadata Mosa, Ribuariam et Ardu-
ennam vastando pervagantes, trans mare recedunt. Et ex tunc cepit ira Dei contra Gallias in misericordiam converti, et Vinc. 25, 53.
jugum Nordmannorum et Dacorum cessare†††. Qui 40 annis et amplius Gallias vastaverant et ad nichilum quasi redegerant.

* Karol. zelatus — permansit *ap. Corn. p. 500. 11. ann. Kar., sed in brevius redactum.* ** Ungari egressi — uterentur *ap. Corn. p. 500. 9. ann. Kar., sed falso* sec. Vinc. *et aliquot verbis additis.* *** Kar. junior — sublim. *ap. Corn. p. 501. 12. ann. Kar.* **** primus dux — Notum *ap. Corn. p. 502. 3. ann. Arn.* † Odo de prog. — prefecerunt *ap Corn. p. 501. 1. ann. Arn., sed falso* sec. Eggh. *et quibusdam verbis additis.* †† Arnulf. itaq. rex — machinab. *ap. Corn. p. 501. 7. ann. Ann. paucis mutatis.* ††† Nordmanni Lotharingiam — cessare *ap. Corn. p. 502. 2. ann. Arn.*

[a] sychia 1. 2. [b] Matronam *Sig.* [c] est *add.* 2. [d] Nordmannorum *Corn.*

[1] i. e. spurium. [2] falso, scribatur *Ekkehardus.*

891. Quarto anno Arnulphi Formosus Portuensis episcopus ordinatur papa 98. contra voluntatem quorundam Roma-
Sig. 900. norum, qui Sergium, dyaconum ecclesie Romane, papam facere voluerant, sed non prevaluerunt. Sedit annis 5 et mensibus 6.
Mart. Pol. Hic* Formosus cum aliquando in sinistram suspicionem venisset Johannis[1] pape, timore ejus fugiens, episcopatum Portu-
c. 117. pont. ensem reliquit. Et quia revocatus a papa redire noluit, anathematizatur. Tandem ad satisfaciendum pape in Gallias
Sig. l. l. veniens, usque ad laycalem habitum degradatus est, jurans, se non amplius Romam intraturum, nec episcopatum sue
urbis repetiturum; confirmans etiam proprie manus scripto, se in laicali communione perseveraturum. Post a Marino
papa, successore Johannis, in episcopatum contra datum sacramentum restitutus, non solum Romam intravit, sed etiam
ecclesie Romane papatum suscepit. Propter quod cum multo scandalo multa per multos annos questio et controversia
agitata est in ecclesia; aliis ejus et ab eo ordinatorum consecrationem irritam esse debere predicantibus, aliis econtra,
qualiscumque fuerit Formosus, tamen propter sacerdotalis officii dignitatem et fidem eorum qui ordinati erant, omnes
consecrationes ejus ratas esse debere, sani consilii judicantibus; presertim cum ipse Formosus a Marino papa absolutus
Ps.-Liutpr. fuerit a sacramenti perjurio. Ex libro de gestis Romanorum pontificum: Formosus religiosissimus a Romanis
c. 113. vehementer afflictabatur. Cujus et hortatu rex Arnulfus Romam advenerat. In cujus ingressu, ulciscendo pape injuriam,
(cf. Ekk. 900) multos Romanorum principes obviam sibi properantes decollari precepit. Causa autem simultatis inter Romanos et For-
mosum papam fuit hec. Formosi decessore defuncto, quedam pars Romanorum Sergium, dyaconum ecclesie Romane,
elegit in papam, alia pars non infima natu[a] Formosum Portuensem episcopum propter veram religionem divinarumque
scripturarum et doctrinarum scientiam papam fieri anhelabat. Cum autem jam Sergius ordinari debuisset, pars Formosi
cum tumultu militari[b] et injuria Sergium ab altari expulit et Formosum papam constituit. Unde Sergius descendit in
Tusciam, quatinus per potentiam Adelberti marchionis potentissimi juvaretur. Quod et factum est. Nam Formoso defuncto,
et Arnulpho imperatore extincto, ille qui post mortem Formosi constitutus est expellitur, Sergiusque per Adelbertum
papa constituitur*. Qui constitutus, ut impius et scripturarum sanctarum inscius, Formosum extumulari et vestibus
papalibus indui et decollari precepit, dicens: 'Cum Portuensis esses episcopus, cur ambitionis spiritu Romanam univer-
salem sedem usurpasti'? Dehinc sacris vestibus exui et, tribus digitis abscisis, in Tyberim jactari eum precepit, et
cunctos per eum ordinatos gradu proprio deposuit et iterum ordinavit; cum tamen etiam illi, qui a Juda proditore ante
proditionem benedictionem acceperant, gratia privati non fuerint. Non enim per ministrum, sed per eum, qui incremen-
tum dat, Deus, gratia sacramentalis infunditur. Quante autem auctoritatis, sanctitatis et religionis fuerit Formosus
papa, colligere possumus ex hoc, quod, dum a piscatoribus postmodum inventus esset et ad ecclesiam beati Petri de-
portatus, sanctorum quedam ymagines sese inclinantes, hunc in loculo positum venerabantur.

892. Quinto anno Arnulphi Haico[c], obscurus quidem genere, sed acutus ingenio, qui difficile discerneretur, melior con-
Ekk. 893. silio foret an pejor, archiepiscopus Moguntinus ordinatur. Item Bruno[d], ex comite abbas, Cluniacum cenobium
Sig. 895. construxit**. Item Remigius Antysiodorensis claruit, qui fuit in scripturis divinis et humanis exponendis studiosus.

895. Octavo anno Arnulphus rex invitatus a Formoso papa Romam venit. Sed non admissus, Romam Leoninam obse-
Sig. 900. dit. Lepore adversus urbem fugiente et exercitu cum clamore nimio sequente, Romani timentes de muro se proiciunt, et
hostibus suis per factos acervos murum ascendendi locum faciunt. Sic capta Roma, illos qui papam injuriati sunt
Ekk. 895. Arnolphus decollari fecit. Et a papa benedicitur in imperatorem. Et tunc Ytaliam Burgundiamque sibi subjecit. Et filium
Sig. 896. suum ex concubina Zwendeboldum regem Lotharingie fecit†.

896. Nono anno Arnulphi Bonifacius VI., natione Tuscus, papa 99., sedit diebus 15. Item hoc anno
Mart. Pol. Arnulphus imperator beatum Dyonisium Ariopagytam de Gallia transtulit in Ratisponam, ubi nunc
c. 118. pont. requiescit, quamquam Franci mentiantur[e] adhuc se corpus illud sanctissimum habere, non ob-
stante testimonio et diffinitione Leonis[2] pape, que sub bulla Ratispone visuntur sub hac forma[3]:

* Hic Formosus cum aliquando — constituitur *ap. Corn. p. 502. 503. 5. ann. Arn., sed pluribus omissis.* ** Haico — construx. *ap. Corn. p. 503. 6. ann. Arn., sed falso* sec. Vinc. † Arn. rex invitat. — fecit *ap. Corn. p. 504. 9. ann. Arn., sed* sec. Vinc.

[a] nominatum *Liutpr. et Ekk.* [b] non mediocri *Liutpr. et Ekk.* [c] Hatto *Ekk.* [d] Berno *Sigib.;* Bruno *etiam false praebet chron. Holl. Egm. à 894.* [e] nuntiantur *Köpke ap. Pertz l. l. p. 345 minus recte.*

[1] *octavi* add. Sig. [2] Leonis IX. (sedit a. 1048—1054). [3] Noster est primus historicorum qui hujus bullae mentionem fecit; sed eam esse suppositam hodie sane nemo negabit. De illa et contentione inter monachos sancti Emmerami Ratisbonenses et Sancti Dionysii in Gallia, utrum horum monasteriorum vera illius Dionysii ossa possideret, vide quae docte praefatus est R. Koepke ad Translat. s. Dionys. Areopag. ap. Pertz, M. G. H. SS. XI, p. 343 sqq.

*In salvatoris nostri Jhesu Cristi nomine, amen. Leo episcopus servus servorum Dei, karissimo filio inclito regi Francorum Henrico ac venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis in Cristo filiis, abbatibus, prioribus, prepositis et decanis, universisque tam subditis quam prelatis ejusdem regni, salutem et apostolicam benedictionem. Deus omnipotens, qui non immerito per prophetam in sanctis suis esse mirabilis predicatur, mira quadam*[a] *inscrutabilis consilii sui profunditate disposuit, que dum considerare non sufficit mens humana, ipsa suimet infirmitate deficiens, in quendam sui excessum rapi cogitur et stuporem. Quod ipsi nos nuper experti, et vobis in Cristo karissimis et universitati fidelium promulgare compellimur, ut et Dei opera pariter admiremur. Nam cum*[b] *per instantiam serenissimi imperatoris Henrici III. ad partes Germanie visitandas, ac precipue ad urbem que dicitur Ratispona vel Regensburg*[c], *vocati essemus ad venerabile corpus beati Wolfgangi ejusdem urbis episcopi transferendum, hec ea qua decuit reverentia ac devotione peracta, tui, Francorum rex, in Cristo fili karissime, nos legati tua tuorumque omnium vice sollicite rogaverunt, quod litem, que inter vos et urbem predictam super sacrosanctis ossibus beatissimi Dyonisii Aryopagite fuerat diutissime ventilata, veritate discussa dirimere curaremus, vobis quidem eadem apud vos esse dicentibus, civibus autem et incolis urbis prefate astruentibus e converso, ea*[d] *per invictissimum Arnulphum imperatorem ad ecclesiam beati martiris Emmerani esse translata, ibidemque deinceps contineri. Que quidem ecclesia inibi sita est, atque ab omni aliorum subjectione ac jurisdictione libera et exempta, ad jus et proprietatem beati Petri apostoliceque sedis immediate pertinere dinoscitur, oblatione videlicet excellentissimi Romanorum imperatoris Karoli Magni ac posterorum ipsius, qui eidem hactenus successerunt, seu in imperio seu in regno. Id ipsum nichilominus venerabilis abbas Reynwardus ac fratres ejusdem ecclesie cum universitate Ratisponensi constantissime fieri petiverunt. Nos igitur utriusque partis precibus inclinati, nec volentes corda fidelium ulterius dubii hujus ambiguo caligare, in fratrum nostrorum ac plurium episcoporum et prelatorum presentia et conspectu scripta Arnolfi ordinemque rei diligentissime perlegentes, nec eo contenti, capsas, thecas et scrinia, in quibus sacre reliquie condite dicebantur, ac tytulos et epygrammata eorundem oculotenus sollerti examinatione discutiendo, nichilque omittendo quod ad indagationem credidimus pertinere, tam imperialibus quam papalibus antecessorum litteris sufficienter instructi, picturis quoque parietum multiplicibus et sculpturis vetustissimis, exprimentibus indicia veritatis et notas, indubitata fide comperimus, dicti doctoris et martiris ossa venerabilia, excepta particula unica simul et minuta manus dextre, apud memoratum beati Emmerani cenobium integraliter contineri. Etenim ne testimonia hominum, que jam diximus, non sufficerent, divina quoque non defuerunt prodigia et portenta, et omne dubium penitus abegerunt. Que nos conscribi jussimus diligenter vobisque transmitti per vestros nuntios et legatos, necnon apud ecclesiam predictam perpetuo conservari, ut et ad posteros rei geste notitia deducatur, et ulterius litigandi materia conquiescat. Insuper etiam districte precipimus, statuentes, ut et translationis ipsius veneranda sollempnitas tam a fratribus ejusdem ecclesie, quam ab universis urbis jam dicte fidelibus annis singulis cum omni jocunditate et gaudio celebretur, totaque tripudiat regio Germanorum tanti patris et patroni adventu non ingrata. Vos autem, in Domino dilectissimi filii, rex Francorum tuique fideles, quamvis invidendo Theutonie gaudio*[e] *videamini justam quidem habere materiam, ita quod merito, ut putatis, de Alemannorum vobis hac letitia sit dolendum, considerantes tamen et Dei omnipotentis et invicti martiris sui, quem*[f] *ablatum plangitis, voluntatem, consolationis tandem admittatis placamentum, pensantes attentius, quod nec vobis totus ablatus est, quippe qui karissimos predicationis sue consortes et passionis Rusticum et Eleutherium in dilectionis adhuc et tutele pignus et certitudinem dereliquit. Nec dolete, si Germanos visitare dignatus est vel defunctus, qui vobis adhuc vivus predicavit et apud vos bonum certamen certando, cursum consumando, fidem servando, triumphum peregit victoriosissime passionis, apostolatus sui super vos signa tam in vita quam in morte perficiens. Cur igitur Alemanniam illius ossa fovere non permittitis in solatium et tutelam, quem sue vobis Athene, ut Cristo vos lucrifaceret, vivum recipere, audire et celo transmittere permiserunt? Accedit consolationis et alia ratio, auctoritas scilicet et excellentia subtractoris. Pretiosum quidem thesaurum perdidisse vos fatemur; sed ablatoris attendite dignitatem, simulque patris et apostoli vestri glorie congaudete, qui, cum vos meritorum et doctrine gaza ditaverit, ut reliquiarum saltem suarum ac ossium pretiositate locupletaret Theutonicas*[g] *apothecas, tam devotum furem sui corporis habuit*[h] *quam insignem, auro utique et topazio meliorem, qui sui valore ad ossa sua sanctissima subtrahenda cesareum etiam verticem inclinavit. Nec mayestas imperialis nec regia celsitudo pii furis hic notam vel*[i] *nomen erubuit in Arnolfo, dummodo beati corporis opibus vel doli vel furti vel sacrilegii modo sacrari atque ditari mereretur, et fures atque sacrilegos solitus condempnare, dummodo Macharii Dyonisii corpore frueretur, fur hic et sacrilegus esse non contempsit. Cujus insuper fides et devotio dubium omne*[k] *penitus amputavit per hoc, quod non in ipsa Roma, non in quacumque metropoli, non in urbe qualibet regni vel arce sibi studebat eligere sepulturam, sed ubi se suum Dyonisium condidisse conscivit et letabatur, suo se sperans patrocinio defendendum et conresuscitandum in die novissimo. Presentibus igitur dilectionem vestram monemus attentius et hortamur in Domino,*

[a] quedam 1. [b] *deest in* 1. [c] Regenburg *corr.* Regensburg 1. [d] ea que 1. 2. [e] Theutonicae genti *Dipl.*
[f] que 1. [g] ossium — Theutonicas *desunt in Diplom. edit.* [h] *add. ex Dipl., om.* 1. 2. [i] *ita* 1. 2. [k] esse *corr.* omne 1.

*districte quoque precipientes, quatenus, beatis Rustico et Eleutherio pie contenti, non fallentes vosmet ipsos et alios, beati Dyonisii ossa in urbe Ratisponensi apud ecclesiam beati Emmerani martiris et noscatis et fateamini choruscare.* Et nota, quod iste Leo papa fuit Leo X. et fuit sanctissimus, ut dicetur anno Henrici III. nono. Rex autem Francorum iste fuit Henricus rex eorum 35., ut dicetur anno Conradi II. sexto *.

897. Decimo anno Arnolphi Stephanus VI.[1], natione Romanus, papa 100., post Bonifacium decima quinta
Mart. Pol. die necatum ordinatur, et sedit anno 1 et mensibus 3. Alibi' dicitur, quod sedit mensibus 4. Sigibertus: Hic
c. 119. pont. primum a Formoso papa episcopus Ananie[a] ordinatus, ipsum Formosum persequitur, et ordinationes ejus omnes irritas
' Vinc. 25, 57. Sig. 902. esse debere decrevit, et alia horribilia dictu in eum fecit. Legitur enim, quod ipse, et non Sergius, corpus Formosi a sepulchro in concilio prostratum[b] et papali veste exutum laicali induit, et duobus digitis dextre manus ejus abscisis, in Tyberim precipitari fecit **. Sed retrospicias ad quartum annum istius Arnulphi. Item hoc anno Karolus Simplex, filius Lodewici Balbi posthumus, Francorum 29. cepit, et annis 29 regnavit.
cf. Sig. 926. Qui exul et martir apud Peronam mortuus est. Contra istum Karolum Robertus frater Odonis regis in regem se coronari fecit, sed infra annum a ducibus Karoli in bello perimitur. Karolus autem a bello cum paucis rediens, a Herberto comite Viromandensi, cujus soror fuit uxor Roberti jam interfecti, capitur et apud Peronam incarceratur. Et loco ipsius Radulfus, filius Richardi ducis Burgundie, Karolo Simplici procurante, regnavit duobus annis. Ipse enim Karolus
Ekk. 897. eum de sacro fonte susceperat. Karolus autem post quinquennium incarcerationis sue defunctus est, anno regni sui 29[c]., vite vero 48[d]., relinquens post se filium Lodewicum tertium, qui in regno patri successit ***. Et hic ex Herberga[e], Henrici Saxonum ducis et postea regis Romanorum filia, sorore Ottonis Magni, Lotharium filium accepit, qui in regno Francorum patri successit.

898. Undecimo anno Arnolfi magna fames homines se invicem comedere persuasit. Item Karolus Simplex rex
Ekk. 899. Francorum, accepto consilio cum optimatibus suis, Gylam filiam suam et Nestriam et Normanniam totam et Norman-
Vinc. 25, 53. 54. tium comitatum et Britanniam, que sunt appendices Germanie[f], dedit Rolloni, accepta sponsione baptismi recipiendi, ut scilicet dicta Gyla esset vas et vinculum pacis inter eos. Iste Rollo fuit primus dux Nordmannorum. Retrospicias ad annos Karoli Grossi 10. et 12. Gelo etiam, socius et cognatus Rollonis, a Karolo habuit in dono montem Blesensem. In quo castrum edificans, ibidem habitavit †. Item Rollone ad fidem converso, relatum est corpus sancti Martini Turonum. In cujus reditu quicumque et qualicumque incommodo detenti, etiam non apportati et etiam non
Mart. Pol. rogantes, et etiam non volentes, et fugientes et inviti, salvati sunt. Quod quidem contigit duobus paraliticis, de
c. 120. pont. morbo suo victum conquirentibus. Item Romanus, natione Romanus, papa 101., sedit mensibus 3, diebus 22.

899. Duodecimo anno Arnulfi secundum Sigibertum Wydo rex Arnulfum imperatorem se usquequaque persequen-
Sig. 901. tem non ferens, quippe cui nec urbes nec castra munita resistere poterant, dum fugiendo se tutaretur[g], imperator uxorem ejus obsedit. Que jam rebus suis diffidens, per unum familiarem imperatoris, pecunia multa corruptum, ei poculum mortiferum dedit. Quo hausto, per triduum excitari non potuit, apertis oculis nil loqui aut sentire valens. Que res eum
ibid. 902. repedare coegit. Eumque recedentem Wido persecutus, percussus a Deo obiit. Arnulphus autem imperator longa egritudine dissolutus, vel, ut quidam ferunt, afflictus a pediculis adeo in corpore ejus scaturientibus, ut a nullo medicorum
ibid. 903. minui possent, moritur, et Ratispone apud sanctum Dyonisium Aryopagitam, quem eo de Francia trans-
cf. Mart. Pol. tulerat, ut dictum est, sepelitur ††. Item Sigibertus: Theodorus II., natione Romanus, papa 102., sedit
c. 121. pont. diebus 20. Hic contra Stephanum papam sentiens, reconciliavit omnes ordinatos a Formoso.

## *Capitulum 77.*

Ekk. 901. Lodewicus III., filius Arnulphi imperatoris, admodum puer, Romanorum 81. a Julio, cepit anno mundi
Sig. 912. 4862., Urbis 1651., Domini 900., imperii Theutonicorum 100., et annis 11 regnavit. Hic propter tyrannorum

* Arn. imp. b. Dyonis. Ariop. de G. — sexto *ap. Corn. p. 504. 8. ann. Arn., sed maximam bullae partem omisit.* ** hic primum a F. — fecit *ap. Corn. p. 505. de Steph. VI.* *** Karol. Simplex, fil. — successit *ap. Corn. p. 504. 505. 10. ann. Arn.* † Kar. Simp. r. Fr. acc. — habitav. *ap. Corn. p. 505. de Bonif. VI., sed* sec. Sigib. *et aliquot verbis omissis.* †† Wydo rex — sepelitur *ap. Corn. p. 506. 507. 11. ann. Arn., sed falso* sec. Egghard., *et in brevius redactum.*

[a] Anagniae *Sig.* [b] *sic etiam Vinc. Corn.;* protractum *Sig.* [c] 36. *Ekk.* [d] 54. *Ekk.* [e] Gerbirga *Ekk.* [f] Northmanniae *Vinc.* [g] tuturetur 1.

[1] est Stephanus VII., consecratus d. 6. Junii (?). Hic, non Bonifacius, necatus est in carcere. Cf. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon, AA. SS. o. Ben. Tom. II, p. 606.

in Ytalia insolentiam et multam[a] malorum ingruentiam[b] habuit imperialem benedictionem. Ejus quoque tempore divisum Mart. Pol.
est imperium, sic quod quidam tunc in Theutonia, quidam in Ytalia regnabant. Cujus divisionis occasio fuit, quod c. 80. imp.
Theutonici non juverunt Romanos contra Lombardos rebellantes et multas ipsis injurias inferentes. Duravit autem ista
divisio usque ad Ottonem I. Qui cepit iterum utrobique regnare. Primus autem Ytalicorum regnantium fuit Be- ibid. c. 81.
rengarius. Qui cepit anno nono istius Lodewici, et 4 annis regnavit. Secundus Berengarius II. Qui cepit anno ibid. c. 83.
Conradi primo, et per 8 vel 7 annos regnavit. Tertius fuit Berengarius III. Qui cepit anno Henrici I. secundo, ibid. c. 85.
et regnavit 7 annis vel secundum alios 5. Quartus Rudolfus. Qui cepit anno sexto Henrici I., et 3 annis regnavit. ibid. c. 87.
Quintus Hugo. Qui cepit ejusdem Henrici nono, et annis 20 regnavit. Sextus Lotharius. Qui cepit anno undecimo ibid. c. 86.
Ottonis I., et 2 annis vel etiam uno cum dimidio regnavit. Septimus et ultimus Berengarius IV. Qui cepit ibid. c. 87.
anno Ottonis duodecimo, et 13 annis regnavit. Et sic Ytalicorum finitur imperium, Ottone Magno im-
perio toti presidente*.

Primo anno Lodewici Ungarii, audita morte imperatoris Arnulfi, collecto exercitu maximo, Moravianorum gentem, 900.
quam illorum auxilio Arnulfus imperator sibi subdiderat, invadunt sibique vendicant, Bajoariorum quoque fines occupant, Ekk. 900.
castella diruunt, ecclesias igni consumunt, populos jugulant. Et ut magis magisque timeantur, interfectorum se sanguine
potant. Unde rex Lodewicus, exercitu magno coacto, juxta Licum fluvium cum eis pugnavit, et plus quam mille ex eis ibid. 901.
interfecit. Cumque pugna usque ad horam[c] jam protraheretur, et rex victor estimaretur, Ungarii, positis insidiis, fugam
simulant. Quos dum impetu validissimo rex insequeretur, ex omni parte prodeunt insidie, et quasi victi ipsi victores
interimuntur. Ungarii vero ut rabiem sue perfidie satiarent, Bayoariorum, Suevorum et Francorum regna percurrunt,
cunctaque vastantes incendunt**. Item Sigibertus: Stephanus episcopus Leodiensis ordinatur, vir sanctitate et Sig. 903.
scientia clarus, qui vitam et passionem sancti Lamberti martiris urbanius edidit, cantum quoque nocturnum de eodem martire,
et cantum de sancta Trinitate, et cantum de inventione sancti Stephani prothomartiris dulci et regulari modulatione com- Mart. Pol.
posuit***. Item Johannes IX., papa 103., sedit annis 2, diebus 15. Sigibertus: Hic Johannes ad confirmandam c. 122. pont.
Formosi ordinationem, quam Stephanus papa deposuerat, synodum 74 episcoporum presente rege Lodewico apud Sig. 903.
Ravennam statuit. Ubi synodus, quam papa Stephanus contra Formosum fecerat, reprobata fuit et conbusta****.

Tertio anno Lodewici Benedictus IV., natione Romanus, papa 104., sedit annis 3, mensibus 2. Item 902.
Sarraceni ex Affrica a rege suo missi in Ytaliam, ut Apuliam et Calabriam sub ditionem illius redigerent, eis fortiter Mart. Pol.
debellatis, Romam versus gyrantes, Galerianum[d] montem occupant. Ibique munitione sibi facta, multas Ytalie urbes c. 123. pont.
debellaverunt*****. Vide annum quintum Henrici I. Item hoc anno Etholfleda[e], mater Eduardi regis Anglorum, Sig. 910.
experta primi partus difficultate, perpetuo a viro abstinuit, protestans, non convenire regis filie, ut tanto periculo se committat†. Vinc. 25, 52.

Quarto anno Lodewici Zwendeboldus rex, filius Arnulphi imperatoris, a Lothariensibus in bello perimitur. 903.
In qua conspiratione et bello quicumque vulneratus est, aut mortem non evasit, aut numquam sanari meruit††. Sig. 903.

Sexto anno Lodewici Leo VI.[1], papa 105., sedit diebus 40. Istum post 40 dies ordinationis sue Cristoforus 905.
presbiter suus capiens et in carcerem trudens, per invasionem rapuit papatum. Qui cum papa 106. per menses 7 Mart. Pol.
sedisset, a Sergio deponitur et in carcerem tamquam invasor retruditur. Alibi* dicitur, quod monachus effectus est†††. c. 124. pont. *Herim. 904.

Octavo anno Lodewici Sergius III., natione Romanus, ex patre Benedicto, papa 107., sedit annis 7, mensibus 8, 907.
diebus[f] 16. Iste est Sergius dyaconus propter Formosum a papatu reprobatus; qui ab eodem Formoso episcopus factus,
ad Francos tamen se contulit, et eorum auxilio Cristoforum invasorem capiens et in carcerem trudens, latenter Romam Mart. Pol. c. 126. pont.
ingressus, papatum invasit; et Romanos minis et terroribus propulit, ut omnes Formosi ordinationes irritas haberent††††. Sig. 907.
Vide annos Arnulphi quartum et decimum. Item hoc anno Adelbertus, filius sororis Henrici ducis, postea Ekk. 901.
regis, per septennium Lodewico regi rebellis, et simultatem non modicam in castro Babenberg contra rempublicam exer-

* Lodew. III. fil. — presid. *ap. Corn. p. 507. de Lod. III., posteriora autem verba multum abbreviavit.* ** Ungarii audita — incendunt *ap. Corn. p. 507. 1. ann. Lod., sed falso* sec. Vinc. *** Steph. episc. L. — comp. *ap. Corn. p. 509. 5. ann. Lod.* **** hic Joh. ad c. — conb. *ap. Corn. p. 508. de Joh. IX.* ***** Sarraceni — debellav. *ap. Corn. p. 509. de Bened. IV.* † Etholfleda — committat *ap. Corn. p. 509. 2. ann. Lod., sed falso* sec. Hugon. †† Zwendeb. — meruit *ap. Corn. p. 509. 4. ann. Lod., sed aliquot verba addidit.* ††† istum post — est *ap. Corn. p. 509. de Leon. VI., sed verba mutavit aliquantulum.* †††† iste est — haberent *ap. Corn. p. 510. de Serg. III., sed aliquot verba mutata sunt.*

[a] multa 1. [b] *addas* non; *Sigibertus:* non meruit. *Corn.:* caruit cor. [c] septimam *add. Ekk.* [d] Garelianum *Sig.* [e] soror vel *add. Vinc.* [f] dies 1. 2.

[1] est Leo V.

Ekk. l. l. cebat. Cumque per potentiam de facili superari nequiret, Hatto Moguntinus archiepiscopus regi Lodewico anxio de
factis ejus dixit: 'Ego te securum reddam. Providebo enim, ut veniat ad te; tu, ne redeat, curato'. Igitur Hatto plenus
dolis ivit in Bavenberg ad Adelbertum, affirmans sibi sub juramento, quod ei vel pacem cum rege faceret, aut eum loco
suo restitueret incolumem. Adelbertus pactis consensit, Hattonem ad prandium invitat. Ille negat. Exeunt urbem,
archiepiscopo Hattone dextram Adelberti tenente. Et cum essent extra opidum, episcopus exclamavit: 'Proch, quam sepe
penitet et petit, qui oblata bona spernit. Tedet me longioris vie et tardioris hore. Nam jejuni tota die non possumus ire'.
Adelbertus nichil suspicatus, letus cum pontifice urbem regreditur. Pontifex cum reduxisset eum ad urbem, se liberatum a
vinculo juramenti deputat, eo quod incolumem illum restituisset loco suo. Post igitur Adelbertus per pontificem Lode-
wico regi presentatur. Qui mox, habito judicio, principum qui affuere decreto decollatus est, et in proprio castello
Tharysa sepelitur*.

908. Nono anno Lodewici Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant. Item hoc anno imperium dividitur, ut
Ekk. 909. dictum est ante primum istius annum, et regnavit Berengarius I. in Ytalia 4 annis. Iste prudens in armis fuit
Mart. Pol. c. 80. 81. imp. et habuit bellum cum Romanis**. Item Ungarii Alemanniam petunt.

Ekk. 910. Decimo anno suo Lodewicus rex fugavit Berengarium regem de Ytalia et pro ipso regnavit. Sed post idem Lode-
909. wicus Verone capitur et excecatur, et Berengarius regno restituitur***. Item Guido[a] musicus, qui multa et utilia
Mart. Pol. c. 80. imp. scripsit de musica, et Remigius gramaticus claruerunt.

Undecimo anno Lodewicus rex adolescens moritur, et Ratispone sepelitur****. Hic secundum quosdam ultimus
Vinc. 25, 53. 54. dicitur Karolorum apud orientales Francos inperantium; juxta quosdam vero Conradus, qui post eum regnavit, ultimus
910. computatur. A quibus Conradus, pater Conradi, qui ab Adelberto interfectus est, frater Lodewici hujus fuisse estimatur.
Herim. 911. Martinus*: Lodewicus iste fuit finis imperii, quantum ad posteritatem Karoli, culpis exigentibus, quia ecclesias, quas
Ekk. 912. *c. 79. imp. patres eorum exstruxerant, non fovebant, sed potius dissipabant.

## *Capitulum 78.*

Ekk. 913. Conradus I., filius Conradi per Adelbertum occisi, Romanorum a Julio 82., cepit anno mundi 4872., Urbis
1661., Domini 910., imperii Theutonicorum 110., eodem scilicet anno quo Lodewicus mortuus est, et
7 annis regnavit. Hic fuit vir strennuus et bellorum exercitiis insignis. Ex cronicis Saxonum: Lodewico
mortuo, principes Theutonie Oddoni duci Saxonie regnum obtulerunt Romanorum. Sed cum
grandevus esset, Conradum fecit regem. Hic Oddo fuit filius Ludolfi ducis Saxonie, qui sedem
principatus sui habuit in Capenbergh[1], et fuit de sanguine Widekindi regis Angarorum.
Ekk. l. l. Egkardus: Sub isto Conrado potentissimi principes erant Arnoldus in Bayoaria, Borchardus in Suevia, Everhardus
comes potentissimus in Francia, que nunc Franconia, et Gyselbertus dux in Lotharingia. Inter quos Henricus Saxonum
et Thuringhorum dux prepotens, filius Oddonis, clarebat†.

910. Primo anno Conradi Ungarii ab Alemannis et Bajoariis juxta fluvium Oenum, qui vulgariter dicitur Yne, occiduntur††.
Ekk. 913. Item hoc anno ordo Cluniacensis incepit. Nam Berno abbas moriturus Odonem, olim musicum, constituit abbatem
Sig. 912. Cluniacensis cenobii, ea conditione, ut ecclesia Cluniacensis solveret annuatim ecclesie Gygniacensi censum 12 denario-
Mart. Pol. c. 83. imp. rum†††. Item hoc anno cepit Berengarius II., Ytalicorum rex secundus, et 8 vel 7 annis regnavit.

911. Secundo anno secundum Sigibertum contra Conradum regem potentiores regni principes rebellionem meditati
Sig. 914. sunt. Sed tam sapientia quam fortitudine ejus ad gratiam et fidelitatem ipsius reducuntur††††. Solus Arnoldus de Bajoaria
cf. Ekk. 913. cum uxore et filiis, nimio terrore coactus, ad Ungarios fugiens, usque ad mortem regis ibi permansit.

cf. Vinc. 25, 62. Tertio anno Conradi Anastasius III., natione Romanus, papa 108., sedit annis 2, mensibus 2. Et anno
912.
Mart. P. c. 127. pt.

* Adelb. filius sor. — sepelitur *ap. Corn. p. 510. 8. ann. Lod., sed falso* sec. Sigib. ** im-
per. dividit. Romanis *ap. Corn. p. 510. 9. ann. Lod., sed falso* sec. Vinc. *** Lodew. rex —
restit. *ap. Corn. p. 511. 10. ann. Lod.* **** Lodew. rex — sepel. *ap. Corn. l. l. 11. ann. Lod.,
sed falso* sec. Sigib. † Conr. I. fil. C. — clarebat *ap. Corn. p. 511. de Conr. rege.* †† Un-
garii — occid. *ap. Corn. p. 512. 2. ann. Conr.* ††† ordo Clun. — denar. *ap. Corn. p. 512. 1.
ann. Conr., sed* sec. Eggh. *falso.* †††† contra Conr. — reduc. *ap. Corn. p. 512. 2. ann. Conr.,
sed falso* sec. Vinc.

[a] Odo *Sig. Vinc.*

[1] castrum in dioecesi Monasteriensi.

sequenti Sarraceni Calabriam, Apuliam, Beneventum Romanorumque fines occupant, gravissime Ytaliam prementes. Sig. 916.
Vide annum tertium Lodewici III. Et anno sequenti Lando, natione Romanus, papa 109., sedit mensibus Mart. Pol.
6, et cessavit episcopatus diebus 31. c. 128. pont.

Sexto anno Conradi Ungarii Alemanniam totam devastantes, usque ad Fuldam perveniunt. Item Basylea ab 915.
Ungariis destruitur. Item Erkenger dux et Bertoldus germani fratres decollantur. Item Johannes X., filius Sig. 917.
Sergii pape, episcopus Ravennas, papa 110., sedit annis 12, mensibus 2, diebus 3. Hic invasor fuit ecclesie, et ab Ekk. 918.
omni populo Romano depositus est. Hujus consilio et auxilio Sarraceni, qui tunc dominabantur in Ytalia, primo prope Mart. Pol.
Urbem devicti sunt. Demum ipse papa cum marchione Alberico intrans Apuliam, contra Sarracenos durum bellum habentes, c. 129. pont.
victores effecti, postquam Romam redierunt, cum gaudio et honore sunt recepti. Sed* post, discordia interveniente, marchio de Urbe expulsus, munitionem exstruens, ibi se recepit, et nuntios pro Ungariis [a], ut terram Romanorum possiderent, misit. Qui venientes, totam Tusciam depopulando, mares et feminas et quidquid tollere poterant in Ungariam deportaverunt. Propter quod Romani commoti predictum marchionem trucidaverunt. Ungarii vero post singulis annis per tempora longa fines Romanos devastare soliti erant. Johannes vero papa a militibus comitis Guidonis captus et in carcerem missus, super os cervicali posito strangulatur. In cujus loco alter Johannes subrogatur. Et quia prior Johannes
et male intraverat et ejectus fuit, ideo in numero pontificum non ponitur*. Item Hattonem archiepiscopum Moguntinum, Sig. 918.
cujus dolo olim Adelbertus perierat, rex Conradus solicitavit etiam contra Henricum Saxonem ducem, propter potentiam ipsius sibi suspectam. Ad quod cum jam torquem auream archiepiscopus fabricasset, que collo ducis secum convivantis iniceretur, dolo prodito frustratus est; et post triduum morbo et angore, vel, ut alii dicunt, fulminis ictu interiit. Complices autem consilii a duce patria eliminantur. Misso autem exercitu a rege contra Henricum, tanta cede Saxones debachati sunt in eos, ut a multis [b] declamaretur, ubinam esset tantus ille infernus, qui tantam cesorum multitudinem capere posset **.

Septimo anno regni sui Conradus moriens coram principibus omnibus regem designat Henricum, filium Oddonis 916.
ducis Saxonum ex Lyutgarda, filia Arnulfi imperatoris. Item Ungarii, per Alemanniam et Alsatiam transeuntes, Lo- Ekk.919.cod.E.
tharingiam invadunt. Sig. 918.

## *Capitulum 79.*

Henricus I., filius Oddonis ducis Saxonie, Romanorum 83., cepit anno mundi 4879., Urbis 1668., Ekk. 920.
Domini 917., imperii Theutonicorum 117., et annis 18 regnavit. Iste, sicut et antecessores sui Lode- Herim. 919.
wicus et Conradus, quia non regnavit in Ytalia, non habuit benedictionem imperialem. Oblatum tamen sibi dyadema et Mart. Pol.
unctionem per papam non sprevit quidem, non tamen suscepit: 'Satis, inquiens, michi est, ut pre majoribus meis rex c. 84. imp.
dicar, divina annuente vestraque pietate. Sed unctio et dyadema sint penes nobis meliores. Tanto honore nos arbitramur Ekk. 920.
indignos'. Placuit iste sermo coram universa multitudine, et dextris in celum levatis, nomen novi regis clamore valido salutantes frequentabant. Ex cronicis Saxonum: Iste Henricus fuit filius Oddonis ducis Saxonum, filii Ludolfi ducis; de quo jam tempore Conradi regis dictum est. Siquidem Ludolfus hic genuit tres filios, Oddonem, Brunonem et Tanquardum [1]. Hii duo Bruno et Tanquardus civitatem Brunswic fundaverunt, quilibet nomine suo partem suam appellans; unde adhuc in quibusdam privilegiis una pars civitatis Tanquarderode nominatur. Isti etiam duo Bruno et Tanquardus episcopatum, quem Karolus Magnus fundaverat in Schydere, transposuerunt in Vallersleve, et ibidem episcopum sanctum Marcum constituerunt. Qui et ibi sepultus est. Quem episcopatum successor eorum, filius fratris eorum Oddonis, scilicet Henricus I. dictus Auceps, transtulit in Northuringyam in Vrose, et [c] filius illius Otto I. in Magedeborch transposuit, archiepiscopatum inde faciens et ecclesias plures Slavorum subiciens eidem, ut legitur in privilegiis earum ecclesiarum et posterorum suorum; qui nunc dicuntur Brunswicenses, tunc autem duces Saxonie, quia Brunswic erat eorum proprietas cum terra circumjacente usque ad tempora Friderici II. Qui

* sed post discord. — ponitur *ap. Corn. p. 513. 6. ann. Conr.* ** Hattonem — posset *ap. Corn. p. 513. 7. ann. Conr., aliquot verbis mutatis.*

[a] ad Ungarios *Mart.* [b] mimis *Sig.* [c] et est f. 1.

[1] Cf. de his Wedekind, Noten, Tom. II, p. 128 sqq.

tali conditione duci Ottoni contulit ducatum de Lunenborch, quod non possit vacare inperio quamdiu est heres cujusque sexus usque ad quartum gradum. Isti etiam Bruno et Tanquardus, cum gens Danorum in Francia crudeliter seviret et etiam Theutoniam invaderet, eis occurrerunt et ad consumptionem usque percusserunt. Et cum victores redirent, cum multo populo inundatione quadam gravi imbrium perierunt. Oddo autem, frater eorum, qui nomen ducis Saxonie retinuerat in divisione principatus inter fratres, a quo et ducatus Saxonie post fruticavit, regnum Romanorum habere potuit; sed cum grandevus esset, Conradum regem fecit. Quo cito mortuo, de consensu principum ad regnum Henricum filium suum hujus nominis primum destinavit*. Iste Henricus dictus est[1] 'de dinkelere' et Henricus Auceps. Qui coronam regalem sibi numquam imponere voluit, humiliterque et mansuete regnum tenuit. Brandenborch urbem Sclavorum, supra glaciem castra ponens, obsedit et Sclavos devicit. Contra impetum paganorum Saxoniam oppidis muniri fecit. Misne montem contra Sclavos ędificavit. Montem Rammesberch invenit. Civitatem Goslariam fundavit et urbem Quedelingheborch. In qua et congregationem nobilium feminarum instituit; filiam suam ibi primam abbatissam posuit. Et ut princeps esset et domina multorum principum, predia largissima donavit eidem ecclesie. Quam in honorem sancti Servatii consecrari fecit, in die consecrationis ad refectionem dominarum ministrans 11 fercula, 11 mensalia pretiosa, undecies mille mansos. Hic etiam Henricus Ungarios, quibus Saxones tributarii fuerunt, devicit**[2]. Ipso enim in regnum promoto, consilio habito et pecunia collecta, tributum ad 9 annos redemit. Et medio tempore terram opidis munivit, querens ne cristiani amplius a paganis sic premerentur. Completis annis 9, Ungarii per legatos petunt tributum. Henricus in signum contemptus et abjectionis eorum catulum abscisis auribus et cauda mittit pro tributo. Ungarii exacerbati gravissime, cum 100000 pugnatorum Saxoniam tendunt, omnia loca transitus eorum devastantes; unde populus Thuringhorum in opido quod Lychen vocatur se recipiens, ibidem a quinquaginta millibus[a] Ungariorum est obsessus, reliquis quinquaginta milibus[a] in Saxoniam diffusis et predas et cedes atrociter agentibus. Henricus rex cum 4000 tantum hostes improvisos aggreditur et ad confusionem extremam exterminat. Qui gladium evaserunt, misere nudati recedunt. Qui fuga fuerunt elapsi, turpius in paludibus submerguntur; unde etiam dici solet, quod palus in Wagghersleve, que dividit nemora Elmonem et Huyonem[3], ad tantam profunditatem ex tanta multitudine fugientium depressa sit. Qui vero ad fugam expeditiores erant, venientes ad socios in obsidione Thuringhorum, fuerunt eis horrori in tantum, ut simul cum fugientibus fugerent, et omnis terre populus exultans eis insultaret***. Mater hujus Henrici fuit Lyutgarda, filia Arnolfi imperatoris. Sororem ejus habuit dux Adelbertus de Babenberge, per Hattonem[b] Moguntinum proditus et per Lodewicum regem occisus. Uxor istius Henrici fuit Methildis de Ringelheym, de semine regis Wedekindi[4]. De qua genuit tres filios, Brunonem

* Henric. I. filius Oddonis — destinavit *ap. Corn. 514. 515. de Henr. I., fere ad verbum.* ** Brandenborch — devicit *ap. Corn. p. 515. Repetitum ap. eund. p. 520. 11. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et aliquot verbis additis.* *** ipse enim in r. — insultaret *ap. Corn. p. 518. 6. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. *et mutatis numeris.*

[a] *ita* 1. [b] hactonem 1.

[1] Ad hunc locum conf. Massmann, Kaiserchronik Tom. III, p. 1063 sqq. [2] Cf. quae de hac re disputavit Waitz in Jahrbücher des deutsch. Reichs, herausgeg. v. Ranke (König Heinr. I) Tom. I, Abth. 1, p. 184. [3] Silva prope Halberstadt. [4] Mathildis erat filia Theoderici et Reinildae, Cf. Thietmari chron. I, c. 6. Theodericus dicitur comes Ringelhemii. Cf. Leuckfeld, antiq. Halberst. p. 112. Nota Wagneri in edit. Thietm. p. 8, inter omnes Saxonicarum historiarum scriptores Thietmarum tantum *regis* nomine honestare Widekindum, quum ap. ceteros chronistas titulum *ducis* sustineat, hoc loco refutatur.

archiepiscopum Coloniensem, Ottonem imperatorem hujus nominis primum, Henricum ducem Bayoarie*. Hec ex cronicis Saxonum.

Primo anno Henrici Arnoldus, alia litera Arnulfus, dux cum uxore et filiis ab Ungaria rediens in Bayoariam, 917.
honorifice suscipitur et ut rex fiat a Bajoariis vehementer exoratur. Rex autem Henricus cernens, sibi Arnulphum solum Sig. 920.
velle resistere, cum exercitu valido tendit Bayoariam et eum in presidio urbis Ratispone obsedit. Ille vero perpendens, Ekk. 920.
se regi resistere non posse, portis apertis egressus est ad regem, et semet ipsum et omnia sua regi contradidit. Unde
etiam a rege honorifice susceptus et amicus regis appellatus est**. 918.

Secundo anno Henrici Berengarius III., Ytalicorum 3., cepit, et 7, vel secundum alios 5 annis regnavit. Mart. Pol.

Tertio anno Henrici Ungariis Alemanniam, Franciam, Alsatiam Saxoniamque depopulantibus, idem Henricus rex c. 85. imp.
juxta urbem Mersborch congressus, vovit Deo pro adipiscenda victoria se heresim Symoniacam de regno suo extermi- 919.
naturum. Unde inestimabili cede eos usque ad internecionem pene delevit. Egkardus: Karolus Simplex rex Franco- Sig. 922. Ekk. 923.
rum Ropertum, fratrem Odonis regis, antecessoris sui, sibi contrarium, cum multis in bello peremit***.

Quarto anno suo Henricus rex, ut dicit Sigibertus, quoscumque fures aut latrones aut sicarios manu fortes 920.
et bellis aptos esse videbat, indulta eis venia, agros et arma dabat, et legionem ex eis faciens, ad debellandos barbaros Sig. 922.
exponebat, edicens omnino, ut civibus parcerent tantummodo. Item Thydericus primus comes Hollandie moritur cf. chr. Egm.
senex dierumque multorum, et in Ekmund monasterio sepelitur. Cui successit in comitatu Thydericus, 878. 861.
filius ejus****.

Quinto anno Henrici secundum Sigibertum Karolus Simplex rex se et Franciam Henrico regi submittit, 921.
eique in pignus perpetui federis et amoris mittit manum pretiosi martiris Dyonisii Aryopagite, auro gemmisque inclusam†. Sig. 922.
Sed de hoc aliter dicetur anno istius octavo. Egkardus[1] sic: Henricus et Karolus apud Bunnam confede- ibid. 923.
rantur; et Karolus reddit Henrico regi regnum Lotharingie, episcopis et comitibus utrimque jurando rem confirmantibus.
Item sanguis Domini crucifixi venit in Augiam[a] insulam; forte ille, qui de ymagine Domini fluxit, cum secundo in yma-
gine sua a Judeis priora pateretur.

Sexto anno Henrici sanctus Ulricus Auguste Vindelice episcopus ordinatur. Item Henricus rex pacem cum Un- 922.
gariis per 9 annos fecit et firmat. De quo dictum est ante primum annum istius Henrici. Ekk. 925.

Septimo anno suo Henricus rex, Sclavis et Danis victis et sub tributo redactis, nomen suum celebre fecit. Sig. 924.
Item Berengarius ab Ytaliensibus impie perimitur. Item Ungarii Salardo duce Ytaliam pervagantes, Papyam obsident 923.
et incendunt. Item Rodulfus, 4. Italicorum, cepit, et 2 annis regnavit††[2]. Ekk. 926. D. E.

Octavo anno Henrici Heribertus comes Karolum Simplicem regem Francorum dolosius invitans[b] ad hospi- Sig. 925. et 926.
tium suum apud Paronam, captivavit et inclusit eum in carcere, ut anno Arnulfi decimo dictum est. Egkardus: 924.
Henrico regi ad dilatandum regnum suum super Lotharios tendenti in ipsa profectione, ubi Renum transiit, legatus Ka- Vinc. 25, 63. Ekk. p. 182.
roli Simplicis occurrit, et salutato eo verbis humillimis: 'Dominus meus, inquit, Karolus, regia quondam potestate preditus, modo privatus, misit me ad te, demandans tibi, quia sibi ab inimicis circumvento nichil jocundius, nichil possit esse jam dulcius, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire famaque virtutum tuarum consolari; et hoc tibi signum fidei et veritatis transmisit'. Et protulit de sinu manum pretiosi martiris Dionisii, gemmis auroque gratiosius inclusam: 'Hoc, inquit, habeto pignus federis perpetuique amoris'. Rex autem humi prosternitur, munus divinum cum omni et humili gratiarum actione suscipiens, dixitque legatus, quod pars hec fuit unicum solatium Francorum Galliam inhabitantium, postquam eos sanctus martir Vitus ad eorum perniciem deseruit et ad Saxonie perpetuam pacem ipsam visitavit. Nec enim, postquam corpus ejus translatum est, bella civilia cessaverunt in Francia vel externa†††.

* mater hujus Henr. — Bayoar. *ap. Corn. p. 515.* ** Arnulfus — est *ap. Corn. p. 515. 1. ann Henr., sed falso* sec. chronic. Sax. *** Ungar. — peremit *ap. Corn. p. 517. 3. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. *et* sec. Vinc. **** Henr. r. quosd. fur. — ejus *ap. Corn. p. 517. 4. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et* sec. Eggh. † Kar. Simplex — inclus. *ap. Corn. p. 517. 5. ann. Henr.* †† Henr. r. Sclav. — regn. *ap. Corn. p. 518. 7. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Eggh. *et omissis verbis:* Ungar. — incend. ††† Heribertus com. — externa *ap. Corn. p. 519. 8. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et* sec. Vinc.

[a] Angliam *Corn.* [b] *Verba* ad hospitium suum — cujusdam here *(paulum ante cap. 84) desunt in* 1. *propter 6 folia excisa.*

[1] falso, legatur *Sigibertus.* [2] Hoc loco Henricum errore singulari Sigiberti narrationem turbasse crediderim; apud Sigib. enim legitur a. 924: *Rodulfus . . . regnum Italiae* 3 *annis tenuit;* — et a. 926: *R. regnat in Francia annis* 2.

Eodem quippe anno Dani et Normanni Franciam invaserunt. Sanctum quidem Vitum Folradus de Roma transtulit in
pagum Parisiacum, et inde, regnante Lodewico imperatore, translatus est in Saxoniam, et exinde res Francorum ceperunt
minui, Saxonum dilatari.

925. Nono anno Henrici Rodolfus rex ab Ytaliensibus repudiatur, et Hugo comes Arelatensis in regnum subrogatur.
Sig. 927. Siquidem Rodolfus rex Burgundionum ab Ytaliensibus ad regnandum contra Berengarium III. invitatus *, conserta
ibid. 924. cum Berengario pugna, eoque expulso, victor regnum Ytalie 3 annis, scilicet usque ad annum Henrici nonum,
ibid. 929. tenuit[a]. Item hoc anno lanceam mirandi operis Rodolfus rex Henrico I. dedit. Ex historia Lyudbrandi l. 4,
Ekk. p. 182. c. 25[1]: Burgundionum rex Rodolfus, qui nonnullis annis Ytalicis imperabat, lanceam sacram a Sampsone comite dono
Vinc. 25, 66. acceperat. Erat autem, excepta ceterarum specie novaque elaborata figura, juxta mediam spinam habens utrobique quasi
fenestram, et in media spina cruces[b] clavis, manibus et pedibus salvatoris nostri Jhesu Cristi affixis sanctificatas[c]. Que
dicitur primi et magni Constantini imperatoris fuisse. Hanc Henricus rex a dicto Rodolfo cum non posset precibus
acquirere[d], extorquet minis et muneribus, addita etiam parte provincie Suevorum dicto Rodolfo regi[e] ab Henrico. Henricus autem hanc lanceam ad insigne et tutamen imperii posteris dereliquit. Quamdiu autem vixit, hoc victorioso signo
se preeunte semper hostes terruit et fugavit **. Moriens autem eam filio suo Ottoni cum regno dereliquit. Qui quanta
donum veneratione coluerit, victoria indicat assidua et admiranda largicio munerum divinorum.

926. Decimo anno Henrici rex Hugo quosdam Ytalienses suspectos sibi consilio et virtute Sampsonis comitis circumventos
Sig. 928. sibi substravit ***. Et anno sequenti Rodolfus, filius Richardi, rex Francorum elevatur, ut
decimo anno Arnulfi dictum est.

928. Duodecimo anno suo Henricus rex Bohemiam petit. Item Martinus: Spingeus[f] dux Bohemorum ad fidem
Ekk. 931. convertitur. Qui, quamvis neophitus, tamen juste et religiose principatur. Post quem filius ejus Wenezlaus, justitia et
Mart. Pol. sanctitate preclarus, rexit ducatum. Cujus actibus piis et sanctis frater ejus Bolezlaus invidens, eidem adversatur, et
c. 84. imp. tandem primo anno primi Ottonis ipsum interficit et occupat principatum. In cujus ultionem Otto imperator Bolezlaum
per annos 14 bello premens, cum magno suorum detrimento ipsum superavit et Bohemiam totam devastavit. Hic Wenezlaus dux tante fuit humilitatis, quod clam nocte cum uno servo ad silvam propriam ivit, et propriis humeris ligna
deferens, ante fores viduarum et pauperum clam deponebat. Collegit etiam spicas nocte de agris suis, quas clam excutiens virga et hostias manu propria faciens, per ecclesias distribuebat. Hic post 300 annos passionis sue regi Dacorum
Erico quiescenti per visum apparuit, eique, quod suo genere mortis mori deberet, revelavit, precipiens sibi, ut in honore
ipsius, qui Wenezlaus diceretur, monasterium construeret. Ericus rex a sompno consurgens, cepit de sancto Wenzlao, de quo
numquam prius audierat, ab episcopis et ab aliis perquirere quis esset, et certificatus, quod fuisset dux Bohemie et a
fratre occisus, cepit ad honorem nominis ipsius monasterium ordinis Cisterciensis[g] magnalium possessionum in Ryvalia
construere. Sed antequam consumasset, fratre suo Abel procurante, sicud sanctus Wenzlaus revelaverat, occisus est. Item
Sig. 926. hoc anno Karolus Simplex in carcere moritur †, ut dictum est anno Arnulphi decimo.

929. Tertiodecimo anno Henrici Leo VII.[2], natione Romanus, papa 111., sedit mensibus 6, diebus 15. Item
Mart. Pol. Stephanus VII.[3], natione Romanus, papa 112., sedit annis 2, mense 1, diebus 22. Item Henricus rex reges Nor-
c.130.131.pont. mannorum et Abodritarum cristianos fecit. Item Lodewicus VII. rex Francorum 30. cepit. Et nota,
Sig. 931. quod ante Lodewicum regnavit super Francos secundum quosdam* Rodolfus per biennium, sicque
*c. g. Sig. 926. Karolo Simplici simul cum Rodolfo tribuuntur anni 31, quot fluxerunt ab undecimo anno Arnulphi ad duodecimum Henrici inclusive. Igitur Lodewicus VII., quia juvenis inimicis resistere
non valuit[h], fugit in Angliam ad matrem suam Egynam, filiam regis Anglorum, et ad avunculum
suum regem, et mansit ibi usque ad annum quartum Ottonis I. Et tunc Wilhelmus archiepiscopus
Vinc. 25, 69. Senonensis mittitur in Angliam ad Edynam, quondam reginam Francie, ut filium suum Lodewicum mittat ad regnum pa-

* Rodolf. rex ab — invitatus *ap. Corn. p. 520. 10. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. *et ordine mutato.* ** Burgundionum r. Rodolfus — fugavit *ap. Corn. p. 519. 9. ann. Henr., sed quaedam omisit.* *** rex Hugo — substrav. *ap. Corn. p. 520. 10. ann. Henr.* † Spingeus — moritur *ap. Corn. p. 520. 521. 12. ann. Henr., sed pluribus additis, aliis abbreviatis.*

[a] *rec. ex Sig.*, corruit 2. [b] ex *add. Ekk. Vinc.* [c] sanctificatam 2. [d] *add. ex Ekk., om.* 2. [e] *sic correxi*, a dicto Rodolfo rege 2. [f] Spirigneus *Mart.* [g] Benedicti *Corn.* [h] unde *add.* 2.

[1] Henricus sequentia composuit ex Ekkeh. a. 920. et Vincent. 25, 66. Cf. praefat. [2] est Leo VI. [3] est Stephanus VIII, a. 929—931.

ternum. Que, acceptis obsidibus et sacramentis, filium tradidit archiepiscopo, per quem in Franciam ducitur, et apud
Laudunum urbem ungitur in regem et coronatur. Accepit autem uxorem Gerbergam, sororem primi Ottonis
imperatoris, de qua suscepit tres filios, Karolomannum, Lotharium et Karolum [1]. Contra hunc Lo- Vinc. l. l.
dewicum proceres Francorum rebellarunt, et super omnes Hugo Magnus, comes Parisiensis, filius Roberti comitis [a] * in
bello Suessionis a Karolo Simplici perempti. Per ejus consilium Lodewicus ipse et Karolomannus filius ejus a Nor-
mannis dolo capti in carcerem retruduntur. Sed Karolomannus quidem Rothomagi moritur, Lodewicus vero metu Ottonis
imperatoris, qui ad eum liberandum in Franciam cum potentia magna venerat, a custodia relaxatur, et regnum per
Ottonem sibi restituitur **.

Quartodecimo anno Henrici Otto, filius ejus, uxorem ducit filiam Eadmundi, regis Anglorum, nomine Edith; 930.
alii libri [2] habent filiam Edwardi. Hec fuit soror potentissimi regis Anglorum Edelstani, filii naturalis Eduardi. Si- Sig. 934.
quidem opilio quidam filiam habuit pulcherrimam, que vidit per sompnium lunam de genitalibus suis prodire et totam Vinc. 25, 65.
Angliam splendore suo clarius illustrare. Villica illius ville, que filios regis nutriebat, sompnium audit, puellulam ad se
sumit et loco filie nutrit. Rex Edwardus, cum puella jam adolevisset, ad eam domum venit, puellam ipsam vidit, amavit
et gravidavit, et puer natus Edelstanus nominatus est, et post patrem 16 annis regnavit. Vix in Anglia tota fuit ullum ibid. c. 64.
monasterium, quod non vel edificiis vel ornamentis vel libris vel prediis decoraverit. Sitrico regi Nordanimbrorum
dedit sororem suam aliam uxorem. Quo post annum mortuo, provinciam illam sibi subegit. Item Wydicalium regem
Walensium et Constantium regem Scotorum regnis suis expulit. Quos tamen postea miseratione commotus sub se ibi-
dem regnare permisit. Post cum Adalano, filio Sytrici, bellum habuit. Qui timens regem occurrentem sibi cum exercitu,
mimum se simulans cum cythara venit ad tentorium regis Adelstani, canticans pre foribus. Unde facile admissus, omnia
inter psallendum oculis scrutabatur. Post convivium abire permissus, pretium cantus accepit. Quod asportare dedignans,
sub se in terra defodit. Notatum est hoc a quodam, qui olim illi militaverat, et confestim Edelstano dictum. Adalanus
igitur adveniens nocte, regem imparatum offendit. Rex stratis excutitur, suos ad bellum acuit, sed gladius ejus fortuitu
e vagina cecidit. Deum igitur invocat et sanctum Adelinum consanguineum suum, et reducta manu invenit ensem in va-
gina. Qui hodie quoque in thesauris regum pro miraculo servatur. In una quidem parte sectilis est, nec umquam auri
vel argenti receptibilis. Illo igitur ense tota die pugnans, Adalinum quidem cum exercitu suo fugavit. Constantinus au-
tem rex Scotorum, perfide animositatis et vivacis senecte homo, cecidit, aliique reges 5 et comites 12 et quam plurima
turba barbarorum ***. Item reguli Norwalensium nomine vectigalis ei annuatim solvebant auri libras 20, argenti 300, ib. c. 65.
boves 25, et quotlibet canes venaticos et aves venaticas. Item Aroldus rex Noricorum misit ei navem aurea rostra
et velum purpureum habentem, densa testudine inauratorum clipeorum intrinsecus circumagitatam ****.

Quintodecimo anno Henrici Johannes XI., natione Romanus, papa 113., sedit annis 4, mensibus 10, diebus 15. 931.
Martinus: Istius anno primo in urbe Januensi [b] fons sanguinis largissime effluxit, portendens forte urbis ipsius immi- Mart. Pol.
nentem ruinam. Que eodem anno a Sarracenis ab Africa cum classe venientibus capta, cunctis civibus, exceptis parvulis c. 132. pont.
et mulieribus, captis et occisis, et thesauris suis est evacuata †. Idem dicit Sigibertus '. Item Arnoldus dux 'a. 935.
Bayoariorum in Ytaliam contra Hugonem regem veniens, a Veronensibus suscipitur, et cum Hugone confligens, vincitur ††. Sig. 932.
Ut dicit Egkardus: Et anno sequenti Ungarii ab exercitu Henrici occiduntur aut capiuntur. Ekk. 934. c. D. E.

Decimo septimo anno Henrici Inger rex Russorum, sciens exercitus Grecorum esse ductos contra Sarracenos et ad 933.
insularum custodias esse dispersos, ad expugnandam Constantinopolim cum mille et eo amplius navibus venit, adeo de Sig. 936.
victoria jam securus, ut Grecos non occidi, sed capi preciperet. Quibus imperator Grecorum Romanus cum paucis viri-
liter occurrens, circumcirca Greco igne injecto pene omnes cum navibus exussit, paucis evadentibus, omnesque captivos
decollari jussit †††.

* tunc Wilhelmus archiep. — comitis *ap. Corn. p. 527. 4. ann. Ott., sed falso* sec. Sigib. ** Lodow. VII. r. Fr. — restituitur *ap. Corn. p. 523. 13. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et quibusdam omissis verbis.* *** Otto fil. ejus ux. — barbar. *ap. Corn. p. 524. 14. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. **** reguli W. — circumagitatam *ap. Corn. p. 525. 16. ann. Henr.* † istius ann. pr. — evac. *ap. Corn. p. 519. 8. ann. Henr., sed falso* sec. Hugon. †† Arnold. — vinc. *ap. Corn. p. 524. 15. ann. Henr., sed falso* sec. Egghard. ††† Inger — jussit *ap. Corn. p. 520. 10. ann. Henr., sed* sec. Vinc.

[a] tyranni *Vinc.* [b] Panensi 2.

[1] Unde *accepit autem* — *Karolum* sumta sint, nescio. Widukind. II, 39, Sig. a. 965 et Ekkeh. p. 187 tantum duos filios nominant. [2] Wilh. Malmesb. ap. Vinc. 25, 65; sed c. 66 habet Eathmundi.

934. Decimo octavo anno Henrici secundum Sigibertum prodigia multa apparuere. Sol celo sereno obscuratur;
Sig. 937. per fenestras vero domorum radios quasi sanguineos emittebat. Hominis cujusdam sinistra manus ferro amputata, post annum pene ad integrum ei dormienti restituta est. Qui pro signo miraculi quasi sanguinea linea loco conjunctionis no-
Ekk. p. 183. tabatur *. Item Henricus rex infirmatus est in castello quod dicitur Hyemelewa, inter Saxonum et Thuringhorum confinia sito; ubi et defunctus est. Cumque mortem appropinquare cerneret, convocato omni populo, designavit Ottonem filium suum regem, ceteris filiis suis predia cum thesauris distribuebat. Obiit autem anno regni sui decimo octavo, vite vero fere 60., et a filiis in civitate Quedelingheborch in basilica sancti Petri ante altare sepultus est cum planctu et
Sig. 937. lacrimis plurimorum. Qui licet in vincendis inimicis gloriosus fuerit, tamen quia pacificus erat, nullam operam dedit, ut, effugatis ab Ytalia tyrannis, qui quasi conducticii mercenarii alter alteri succedentes imperium dilaniabant, benedictionem imperialem accepisset. Sigibertus dicit, quod mons, in quo Henricus rex sepultus est, postea flammas in multis locis evomuit. Quod utrum verum sit, ambiguum est, quia fuit in ecclesia sepultus. Ex cronicis Angarorum: Methildis, uxor Henrici I., mater Ottonis I., fuit de Angara et educabatur in cenobio Hervordensi. Hec, mortuo Henrico rege, juxta conceptum ipsius regis et dispositionem transtulit [1] moniales clausas de Wynethusen in Quedelingheborch, et post ibidem in basilica sancti Servatii [2] juxta sepulchrum domini sui Henrici regis gloriosissimi sepulta est ** [3].

## *Capitulum 80.*

Sig. 937. Otto Magnus, Henrici I. ex Matilda, filia Thyderici regis Angarorum, filius, Romanorum 84., cepit anno
cf. Ekk. 937. mundi 4897., Urbis 1686., Domini 935., imperii Theutonicorum 135., et 37 annis imperavit, sic tamen quod annis 23 regnavit et anno suo 24. a papa Johanne XII. imperator coronatur, et ex tunc imperavit annis 14. Iste fuit undecimus imperator Theutonicorum a Karolo. Nam primus imperator Theutonicorum fuit Karolus Magnus, in cujus persona imperium translatum fuit a Grecis in Theu-
Greg. decr. tonicos, ut dicitur Extra de electione capitulo ***Venerabilem***. Fuit autem hic Otto per Henricum patrem
lib. I, tit. 6, c. 34. suum rex designatus, et post Aquisgrani electus, ubi sedem regni Theutonicorum Karolus Magnus consti-
Ekk. 937. tuerat, ut dictum est anno ejusdem Karoli decimo quarto. Ibique mox unctus et coronatus est per summum pontificem Moguntine sedis Hyltibertum, genere Franconem, professione monachum Fuldensem ***, sanctitate vite et scientia litterarum tam secularium quam divinarum et etiam spiritu prophetie illustrem.

935. Primo anno Ottonis Leo VIII. [4], natione Romanus, papa 114., sedit annis 3, mensibus 6, diebus 10. Item
Mart. Pol. monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii [5] cremantur. Item hoc anno rex Otto fecit in Megedeborch abbatiam
c. 133. pont. regalem ordinis sancti Benedicti. Quam post in archiepiscopatum mutavit, cenobium monachorum ad locum
Ekk. 937. 936. et 968. alium transferendo † [6].

cod. E. 1. Secundo anno Ottonis heresis antropomorficarum, corpoream formam Deum habere dicentium, vexabat Ytaliam.
936. Contra quam Richerius [a] Veronensium episcopus et verbis et scriptis reclamabat ††. Item contra Ottonem regem
Sig. 939. et 938. rebellant Everhardus comes palatii et [b] Gyselbertus dux Lotharingie, qui Gerbergam, sororem regis, habuit uxorem.

* prodigia — notab. *ap. Corn. p. 525. 17. ann. Henr., sed* sec. Vinc. ** Henr. r. infirm. — sep. est *ap. Corn. p. 525. 17. ann. Henr., quibusdam verbis mutatis.* *** Otto Magnus — Fuldens. *ap. Corn. p. 526. de Ott. I., sed falso* sec. Martin., *mutato ordine et quibusdam omissis.* † Otto fecit — transfer. *ap. Corn. p. 526. 1. ann. Ott.* †† heresis — reclamab. *ap. Corn. p. 526. 17. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.

a Ratherius *Sig.* b *addidi ex Sig., om.* 2.

1 Cf. Vita s. Mathildis. c. 7. 8. Annal. Sax. a. 936. 2 ubi adhuc conspicitur eorum sepulchrum. 3 obiit 2. Id. Mart. (d. 14. Mart.) a. 968; cf. Vit. Mathild. c. 27. ap. Pertz. SS. IV, p. 301. 4 est Leo VII.; sedit ab a. 936—939. 5 i. e. Fulda, a. 937; ecclesia nova dedicata est a. 948; cf. Flodoard. h. a. 6 Cf. diss. de archiepiscopatus Magdeburgensis originibus quam scripsit P. Grosfeld, Monasterii a. 1855. editam.

Item Ungarii per Austrasiam et Alemanniam, multis civitatibus igne gladioque consumptis, Wormacie Reno transito, usque cf. Ekk. 937.
ad occeanum et Gallias et Burgundiam vastant, et per Ytaliam redeunt *.

Tertio anno Ottonis Eberhardus et Gyselbertus dicti Henricum fratrem regis obsessum capiunt, cumque versutia 937.
sua a regis fidelitate sejunctum factioni sue applicant, suggerentes, ei regnum magis competere in patris regno nato, Sig. 939.
quam Ottoni ante regnum nato **. Item Ungari a Saxonibus graviter ceduntur. Item Otto rex Bayoariis sibi resi-
stentibus rediens, Eberhardum comprehensum exiliat, Bayoariosque aggressus, omnes sibi subdidit preter unum filium
Arnolfi. Item Wilhelmus: Edymundus, Adelstani frater, annorum 18, cepit regnare, et 6 annis cum dimidio regnavit. Vinc. 25, 69.
Istius filia fuit Edyth, uxor Ottonis, que dicta est soror Edelstani, quia fuit filia Edmundi, fratris Adelstani ***.

Quarto anno Ottonis Lodewicus VII. regno Francorum restitutus, ut dictum est anno Henrici tertio 938.
decimo, regnavit annis 25. Proceres autem Francorum, ut dictum est ibidem, huic Lodewico rebellant, et eum Vinc. 25, 69.
captum incarcerant. Quod audiens Otto Magnus rex Romanorum, cum 28 legionibus ad liberandum Lodewicum, Gerberghe cf. ibid. c. 82.
sororis sue maritum, Franciam aggreditur. Cujus metu Lodewicus relaxatur, Ottoque sibi regnum totum restituit. Eg- Ekk. p. 185.
kardus: Hoc anno Otto rex in Lotharingia usque ad Capermontem pervenit. Item Berengarius junior, Berengarii se- Sig. 940.
nioris ex filia nepos, timens Hugonem regem se persequentem pro eo, quod contra eum regnum Ytalie affectaret, ad He-
rimannum Suevorum ducem, et per eum ad Ottonem regem profugit ****. Item Stephanus VIII.[1], natione Romanus, *Mart. Pol.
papa 115., sedit annis 3, mensibus 4, diebus 15. Alii* dicunt, quod fuit natione Germanus, et a quibusdam Ro- c. 134. pont.
manis mutilatus est.

Quinto anno Ottonis Lodewicus rex Francorum Lotharingiam invadens, usque ad Alsatiam pervenit, ductu Eber- 939.
hardi et Gyselberti. Item rex Hugo, misso sibi Greco igne ab imperatore Grecorum, Fraxinetum oppugnat, et navibus Sig. 941.
Sarracenorum exustis. illud expugnat, et inde eos fugat †.

Sexto anno Ottonis secundum Sigibertum Everhardus et Gyselbertus cum dicto Henrico, fratre regis, juxta 940.
Renum contra Ottonem regem bella parantes, milites regis offendunt, et multi cum paucis aggressione facta, interim Sig. 942.
rege in alio Reni litore ante clavos Domini lancee sue infixos in oratione prostrato, victi hostes terga dederunt, Hen-
rico in brachio insanabiliter vulnerato ††. Item Sigibertus: Hoc anno orta dissentione inter principes de varietate
legis, utrum debeant avis superstitibus filii filiorum post patres defunctos hereditare, an exhereditatis fratruelibus debeat
hereditas ad patruos redire, ex regis Ottonis et omnium principum sententia cognitio[a] veritatis commissa est gladiatorio
judicio. Cessitque victoria hiis, qui censebant, fratris filios debere cum patribus hereditare.

Septimo anno regni sui Otto Brysach opidum obsedit in partibus Alsatie, quod Lodewicus rex Francorum per 941.
milites Everhardi et Gyselberti tenebat. In qua obsidione persuasu Frederici Moguntini archiepiscopi, qui animo jam Sig. 943.
a rege defecerat, multi ab ipso rege Ottone defecerunt; eaque re aliis territis, solus rex interritus manet. Interim
quidam fideles regis Everhardum et Gyselbertum, predando regno securius intentos, juxta Renum inopinate aggressi,
acerrime debellant. Everhardo gladiis perempto, Gyselberto autem Reni undis submerso, ceterorum vix aliquis fugit, qui
non aut trucidaretur aut caperetur. Hoc nuntio infideles regis corde franguntur, et Lodewicus ab Alsatia discedit, et rex
Otto cum fidelibus suis gratulantur[b] †††. Item Martinus IV., alia litera* habet Marinus, natione Romanus, papa 116., *Mart. Pol.
sedit annis 3, mensibus 6, diebus 14. Item Gwilhelmus: Hoc anno Wilhelmus dux Normannorum, filius Rollonis, c. 135. pont.
dolo captus est in Francia ab Alzone cognomento Curto. Clavis ad ejus cingulum inventa est aere familiaris[c] scrinii, *Sig. 942.
in quo inventa sunt indumenta monachalia, que semper inter bella meditabatur se gestaturum apud Gymegium[d]. Quem Vinc. 25, 70.
locum a tempore Hastingi desertum ipse fruticosis sentibus purgaverat ††††, et ad hunc statum, qui modo est,
vexerat. Hujus filius fuit Rychardus.

Octavo anno Ottonis sol horribilem eclipsim passa est feria 6. hora diei 3. Quo die in Hispania Abdaram rex 942.
Sarracenorum a Radamiro cristianissimo rege Gallicie in bello superatus est. Item in Ytalia cometa mire magnitudinis Sig. 944.

* contra Ott. — redeunt *ap. Corn. p. 526. 2. ann. Ott.* ** Eberhard. — nato *ap. Corn. p. 526. 2. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *** Otto rex — Adelst. *ap. Corn l. l., sed verba* Egmund. — Adelst. *falso* sec. Sigib. **** Bereng. jun. — profug. *ap. Corn. p. 527. 5. ann. Ott., sed falso* sec. Sigib. † Lodew. r. Fr. — fugat *ap. Corn. l. l.* †† Everh. et Gyselb. — vulnerato *ap. Corn. p. 527. 6. ann. Ott.* ††† Otto Brys. — gratulantur *ap. Corn. p. 527. 7. ann. Ott., nonnullis verbis mutatis.* †††† Wilhelm. d. N. — purgav. *ap. Corn. p. 528. 8. ann. Ott.*

[a] *recepi ex Sig.*, commissio 2. [b] gratantur *Sig.* [c] et *add.* 2. [d] Gimegrum *Vinc.*

[1] est Stephanus IX.; sedit ab a. 939—942. Verba *natione Romanus* Henricus cui detraxerit nescio.

Sig. 944. et 939. apparuit, portendens famem, que secuta est *. Item terremotus factus est 16. Kal. Maji diebus 23. Item Otto
Ekk. 944. rex corpus Innocentii martiris in urbem Partenopolim, que vulgariter dicitur Megedeborch, transfert. Item Ungarii
Sig. 945. pugnant cum Bayoariis et vincuntur. Otto quoque rex totam Lotharingiam sibi subjugavit, resistente sibi solo Meten-
sium episcopo Adelberone, fratre ducis Frederici **.

944. Decimo anno Ottonis Agapitus II., natione Romanus, papa 117., sedit annis 8, mensibus 6, diebus 10. Item
Mart. Pol. Sigibertus: Henricus, frater Ottonis regis, in urbe Mersborch a fratre obsessus, projectis armis ad pedes ejus pro-
c. 136. pont. cidens et misericordiam ejus implorans, in custodiam includitur ***. Fredericus et ipse Moguntie a civibus excluditur.
Sig. 946.

945. Undecimo anno Ottonis Edith regina obiit. Gwilhelmus: Hoc etiam anno Edredus III. ex filiis Edwardi annis
9 et dimidio regnavit. Cujus egrotationis audito nuntio beatus Dunstannus, cum illuc equum acceleraret, vocem desuper
Ekk. 947.
Vinc. 25, 71. sonantem audivit. 'Modo rex Edredus obdormivit in Domino'. Hic sanctus Dunstannus primo monachus, post primus abbas
ib. c. 72—81. Glesconiensis, post episcopus Wentanus vel Wentoniensis, ultimo archiepiscopus Cantuariensis, anno patriarchatus sui 33.,
Ekk. 947. vite vero circiter 70., multis plenus et clarus virtutibus et miraculis, feliciter obdormivit in Domino. Item Egkardus:
Mart. Pol. Bertolfus dux Bayoariorum, frater Arnulfi ducis, moritur, et Henrico, fratri regis, ducatus committitur. Item Lotharius
c. 86. imp. 6. Ytaliensis cepit, et 2 annis, vel certe 1 cum dimidio, regnavit.

946. Duodecimo anno Ottonis Berengarius 7. et ultimus Ytalicorum cepit, et 13 annis regnavit, et finitur im-
Mart. Pol. perium Ytalicorum, toti imperio Ottone presidente. Hic fuit Berengarius IV. Egkardus[1]: Berengarius cum Bertoldo [a]
c. 87. imp. filio suo imperavit in Ytalia 11 annis tempore Ottonis Magni. Iste nimia feritate premebat Ytaliam, et Adalwydam,
Lotharii imperatoris relictam, in carcere tenebat. Sed Otto rex Ytaliam potenter intrans, Berengario depulso, reginam
liberat, eamque sibi pro uxore accipiens, festum natalis Domini Papye celebravit. Sed post, Berengario per Ottonem in
gratiam recepto, Lombardiam sibi reddidit, excepta marchia Tervisina et Veronensium et Aquilegya. Iterum post parvo
tempore a sede apostolica et a Lombardis veniunt legati ad Ottonem de tyrannide Berengarii conquerentes. Otto vero
vadens Lombardiam, Berengarium captivavit et Bayoariam in exilium misit ****, et progrediens Romam, a Romanis sol-
lempniter recipitur, et a papa Johanne XII. in imperatorem coronatur anno regni sui vicesimo quarto.
ibid. Martinus: Circa † hoc tempus fuit in Vasconia mulier ab umbilico sursum divisa, duo pectora et duo capita habens; una
comedente vel dormiente, altera quandoque neutrum faciebat, vixeruntque multo tempore, nec uno tempore ambe mortue sunt.
Item anno Ottonis duodecimo Hohold nobilis de Anehald cum fratribus suis Brun et Frederic
et sorore sua Wytburga monasterium in Ghezeke in predio suo fundaverunt in honorem beate
genitricis Dei et sancti martiris Ciriaci. Quod [b] postea per Ottonem III. ditatum et in potestatem
tutelamque regiam est acceptum, et dicto Hohold sicud advocato [c] per tempora vite sue com-
missum, et prefata Wytburgh post abbatissa fuit ibidem constituta, ut legitur in privilegio [2] quo-
Sig. 953. dam ejusdem ecclesie. Item hoc anno Bruno, frater Ottonis I., fit archiepiscopus Coloniensis. Cujus studio
translata sunt a Roma Coloniam corpora sanctorum Esicii [d] et Patrocli †, Privati, Gregorii, cum baculo sancti Petri.

947. Tertiodecimo anno Ottonis Hermannus dux Alemannorum obiit. Pro quo Ludolfus, filius Ottonis regis, dux con-
Ekk. 949. stituitur ††. Item Sigibertus: Taxis rex Ungariorum in Ytaliam veniens, decem modios nummorum a Berengario
Sig. 949. pro reditu accepit. Item Egkardus: Per loca Germanie et Gallie plurimi et magni terremotus facti sunt †††.
Ekk. 950.

949. Quintodecimo anno suo rex Otto Ytaliam petit, eamque sibi subicit, expulso Berengario imperatore.
Ekk. 950. et 951. Berengarius autem, Conrado suadente, apud Augustam [e] cum filio suo Adelberto ad deditionem venit, factusque miles regis,
Sig. 951. remissus est in regnum cum pace ††††. Item Moguntia ab Ottone rege obsessa est. Fridericus archiepiscopus captus
Ekk. 952. et in custodiam trusus, non multo post per indulgentiam regis relaxatus est †††††. Et anno sequenti rex Otto

* sol. horrib. — est *ap. Corn. l. l., sed* sec. Vinc. ** terremot. — Freder. *ap. Corn. l. l. 9. ann. Ott., sed falso* sec. Egghard. *** Henr. frater — includ. *ap. Corn. p. 528. 10. ann. Lod.* **** iste nimia — misit *ap. Corn. p. 530. 13. ann. Ott., sed falso* sec. Egghard. † circa hoc tempus — Patr. *ap. Corn. p. 529. 12. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Egghard. *et aliquot verbis mutatis.* †† Hermann. — constit. *ap. Corn. p. 530. 14. ann. Ott., sed falso* sec. Sigib. ††† Taxis — sunt *ap. Corn. l. l., mutato autem ordine.* †††† rex Otto Yt. — pace *ap. Corn. l. l. 15. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. ††††† Moguntia — est *ap. Corn. l. l.*

[a] Alberto *Mart.* [b] qui 2. [c] advocata 2. [d] Elifii *Sig.* [e] Augusto 2.

[1] falso; legatur *Martinus.* [2] Privilegium exstat ap. Stangefol., annal. circ. Westphal. lib. II, p. 184. Schaten, ann. Paderborn. Tom. I, p. 296.

iterum una cum filio Ytaliam intravit causa Adelheyde, alia littera* habet Adalwyde, regine, ipsaque accepta uxore, *Mart. Pol.
nuptie regales Papye celebrate sunt. c. 87. imp.

Decimo septimo anno Ottonis secundum Sigibertum et Egkardum, mortuo Wygfrido, archiepiscopatum Co- 951.
loniensem accepit vir gloriosus Bruno, frater Ottonis regis. Qui qualis quantusque fuerit apud Deum et homines, lector Sig. 953.
ediscat in vita ipsius, quam Rutgerus luculenter descripsit. Alibi dicitur, quod duodecimo anno regni Ottonis
hic factus est archiepiscopus Coloniensis, ad quem respicias. Item Egkardus: Ludolfus dux instinctu Ekk. 953.
Conradi ducis patri rebellat. Item inter Conradum et Reynerum comitem Hagynorensium bellum fuit super Mosam *. Sig. 953.

Decimo octavo anno Ottonis, Ludolfo, filio ejus, ad gratiam patris sui reducto, Conradus dux, Dei et regis trans- 952.
fuga, ad Ungarios se conferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam silvam perduxit. Et virtute Dei apud Lobias Sig. 955.
contra eos ostensa, ultra prodire prohibiti, impune redierunt **. Item Johannes XII., de regione Via lata, ex patre Mart. Pol.
Alberico principe, papa 118., sedit annis 7, mensibus 10, diebus 5. Istius pater Albericus, cum esset potens in Urbe, c. 137. pont.
rogavit et induxit juramento nobiles, ut mortuo papa Agapito promoverent filium suum Octavianum in papam. Quod et factum est, et vocatus est Johannes. Iste fuit venator et lubricus in tantum, quod et publice feminas tenebat. Propter quod quidam cardinales occulte scripserunt Ottoni regi, ut scandalo ecclesie compatiens sine mora Romam veniret. Quod papa percipiens, Johanni diacono cardinali tamquam hujus facti consiliario nasum et aures, Johanni subdiacono, qui litteras scripserat, manum amputari fecit. Cum autem per imperatorem et clerum frequenter admonitus non corrigeretur, per
imperatorem depositus est *** propter infamem vitam. Item Gwilhelmus: Hoc etiam anno regnare cepit Eduwer- Vinc. 25, 82.
nis [a], filius Edmundi, in Anglia, adolescens petulans et libidinosus. Qui, Dunstanno corripiente se, omnes monachos in Anglia exiliavit et calamitatibus afflixit. Ipsum quoque Dunstannum in Flandriam expulit, Malmasberiense cenobium, plus quam 270 annis inhabitatum a monachis, stabulum clericorum fecit. Tunc beati Adelini corpus, tot annis abditum a clericis, de terra levatum et in scrinio locatum est; cui dedit rex predium amplissimum. In cetera vero cenobia nimis inhumanus fuit, tum propter etatis lubricum, tum propter pellicis [b] consilium. Regnavit autem annis 4.

Decimo nono Ottonis beatissimus martir Patroclus miles Tracasinus per Brunonem archiepisco- 953.
pum Coloniensem transfertur [2] in Zozatum [3] opidum Angarorum, opibus quidem plenum, sed
adhuc fide vacuum ****, de urbe Trecasina [4]. Item Egkardus: Frederico Moguntie archiepiscopo mortuo, Ekk. 955.
Wilhelmus, filius Ottonis regis, substituitur. Item Sigibertus: In Ytalia lapis mire magnitudinis tonitruo et tempe- Sig. 956.
state turbulenta de celo jactus, ingens miraculum videntibus prebuit. Templa plerisque in locis valida tempestate concussa sunt. Utriusque ordinis sacerdotes ictu fulminis interierunt †, et plura horrenda dictu portenta monstrata sunt.

Vicesimo anno Ottonis Ludolfus dux, filius ejus, Ytaliam hostiliter intrat, et Adelbertum vincit, ipseque eodem 954.
anno moritur ††. Item Ungarii iterum regnum Ottonis ductu Conradi ducis refuge pervagantes et totam Bayoariam Ekk. 956.
depopulantes, juxta Augustam Alemannie urbem ab Ottone rege victi, Deo juvante, immensa cede necantur 4. Ydus Au- ibid. 955.
gusti. Ex nostris etiam Conradus dux cum multis aliis occubuit. Ungarii autem, qui tunc effugere poterant, per totam Bayoariam trucidati sunt, reges eorum in Ratispone in patibulis sunt suspensi, et in tantum sunt vires Ungariorum in
hoc bello attenuate, ut ultra jam nec mutire presumerent. Item Bruno archiepiscopus Coloniensis cenobium sancti Sig. 957.
Pantaleonis Colonie construxit †††.

Vicesimo primo anno Ottonis Bruno archiepiscopus Coloniensis plures Nordmannorum cum principibus eorum 955.
baptizari fecit. Item Egkardus: Monachis gravis oritur persecutio, quibusdam affirmantibus pontificibus, melius Sig. 958.
videri paucos vita claros quam plures negligentes [c] in monasteriis esse, ideoque oportere conversationes eorum per mo- Ekk. p. 187.
nasteria respicere et non bene conversantes abicere, oblitis, ni fallor, sententia patrisfamilias, prohibentis zizania de tritico

* Ludolfus — Mosam *ap. Corn. p. 531. 17. ann. Ott.* ** Ludolfo filio — redierunt *ap. Corn. l. l. 18. ann. Ott.* *** Istius pat. Alb. — depos. est *ap. Corn. p. 531. 18. ann. Ott., sed falso* sec. Eggh. **** beatiss. mart. — vacuum *ap. Corn. l. l. 19. ann. Ott., sed falso* sec. Eggh. † Frederico Mogunt. — interier. *ap. Corn. p. 532. 19. ann. Ott.* †† Ludolfus — mor. *ap. Corn. l. l.* ††† Ungar. iterum — constr. *ap. Corn. l. l. 20. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *et nonnullis verbis mutatis, aliis additis.*

a Edwisius *Vinc.* b pelicis 2. c neglientes 2.

1 Sequentia nonnisi ap. Sigibertum. 2 Secundum Translat. s. Patrocli ap. Pertz, M. G. H. SS. IV, p. 280 facta est a. 960. Sed falso. Bruno reliquias Susatum transmisit a. 964., ibique illae advenerunt d. 9. Decb. ejusd. anni. De hoc die translationis cf. quae attulit Erhard in Reg. hist. Westphal. Tom. I, p. 131. Ex gestis archiepp. Colon. haec sumta esse videntur. 3 Soest. 4 Troyes.

Ekk. l. 1. eruere, sed sinere ad messem crescere, ne, uno incaute eradicato, dampnum fieret in altero. Quod et in hiis factum est.
Nam plures proprie infirmitatis conscii, deposito habitu et monasteriis relictis, grave onus sacerdotii devitabant. Plures
hoc summum pontificem[1] non pure, sed subdole fecisse arbitrati sunt, in dehonestatem videlicet venerabilis regique
fidelis viri Hademari abbatis Fuldensis, quem, quia regi fidelis fuit, dehonestare, si quo modo posset, nitebatur. Sed
seminationes incassum profuse sunt. Nam et abbas in gratia et amicitia regis permansit, et causis intercurrentibus
pontifex quod voluit non implevit *.

956. Vicesimo secundo anno Ottonis secundum Sigibertum prodigiosa res multos terret et a vitiis coheret,
Sig. 959. crucibus' apparentibus in vestibus plurimorum, quorundam autem vestibus quasi lepra sordentibus. Item Wilhelmus:
Vinc. 25, 83. Hoc** anno regnare cepit in Anglia Edgarus, filius Edmundi, frater Edwi[a], juvenculus annorum 16. Quo nascente Dun-
stannus fertur audisse vocem angelicam dicentem: 'Pax Anglie, quamdiu puer iste regnaverit et Dunstannus noster
vixerit'. Regnavit autem annis 16, et quasi quolibet anno regni sui novum monasterium fundavit. Regem Scotorum
Kynadium, Kambrorum Malcolinum, archypiratam Mastesium omnesque reges Wallensium numero 5 ad curiam coactos
perpetuo sacramento sibi obligavit. Quos apud urbem Leonum[b] sibi occurrentes in pompam triumphi per fluvium deduxit
una navi impositos, in cujus prora sedebat ipse, et illi remigabant. Fama ejus excitati venerunt eum videre Saxones et
Dani et Flammighi[c], a quibus didicerunt tunc temporis Angli, a Saxonibus quidem inconditam animi ferocitatem, a
Flammighis[d] enervem corpoream mollitiem, et a Danis dementantem et vitiis omnibus exponentem potationem.
Beatus autem Dunstannus, ut potationem compatriotarum suorum refrenaret, claves aureos vel argenteos jussit vasis
affigi, ut, dum quisque metam suam cognosceret, non plus subserviente verecundia vel ipse appeteret vel alium bibere
ibid. c. 85. cogeret. Item rex Edgarus et privatos latrones et populares predones exterminans, feras etiam omnis sanguinis avidas
exterminare regno cogitavit. Unde Wydvaldo regi Niwallensium indixit, ut sibi quotannis tributum 300[e] luporum solveret.
Quod cum ille tribus annis fecisset, quarto anno destitit, nullum ulterius invenire se posse professus **. Item gracillimi
corporis fuit et virtutis immense, ita ut ultro ad congrediendum lacesceret, audacem quemcumque hoc maxime timens,
ne in tali colludio timeretur. Estate insulam circumnavigare consuevit, ut exploraret, ne quid pyrate turbarent. Hyeme
Sig. 959. aut[f] vere per omnes provincias equitabat, judicia potentiorum exquirens, ne jus violarent. Item Egkardus[2]: Bruno
archiepiscopus Coloniensis et dux Lotharingie, secundas partes in regno fratris sui potenter et industrie administrans,
Reynerum Montensem comitem, qui Longicollus nominabatur, apud Valentianas evocatum cepit et irrevocabili exilio
dampnavit, eo quod regnum bellis inquietabat, vel, quod verius est, eo quod, mortuo Gyselberto duce consanguineo suo,
ea que ipse uxori Gerberge, sorori regis, in dotem contulerat violenter ei auferre presumebat. Bonis Reyneri ad fiscum
publicatis, filii ejus Reynerus et Lambertus ad Lotharium Francorum regem confugerunt †.

957. Vicesimo tertio anno Ottonis floruit Athelwoldus[g], sancti Dunstanni discipulus. Hic clericos expulit de Wintonia
Vinc. 25, 83. et posuit pro eis regulares. Item floruit Oswaldus, ex monacho Floriacensi Wigornie episcopus, qui a Wigornia
expulit clericos et posuit pro eis monachos regulares.

958. Vicesimo quarto anno regni sui, Germanis[h] et Gallia jam bene pacatis, intendens Otto rex etiam Ytaliam pacifi-
Sig. 961. care, illamque non sicud quidam ante se per inertiam negligere et deserere, presertim cum ad hoc, evo-
cantibus anxie Johanne papa ceterisque Ytalie episcopis, ut eos liberaret de manibus tyrannorum Berengarii et Adelberti,
Mart. Pol. a Romanis nichilominus evocaretur ad corrigendum malum statum Johannis pape et ad imperii gubernacula Theutonicis
c. 88. imp. debita possidendum, Ottonem filium suum puerum septennem Aquisgrani die sancto pentecostes in regem inungi fecit.
Sig. l. l. Eoque commendato archiepiscopis Brunoni Coloniensi, fratri suo, et Wilhelmo Moguntino, filio suo, ad Ytaliam tendit.
Ekk. 962. Ytalia autem pervagata, Romam venit, ibique factus imperator per populum Romanum et papam et clerum, et a dicto
ibid. 963. Johanne papa coronatus, Berengarium cepit, et cum conjuge sua Willa nomine ad castrum Babenberch misit, ubi et pre-
Mart. Pol. sentem vitam clausit. Otto autem imperator natale Domini Papye celebravit, et post hec de Ytalia exit. Sed propter
c. 88. imp. bonum statum ecclesie Romane pluries Romam rediens, bonis operibus intendebat.

960. Vicesimo sexto anno Ottonis secundum Sigibertum, collecto a tota Ytalia episcoporum concilio, Johannes papa
Sig. 963. de nefariis causis infamatur. Fuit enim adulter. Qui tertio evocatus, dum se excusatum venire cunctatur, post multa
tandem eo a cunctis prejudicato, Leo, adhuc laycus, electione omnium et consensu imperatoris papa substituitur. Sic Leo

* monachis — implevit *ap. Corn. p. 532. 21. ann. Ott.* ** hoc a. r. c. in Anglia — profess. *ap. Corn. p. 532. 22. ann. Ott.* † Bruno arch. — confug. *ap. Corn. p. 533. 23. ann. Ott.*

[a] Edwini *Vinc.* [b] Legionum *Vinc.* [c] Flandrenses *Vinc. fortasse* Flaminghi. [d] Flandrensibus *Vinc.* [e] 30. *Vinc.* [f] autem 2. [g] Achelwoldus 2. [h] Germania *Sig.*

[1] Fridericum Moguntinum (Ekk.). [2] falso; legatur *Sigibertus.*

presidens apostolice sedi, fecit ordinationes et ea que erant apostolica. Nec longum, Romani alterata fide apud impera- Sig. l. l.
torem, papam recipiunt Johannem. Qui synodo collecta Leonem deposuit et facta ejus cassavit. Statuitque, synodum
Leonis non nominandam synodum, sed prostibulum favens adulteris. Ordinati etiam a Leone jussi sunt proscriptionem
suam in cartis presentare sub hac forma: 'Pater meus nichil sibi habuit, nichil michi dedit'. Romani autem a papa
Johanne pecunia illecti, imperatorem cum paucis Rome morantem subito aggrediuntur. Sed omnino attriti sunt per exer-
citum imperatoris, quod, nisi per imperatorem et Leonem papam milites imperatoris a cede revocarentur, usque ad inter-
necionem Romani delerentur. Quibus per Leonem imperatori reconciliatis, post abscessum imperatoris Leo papa insidias
sibi parari sentiens, ad imperatorem fugit. Johannes papa se cum uxore cujusdam oblectans, a diabolo in tempore[a]
percutitur, ac sine viatico dominico moritur. Romani vero contra juramentum, quod imperatori fecerant, se numquam
electuros papam sine ejus et filii ejus Ottonis assensu, Benedictum quintum sibi papam statuerunt. Qui sedit mensibus 2, Mart. Pol.
papa 119. Quod audiens imperator, cum magno exercitu Romam rediit, et ipsam obsedit, Romanosque cede et fame c. 88. imp. et
tantum afflixit, quod tandem Benedictum intrusum papam sibi presentaverunt. Imperator autem Leonem papam ad sedem c. 138. pont. Sig. 963.
suam reposuit. Benedictus vero per Leonem non solum papatu, sed etiam sacerdotio exordinatus. Pacificatis omnibus Mart. P. l. l.
per imperatorem, ductus est Saxoniam in exilium, ibique mortuus in Hamborch sepelitur*. Ex cronicis: Benedictus Vinc. 25, 86.
papa in carcere strangulatus est ab Ottone imperatore.

Vicesimo septimo anno Ottonis secundum Sigibertum[1] post Benedictum V. Leo IX. Romane ecclesie presidet, 961.
papa 120. Sedit autem anno 1, mensibus 4. Hic propter malitiam Romanorum statuit, ut nullus papa fieret nisi de Vinc. 25, 86. Mart. P. c. 139 pt.
imperatoris assensu. Item Adalberone episcopo Metensium mortuo, Theodericus, consobrinus Ottonis imperatoris, Vinc. l. l.
episcopus subrogatur. Iste inspiciens litteras primas nominum omnium episcoporum Metensium, quas angelus Domini Sig. 964.
dicitur dedisse sancto Clementi primo Metensium episcopo, et notans alias auro, alias argento, alias viliori metallo
notatas, cum etiam videret litteram sui nominis argento esse prenotatam, dixit, se in episcopatu tanta bona fore facturum,
ut ipsa sui nominis littera merito deberet auro notari. Hic cenobium sancti martiris et levite Vincentii in ipsius urbis
insula fundavit**. Item hoc anno Danis, qui Cristum et ydola simul colebant, cum Poppone clerico in convivio ibid. 966.
altercantibus super cultura Dei et deorum, et Danis asserentibus, Cristum quidem deum esse, deos vero majores et
antiquiores eo esse, et e contrario Poppone affirmante, Cristum solum esse verum deum, et deos nichil: dixit Araldus
rex Danorum Popponi, ut fidem propositam a se probaret testimonio veritatis. Quo annuente, ferrum ignitissimum ingentis
ponderis manibus suis ferendum imponitur. Quod cum clericus ad placitum omnium sine lesione tulisset, rex abjecta
ydolatria cum suis omnibus ad Cristum convertitur; et clericus ad episcopatum provectus est***. Item hoc tempore ibid. 967.
dominabantur Bulgaribus filii Symeonis Petrus et Bayanus. Quorum Bayanus in arte magica tantum valebat, ut quotiens
vellet lupus vel quelibet fera fieri videretur †.

Vicesimo octavo anno imperii sui Otto penthecosten Aquisgrani celebravit, concurrentibus illic a Francia soro- 962.
ribus suis, regina scilicet Francorum Gerberga, matre Lotharii regis et Karoli ducis, et Hadewide, uxore Hugonis Pari- Sig. 965.
siorum comitis, quorum filius fuit Hugo, qui post regnavit in Francia. Ibique omnis illa regalis prosapia tanto ad invicem
congratulationis jubilo affecta est, ut in omni vita eorum vix aliquid gaudii huic letitie potuerit equiparari. Otto autem Herim. 964.
imperator Ytaliam repetit, et natale Domini Rome celebravit ††.

Vicesimo nono anno Ottonis Johannes XIII., Marinensis[b], papa 121., sedit annis 7, mensibus 11, diebus 15. 963.
Hic a Petro prefecto urbis Rome comprehensus est et castello sancti Angeli detrusus. Deinde Campaniam in exilium Mart. Pol.
missus, post 10 menses et 18 dies reversus est Romam. Et de persecutoribus ejus ab imperatore Ottone supplicium c. 140. pont.
est sumptum. Nam nobiles Urbis, quos culpabiles invenit, alios trucidavit, alios laqueo suspendit, quam plures in exi-
lium ad partes Saxonie transmisit. Item Lotharius V., filius Lodewici VII., Francorum 31. cepit, et secundum cronica[c] Francorum annis 21 regnavit. Ex historia Francorum: Karolus, frater istius Lotharii, dux erat Lotharingie, et Otto, filius Hugonis Magni, ducatum Burgundie suscepit, mortuo Gilberto duce, cujus filiam idem Otto habebat uxorem. Secundo anno post hec obiit Hugo Magnus. Cui successerunt filii ejus tres, quos suscepit ex Hadwige, sorore primi Ottonis impera-

* collecto a tota Yt. — sepelitur *ap. Corn. p. 534. 25. ann. Ott., paucis mutatis.* ** Adalberone — fundavit *ap. Corn. p. 536. 27. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *** Danis q. Cr. — est *ap. Corn. l. l., sed mutatis verbis.* † h. tempore dominabantur — vider. *ap. Corn. p. 535. 26. ann. Ott., sed* sec. Egghard. †† Otto penthec. — celebr. *ap. Corn. p. 537. 28. ann. Ott.*

[a] timpore 2. *Corn.* [b] Narniensis *Mart.* [c] cronicis 2.

[1] falso, scribatur *Vincentius*, qui haec erranter Sigiberto adscribit.

toris et Gerberge regine, videlicet Otto, Hugo et Henricus. Et Hugo quidem factus est dux Burgundionum. Sed parum vixit Otto. Unde Henricus, frater ejus, ducatum Burgundie suscepit. Post multos autem dies Lotharius rex, filius Lodewici, congregato exercitu, revocavit ad se Lotharingiam, et usque ad Aquisgrani pervenit, et cum preda magna in Franciam revertitur. Igitur imperator Otto cum exercitu magno depredando cuncta pervenit usque Parisius, et suburbium civitatis incendit. Lotharius autem rex Francorum cum dictis Hugone et Henrico ducibus hostes tribus diebus et tribus noctibus persequitur, multis ex eis interfectis. Sed eodem anno Otto imperator et Lotharius rex pacificantur contra voluntatem dictorum ducum Hugonis et Henrici, deditque Lotharius rex Ottoni imperatori Lotharingie regnum. Quod principes Francorum multum contristavit*.

965. Tricesimo primo anno Ottonis filius ejus Otto junior Romam evocatus a patre, a Johanne papa in natali
Ekk. 967. Domini benedicitur in imperatorem. Item Wilhelmus, imperatoris filius, Moguntinus archiepiscopus obiit, et Methildis[a]
codd. D. E. regina, mater imperatoris, plena bonis operibus et elemosinis, defuncta est**.

966. Tricesimo secundo anno imperator, ut dicunt Sigibertus et Egkardus, quidam† comes ipsi imperatori fami-
Sig. 969. liaris, Rome ante oculos omnium a dyabolo arripitur, ita ut se ipsum discerperet dentibus. Qui jussu imperatoris ad
Ekk. 968. papam Johannem ducitur, ut cathena sancti Petri collo ejus circumdaretur. Dum autem a fallacibus clericis semel et bis alia cathena furenti adhiberetur, nec quidquam remedii proveniret, ubi nichil virtutis inerat: tandem vera sancti Petri cathena allata et collo furentis circumdata, dyabolus spumans et multum clamans abscessit. Qua cathena Theodericus Metensis episcopus arrepta, cum diceret se eam nisi manu abscisa non dimissurum, tandem imperator sedato litigio a papa Johanne obtinuit, ut annulum hujus cathene exsectum episcopus mereretur. Item hoc anno regalis abbatia in
Ekk. 968. E. 1. Magdeburgh mutata est in archiepiscopatum per Ottonem imperatorem. Quod intelligo, quantum ad locum. Imperator enim monachos transposuit ad locum, ubi nunc sunt, ad Sanctum Johannem, et episcopatum de Vrose ad locum eorum et in allodium suum transtulit, de quo dictum est annis Constantini VII. tertio et Karoli Magni decimo quarto et temporibus Henrici I. Ex quodam privilegio Magdeburgensi: Otto I. civitatem Megedeborch in parochia Halberstadensi a fundamento construxit[1], sanctum Adelbertum[2] ibidem archiepiscopum primum posuit. In Citzi, Misni, Mersborch, Brandenborch, Halverborch[3], Poznani[4] episcopia fundavit in terris Slavorum, quos ad fidem converterat et gladio subegerat. Fecit autem hoc consensu Johannis pape in synodo Ravenne[5]. Posuit igitur primum archiepiscopum Magdeburgensem Adelbertum, ut dictum est, et episcopos sub eo Jordanem I. episcopum Poznanensis, Hugonem Cytzensis, Borchardum Misnensis, Bosonem Merseburgensis, Dodilonem Brandenburgensis, Cudonem Halverbergensis ecclesie consecravit†, anno dominice incarnationis 968., junioris Ottonis[b] secunda indictione.

967. Tricesimo tertio anno Ottonis, ut dicit Sigibertus, Tidericus Metensis episcopus, imperatori sanguine, dilectione
Sig. 970. et familiaritate ceteris devinctior, dum in Ytalica expeditione per triennium sub eo militaret, multa corpora et pignora sanctorum de diversis Ytalie locis quocumque modo potuit collegit: puta a Corphinio Luciam Syracusanam virginem et martirem, quam illuc dux Spoletanorum olim a Syracusis transtulerat; item a Sabinis partes corporum Prothi et Jacineti

* Lothar. V. fil. — contrist. *ap. Corn. p. 537. 29. 30. 31. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Sigib. *et paucis mutatis.* ** filius e. Otto — est *ap. Corn. p. 537. 31. ann. Ott., sed verba* Wilhelmus *etc. falso* sec. Sigib. † quidam com. ipsi — consecr. *ap. Corn. p. 538. 32. ann. Ott., sed plura omisit et contraxit.*

[a] Mechildis 2. [b] *Quaedam deesse videntur.*

[1] Cf. de hac re fictitia quae dixit Waitz in Dönniges, Kaiser Otto I., in Ranke, Jahrbücher I, 3, p. 188 sq. [2] Abbas antea erat monasterii Weissenburg in episcopatu Spirensi. Ordinatus Romae d. 18. Octb. a. 968, inthronizatus d. 21. Decb. ejusd. anni. [3] i. e. Havelberg. [4] Posen. [5] a. 967. Cf. chron. Magdeb. ap. Meibom. scriptor. Tom. II, p. 272. Sagittar. histor. Magdeb. in Boysen, histor. Magazin p. 115—119, ubi etiam bulla. Riedel, cod. dipl. Brandenb. I, VIII, p. 94. Mansi Tom. XVIII, p. 509. Praeterea vid. Dönniges, Otto I in Ranke, Jahrb. I, 3. p. 140 not. 7. et dissertationem supra p. 78 allatam.

martirum; de Fulginis corpus sancti Feliciani ejusdem urbis episcopi, quod nunc Minde requiescit. Et alia quam Sig. 1. 1.
plurima de locis aliis, cum parte cathene sancti Petri apostoli, cum capillis ejusdem, et cum sanguine sancti Ste-
phani prothomartiris, et cum parte craticule sancti Laurentii martiris a papa Johanne sibi datis, presul Thydericus hoc
anno transtulit in Galliam, et in ecclesia sancti Vincentii martiris a se in insula urbis Metensis constituta[a] locavit *.

Tricesimo quarto anno Ottonis apud Constantinopolim Nyceforus imperator, timens a filiis suis imperio depelli, 968.
quia senex erat, volebat eos eunuchizare. Quorum mater regina, quia nullo alio modo poterat eos liberare, suasit Sig. 971.
Johanni Nyceforum occidere et regnare. Johannes itaque occulte cum fratribus[b] intravit palatium, et occiso Nyceforo,
imperavit **.

Tricesimo quinto anno Ottonis signum quoddam ignei coloris in celo apparet. Item Otto imperator Ottoni 969.
filio et coimperatori suo neptem Johannis Constantinopolitani imperatoris, Theophanu nomine, a Johanne papa coronatam, Ekk. 971.
legitimo matrimonio sociavit***. Item Benedictus VI., natione Romanus, papa 122., sedit anno 1, mensibus 6. ibid. D. E.
Iste in castello sancti Angeli reclusus strangulatus est a Sincherio, alia littera' habet: a Crescentio in castro Angeli Mart. Pol. c. 141. pont.
retrusus strangulatus est. Et sequenti anno Donus, papa 123., ecclesie Romane presidet anno 1 et mensibus 6. 'Herim. 974.

Tricesimo septimo anno imperii sui Otto imperator regressus de Ytalia cum filio, Gallias ingreditur, inde Germa- 971.
niam venit, pascha proximum in Quedelingheborch celebraturus. Ubi manens 17 diebus, descendit inde, et ascensionem Ekk. p. 189.
Domini celebravit in Mersborch. Tertia feria ante pentecosten venit ad locum qui dicitur Mimilevva. Proxima nocte
transacta, hora constituta letus ad mensam consedit, venienteque tempore vespertinis laudibus interfuit; sed peracto cantu
ewangelii, estuare et fatigari jam cepit. Quod cum intellexissent principes circumstantes, imposuerunt eum sedili. Incli-
nantem autem caput, quasi jam defecisset, refocilaverunt[c] eum, expetitoque[d] sacramento Domini et excepto, sine gemitu
cum magna tranquillitate spiritum Domino reddidit, Nonis Maii, 4. feria ante pentecosten. Inde transportatur in cubi-
culum, et cum jam esset sero, transitus ejus nunciatur populo. Cujus corpus cum magnis lugentium exsequiis a filio
suo equivoco translatum est in civitatem, quam ipse construxit, vocabulo Magdeborch, ibique honorifice tumulatum. Cujus ibid. cod. D. E.
vitam Wittikindus monachus Corbeyensis descripsit, qui etiam historiam Saxonicam usque ad hunc annum conscripsit;
Egkardus. Quidam dicunt: in Partinopoli, quam construxerat Otto, feliciter est defunctus, alii': 'Herim. 973.
subitanea morte obiit. Statura ejus in urbe illius foro magno solempniter est lapidibus pulchris edi-
ficata †. Item eodem anno sanctus Odalricus Augustensis episcopus anno etatis sue 84., episcopatus vero 54., ibid.
Nonis[e] Julii, fera 6. migravit ad Dominum. Item Bonifacius VII., papa 124., sedit mense 1, diebus 12. Istum Ro- Mart. Pol.
mani, suffocato Benedicto VI., papam fecerunt. Qui non valens in Urbe subsistere, depredata ecclesia sancti Petri omnibus c. 143. pont.
pretiosis, fugit Constantinopolim. Tandem Romam cum magna pecunia rediens, cum proficere non posset, Johanni dyacono
cardinali oculos eruit, et ipse deinde subito extinctus fuit, ut dicit Martinus. De Ottone Magno dicitur in Helm. c. 9.
historia Slavorum c. 9. sic: Otto cognomento Magnus, postquam omnia pene regna, que post mortem Karoli Magni
defecerant, suo subjugavit imperio, in Danos arma corripuit. Transgressus igitur fines Danorum cum exercitu, qui olim
fuerant apud Sleswic, ferro et igne vastavit omnem regionem usque ad mare novissimum, quod Normannos dirimit[f] a
Danis et usque in presentem diem a victoria regis Ottensund dicitur. Cui ingredienti Haroldus dux[g] Danorum apud
Sleswic bellum intulit et vincitur, Ottoni subicitur, regnum ab eo suscipit, et cum uxore sua Cunnild et filio parvulo ba-
ptizatur, quem imperator Otto de fonte sacro susceptum Sweni Otto appellavit, Daniaque tota plenarie recepit fidem.
His rite sic peractis, Sclavos rebelles tanta virtute constrinxit, ut tributum semel et cristianitatem pro vita simul et
patria libenter offerrent victori, baptizatusque est totus gentilium populus, et ecclesie tunc primum in Slavia sunt con-
structe. Item c. 10.: Post hec victoriosissimus rex Otto ad sedem apostolicam reordinandam in Ytaliam vocatur. ibid. c. 10.
Consilium igitur habuit, quem post se vicarium potestatis in terra relinqueret. Nondum enim post tempora Karoli Grossi
Saxonia[h] ducem accepit nisi cesarem, eo quod esset ab antiquo seditiosa. Tempore siquidem Karoli Saxonia ibid. c. 7.
a Normannis seu Danis est vastata. Bruno Saxonie dux, ut dicitur ibidem cap. 7., occisus est cum 12 comitibus,
episcopi quoque Thydericus et Marquardus obtruncati. Ab illo tempore Saxones ducem non habuerunt. Ne igitur ibid. c. 10.
Dani vel Sclavi novi quidquam molirentur in Ottonis absentia, Hermanno cuidam dedit Saxonie ducatum. Hermannus iste,
pauperibus ortus natalibus, primo, ut ajunt, 7 mansis totidemque manentibus ex hereditate fuit parentum[i] contentus.

* Tidericus — locavit *ap. Corn. p. 538. 33. ann. Ott., sed quaedam omisit.* ** ap. Constantinop. — imperav. *ap. Corn. p. 538. 34. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *** O. imp. Ottoni — sociav. *ap. Corn. p. 539. 35. ann. Ott.* † Otto imp. regr. — edific. *ap. Corn. p. 540. 37. ann. Ott., sed plura omisit.*

[a] constructa *Sig.* [b] funibus *Sig.* [c] refollicaverunt 2. [d] expeditoque 2. [e] 50. 4. Non. *Herim. Aug.* [f] dirmit 2. [g] rex *Helm.* [h] in *add.* 2. *superflue.* [i] patrum *Helm.*

Helm. l. 1. Acris erat ingenii decoreque forme, fidem, humilitatem dominis et paribus exhibuit, unde et in palatio familiaritatem regis
assecutus est. Qui, comperta juvenis industria, primo suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium precepit
esse filiorum, mox etiam succedentibus prosperis commisit ei vices prefectorum, in quibus officiis strenue administratis
dicitur manentes suos pro furto in judicio delatos, data sententia, simul omnes ad mortem dampnasse. Cujus novitate
facti et tunc carus in populo et clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero ducatum Saxonie meruit,
judicio et justitia provinciam gubernavit et in defensione[a] ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usque in finem.
ibid. c. 13. Item cap. 13.: Moriens autem Bennonem filium suscepit ducatus heredem. Qui degenerans a patre, populum rapina gra-
ibid. c. 16. vavit. Item cap. 16.: Fuit tamen tandem vir omni probitate conspicuus et strenuus defensor ecclesiarum. Quo
defuncto, Bernardus, filius ejus, successit eidem in principatu, sed a paterna felicitate divertit, quia ex eo tempore, quo
ibid. c. 22. dux constitutus est, discordia perturbatioque numquam in terra cessavit. Item cap. 22.: Bernardus dux, postquam
annis 40 Saxonum et Sclavorum res strenue administraverat, moritur, et filii ejus Ordulfus et Hermannus eidem in ducatu
succedentes, inter se partiti sunt. Et Ordulfus ducatum accepit gubernandum, et per 12 annos sine prosperitate vivens,
ibid. c. 25. moritur. Cui mox, ut dicitur cap. 25., filius ejus Magnus in ducatu subrogatur. Hic natus erat de filia regis Dano-
ibid. c. 35. rum. Quo sine filio mortuo, dedit imperator Henricus V. ducatum Ludere comiti. Una quoque filiarum ducis Magni
Eylike nomine nupsit Ottoni comiti, genuitque ei Adelbertum marchionem cognomento Ursum. Altera vero filiarum
ibid. c. 36. Wulfildis nomine data est duci Bayoarie Henrico Catulo, que peperit ei Henricum Leonem. Iste Luderus dux Saxonum
dedit cometiam Nordalbinghorum nobili viro comiti Adolfo de Schowenborch. Item dedit ducatum Saxonie Henrico Catulo
ibid. c. 54. duci Bayoarie, genero suo. Sed Lothario mortuo, Adelbertuș marchio predictus, filius Ottonis de prima filia Luderi, ducatum
invasit, preripiens Henrico castrum Lunenborch cum civitatibus Bardewic et Brema, occidentalique Saxonia potitus est.
ibid. c. 56. Sed et Nordalbinghorum fines partibus ejus applicantur. Post hec adjutorio Rykeze imperatricis Henricus Catulus Saxonie
ducatum obtinuit, Adelberto Saxonia tota deturbato. Cui filius ejus Henricus Leo in ducatu Saxonie successit, et post
ibid. c. 11. multos annos ducatum Bayoarie cum hoc vix tandem obtinuit etc. Item cap. 12.: Otto Magnus, postquam annis
137 post ordinationem sancti Anscharii Magdeburgensem ecclesiam fundaverat et ordinaverat et suffraganeos eidem sub-
ibid. c. 12. stituerat, dedit Aldenburgensi ecclesie primum episcopum venerabilem virum Marconem, subdens ei omnem Abotritorum
provinciam usque ad Penen fluvium, et urbem Dimine opulentissimamque civitatem Sleswic, que tamen Marcone mortuo
singulari pontifice honorata est. Est autem Aldenborch ea, que Sclavica lingua Starigard, h. e. antiqua civitas, dicitur,
sita in terra Wagarorum, in occiduis partibus Baltici maris, et est terminus Sclavie, quondamque viris fortissimis inco-
lebatur, eo quod in fronte totius Sclavie posita contiguos haberet Danorum sive Saxonum populos, et omnes bellorum
motus ipsi aut primi inferrent aut aliis inferentibus exciperent. Urbs autem Sleswic terram spetiosam[b] et frugibus fer-
ibid. c. 13. tilem habet, inter mare occeanum et Balticum mare sita decenter. Item cap. 13.: Anno igitur regni sui 38., imperii
11., magnus princeps Otto, domitor omnium septentrionis nationum, feliciter migravit ad Dominum, et sepultus est in
Magdeborch a se condita civitate. Hec ex historia Sclavorum.

## *Capitulum 81.*

Ekk. 975. Otto II., Ottonis Magni filius, Romanorum 85., cepit anno mundi 4934., Urbis 1723., Domini 972.,
Mart. Pol. c. 89. imp. imperii Theutonicorum 172., et annis 10 post patrem imperavit. Hic vivente patre in regem electus et post
Ekk. 975. Rome imperator consecratus, mox ut pater defunctus est, ab omnibus qui aderant denuo eligitur et in regni sede locatur*.
972. Primo anno istius Ottonis Benedictus VII., natione Romanus, papa 125., sedit annis 7, mensibus 6. Iste favore
Mart. Pol. imperatoris multos Romanos capi fecit. Egkardus[1]: Iste Ottonem II. et reginam Theophanu consortem suam cum
c. 144. pont. magno gaudio et letitia Rome secundo coronavit pontificatus sui anno quarto. Hujus tempore fuit in ecclesia
ibid. c. 89. imp. Remensi archiepiscopus Radulfus, vir honorabilis, de stirpe Karoli Magni, que jam in regno Francie regnare cessaverat,
ibid. c. 144. pnt. propagatus. Quem Hugo rex Francie, de alia prosapia genitus, odivit. Unde convocatis episcopis et allegans ipsum
illegitimum episcopatu deposuit, Gylbertum monachum, philosophum, immo nigromanticum, substituendo. Quod summus
pontifex intelligens, legatum misit, et Remis concilio convocato, Gylbertus deponitur, et Radulfus restituitur. Gylbertus
vero depositus ad Ottonem imperatorem se contulit, quem et ipse scientia erudierat. Qui nacta opportunitate primo Ra-
vennatem archiepiscopum, post Romanum pontificem diabolo instigante fieri procuravit. Qui infra dictus est Silvester

* Hic viv. — locatur *ap. Corn. p. 541. de Ott. II.*

[a] defensionem 2. [b] spaciosam *Helm.*

[1] falso; legatur *Martinus.*

II. *, et dicetur de eo anno quartodecimo Ottonis III. Item Raterius episcopatu Veronensi bis depulsus Sig. 954.
et post anno octavo decimo Ottonis Magni, Faraberto episcopo mortuo, per Brunonem archiepiscopum Coloniensem
Leodicensium episcopus ordinatus, et sequenti anno etiam ab illo episcopatu dejectus, substituto sibi Baldrico, avun- ibid. 956.
culo Reyneri comitis Montensis, hoc anno apud Lobias moritur. Cujus est de se ipso hoc monostieum: Ekk. 974.

*Verone presul, sed ter Ratherius exsul.* cod. D. E.

Iste hoc epitafium tumulo suo inscribi fecit:

*Conculcate pedes hominum sal infatuatum* **.

Secundo anno Ottonis gelu magnum fuit a Kalendis Novembris usque ad equinoctium vernale. Et anno se- 973.
quenti obiit sanctus Wildricus Amburgensis [a] episcopus. Cujus vita qualis fuerit, mox miraculorum gloria patefecit. Sig. 975. et 976.
Item sanctus Witheth [b] episcopus, cognomento Adelbertus, sanctitate et doctrina apud Winidos claret. Qui ibid. 977.
post apud Brucios martirizatus, multis miraculis glorificatur. cf. a. 1009.

Quarto anno Ottonis secundum Sigibertum, pacato undique regno, cum imperator Otto Aquisgrani moraretur, 975.
Lotharius rex Francorum subito ad invadendum Lotharingiam contendit; et cedente imperatore, quia ad pugnam paratus Sig. 978.
non erat, rex usque ad palatium Aquisgrani venit, et post multam vastationem repatriavit. Quem Otto imperator cum Ekk. 977.
inestimabili exercitu persecutus est, et usque Parisius, omnia vastans, nullo obsistere potente, pervenit, condictoque die, cod. D. E.
scilicet Kalendis Octobris, Franciam intravit. Quam usque ad Kalendas Decembres pervagatus, fines Remensium, Laudu- Sig. l. l.
nensium, Suessionum et Parisiensium diversa cede vastavit, ecclesiis Dei tantum [c] immunitate concessa ***. In redeundo
tamen circa Axonam fluvium partem impedimentorum amisit. De hiis quidam reclusus predixit, quod omnes hujus mali
incensores [d] ante septennium morerentur. Egkardus sic: Et quia nichil pensi neque moderati habuerunt, quin Ekk. 977.
etiam ecclesias sanctorum depopularentur, quidam famulus Dei reclusus predixit, quod nullus auctor hujus mali usque ad
septennium vivendo duraret. Retrospicias ad annum vigesimum nonum Ottonis I. Item Thydericus II. Chr. Egm.
comes Hollandie in Egmunda lapideam ecclesiam magnis sumptibus edificavit et ligneam, quam pater suus edifi- 977.
caverat, sustulit; sanctimoniales quoque, que ob asperitatem et bestialitatem[1] Frisonum monasticam ibi vitam
ducere non valebant, removens, monachos ibi collocavit ****. Qui adhuc Deo protegente in Egmunda perseverant.

Quinto anno Ottonis, ut dicit Sigibertus, ignee acies vise sunt in celo per totam noctem 5. Kalendas No- 976.
vembris †. Wilhelmus: Hoc etiam anno cepit regnare in Anglia Ethelredus, filius Odgari [e] et Elfride, et regnavit Sig. 979.
annis 36 [f]. Iste pusiolus, dum baptizaretur, circumstantibus episcopis in sacro fonte caccavit et sacramentum interpolavit. Vinc. 25, 90.
Unde Dunstannus turbatus: 'Per Deum, inquit, ignavus homo erit iste'.

Septimo anno imperii sui Otto imperator et Lotharius rex convenientes super Carum fluvium pacificantur, datis 978.
invicem sacramentis; et rex Lotharius Lotharingiam abjurat, ut anno Ottonis Magni vicesimo nono. Item Sig. 980.
imperator Otto Ytaliam petit ††. Item Lutgarda, soror Theophanu imperatricis, Arnolfo, filio Thyderici comitis Hol- Chr. Egm. 980.
landie, desponsatur. Item Sigibertus: Corpora sanctorum Landoaldi, Adriani, Amantii et aliorum a Wentreshove Sig. 980.
Hasbanie vico transferuntur Gandavum cum multa gloria miraculorum †††.

Octavo anno imperii sui Otto imperator, ut dicit Sigibertus, Apuliam et Calabriam Ytalie provincias ad jus 979.
regni Grecorum appendentes transferre ad imperium Romanum conatur; maxime propter affinitatem, quam per uxorem Sig. 981.
suam Theophanu cum imperatore Grecorum habebat ††††.

Nono anno Greci offensi, quod imperator Otto contra jus et fas provincias Grecorum invaderet, imperatori in 980.
Calabria bello congrediuntur. In quo bello omnes Romanorum copie usque ad internecionem pene delete sunt. Imperator Ekk. 981.
Otto natando nitens evadere, a nautis ignorantibus eum capitur, et a quodam eorum, qui negotiator [g] erat, agnitus nec cod. D. E.
proditus, et per illius miserationem et industriam re delata ad imperatricem Theophanu et Thydericum Metensem episco-
pum, qui in civitate Rhosan rei eventum prestolabantur, cum magna difficultate per Sclavum et episcopum de manibus

* quem Hugo r. Fr. — Silv. II. *ap. Corn. p. 541. 1. ann. Ott., sed falso* sec. Sigib. *et verbis mutatis.* ** Rater. episc. — infatuatum *ap. Corn. p. 542. 3. ann. Ott.* *** pacato undiq. — concessa *ap. Corn. p. 543. 4. ann. Ott.* **** Thyder. II. — collocav. *ap. Corn. p. 542. 4. ann. Ott., sed falso* sec. Egghard. † ign. acies — Novbr. *ap. Corn. p. 543. 6. ann. Ott.* sec. Vinc. †† O. imp. et L. — petit *ap. Corn. p. 543. 7. ann. Ott.* sec. Vinc. ††† corpora — mir. *ap. Corn. l. l. 6. ann. Ott.* †††† O. imp. ut dic. — habeb. *ap. Corn. p. 544. 8. ann. Ott.* sec. Vinc.

[a] Udalricus Augsburgensis *Sig.* [b] *lacuna unius verbi in 2; Sigibertus hic praebet* Pragensis. [c] omni *Sig.* [d] intentores 2. [e] Edgari *Vinc.* [f] 26. *Vinc.* [g] Slavorum *add. Sig.*

[1] Hoc verbum addidit Henricus secund. Chron. Egm. a. 993., ubi Frisones *bestiales* nominantur.

Ekk. l. l. nautarum liberatus vix evasit. Omnibus pro infortunio et pudore rei publice animo consternatis, sola imperatrix Theo-
phanu feminea et Greca levitate insultabat eis, quod ab exercitu sue nationis tam miserabiliter victi essent Romani; ac
per hoc cepit primatibus exosa haberi*. Ex cronicis sic: Otto imperator, Theophanu, nepte Johannis
imperatoris Greci, uxore accepta, hereditatem ejus requirens, accepit responsum, omne Grecum
imperium sancte crucis esse dotem, nec ex eo regias filias hereditari. Unde in Calabria contra
cf. Herim. 982. Grecos pugnans, triumphavit, sed statim Sarraceni conducti ex insidiis succedentes, totum pene
exercitum ejus deleverunt. Imperator vero navi exiliens natando aufugit.

981. Decimo anno imperii sui Otto imperator Beneventum obsedit. Quo capto, ossa sanctissima beati Bartholomei
Mart. Pol. apostoli, thesaurorum utique pretiosissimum, inde asportavit et Rome in insula collocavit et in Saxoniam per
c. 89. imp. Tiberim et mare transferre cogitavit. Sed eo ibidem in brevi mortuo, pretiosus ille thesaurus ibi usque hodie re-
Herim. 983. mansit**. Eodem enim anno 6. Ydus Decembris Rome moritur imperator Otto, et in porticu Sancti Petri hono-
Sig. 983. rifice tumulatur. Sigibertus dicit, quod Otto imperator tedio et angore animi deficiens, Rome moritur, et de im-
cf. Ekk. 982. peratore substituendo inter principes dissentitur, aliis odio imperatricis a filio ejus imperium transferre volentibus ad
cod. D. E. Henricum ducem, filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis, aliis legitimo heredi Ottoni, Ottonis imperatoris filio, impe-
rium deberi certantibus. Unde dictus Henricus ipsum Ottonem puerum factiose raptum in custodiam misit. Sed prin-
Ekk. 981. cipes ipsum Ottonem de manu Henrici extorquentes, in regno sublimant; et regnavit 19[a] annis. Item Adelber-
cod. E. 1. 2. tus I. Magdeburgensis obiit***. Item Johannes XIV., papa 122., post 8 menses a Bonifacio VII. reverso com-
Herim. 984. Mart. Pol. prehensus et necatus[b] est. Martinus dicit, quod in castello sancti Angeli per 4 menses fame afflictus mortuus
c. 145. et 146. pt. est et in Vaticano sepultus. Iste dictus est etiam Petrus et fuit episcopus Papiensis. Item Johannes XV., natione
Herim. 984. Romanus, papa 127., sedit[1] mensibus 4. Nota tamen, quod de bello in Calabria, de quo anno nono
Mart. Pol. c. 89. imp. dictum est, dicit Martinus sic: Agareni et barbari Calabrie fines ingressi omnia igne ferroque vastabant. Contra quos imperator Otto cum Theutonicis, Romanis, Lombardis et Gallicis procedens, acriter dimicavit. Sed Romanis et Beneventanis terga vertentibus, cristianorum exercitus pene omnino extinctus est. Imperator vero solus ad mare perveniens, quosdam rogavit, ut ipsum in navim reciperent, asserens se unum de militibus imperatoris. Qui, suscepto eo in navim, considerantes dispositionem et decorem ejus, loquebantur grece, credentes eum non intelligere, quod ipse esset imperator et quod vellent ipsum Constantinopolim ducere ad imperatorem. Quod audiens Otto imperator et graviter dolens, circumvenit ipsos, asserens se magnam pecuniam habere absconditam in Sycilia, et rogans ut illuc irent et, accepta pecunia, simul cum gaudio properarent. Cumque sic venissent ad litus, vidit imperator episcopum in armis, Probum Cesum nomine, et invocato auxilio suo, imperator cum episcopo omnes nautas numero 40 trucidaverunt, nec unus evasit per virtutem sancti Petri apostoli, quem imperator devotius invocabat. Et sic ad imperatricem perveniens, cum gaudio ab ipsa et baronibus susceptus†, Romam rediit, et post paucos dies moritur. Hoc etiam tempore sanctus Adelbertus sive Albertus, natione Bohemus, floruit. Hic primum episcopus Pragensis, post revelante Deo Pannoniam veniens, primum regem Ungarorum, videlicet sanctum Stephanum, cum multis aliis baptizavit; deinde per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prusciam veniens, et ibidem predicando fidem martirio coronatur anno Domini 975. Sub hoc etiam tempore sanctus Edwardus rex Anglorum a noverca sua, ut dicitur, dolo occiditur et miraculis multis chorascat. Hec Martinus.

## *Capitulum 82.*

Ekk. 984. Otto III., filius Ottonis II. imperatoris, Romanorum 86., admodum puer, cepit anno mundi 4944., Urbis 1733., Domini 982., imperii Theutonicorum 182., et annis 18[c] regnavit. Iste cognominabatur Mirabilia mundi.

982. Primo anno Ottonis Johannes XVI., natione Romanus, papa 128., sedit annis 10, mensibus 7, diebus 10. Mar-
Mart. Pol. c. 147. pont.

* imp. Th. feminea — haberi *ap. Corn. p. 544. 9. ann. Ott.* ** O. imp. Benev. — remans. *ap. Corn. p. 544. 10. ann. Ott., sed falso* sec. Eggh. *** O. imp. tedio — obiit *ap. Corn. p. 545. 10. ann. Ott., sed verba aliquantulum mutavit.* † cristianor. exerc. pene — susc. *ap. Corn. p. 544. 9. ann. Ott., paucis mutatis.*

[a] 18. *Sigib.* [b] notatus 2. [c] 17. *Ekk.* 18. *Mart. c. 90. imp.*

[1] sedit ab a. 985—996.

tinus: Hic in armis[a] fuit eruditissimus, multos quoque libros composuit. Hunc Crescentius patricius Urbis in tantum Mart. Pol. l. l.
persecutus est, quod oportuit ipsam Urbem relinquere et Tusciam intrare. Crescentius autem, cognito, quod Johannes
papa pro imperatore Ottone III. misisset, ipse nuncios misit, et papam ad Urbem revocavit. Papa vero veniente, Crescen-
tius cum senatu ad pedes ejus veniam postulavit. Sicque papa Johannes Rome defunctus est in pace. In cronicis* *ibid.
dicitur, quod Johannes iste sedit annis 9, mensibus 7, diebus 10.

Secundo anno Ottonis Thydericus comes II. Hollandie precibus Egberti archiepiscopi Treverensis et Theophanu 983.
imperatricis, matris Ottonis, quidquid in beneficio tenuerunt antecessores ejus, ipse suscepit in proprietatem ab Ottone Chr. Egm. 985.
eodem*. Idem etiam Thydericus hoc anno sanctimoniales removens de Ekmunda, ut dictum est quarto anno Ot- ibid. 977.
tonis, monachos locavit ibidem.

Tertio anno Ottonis Lotharius rex Francorum moritur et Remis sepelitur. Cui successit in regno 984.
filius ejus Lodewicus VIII., et unico anno regnavit, vitamque sine liberis finivit, Francorum 32**.

Quarto anno Ottonis, cum Franci, mortuo Lodewico, regnum Francorum transferre vellent ad Karolum ducem 985.
Lotharingie, fratrem Lotharii regis, et Karolus rem ad concilium[b] differt, Hugo comes Parisiensis regnum Sig. 987.
Francorum usurpat, et Francorum 33. annis 9 regnat. Hic Hugo fuit filius magni Hugonis comitis Parisiensis, nec
fuit de progenie Karoli, sed Saxonum. Karolus igitur, frater Lotharii regis et dux Lotharingie, ibid. 988.
regnum avitum et sibi debitum a Hugone repetens, eumque bello perurgens, Laudunum urbem cepit, Hugonem tur- ibid. 989.
piter fugavit, Remis occupat, et vastando usque Suessionis pervenit, et cum multa preda Laudunum revertitur.
Tandem predictione Anselmi episcopi Laudunensis porte Laudunenses nocte clam reserantur,
Karolus cum uxore sua Hugoni traditur. Qui vinctus Aurelianis ducitur et in turri ponitur,
ubi duos genuit filios, Lodewicum et Karolum, et tandem ibidem mortuus est. Reliquit etiam
duas filias Gerbergam et Ermemardam. Dicebatur autem hic rex Hugo Zapeth vel Caputium.
Wilhelmus dicit, quod iste Hugo duxit uxorem filiam regis Anglorum pulcherrimam. Pro qua misit patri puelle munera Vinc. 25, 93.
plurima. Et inter alia ensem Constantini Magni, in quo nomen antiqui possessoris litteris aureis legebatur. In capulo quo-
que super crassas auri laminas clavus ferreus affixus erat, unus ex quatuor qui dominico corpori fuerant affixi. Lanceam
quoque Karoli Magni, quam imperator invictissimus, contra Sarracenos exercitum ducens, quotiens in hostem vibravit,
victor rediit, ferebaturque eadem esse, que dominico lateri manu militis impacta paradisum mortalibus aperuit. Vexillum
quoque beatissimi martiris Mauricii principis legionis Thebee, quo idem rex Karolus in bello Hispano quoslibet[c] con-
sertos inimicorum cuneos dirumpere et fugare consueverat, dyademaque ex auro multo et gemmis pretiosis, particulam
quoque sancte crucis cristallo inclusam, portiunculamque spinee corone Domini eodem modo inclusam***, ut per cristal-
lum posset discerni color et quantitas ejus.

Quinto anno Ottonis sanctus Dunstannus obiit. Wilhelmus: Hic instante die ascensionis Domini solus existens 986.
in oratione, salutabatur a sanctis spiritibus Cherubim et Seraphim, et sub hiis verbis ad vitam eternam vocatur: 'Mandat Vinc. 25, 94.
tibi, quem pie desideras, filius Dei, quatenus, si paratus es, venias, et diem hanc, ad cujus gaudium suspiras, nobiscum
celebres. Responde quid velis'. Tunc ille: 'Hodie solempnissimus dies est, et incumbit michi pane verbi Dei plebem
reficere et ostendere illi, quomodo ad hoc gaudium possit pervenire, propter quod multi conveniunt, nec possum eos
decipere, et ideo hodie venire non possum'. Qui dixerunt: 'Eya paratus esto, ut die sabbati presto sis hinc nobiscum
venire'. Annuit ille, et illi recedunt. Sub missa igitur ter populo verbum Dei proposuit, ita ut non hominem sed ange-
lum loqui putares. Et in ultimo sermone obitum suum instare predixit. Post eodem die surgens a mensa, petit oratorium,
et locum, ubi sepeliatur, designat, et mox a languore occupatur. Sexta feria lecto decubuit et sabbato, et exspectans
horam transitus sui, subito tribus vicibus cum lecto, in quo jacebat, usque ad superiora levatus est, et trabibus obsi-
stentibus ad terram leniter dimissus. Et tunc benedicens circumstantibus, cum ab omnibus responsum esset 'amen',
transiit, et miraculis plurimis decoratur†. Item hoc anno Thydericus comes Hollandie II. obiit, et cum uxore Chr. Egm. 988.
sua Hildegarda in Ekmunda monasterio sepelitur. Cui successit Arnulfus, filius ejus, habens uxorem Lutgardam, soro-
rem Theophanu imperatricis, matris Ottonis imperatoris††.

* Thyder. II. — eodem *ap. Corn. p. 546. 2. ann. Ott., sed falso* sec. Sigib. ** Lotharius — 32. *ap. Corn. p. 543. 7. ann. Ott.* *** cum Franci mortuo — inclus. *ap. Corn. p. 547. 4. ann. Ott.* † s. Dunstannus — decoratur *ap. Corn. p. 547. 5. ann. Ott.* †† Thyder. c. — imp. *ap. Corn. p. 548. 6. ann. Ott., falso* sec. Vinc., *aliquot verbis additis.*

a artibus *Corn.* b consilium 2. c quamlibet 2.

987. Sexto anno Ottonis siccitas magna vernalis fuit, unde et satio vernalis vel primitiva est impedita, et fames ingens
Ekk. 988. 989. est secuta. Post nix nimia decidit, et ymber postea continuus, ut autumpnalem[a] sationem omnino denegaret*. Se-
cod. D. E. quenti anno Theophanu imperatrix, mater Ottonis III., obiit. Item fertur annonam pluisse de celo in Hasbania.
Alii etiam pisciculos parvos de celo pluisse ferebant**.

990. Nono anno Ottonis per synodum totius Francie Arnulphus episcopus Remensis deponitur et exordinatur, et Ger-
Sig. 992. bertus Remis episcopus constituitur. Sed post invento, quod Arnulfus degradari non potuit absque scientia et auctoritate
pape, Gerbertus deponitur, et depositus ad Ottonem imperatorem se contulit. Quem imperator receptum, primo eum Ra-
vennatem et post Romanum fecit episcopum, ut dictum est et plus dicetur. Unde et hoc ipsius de se ipso monostichum:
Ekk. 991. *Scandit ab R. Gerbertus ad R., fit papa potens R.*[b]***,
cod. D. E. insinuans, se de Remensi presulatu ad Ravennatium archiepiscopatum scandere et post etiam papam Romanum eum fore.

991. Decimo anno Ottonis bellum fuit inter Frisones et Arnulfum comitem Hollandie. In quo dictus comes Arnulfus
Chr. Egm. 993. occubuit cum magna strage suorum, et cum conjuge sua in monasterio Ekmunda sepultus est. Cui successit Theode-
ricus, filius ejus, una cum fratre suo Syfrido†.

992. Undecimo anno Bruno, qui et Gregorius V., natione Saxo, ex patre Ottone, papa 129., sedit annis 2, mensibus
Mart. Pol. 9[c], alii dicunt mensibus 5. Martinus: Iste fuit consanguineus Ottonis III. et ad ejus instantiam in papam electus.
c. 148. pont. Sed post parvum tempus Crescentius, consul Urbis, Placentinum episcopum, de regione[d] Constantinopolitana cum multa
Herim. 997. pecunia redeuntem, in papatum intrusit. Sed hoc factum per imperatorem gravem ultionem accepit. Egkardus[1] dicit,
quod per Gregorium hunc Otto III. in imperatorem est coronatus et consecratus.

994. Tertiodecimo anno Ottonis, Hugone rege Francorum mortuo, Robertus, filius ejus, Francorum 34., regnat annis
Sig. 996. 34[e]. Wilhelmus: Iste rex Robertus fuit in cantibus ecclesiasticis non mediocriter doctus. Denique et sequentiam
Vinc. 25, 107. pulcherrimam fecit: 'Sancti spiritus assit nobis gratia', et responsorium illud: 'Judea et Jherusalem'. Vincentius:
Sed et hoc: 'Alleluja, eripe me de inimicis meis, Deus meus' etc. Et cum quadam vice esset Rome in vigilia apo-
stolorum Petri et Pauli, obtulit cedulam super altare quandam. Putantibus omnibus illum magnum aliquid obtulisse,
reperiunt illam cedulam, in qua scriptum erat responsorium: 'Cornelius centurio' etc. cum versu suo, quod ipse rex cum
Gen. com. Fland. cantu suo composuerat. Fecit et responsorium de omnibus sanctis: 'Concede nobis, quos' etc. cum versu suo. Fuit
ap. Pertz autem Robertus hic mansuetus et religionis amator et mediocriter litteratus, Gerberti philosophi discipulus. Fuit etiam
XI, p. 318. largus et elemosinis multum deditus. Cum autem uxor sua Constantia, filia comitis Provincie, esset avara et tenacissima,
Vinc. 26, 15. quando ipse cuiquam dedit aliquod, dixit: 'Vide, ne hoc sciat Constantia'. Item Wilhelmus: In festis diebus cum
indueret vel exueret se vestibus regiis, si non aliud ad manum habebat, ipsas vestes pauperibus distribuebat, nisi ex
Mart. Pol. industria vestiarii egenos importune petentes arcerent††. Item Johannes XVII., natione Grecus, papa 130., sedit
c. 149. pont. mensibus 10. Hic natione Grecus, Placentinus episcopus, vivente Gregorio papa per consulem Urbis papatum habuit.
ibid. c. 90. imp. Sed post per Ottonem imperatorem exoculatus fuit et ceteris menbris debilitatus, et Gregorius restitutus. Crescentium
vero consulem Urbis tam diu obsedit imperator cum magno furore in castro Angeli, quousque ipsum cum castro captum
capite truncavit.

995. Quartodecimo anno Ottonis Silvester II., qui prius dictus est Gerbertus[f], natione Gallicus, papa 131., sedit annis
Mart. Pol. 4, mense 1, diebus 8. Martinus: Hic Gilbertus vel Gerbertus prius dictus est. Fuit autem primo monachus,
c. 150. pont. philosophus vel potius nigromanticus, post per Hugonem Zapeth Remensibus pro archiepiscopo intrusus, et post per
papam depositus, et tunc per Ottonem imperatorem Ravenne archiepiscopus, seculari litterature nimium deditus et ob hoc
'Herim. 1000. imperatori curioso admodum amatus. Ultimo instigante dyabolo factus est papa. Sedit autem secundum quosdam
Mart. Pol. l. l. annis 4, secundum alios' annis 5, secundum alios annis 6. Legitur autem, quod iste juvenis existens fuit
monachus Floriacensis in dyocesi Aurelianensi. Sed apostatans fecit homagium dyabolo, ut sibi omnia ad votum succede-
rent. Quod etiam dyabolus sibi promisit. Cum quo super desideriis suis frequenter loquebatur, et precipue super hono-

* siccitas — deneg. *ap. Corn. p. 546. 3. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. ** fertur annon. — fereb. *ap. Corn. p. 548. 8. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *** per synodum — pot. R. *ap. Corn. p. 549. 9. ann. Ott., sed* sec. Vinc.: *pro* Gerbertus *habet Corn. cum Mart. Pol.* Gilbertus. † bellum fuit — Syfr. *ap. Corn. p. 549. 9. ann. Ott., sed falso* sec. Egghard. †† Hugone r. Fr. — arcer. *ap. Corn. p. 550. 13. ann. Ott.*

[a] autumpnale 2. [b] *pro* fit — R *hab. Ekk:* post papa viget R; *Sig. Corn.:* post papa vigens R. [c] 6. *Mart.* [d] legatione *Mart.* [e] 35: *Sig.* [f] Gilbertus *Mart.* Gerbertus *Herim. alii.*

[1] falso; legatur *Herimannus.*

ribus quos plurimum ambiebat. Veniens autem Hispalim ad studium, tantum profecit, quod etiam maximi domini discipuli Mart. l. l.
sui fuerunt, puta Otto imperator, Robertus rex Francie et Leothoricus, post archiepiscopus Senonensis. Igitur secundum
vótum suum per dyabolum consecutus est maximas dignitates, ut dictum est. Post cum papa existens quereret a
dyabolo, quamdiu viveret, respondit dyabolus: 'Quamdiu non celebraveris in Jherusalem'. Qui valde gavisus sperabat,
se tantum a morte distare, quantum distabat a voluntate peregrinationis in Jherusalem ultra mare. Sed cum in quadra-
gesima in ecclesia, que dicitur Jherusalem in Laterano, celebraret, ex strepitu demonum sensit sibi mortem adesse, et
ingemiscens, licet sceleratissimus esset, non tamen desperavit de misericordia Dei, sed coram omnibus peccatum suum
revelando, omnia menbra, quibus obsequium dyabolo prestiterat, jussit prescidi, et demum truncum mortuum super bigam
poni, ut ubicumque animalia ducerent et subsisterent, ibi sepeliretur. Quod et factum est, sepultusque in Lateranensi
ecclesia. Et in signum misericordie consecute sepulchrum ejus tam ex tumultu ossium quam ex sudore presagium est
morituri pape, sicut in eodem sepulchro est litteris exaratum. Wilhelmus sic: Hic Gerbertus[a] ex Gallia natus, a Vinc. 25, 98.
puero monachus apud Floriacum adolevit. Adolescens factus apostatavit, et veniens in Hispaniam, ubi cristiani Toletum
et Sarraceni Hispalim, quam Sibiliam vocant vulgariter, caput regni habentes, divinationibus et incantationibus intendunt;
ad hos, inquam, veniens Gerbertus, causam curiosam distendi profecit in Sibilia ipsa tantum, quod vicit
scientia Ptolomeum in astrolabio[b], Alcandrum in astrorum interstitio, Firmicum[c] in fato. Ibi didicit et cantus avium et
volatus misterium, et tenues ex inferno excire figuras. Quadruviumque totum ebibit ita, ut[d] illas artes in Galliam revo-
caret jam dudum absoletas. Qui bachum[e] primus a Sarracenis capiens, regulas dedit, que vix intelliguntur a sudantibus
abacistis. Hospitabatur apud quendam philosophum, quem primo precibus, post expensis multis, deinde multis pro-
missis demeruit. Iste philosophus unum habebat codicem totius artis conscium, quem nullo modo Gerbertus extorquere
poterat a magistro. Sed tandem adjutorio filie ipsius philosophi sibi familiaris[f] librum dictum, sub cervicali positum,
furatur, et cum furto aufugit. Philosophus sompno excitatus judicio stellarum persecutus est fugientem. Profugus eadem
scientia periculum comperiens, sub ponte ligneo, qui proximus erat, se occultavit, pendulus inter pontem et aquam, et pontem
amplectens, ut nec aquam nec terram tangeret, et ita querentem illusit. Veniens ad mare Gerbertus, accersito diabolo
per incantationes, perpetuum illi paciscit homagium, si se ab illo qui denuo insequebatur defensatum ultra pelagus eve-
heret. Quod et factum est. Veniens autem Galliam, publicas scolas professus est, habens conphilosophos[g] et studiorum
socios Constantium abbatem monasterii sancti Maximini, quod est ultra[h] Aurelianis, ad quem edidit regulam de abacho[1],
Adelboldum episcopum Wiziburgensem[2], qui fecit epistolam ad eundem Gherbertum de questione dyametri super Macrobium.
Habuit autem discipulos predicande indolis et nobilis prosapie, Ottonem, filium Ottonis imperatoris, et Robertum, filium
Hugonis Zapeth. Qui Robertus, postea rex Francie, fecit Gerbertum[i] archiepiscopum Remensem. Ubi ipse Gerbertus fecit
arte mechanica horologium et organa ydraulica, ubi mirum in modum per aque calefacte violentiam implet ventus emergens
et cavitatem barbati[k], et per multiforatiles tractus eree fistule modulatos clamores emittunt. Urgebat autem Gerbertus ibid. c. 99.
fortunas suas fautore dyabolo, ut nichil, quod semel excogitasset, imperfectum relinqueret. Thesauros olim a gentilibus
defossos, arte magica inventos, cupidinibus suis implicabat. Erat juxta Romam statua erea vel ferrea nescio, dextere
manus indicem digitum extensum habens, et scriptum in capite: 'Hic percute'. Quod superioris evi homines ita intelli-
gendum putarent, ut ibi thesaurum invenire deberent, et ideo eam multis securibus laniaverant. Gerbertus autem sole
meridiano notans, quo protenderetur umbra digiti, ibi palum fixit, supervenienteque nocte, solo cubiculario laternam
deferente comitatus, eo contendit. Ibique terra solitis[l] artibus dehiscens latum patefecit ingressum. Viderunt ibi ingentem
regiam, aureos parietes, aurea lacunaria, omnia aurea, milites aureos tesseris aureis ludentes, regem aureum cum regina
aurea discumbentem, apposita obsonia, astantes ministros pateras multi ponderis et pretii, in quibus materiam superabat
opus. In interiori autem parte domus carbunculus lapis imprimis nobilis et rarus inventu tenebras noctis fugabat; in
contrario angulo stabat puer tenens arcum extento nervo, et sagitta immissa est. Continuo autem ut quis manum ad con-
tingendum aliquid aptaret, videbantur omnes ille ymagines prosilire et impetum facere in presumptorem. Quo timore
pressus, Gerbertus nichil tetigit. Cubicularius autem putans in tanta preda parvum furtum latere, cultellum arripuit mira-
bilis operis et pretii. Moxque omnibus ymaginibus cum fremitu exsurgentibus, puer arcum tenens sagittam jecit in

[a] Gilbertus *Vinc.* [b] astorlabio 2. [c] Firminum 2. [d] post 2. [e] *ita* 2. *Vinc.* *lege:* abacum. [f] familiari 2. [g] et philos. 2. [h] juxta *Vinc.* [i] Robertum 2. [k] barbiti *Wilh. M. ap. Pertz.* [l] solutis 2.

[1] Cf. Chasles, explication des traités de l'Abacus et particulièrement du traité de Gerbert (Comptes rendus des séances de l'Acad. des Sciences 1843), qui hunc tractatum edidit et illustravit. [2] Trajectensem; cf. praefat. ad Adalboldi vit. Henrici II. imp. ap. Pertz M. G. H. SS. Tom. IV, p. 680. — 'Winteburgensem' hab. Wilh. M. ap. Pertz M. G. H. SS. T. X, p. 462; 'ut dicunt Viriziburgensem' Vinc.

carbunculum et tenebras induxit. Et nisi monitu Gerberti cultellum reponere accelerasset, graves penas ambo dedissent.
ibid. c. 100. Sicque nichil lucrantes ductu laterne regressi sunt. Similia legimus etiam alios actitasse. Scribit enim Josephus,
David et Salomonem thesauros multos defodisse in loculis mechanico modo in terra. Vide in historiis scholasticis
Comest. h. eccl. Reg. III, 3. III Reg. cap. de morte David. Quorum thesaurorum 3000 talenta auri Hircanus levavit de sepulchro David, ut
obsidionis injuriam levaret et xenodochia construeret. Unde patet, eundem Hircanum prophetia et fortitudine clarum, ut
Vinc. l. 1. testatur Josephus, hujus commenti ignarum non fuisse. Herodes autem, qui magis presumptione quam consilio idem aggredi voluit, multos ex satellitibus igne ex interiori parte prodeunte amisit. Item quidam monachus de Barchinona natus, filius cujusdam pauperis, cum adhuc septem[a] esset annorum, venit in Ytaliam querens panem. Adultus autem multa mirabilia illius terre inspexit, inter que montem perforatum, ultra quem accole dicebant thesauros Octaviani reconditos, ferebanturque multi periisse querendo illos per subterraneos anfractus. Hic igitur adolescens studio videndi et predandi 12 comites habuit, qui secum pergerent, portantes ingens glomus filorum, sequentes ingenium Dedali, qui Theseum de Laborinto per filum eduxit. Igitur paxillum in ingressu fixerunt filum alligantes. Vespertiliones autem de cavernis exeuntes, oculos et ora eorum infestabant. Semita erat arta, a leva fuit precipitium et subterlabens fluvius. Viderunt tramitem plenum cadaveribus eorum qui thesauros inquirendo perierant. Tandem ad egressum eorum ulteriorem pervenientes, viderunt stagnum placidum et pontem ereum, et ultra pontem videbantur mire magnitudinis equi aurei cum sessoribus aureis et ceteris que de Gerberto dicta sunt. Unus ex eis dum pontem transire parat, mox pontis pede depresso, alter elevatus produxit rusticum ereum cum ereo malleo; quo ille undas verberans, ita obnubilavit aera, ut diem celumque obtexerit. Retracto pede pax fuit. Temptatum est idem a pluribus, et idem expertum. Desperantes ergo solo visu lambebant aurum. Post per vestigia glomeris egressi, pateram argenteam repererunt, quam inter se partiti sunt. Postera die collato consilio, magistrum quendam adierunt, qui dicebatur nomen Domini ineffabile scire. Quem multo pretio redemptum duxerunt secum jejunum et confessum. Qui duxit eos ad fontem, de quo hausta aqua in fiala argentea tacens litteris figurabat, donec illi oculis intellexerunt, quod fari nequibant. Tunc ad montem fiducialiter accesserunt; sed exitum ulteriorem muro a demonibus obseratum invenerunt, invidentibus scilicet nomini Domini, cujus tanta virtus esse dicitur,
ibid. c. 100. ut nulla ei magica, nulla methesis[1] obsistere possit. Vincentius: Magis credibile est, dictum magistrum non nomen Domini, sed nomen demonis in aqua scripsisse, sicud legitur in actibus beati Silvestri de Zambri mago et Judeo, quod prolatione illius nominis, quod dicebat esse nomen Domini ineffabile et se illud tali modo didicisse, taurum ferocem interfecit. Unde prefatus Wilhelmus in narratione sua subjungit: Audiens hoc quidam Judeus nigromanticus, ait ad adolescentem, qui hoc totum procuraverat factitari: 'Videbis, quantum possit ars mea'. Qui incunctanter montem introiens, non multo post regressus est, multa afferens ad indicium sui transitus, que ille ultra montem notaverat; inter que et pulverem locupletissimum, qui quidquid contigerat in aurum vertebat, non quod ita vere esset, sed quod ita videretur, quoadusque aqua dilueretur. Nichil enim quod per nigromantiam fit, potest in aqua fallere metuentem. Attendas etiam annum primum Leonis IV. Fudit[b] quoque dictus Gerbertus sibi capud statue certa inspectatione syderum,
ibid. c. 101. cum[c] videlicet omnes planete exordia cursus sui meditarentur. Porro qui tales ymagines faciunt, quas in possessionem presidentium spirituum mittunt, ut ab eis de rebus dubiis doceantur, hii vere sunt ydolatre, ut iste Gerbertus et Socrates, qui familiari demone utebatur, ut anno octavo Artarxersis Memnonis. Statua vero, que fit ab horoscopis, ut facilius decipiat, precipit, se in loco mundo servari, et solum Deum, quando aliquid queritur, precibus et muneribus invocari. Dicitur etiam, quod caput statue, quod horoscopi fundunt sibi, nonnisi interrogatum loquatur. Sed verum vel affirmatione vel negatione pronunciat. Verbi gratia dicebat Gerbertus: 'Ero apostolicus'? respondit caput: 'Etiam'. 'Moriar antequam missam cantem in Jherusalem'? 'Non'. Quo illum ambiguo deceptum ferunt, ut nichil cogitaret penitentie, blandiens sibi de longo tempore vite. Est autem ecclesia Rome dicta Jherusalem, i. e. visio pacis, quia quicumque illuc fugerit, cujuscumque criminis reus subsidium invenit. Hanc eandem dicunt fuisse asilum Romuli. Ibi cantat missam papa tribus diebus in anno, quibus intitulatur statio ad sanctam Jherusalem. Cum ergo uno illorum dierum Gerbertus ad missam se pararet, invalitudinis incommodo ictus ingemuit. Qua crescente decubuit, et consulta statua deceptionem et mortem suam cognovit. Advocatis igitur cardinalibus, diu facinora sua coram eis deploravit. Quibus stupentibus et nichil referre valentibus, insaniens ille minutatim se dilaniari et menbratim foras proici jussit: 'Habeat, inquiens, menbrorum officium, qui eorum quesivit homagium*. Numquam enim animus meus illud amavit sacramentum immo sacrilegium'. Hec Wil-

* iste juvenis existens *(init. a. 995.)* — homagium *ap. Corn. p. 551—554, 14. ann. Ott.*, *sed mutato ordine et in brevius redactum.*

[a] *om.* 2. [b] fuit 2. [c] cujus 2.

[1] i. e. mathesis.

helmus. Egkardus: Gerbertus iste inter claros scientia litterarum egregie claruit. Quidam, transito isto Silvestro, Ekk. 993.
Agapitum papam hoc in loco ponunt. Quod non otiose factum creditur. Quia[a] is Silvester, qui et Gerbertus, non per ostium intrasse dicitur; quippe qui a quibusdam etiam nigromantie arguitur. De morte quoque ejus non recte tractatur. A dyabolo enim percussus obisse dicitur. Quam rem nos in medio relinquimus. Unde te, lector, queso, ut hic aut alibi, si qua dissonantia te offenderit de nominibus vel annis vel temporibus paparum, non nobis imputes, qui non visa, sed vel audita vel lecta scribimus. Hec Egkardus. Et addit[1], quod in Quedelingheborch, urbe Saxonie orientalis, scolaris quidam pauper, sed nigromantie deditus, spiritus tetros in vitro sigillare desiderans, et solus ad locum eorum accedere non presumens, quendam predonem pauperem, sed audacem, sibi multa promittens, eidem sociavit. Igitur in montem cavum et foramine longo tenebrosum simul ingrediuntur. Predo vitrum tenet, scolaris demones carminibus includit firmiter et sigillat. Quo peracto, regrediuntur. Scolaris vitrum cum spiritibus a predone petit. Ille primo tepide, post acute reddere negat, et, nisi scolaris quiescat, se vitrum fracturum comminatur. Vocabatur autem predo Heyne. Scolaris non quiescit petere vitrum, timens, se totum laborem suum perdidisse, si predo vitrum retineat. Predo vitrum ad quercum illidens, comminuit in totum. Spiritus liberati quasi gratulantes exclamant: 'So Heyne, so!' quasi quodlibet arboris illius folium declamaret, eadem verba sepius iterantes*.

Quintodecimo anno Ottonis Anfridus[b] claruit. Sigibertus: Hic cum fuisset comes Bracuspantium, non minus 996.
justitia quam potentia seculari famosus, deposito militie cingulo tonsoratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur Sig. 997.
episcopus ecclesie Ultrajectensis.

Sextodecimo anno Ottonis uxor[2] ejus cuidam comiti se prostituere volens, cum ille nefas 997.
abhorrens negaret, mulier ipsum apud imperatorem tantum deturpavit, quod ipsum sine audientia decollari fecit. Qui vadens ad mortem, rogavit uxorem suam, ut judicio candentis ferri ipsum post mortem comprobet innocentem. Adest ergo dies, quo cesar viduis et pupillis asseruit se judicium facturum. Affuit vidua, et caput mariti portans, quesivit a cesare, qua pena dignus esset, qui aliquem injuste occidisset. At ille: 'Privatione capitis'. Et illa: 'Tu es ille, qui maritum meum ad suggestionem uxoris tue innocentem occidisti, et hoc judicio candentis ferri verum esse probabo'. Quod cum factum esset, cesar obstupuit, et in manus femine se puniendum dedit. Interventu tamen pontificis et procerum inducias 10 dierum, deinde 8, tertio 7, quarto 6, a vidua accepit. Tunc imperator veritate cognita uxorem concremavit, et pro redemptione sui 4 castra vidue dedit, que castra nominantur ab induciis dierum 10, 8, 7 et 6**.

Decimo septimo anno Ottonis III., qui est annus Cristi Jhesu millesimus secundum computationem Dionisii, 998.
multa prodigia visa sunt. Terremotus factus est permaximus. Cometes apparuit; 19. Kal. Januarii circa horam 9. aperto Sig. 1000.
celo quasi facula ardens cum longo tractu fulguris instar illabitur terris, et cum tanto splendore, ut non modo qui in agris erant, sed in tectis etiam irrupto lumine ferirentur. Qua celi scissura sensim evanescente, interim visa est figura quasi serpentis, capite quidem crescente, cum ceruleis pedibus. Item Fulbertus Carnotensis episcopus, sanctitate Vinc. 26, 15.
et prophetia nominatissimus et virgini benedicte matri Dei devotissimus, de virginis ejusdem lacte sanctissimo recreatus fuisse dicitur in infirmitate sua. Hic inter alia laudabilia 'Stirps Yesse' et 'Solem justitie' et 'Chorus nove Jherusalem' Mart. Pol. c. 90. imp.
composuit***. Item Otto iste de Benevento transtulit Romam ossa sancti Paulini episcopi.

* scolaris quidam — iterantes *ap. Corn. p. 555. 15. ann. Ott., sed falso* sec. Wilh. ** uxor ejus cuid. — 6. *ap. Corn. p. 555. 16. ann. Ott.* *** dec. sept. anno — compos. *ap. Corn. p. 555. 17. ann. Ott.*

[a] qui 2. [b] Ansfridus *Sig.*

[1] Sequentia apud Ekkehardum non leguntur. Hanc fabulam nec in chronico Saxonum fuisse conspicuam verisimile est. [2] Cf. quae de hac fabula dixit Wilmans, Jahrb. d. deutsch. Reichs unt. König Otto III., p. 245 sq. Gundlingiana XIX, p. 365 sq. Archiv d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde VI, p. 612. Auctor hujus aliarumque (cf. aliam a. 1037 fin.) plurium est Godefridus Viterbiensis circa finem saeculi XII. (Hanc ap. illum legis in Muratori script. Tom. VII, p. 435).

999. Decimo octavo anno imperii sui Otto imperator ad debellandum Crescentem Romam proficiscitur, eique Crescens
Ekk. 1000. bello congreditur. Sed victus et ex fuga retractus, capitur, vilique jumento averse impositus, per Urbem circumducitur, et
cod. D. E. paulatim membris truncatus, ad ultimum ante Urbem suspenditur, ut dicit Sigibertus. Item hoc anno Otto impe-
Mart. Pol. c. 90. imp. rator magnum palatium Rome construere cepit, sed Romanis reclamantibus, multas eisdem persecutiones intulit*.

1000. Decimo nono anno imperator Otto remissius agens cum Romanis, cum tractaret cum eis qualiter jura regni et ecclesie
Sig. 1002. ad antiquum statum reformaret, subito contra eum incautum conspirant, et aliquot militum ejus peremptis, eum in palatio obsident. Unde per industriam Henrici ducis Bayoariorum et Hugonis marchionis Ytalie simulato pacto vix extractus, Roma discedit cum Silvestro papa. Et quia uxor Crescentis imperatorem spe regnandi ad amorem suum pellexerat, dolens pro ejus discessu, misit ei venenum. Quo ille consumptus, inter remeandum in Ytalia moritur. Milites transalpini corpus imperatoris defuncti cum insignibus imperii ad Theutoniam referentes, crebris Ytalorum incursibus lacessiti[a], armis sibi viam parant. Sed cum jam res in tuto esse putaretur, dux Bayoarie Henricus, injuriato Heriberto Coloniensium archiepiscopo, a cujus ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit, quasi jure hereditario sibi competentia. Erat quippe filius Henrici ducis, qui fuit genitus de Henrico, fratre primi Ottonis imperatoris. Et nota, quod, licet isti tres Ottones per successionem generis imperaverint, postquam dominium mundi factum est
Grat. decret. p.3, dist.5, c. 15. Theutonicorum, ut habetur de Con. di. V. cap. *In die*, post mortem tamen Ottonis istius III., agitante Heriberto Coloniensium archiepiscopo, principes omnes Aquisgrani convenientes et de imperio Romanorum et dominio mundi, per virum magnificum Karolum Magnum, curia Romana consentiente et adnitente, in ipsos translato, deliberantes, matura pacificaque disquisitione posthabita, concorditer arbitrati sunt et universi sacramentis firmaverunt, quod ex tunc non in una domo tantum principatus per successionem generis maneret, constituentes principes sex, tres ecclesiasticos, scilicet Moguntinum, Treverensem et Coloniensem archiepiscopos, et tres seculares, videlicet marchionem Brandenburgensem, ducem Saxonie et comitem Palatinum, per quos in antea per omne tempus imperaturus in regem eligeretur, dantes eis et posteris eorum jus perpetuum et hereditarium imperatorem futurum eligendi, utpote principibus imperii tunc potioribus et potentioribus, et nichilominus adicientes eis principem Bohemorum quasi septimum ad concordandum eos in electione, si forte quinque[b] dissentirent. Est autem Moguntinus cancellarius Germanie, Treverensis Gallie et Coloniensis Ytalie, marchio camerarius, palatinus dapifer, dux
Mart. Pol. c. 90. imp. Saxonie ensem portans, et pincerna Bohemus. De quo Martinus ponit versus hos incomptos:

Moguntinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet imperii sit cancellarius horum,
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Bohemus:
Hii statuunt dominum cunctis per secula summum.

Constituerunt etiam et dederunt jus perpetuum et hereditarium comiti Palatino et posteris suis principes dictos rege non existente ad electionem regis convocandi et medio tempore regnum in regalibus et imperialibus omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam secularibus usque ad regem futurum administrandi[1]. Vide tempora Lodewici IV. anno ejus nono. Jus igitur regem in[c]
Grat. decr. I, tit. 6, c. 34. imperatorem eligendi, quod papa recognoscit principibus Theutonie Extr. de electione cap. *Venerabilem*, est ex tribus: ex principum imperii arbitrio et institutione, ex curie Romane voluntate et approbatione, et ex approbata consuetudine hactenus observata inconcusse, que dat jus et auctoritatem. Consuetudinis enim longeve non levis est auctoritas, ut Ex. de consuetudine

* O. imp. magn. p. — intul. *ap. Corn. p. 556. 18. ann. Ott.*

[a] lacesciti 2. [b] *fortasse:* sex. [c] *add. ex decret., om.* 2.

[1] De hac fabula, quae usque ad nostros dies a quibusdam (novissime a Pfistero in Gesch. v. Schwaben II, 1, p. 60) vera est habita, vid. Vitriar. ed. Pfeffinger Tom. I, p. 63. 409. Johannes script. Mogunt. T. I, p. 63. et Wilmans, Jahrbücher III, p. 246.

cap. *Cum consuetudinis** et cap. *Cum tanto* super verba[a] prescripta, ubi attendas Bernardum[1] in ibid. lib. 1,
apparatu bene dicentem. Ottonis autem imperatoris intestina Auguste, reliquum corpus Aquisgrani sepelitur. tit. 5, c. 9. 11. Ekk. 1000.

## *Capitulum 83.*

Henricus II., prius dux Bayoarie, filius Henrici ducis filii Henrici fratris Ottonis I., Romanorum a Julio 87., Ekk. 1001. et
cepit anno Mundi 4962., Urbis 1751., Domini 1000. secundum veritatem, imperii vero Theutonico- Sig. 1002.
rum 200., et annis 23 et mensibus 5 regnavit, quia 12 annis sub nomine regis et 11 sub nomine imperatoris; alibi* Ekk. l. l.
dicitur, quod regnavit annis 21 et mensibus 5, et vacavit imperium annis 2. Iste Henricus, conciliatis sibi animis *Mart. Pol. c. 91. imp.
principum electorum — quod potuit, tum quia potens et bellicosus, tum quia generosus et imperato- Sig. 1002.
ribus Ottonibus sanguine proximus, ut dictum est, a quibus non statim in principio videretur tota-
liter abscedendum — primus Theutonicorum ab eis eligitur, et in regem inungitur a Willigiso Moguntino
archiepiscopo, eodem anno quo Otto imperator obiit. Iste quoque potentiores regni, bella sibi concitare querentes, ibid. 1003.
celeriter devincit, regesque gentilium in interiori Germanie commorantes, qui dicuntur Winidi, tributarios sibi fecit. Ex Nordhof p. 382.
cronicis de Marca: Sancto Heriberto Coloniensi episcopio presidente et Henricum hunc coronare renuente, pro eo
quod insignia regalia post mortem Ottonis violenter de manibus suis extorserat, idem Henricus ab episcopo Moguntino cf. Sig. 1021.
coronatur. Imperator tamen post humili satisfactione archiepiscopo Coloniensi reconciliatur, cui et diem obitus sui pre-
dixit. Successit autem ei Colonie Peregrinus in archiepiscopatu** etc. [Huic episcopo beatus Bernwardus episco-
pus Hildensemensis hoc idem longe ante prophetavit[b]].

Primo anno suo Henricus rex Henricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petit. Item Johannes 1000.
XIX.[2], papa 132., sedit mensibus 5, diebus 25. Ekk. 1002.

Secundo anno Henrici Johannes XX[3]., natione Romanus, qui et Fasanus dictus est, papa 133., sedit annis 5. Mart.P.c.151.pt.
Item Egkardus: Brun Augustensis episcopus, frater Henrici regis, felicibus fratris actibus invidens, multas ei adver- 1001.
sitatum injurias in quantum potuit inferebat. Cui rex non solum talionem non reddidit, verum etiam fraterne dilectionis Mart. Pol.
et patientie bono illum vincere satagebat. Item Robertus rex Francorum vita preclarus et scientia devotionisque c. 152. pont. cf. Herim. 1006.
tante, quod in festis propter divinum officium esse voluit in aliquo monasterio, et non solum cum monachis cantare,
verum etiam cappa serica indutus chorum regere, cum hoc anno castrum quoddam obsedisset, dimisso exercitu[c] propter Ekk. 1001.
festum sancti Aniani Aurelianis venit, et cum chorum regendo alta voce ter 'Agnus Dei' flectendo genua incepisset, muri cod. D. E.
castri quod obsederat funditus corruerunt***.

Tertio anno Henrici cometes horribili specie, flammis huc illucque jactatis, in australi parte visus est. Et anno 1002.
proximo fames valida subsequebatur†. Item Egkardus: Henricus rex Valentianas castrum, situm in marchia Sig. 1005. 1006.
Francie et Lotharingie, obsidet, quod Flandrensium comes Baldwinus invaserat. Qui gratiam regis et ipsum castrum in Ekk. 1004.
beneficium sibi dari pecunia promeruit. Item Gyselerus secundus episcopus Magdeburgensis obiit ††. Item Henricus ib. cod. E. ib. 1003.
rex multa bella prospere gessit in Germania, Bohemia et Ytalia, et Bolizlaum ducem Sclavorum cum tota gente sua subjugavit.

Quarto anno Henrici Helpericus librum de ratione compoti scripsit, ut apparet ex argumento ad inveniendos annos 1003.
Domini per indictiones: *Si vis*, inquit, *scire*, *quot sint anni incarnati Cristi*, *66 ordines indictionum*, *qui fluxerunt ab* Ekk. 1005.
*ejus incarnatiore, multiplica per 15, et fient 990. Hiis adde 12*[d], *quia tertia indictione natus est Cristus. Adde etiam* cod. D. E.
*indictionem presentis anni*, *i. e. unam*[e]. *Et ecce habes hoc anno annos Cristi 1003*[f]. Item Sigibertus: Fames Sig. 1006.

* imp. O. remissius ag. — consuet. *ap. Corn. p. 557. 19. ann. Ott.*, *sed* sec. Vinc., *aliquot omissis*, *aliis additis*, *aliis in brevius redactis.* ** iste H. conciliatis — archiepisc. *ap. Corn. p. 558. de Henr. II.*, *sed mutato ordine et brevius.* *** Brun. Aug. — corruer. *ap. Corn. p. 559. 2. ann. Henr.*, *sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Wilhelm. † cometes — subseq. *ap. Corn. p. 559. 3. ann. Henr.* †† Henr. r. Val. — obiit *ap. Corn. p. 559. 3. ann. Henr.*, *sed* sec. Vinc.

[a] verbo 2. [b] huic — prophetavit *margini adscriptum in* 2. [c] festo 2. [d] 16. *Sig.* [e] tres *Sig.* 4. *Corn.* [f] 5 *Sig.* 6 *Corn.*

[1] Bernardus ait ad cap. Cum consuet.: 'Auctoritas consuetudinis non est levis et novitates discordias inducunt. Unde precipit, quod sine consensu episcopi canonici consuetudines non immutent ecclesie nec novas inducant' etc. — Cap. Cum tanto: 'Contra jus naturale nulla consuetudo excusat, quia transgressio jurium naturalium inducit periculum salutis' etc. [2] est Joannes XVIII. Cf. a. 994. [3] est Joannes XIX.; sedit ab a. 1003—1009.

et mortalitas tam graviter per totum pene orbem invaluit, ut sepelientium tedio vivi spiritum adhuc trahentes cum mortuis obruerentur *.

1004. Quinto anno Henrici Borchardus Wormatiensis episcopus, in scripturis studiosus, magnum illud canonum volumen
Sig. 1008. editum a se, scripturarum sententiis undique compilatis defloratum, publicavit. Item Henricus rex Babenburgensem
Mart. Pol. c. 91. imp. civitatem, que fuit sancti Petri, pro Narniensi apud papam commutavit **. Item Henricus rex venit in Flandriam
Chr. Egm. cum exercitu, et receptis obsidibus a Baldwino comite, recessit.

1005. Sexto anno regni sui Henricus rex, cum jam Henricum marchionem aliosque inimicos[a] regni sui sibi resistentes
Ekk. 1001. superasset, cum etiam Ytaliam et Bohemiam ac Bolizlaum cum gente Sclavorum subjugasset, data sibi requie a Domino,
considerans se filios non habituram, quippe qui consortem regni sui Conigundam numquam cognovit, sed ut sororem dilexit,
Dominum bonorum omnium datorem delegit heredem habere, sextoque anno regni sui, ut dictum est, sapienti usus
consilio, episcopium in Babenbergh in honorem sancti Petri sanctique Georgii constituit, locumque ipsum prediorum divitiis
et omni ornatus decore, ut inpresentiarum cernitur, ditavit. In meridiana quoque parte civitatis monasterium[b] sancti
Stephani prothomartiris sub ordine canonico construens, et aquilonari parte aliud monasterium sub monachali regula in
honorem sancti Michaelis archangeli et sancti Benedicti constituit. Aliisque locis sanctorum per regni latitudinem, prout
ibid. 1006. opus erat, munificentie sue impertivit largitatem. Item fundato episcopio in Babenbergh, Henricus rex primum ibi
episcopum constituit Everhardum ***.

1006. Septimo anno regni sui Henricus rex regi Ungarie Stephano sororem suam dans in uxorem, tam ipsum quam totum
M. P. c. 91. imp. regnum suum ad fidem vocavit. Sigibertus sic: Gens Ungariorum hactenus ydolatrie dedita, hoc tempore ad fidem
Sig. 1010. Cristi convertitur per Gyselam, sororem regis Henrici. Que nupta Ungariorum regi, ad hoc ipsum regem sua instantia ad-
duxit, ut se et totam Ungariorum gentem expeteret baptizari. Qui in baptismo Stephanus est vocatus. Cujus merita per
Mart. Pol. Ungariam multa miraculorum gloria commendantur. Item Sergius IV. papa 133.[1], sedit annis 2, mensibus 8, homo
c. 153. pont. sancte vite et caste conversationis. Et anno sequenti Brun, episcopus ex monacho, a Prucis multis suppliciis
Ekk. 1008. afflictus, et tandem manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, celos petivit.

1008. Nono anno Henrici Normanni, multis interfectis, Trajectum inferius succenderunt. Item Sigibertus: In Lo-
Sig. 1010. tharingia juxta montem Castrilocum fonticulus aque multis saluberrimus in sanguinem versus est. Quod probavit mulier,
ibid. 1111. que hujus fontis aqua lotam faciem suam ostendit multis sanguinolentam †. Item Egkardus: Thidericus Metensium
Ekk. 1010. episcopus, dotem et patrimonium regine Conegundis, sororis sue, ecclesie Babenbergensi a rege Henrico delegari dolens,
contra ipsum rebellat ††.

1009. Decimo anno Henrici Benedictus VIII., natione Tusculanus, ex patre Gregorio, papa 134., sedit annis 11, men-
Mart. Pol. sibus 11, diebus 21, et cessavit episcopatus anno 1. Iste dicitur Benedictus major respectu tertii successoris sui et
c. 154. pont. nepotis sui Benedicti IX. Martinus: Hic fuit ejectus de papatu, et quidam alius factus est papa, unde maximum
Vinc. 26, 21. et scisma fuit. Dicit Petrus Damianus[c], quod quidam episcopus vidit hunc Benedictum nigro equo corporaliter quasi in-
Mart. Pol. c. 154. 156. pont. sidentem. Et dixit ei: 'Nonne tu es Benedictus papa, quem jam defunctum novimus?' 'Ego sum, inquit, infelix Be-
nedictus'. 'Et quomodo est tibi, inquit, pater?' 'Graviter, inquit, torqueor; sed de Dei misericordia non despero, si
michi adjutorium prebeatur. Vade, ait, ad successorem meum Johannem papam, et dic, ut in tali theca summam pecunie
accipiens pauperibus distribuat, quia quidquid antea pro me pauperibus datum fuit, nichil michi profuit, quia de rapinis
Vinc. 26, 10. fuit'. Quod episcopus fideliter explevit, et episcopatui cedens, monasterium intravit †††. Item Wilhelmus: Hoc anno
contigit in villa quadam[2] Saxonie, ubi erat ecclesia sancti Magni martiris, singulare quoddam. In vigilia namque natalis

* Helpericus — obr. *ap. Corn. p. 560. 4. ann. Henr.* ** Borchard. — commut. *ap. Corn. p. 560. 5. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. *** H. r. cum jam — Everh. *ap. Corn. p. 561. 6. ann. Henr.* † Norm. — sang. *ap. Corn. p. 563. 9. ann. Henr.* sec. Vinc. †† Thyder. — rebell. *ap. Corn. p. 562. 7. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. ††† dic. Petr. D. — intr. *ap. Corn. p. 562. 7. ann. Henr.*

[a] in initio *Ekk.* [b] in honore *add. Ekk.* [c] Damascenus *Mart. Pol.*

[1] Falso, est secundum Henrici ordinem 134., et sic omnes ceteri censendi sunt anno addito uno. Cf. a. 1001. [2] In codicibus mptis Colovize nominatur. — Idem legis ap. Wittium in hist. Westphaliae p. 239. et Grimm, deutsche Sagen I, p. 312, et nominatur pagus Kolbeck prope Halberstadt situs. Cf. Bange, thüring. Chronik p. 39. Becherer, thüring. Chronik p. 193. Gerstenberg ap. Schmincke, mon. Hassiac. I, p. 88 sq. Spangenberg, Brautpredigt p. 45. — Stahl, westfäl. Sagen und Geschichten I, p. 103. nominat locum Körbeke, Guestphaliae vicum. — Haec historiola in pluribus legitur

Domini Robertus presbiter primam missam de nocte inchoaverat, at in cimiterio Otbertus quidam cum 18 sodalibus, Vinc. l. l.
viris 15 et feminis 3, choreas ducens et cantilenas seculares perstrepens, ita sacerdotem impediebant[a], ut ipsa verba
eorum intra sacra missarum solempnia invitus resonaret. Ille mandat eis, ut taceren t. Quo neglecto, imprecatus est
dicens: 'Placeat Deo et sancto Magno, ut ita cantantes permaneatis usque ad annum'. Verba pondus habuerunt. Filius
presbiteri Johannes sororem suam cantantem per brachium arripuit, et statim illud a corpore avulsit. Illa vero toto
anno cum ceteris permansit choreas ducens et cantans. Pluvia non cecidit super eos; non frigus, non calor, non fames,
non sitis, non lassitudo eos affecit; indumenta vel calciamenta non sunt attrita; sed quasi vecordes cantabant. Primum
usque ad genua, deinde usque ad femora terre dimersi sunt. Fabrica tecti aliquando super eos nutu Dei erige-
batur, ut[b] pluvias arceret. Evoluto anno Heribertus Coloniensis episcopus eos absolvit a nodo, quo manus eorum liga-
bantur, et ante altare sancti Magni reconciliavit. Filia presbiteri cum aliis duobus continuo exanimata est; ceteri con-
tinuis tribus noctibus proximis dormierunt, aliqui postea obierunt et miraculis, ut fertur, choruscarunt, quia valde peni-
tuerunt. Ceteri penam suam menbrorum tremore prodiderunt. Hoc ita scriptum reliquit Otbertus ipse, qui fuit unus
ex eis. In cujus scripti fine sic ponitur: ***Date sunt nobis littere a domino Peregrino, beati Heriberti successore, anno
Domini 1013***[c]. Ex hiis videtur, quod fuerit in diocesi Coloniensi. Item Egkardus: Henricus rex ur- Ekk. 1011.
bem Metensem obsedit, donec mediante justitia pax inter ipsum et Thydericum Metensium episcopum convenit*. Item Sig. 1015.
Sigibertus: Sanctus Wittech, qui et Adelbertus, Pragensis episcopus, apud Pruthenos[d] martirizatur. Item Dagino Ekk. 1013.
tertius archiepiscopus Magdeburgensis obiit. Et eodem anno decessit Waltharius[e] [quartus[f]] archiepiscopus ejusdem loci. cod. E. 1. 2.

Duodecimo anno regni sui Henricus rex Rome imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa. Item Si- 1011.
gibertus et Egkardus: Gotfridus dux comitatum Reyneri Montensis depopulatur. Quem Reynerus cum patruo suo Ekk. 1013.
Lamberto comite Lovaniense[g] insecutus, apud castrum Florin pugnam conseruit, ubi plus quam 400 viri occisi sunt, et Sig. 1015.
ipse Lambertus occubuit. Ubi res mira contigit. Lambertus iste philacterium habebat a collo usque ad pectus depen- Ekk. 1013. cod. D. E.
dens, sanctorum reliquiis refertum, quorum patrociniis in periculis se tutum fore credebat. Instante vero sibi termino
vite, philacterium illud a collo ejus exsiliens, super tumulum quendam campi exilivit. Et mox comes antea invictus[h]
perimitur. Quod quidam militum videns, philacterium illud cum stupore collegit et in caliga sua illud abscondidit; sed
celari non valuit, quia coxa ejus intumescens rem ipsam prodere coegit, et philacterium domino suo Etheloni, alia
littera* habet Herimanno, fratri ducis, dedit**. *Ekk. l. l.

Tertiodecimo anno Henrici, ut dicunt Sigibertus et Egkardus, Symeon Syracusis Sycilie oriundus, et postea 1012.
monachus in monte Syna, hoc tempore clarissimus haberi cepit. Qui Ierosolimam veniens, longam pro Cristo peregri- Sig. 1016.
nationem suscepit, et cum Poppone Trevirorum archiepiscopo ad Gallias veniens, Treviris in altitudine turris inclusus Ekk. 1014.
est, ibique post multas hominum tribulationes, post multas demonum temptationes, beato fine quievit. Cujus merita cod. D. E.
frequens miraculorum gloria declaravit †.

Quintodecimo anno Henrici cometes solito mirabilior in modum trabis maxime per 4 menses apparuit. Et 1014.
Thyderico comite Gandensi[i] pugnante contra Frisones in Fresonia in vindictam patris sui ab eis occisi, prelio jam con- Sig. 1017.
serto, vox nescitur unde emissa auditur: 'Fugite, fugite', et cunctis fugientibus, multi[k] a paucis Frisonibus perimuntur.
Dux vero Gotfridus capitur ††. Alibi* dicitur: dux cum gravi militum suorum dampno inferior recessit. Item *Ekk. 1016.
Ruteni et Poloni facti sunt cristiani. Item Benedictus papa in Theutoniam[l] ad Henricum imperatorem venit. Item Sig. 1020.
Henricus imperator Gandavum obsedit.

* Henr. r. urb. — conv. *ap. Corn. p. 564. 11. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. ** Gotfrid. dux — dedit *ap. Corn. p. 565. 12. ann. Henr.* † Sym. Syr. — declar. *ap. Corn. p. 565. 13. ann. Henr.* †† com. solito — capitur *ap. Corn. p. 566. 15. ann. Henr.*

[a] impedibant 2. [b] et 2. [c] 1003. *Vinc.* [d] Bructios *Sig.* [e] Walthardus *Ekk.* [f] *manus recentior margini adscripsit in* 2. [g] Levaniense 2. [h] invitus 2. [i] Gandavensi *Sig.* [k] *om.* 2. [l] Gallia *Sig. Ekk.*

codicibus saeculi XI. et XII. — Scriptores historiae medicinae putant, intelligendum esse morbum quem dicant 'Veitstanz'. — Audiamus hic verba V. cl. Jacobi Grimm, quae, quum judicium de mea hujus chronici editione aequum ferret, in recensione reposuit: 'Mir scheint das ganze eine uralte riesensage, wie es viele überlieferungen von der chorea gigantum, versteinerten brautleuten und hochzeitgästen gibt. einige beispiele stehn deutsche mythol. 518. die steine, welche der landesherr den Kolbecker tänzern zum andenken soll haben setzen lassen, standen sicher schon früher und die sage hieng an ihnen. sogar der ortsname Kolovize weist auf den tanz und scheint das slavische kolo, tanz, reigen, zu enthalten. im eilften jahrh. verfiel wahrscheinlich ein geistlicher darauf, der volkssage eine geistliche und erbauliche deutung zu geben'.

1018. Decimo nono anno suo Henricus imperator natale Domini Colonie celebrans, Heribertum archiepiscopum, a se
Ekk. 1019. injuriose olim tractatum in diripiendis insignibus imperii, humili satisfactione placat. Eique reconciliatus episcopus predixit,
cod. D. E. se eum non amplius visurum. Quod veraciter contigit, quia[a] non diu post obiit, et magnis cepit virtutibus clarere.
cf. Nordhof. cat. Pilegrimus ei successit in archiepiscopatu, et 15 annis sedit. Sepultus est autem Heribertus in
arch. Col. p. 6. abbatia Tuicii, quam ipse in honorem sancte Dei genitricis instituerat. Hic ponit Wilhelmus
historiam talem aliqualiter confuse, non exprimens nomen episcopi, nec nomen imperatoris. Cum
Vinc. 26, 12. imperator[b] dominica in quadragesima venatum pergeret solus, ad quandam ecclesiam in silvam venit, sociis hac illacque
dispersis. Erat autem presbiter illius ecclesie deformis valde et quasi monstrum nature. Imperator igitur se militem
mentitus, missam rogat suppliciter, et sacerdote se preparante et missam dicente, imperator mente tractabat, quare Deus,
a quo formosa cuncta procedunt, tam deformem hominem sacra sua conficere sineret. Venitur tandem ad illum versum
tractus: 'Scitote quoniam Dominus ipse est Deus'. In quibus verbis dum discordaret puer presbiteri, sacerdos concita-
tiore voce respondit, quasi imperatori cogitanti: 'Ipse fecit nos et non ipsi nos'. Quo dicto repercussus imperator, et
propheticum virum estimans, invitum fecit eum episcopum, fuitque episcopus clarus religione, licet esset turpis corpore.
Sig. 1021. Item Sigibertus dicit: Durandus fit Leodiensium episcopus. Qui quasi fabula in theatro mundi fuit, quod vir ex
humillimo et pauperrimo servilis conditionis genere dominis suis carnalibus dominabatur*. Et anno sequenti
Aquisgrani conventus generalis[c] et synodalis per aliquot dies celebratur.

1020. Vicesimo primo anno Henrici terremotus magnus 4. Ydus Maii feria 5. factus est. Item eclipsis solis facta
Ekk. 1020. est. Item quidam' dicunt, Henricum imperatorem hoc anno mortuum et post eum imperium 2 annis vacasse. Sed
Sig. 1023. alii' dicunt, quod obiit anno regni sui 23. Quos, quia plures et] potentiores sint, arbitror imitandos.
'Mart. c. 91. imp. Egkardus sic: Henricus imperator hoc anno Novam Troyam cepit deditione, et mortalitas magna in exercitu facta est.
'e. g. Sig. 1024.
Ekk. 1022. Vicesimo secundo anno Gero quintus archiepiscopus Magdeburgensis obiit. Item Johannes XXI.[1], natione Roma-
1021. nus, ex patre Gregorio, papa 135., sedit annis 9, mensibus 7. Iste fuit frater germanus Benedicti VIII. decessoris sui.
Ekk. 1023. Habuit autem guerram cum Romanis. Hujus tempore Aymericus, sancti Stephani primi regis Ungariorum filius, virgo
cod. E. 1. 2. cum virgine sponsa sua obiit, et miraculis choruscarunt.
Mart. c. 155. pt. Vicesimo tertio anno suo Henricus imperator, consulentibus sibi principibus super substitutione regni, designat
Herim. 1024. Conradum, virum regii generis et egregie libertatis, quippe qui numquam se submiserat alicujus servituti. Et sic impe-
1022. rator gloriosus, postquam bone opinionis odorem longe lateque redolere de se fecerat, locumque sibi dilectum cum ceteris
Sig. 1024. monasteriis ditando, ornando et excolendo ad perfectum adduxerat, divina vocatione viam universe carnis ingressus, Deo
Ekk. 1001.
ibid. 1024. felicem animam reddidit, 3. Ydus Julii, anno regni sui 23.[d], imperii autem 13.[e], vite vero 52., sepultusque Babenbergh
in episcopio a se facto, in monasterio sancti Petri apostoli. Cujus vitam Adelbertus Ultrajectensis episcopus describit.
'Sig. 1024. Et cum Huno, alia littera' habet Cono, dux prepotens, ad regnum aspiraret, repudiatur instinctu Erbonis Moguntini
Ekk. 1001. archiepiscopi et quorundam aliorum regni primatum; et Conradus ad imperium sublimatur**. Hec Sigibertus. Sed
Mart. Pol. Egkardus dicit, quod anno suo 21. Henricus obiit. Cujus uxor sancta Conegundis cum imperatore virgine virgo per-
c. 91. imp.
'p. 218. mansit, et ambo in Babenbergh sepeliuntur. Jacobus de Voragine' in passionali de sancto Laurentio
dicit sic: Legitur in vita sancti Henrici imperatoris, quod, dum ipse et Conigundis uxor ejus virgines simul manerent,
dyabolo instigante de quodam milite uxorem suspectam habens, super candentes vomeres 15 pedum nudis pedibus eam
incedere fecit. Qua vomeres ascendente dixit: 'Sicud ab Henrico et viris omnibus intactam me novisti, ita, Criste, adjuva
me'. Cui vox dixit: 'Virgo Maria te virginem liberabit'. Totam igitur candentem massam illesa percurrit. Cum ergo
cesar obisset, multitudo maxima demonum ante cellam cujusdam heremite[f] transibat. Qui fenestram aperiens, interrogavit
ultimum, quinam essent. Et ille: 'Legio demonum sumus, qui ad mortem cesaris properamus, si forte aliquid proprium
in eo reperire possimus'. Adjuratur autem, ut ad heremitam redeat. Qui rediens, dixit: 'Nichil profecimus, quia, dum
falsa uxoris suspicio et alia bona et mala in statera fuissent posita, adustus ille Laurentius ollam auream immensi
ponderis attulit, et illa jactata, pars altera statere plurimum ponderavit. Tunc ego iratus unam aurem olle prerupi'.
Ollam calicem vocabat, quem dictus imperator ecclesie Mersburgensi[g] in honorem sancti Laurentii fieri fecerat. Cui propter

* Durand. — dominab. *ap. Corn. p. 567. 19. a. H., sed* sec. Vinc. ** H. i. consulentibus — sublim. *ap. Corn. p. 568. 22. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.

[a] qui 2. [b] *om.* 2. [c] regalis *Sig.* [d] 24. *Ekk. recte.* [e] 11. *Ekk. recte.* [f] mite *pergit* 1. *Vide supra p. 75.* [g] Mersburgensi *hic et infra in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.*

[1] est XIX.; cf. a. 994. 1000. 1001. 1276. Sedit a m. Aug. 1024 — a. 1033.

magnitudinem due aures inerant. Repertumque est, et imperatorem tunc obisse et unam aurem calicis fractam esse. Dicitur, quod calix ille in episcopio Mersburgensi sit usque in hodiernum diem*.

## *Capitulum 84.*

Conradus II., Romanorum a Julio 88., cepit anno mundi 4985., Urbis 1774., Domini 1023., imperii Theutonicorum 223., et per annos fere 15 imperavit. Alii* dicunt per annos 12. Et addunt, quod post ejus Ekk. Sig. 1025. mortem imperium annis 3 vacaverit. Iste fuit unus ex regni primoribus, sed regno antea per rebellionem adversus. Qui, *Mart. Pol. c. 92, imp. principibus pro electione dissidentibus, per Erbonem archiepiscopum Moguntinum et Eberhardum Babenbergensem presulem, Ekk. 1025. ordinationem Henrici imperatoris prosequentes, in regnum sublimatur, ceteris tandem consentientibus**.

Primo anno suo Conradus rex consilio Brunonis episcopi Augustensis, fratris secundi Henrici imperatoris sanctissimi, 1023. qui semper felicibus ejusdem Henrici actibus invidebat, ut dictum est, Babenbergensem episcopatum destruere medita- Ekk. 1025. batur, quia idem Bruno episcopus promisit regine Gysele, omnia predia hereditario jure ad se pertinentia filio ejus Henrico contradere. Locus igitur et tempus conventui statuitur, ubi res hec ad certum perducatur. Nocte autem diem assignatam precedente Eberhardus episcopus ad tentorium predicti Brunonis clam accessit, lectoque ejus assistens, multa super hiis monendo, obsecrando, memoriam fratris ejus animo inculcando, cum eodem sollicitus egit. Bruno tandem obdormiens vidit in sompnis fratrem suum Henricum imperatorem lecto suo astare faciemque suam ex una parte barba depilata deturpatam objectare. Cui super hoc[a] stupido et admiranti, et quis tam temerarios ausus in eum presumeret interroganti: 'Tu, ait, hoc fecisti, qui me et sanctos Dei, quos rebus a Deo michi concessis dotavi, despoliare disposuisti. Cave jam ulterius super hac temeritate, ne mercedem stultitie tue recipias'. Expergefactus Bruno, et de visione non mediocriter territus, mane facto non venit ad conventum procerum. Regina pro filio sollicita, missis nunciis obnixe rogavit, ut adveniens promissa perficeret. Sed ille infirmitatem magnam, ut nec pedem movere posset, allegat. Rogatur igitur, ut vel lecto se permittat illuc deportari. Recusavit. Seque in Deum et sanctos ejus et fratrem suum peccasse, libera tandem voce proclamavit. Sicque pietas divina per merita famuli sui, Henrici imperatoris sanctissimi, ne spe, quam in se posuit, fraudaretur, omnia illius prave conspirationis machinamenta repressit, illudque quod ab eo bene ceptum est confirmando, semper exinde ad meliora provexit***. Conradus autem rex in proprio castello Lintburgh monasterium construxit, prediorumque copia illud ditans[b], monachorum congregationem sub abbatis provisione illuc introduxit.

Secundo anno suo Conradus rex filium suum Henricum in regem a Pyligrimo Coloniensi archiepiscopo in die sancto 1024. pasche ungi precepit, et ipse Romam pergens, imperator efficitur a papa Johanne XXI. coronatus. Item urbs Ekk. 1025. Spira conditur, que et Nemetum dicitur[1] †. Herim. 1028. 1027.

Quarto anno Conradi, ut dicit Sigibertus, in Ytalia claruit Gwido Aretinus, inter musicos multi nominis, in 1026. hoc etiam philosophis preferendus, quod ignotos cantus etiam pueri facilius discant[c] per ejus regulam, quam per vocem Sig. 1028. magistri aut per usum alicujus instrumenti; dum sex litteris vel sillabis modulatim appositis ad sex voces, quas solas regulariter musica recipit, hiisque vocibus per flexuras digitorum leve manus distinctis, per integrum dyapason se oculis et auribus ingerunt intense et remisse elevationes vel depositiones earundem sex vocum ††. Item de musica libros gratiosos ordinavit, qui communiter habentur. Item Egelnotus archiepiscopus Cantuariensis Romam vadens[d], Vinc. 26, 15. apud Papyam brachium sancti Augustini doctoris excellentissimi 100 talentis argenti et talento auri comparatum aput Conventuriam[e] misit.

Sexto[f] anno Conradi Roberto rege Francorum mortuo, Henricus, filius ejus, succedit eidem in regno, et regnavit 1028. 35. Francorum annis 30 †††. Item Sigibertus: Jussu Conradi imperatoris regali et synodali conventu habito Sig. 1031.

* Jac. de Vor. — diem *ap. Corn. p. 568. 22. ann. Henr., paucis mutatis.* ** qui principibus — consent. *ap. Corn. p. 569. de Conr. II.* *** Conr. r. consilio — provexit *ap. Corn. p. 570. 1. ann. Conr., sed falso* sec. Sig. *et paucis mutatis.* † C. r. filium — dicitur *ap. Corn. p. 570. 2. ann. Conr., sed falso* sec. Sigib. *et* sec. Vinc. †† in Ytal. — vocum *ap. Corn. p. 572. 4. ann. Conr., aliquot verbis additis.* ††† Roberto — 30. *ap. Corn. p. 572. 5. ann. Conr.*

[a] hac 1. 2. [b] dicans 1. [c] discunt *Sig.* discant *Vinc.* 26, 14. [d] de Roma rediens *Vinc.* [e] Cantuariam *Vinc.* [f] secundo 2.

[1] Ex quo auctore desumta sit haec fabulosa notitia nescio.

Sig. l. 1. apud Triburias, inter cetera episcopi hoc capitulum decernere voluerunt, ut, si quando jejunium primi mensis veniret infra
ebdomadam, qua capud jejunii in feria quarta constat, amborum jejuniorum celebritas uno officio tantum expleretur. Sed
Gerhardus [a] Cameracensis et pauci cum eo huic multorum decreto contradicentes, obtinuerunt, ut jejunium primi mensis
Mart. Pol. in altera ebdomada, in qua habetur officium, celebretur * secundum consuetudinem antiquam. Item Conradus imperator
c. 92. imp. multas leges condidit. Item Stephanum regem Pannonie petit cum exercitu, sed ille missis legatis cum imperatore
Ekk. 1030. et 1031. pacificatus est. Interea Ernest dux et Wernerus comes occiduntur in Alamannia cum multis aliis 16. Kal. Septembris.

1030. Octavo anno Conradi, ut dicit Sigibertus, istiusmodi decretum a Francie episcopis datum est servari subjectis
Sig. 1033. sibi populis. Unus eorum dixit, celitus sibi delatas esse litteras, que pacem monerent renovandam in terra. Quam rem mandavit ceteris, et hec tradenda dedit populis: Arma quisquam non ferret, direpta non repeteret. Sui sanguinis vel cujuslibet proximi ultor minime existens, percussoribus cogeretur indulgere. Jejunium in pane et aqua omni feria 6. servarent [b], et in sabbato a carne et liquamine abstinerent; soloque hoc contenti jejunio in omnium peccatorum remissionem, nullam sibi scirent aliam penitentiam adiciendam. Et hec se servare sacramento firmarent. Quod qui nollet, cristianitate privaretur, et exeuntem de seculo nullus visitaret nec sepulture traderet. Alia quoque importabilia quam plurima mandata dederunt. Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentius justo amplecterentur, Gerhardus Cameracensis episcopus, qui solus Lothariensium [c] appendebat ad parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hec suscipienda, sed singula capitula refellebat, dicens, genus hominum ab initio trifariam esse divisum, in oratoribus, pugnatoribus et agricultoribus, et unum duorum, et duos unius egere auxilio. Ideo debere arma ferre et rapinas reddi per auctoritatem legis et gratie; ultorem percussi vel occisi non exacerbari cogendo, sed secundum ewangelium ei reconciliari. Jejunium in 6. vel 7. feria nec unum omnibus esse imponendum, quia non est una omnibus possibilitas, nec omnes hoc uno jejunio contentos esse debere, quia non est una omnium penitendi qualitas. Hoc sacramento firmare vel sacramenti violationem perjurio augere, non esse utile. Hiis contradicentes excommunicari, infirmis visitationem, mortuis sepulturam negari, esse detestabile. Sufficere autentica patrum decreta, et super hiis neglectis impositum congruenter
Ekk. 1032. pene modum **. Item hoc anno Rudolfus rex Burgundie moriens, dyadema suum Conrado imperatori misit.

1031. Nono anno Conradi Benedictus IX., natione Tusculanus, papa 136., sedit annis 14. Martinus: Iste ejectus
Mart. Pol. est de papatu per Romanos, ipsum in multis criminantes, anno papatus sui decimo tertio, et factus est papa Sa-
c. 156. pont. binensis episcopus, qui infra vocatus est Silvester. Et iste quoque ejectus est, et Benedictus recuperavit papatum. Et
Herim. 1044. iste iterum est ejectus, et datus est papatus Johanni archiepiscopo [d][1] sancti Johannis ante portam Latinam. Qui
* Herim. l. 1. Gregorius VI. infra dictus est. Alii * dicunt, quod Benedictus, quando papatum recuperaverat, non fuit iterum ejectus, sed se ipsum privavit, et alium, scilicet Johannem predictum, pro se ob avaritiam et pecunias contra ca-
Mart. Pol. nones ordinavit. Et hic habito papatu, cum esset rudis litterarum, alterum papam ad vices ecclesiastici officii exsequendas
c. 156. pont. secum consecrari fecit. Qui cum multis non placeret, tertius superinducitur, qui solus vices duorum impleret. Uno itaque contra duos et duobus de papatu altercantibus contra unum, et mortuo Gregorio, Henricus III. contra duos Romam accedit, et eis depositis, Swickerum, secundum Babenbergensem episcopum, qui et Clemens II. dictus est, in papatum substituit, ut dicetur anno Henrici III. septimo. Iste Swickerus [2] fuerat canonicus Halberstadensis, et secundus Babenbergensis episcopus institutus, et post in papam per Henricum imperatorem promotus. Fuit autem de nobilibus quibusdam in Saxonia, quorum proprietas fuit Morleve [3] et Horneborch. Quam proprietatem Thydericus quidam generis illius, cum heredem non
Mart. Pol. haberet, dedit ecclesie Halberstadensi †. Iste Benedictus IX., qui fuit nepos Benedicti superioris, apparuit
c. 156. pont. juxta molendinum cuidam in specie cujusdam monstruosi animalis, cujus caput et cauda asini erant, reliquum corpus

* jussu Conr. — celebŕetur *ap. Corn. p. 572. 6. ann. Conr.* sec. Vinc. ** istiusmodi decretum — modum *ap. Corn. p. 573. 8. ann. Conr., sed verba aliquantulum contraxit.* † iste Swickerus — Halberst. *ap. Corn. p. 585. 7. ann. Henr., sed falso* sec. Egghard.

[a] Egghardus *Corn.* [b] observarent *Sig.* [c] archidiacono *Mart. Pol.* [d] Lothariensi 1.

[1] ***archiepiscopo***, quod ap. Nostrum legitur, falsum est. Annal. Rom. ap. Pertz, M. G. H. SS. V, p. 468: 'Tunc Benedictus non sufferens Romanum populum, ejusdem pontificatus sui honorem per cartulam refutavit Johanni ***archipresbytero*** s. Johannis ad portam Latinam, suo patrino'. [2] Ejus mater erat Amulrad, soror Walthardi Magdeburg., quae nupsit Conrado de Morleve et Horneborch, sec. Ann. Sax. ap. Pertz. M. G. H. SS. VI, p. 685. Sed cf. Raumeri tab. XII[b]. [3] Morsleben. Hornburg erat castrum ad Ilsam.

sicut ursus. Cumque conspector territus fugeret, monstrum post ipsum clamans dixit: 'Noli me expavescere. Scito, me Mart. P. l. l.
hominem fuisse, sicut tu es. Sed sic me represento, sicut olim infelix papa existens bestialiter vixi'*. Hujus tempore
sanctus Gerhardus episcopus in Ungaria super bigam ligatus de altissimo monte cursu precipiti martirio coronatur**.

Undecimo anno Conradi Werben castellum, in confinio Saxonie positum, pagani qui Liutici dicuntur obtinent, 1033.
multis cristianis occisis. Quos imperator cum exercitu petit et fugat***. Et anno sequenti Henricus rex, filius Ekk. 1035.
Conradi imperatoris, Cunihildim, Guntonis[a] Danorum et Anglorum regis filiam, sibi apud Noviomagum regalibus nuptiis Herim. 1036.
copulavit uxorem. Item pagani supradicti Conrado imperatori vectigales facti sunt. Alii* vocant hunc regem *Ekk. 1036.
Danorum et Anglorum Knuth. Item Pelegrimus Coloniensis archiepiscopus moritur; pro quo Hermannus ordinatur. ibid.
Ex gestis pontificum Coloniensium: Peregrimus Agripinensis archiepiscopus, postquam annis 15 cf. Nordhof.
sederat, obiit, et Colonie in monasterio quod dicitur 'Ad sanctos apostolos', quod ipse constru- cat. arch. Col.
xerat, sepultus est. Cui successit 32. Hermannus[1], quem Nobilem vocant, et sedit annis 20†.

Tertiodecimo anno suo Conradus imperator Ytaliam cum exercitu petit, Mediolanensem episcopum in custodiam 1035.
mittit. Qui per fugam elapsus, imperatori rebellat. Et anno sequenti Elerysdrud, que et Conigund, uxor Henrici Ekk. 1037.
imperatoris et virgo, mater pauperum, dives ipsa divitem migravit ad Cristum 15. Kal. Augusti. Item Ste- Herim. 1038.
phanus Ungariorum religiosus rex obit. Pro quo Petrus regnavit. Item Sigibertus[2]: In Apulia erat statua cod. 4. 4b. Ekk. 1039.
marmorea, circa caput suum ereum habens circulum, in quo erat scriptum: *Kalendis Maji oriente sole habebo caput* et 1038.
*aureum*[b]. Quod quidam Sarracenus, a duce Nordmannorum captus, quid portenderet intelligens, in Kalendis Maji oriente Vinc. 26, 17.
sole diligenter notato termino umbre illius statue, infinitum thesaurum, effossa ibidem humo, repperit. Quem pro sua
redemptione eidem duci dedit††.

Quintodecimo anno Conradi, ut dicit Sigibertus, 8. Ydus Aprilis visa est in celo inter australem et orientalem 1037.
plagam ignea trabes mire magnitudinis. Que currens super solem jam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere. Sig. 1039.
Cujus vestigia diu videbantur. Conradus autem Ytaliam adiit, ut rebellionem meditantes debellaret. Et quia omnes Lombardi conjuraverant, ut non paterentur quemlibet dominum, qui aliud quam ipsi vellent contra se ageret, quosdam episcopos in vincula jecit. Et quia episcopus Mediolanensis fuga lapsus est, imperator suburbia Mediolani incendit. Die vero pentecostes, cum imperator in parva ecclesia secus urbem coronaretur, ad missam tam gravia fuerunt tonitrua et fulgura, ut aliqui mente excederent, aliqui spiritum exalarent. Bruno vero episcopus, qui missam canebat, et secretarius imperatoris cum aliis tribus dixerunt, se inter missarum sollempnia vidisse sanctum Ambrosium imperatori indignando com-
minantem. Tunc imperator Ytalia discessit. Pridie Ydus Maji eclypsis lune[c] fuit, et pridie Nonas Junii imperator obiit, Ekk. 1039.
et Spire sepultus est. Et 11. Kal. Septembris eclypsis solis facta est†††. Item Thydericus, 4. Hollandie comes, Chr. Egm. 1039.
obiit, et in Egmunda sepelitur. Cui successit Thydericus, filius ejus††††. De hoc Conrado imperatore dicit
Martinus[3] sic: Hic pacem in terris observare cupiens, statuit, ut, quicumque etiam principum pacem infringeret, capite Mart. Pol.
plecteretur. Cujus statuti transgressor comes Lupoldus accusatur. Qui cupiens vitam salvare, cum paucis, id est uxore et c. 92. imp.
pueris, occulte fugiens in vastam solitudinem, ipsam multis temporibus tamquam heremita inhabitabat, nullo penitus sciente, quo devenisset. Imperator venando casu venit ad heremitorium comitis nocte, nesciens ubi esset, et ab omnibus elongatus benigne recipitur, in stratu locatur. Eadem nocte comitissa eadem filium parit. Imperator in sompnis vocem audit, puerum illum generum suum futurum et imperii successorem. Imperator primo vocem hanc contempnit. Sed cum iteratur, anxiatur. De mane cum rediret ad suos, mandat oculte duobus secretariis suis, ut puerum rapiant et in silva occidant et sibi cor pueri apportent. Qui juxta mandatum ejus puerum rapiunt, et misericordia moti non occidunt, sed in nemore

* iste Bened. — vixi *ap. Corn. p. 574. 9. ann. Conr.* ** huj. temp. — coron. *ap. Corn. p. 574. 9. ann. Conr.* *** Werben — fugat *ap. Corn. p. 575. 11. ann. Conr., sed falso* sec. Helmold. † Pelegrimus (*Corn.:* Herbertus) — 20. *ap. Corn. p. 575. 11. ann. Conr., sed falso* sec. Sigib. †† C. imp. Ytaliam — dedit *ap. Corn. p. 576. 13. ann. Conr., sed brevius.* ††† 8. Yd. April. — facta est *ap. Corn. p. 577. 15. ann. Conr., sed nonnulla verba omisit.* †††† Thydericus — ejus *ap. Corn. p. 576, sed falso* sec. Wilhelm.

a Cnutonis *Herim. Aug.* b aereum 2. c solis *Sig.*

1 hujus nominis secundus. Erat filius Hezonis comitis Palatini et Mathildis (filiae Ottonis II. imp.); *Ottonis secundi imperatoris ex filia nepos*, Herim. Aug. 1036. 2 Sequentia sunt desumpta ex Vincentio, qui hausit ex Sigib. auctar. Ursicamp. a. 1039. 3 In sequentibus Henricus non ubique Martini verba retinuit, res autem omnes ab ipso mutuatus est.

Mart. l. l. relinquunt, cor capti leporis in argumentum occisionis imperatori deferentes. Accidit autem, quod eadem hora dux Henricus ibidem venando solus oberraret [a] et puerum vagientem audiret, ipsumque pulchrum conspiciens, uxori sue sterili occulte [b] deportans, mandavit eidem, ut quod ipsum genuerit affirmaret. Quod et factum est, vocavitque eum nomine suo Henricum. Cumque jam adultum imperator vidisset, pensans vultum quem olim viderat et etatem, licet multum renitente patre, id est duce Henrico, imperator juvenem, ut sibi astaret, retinuit, tractans apud se, qualiter ipsum oculte [b] perderet. Post aliquod igitur tempus misit eum cum litteris ad imperatricem, scribens, ut ipsa sub obtentu gratie sue ipso die, quo juvenis ad eam veniret, eum oculte suffocaret. Juvenis in via quiescit in domo cujusdam presbiteri. Presbiter eo dormiente curiosam ejus bursam pertractans, litteras imperatoris invenit. Aperuit caute, gratiose mutavit, et reclausit. Namque abraso: 'ipso die moriatur', reposuit: 'ipso die filia mea ei tradatur'. Quod et factum est, licet cum imperatricis admiratione magna de tam subito et stupendo mandato. Quod imperator percipiens, obstupuit. Sed postquam investigavit, illum verum ipsius patrem nobilem comitem fuisse, quem rusticum credebat, dolor ipsius mitigatus est *. Qui Henricus, postquam Conrado successit, in loco nativitatis sue monasterium magnum construxit. Sic dicit Martinus, et videtur fictitio simile[1]. Alii[2] communiter dicunt, quod Henricus, qui Conrado successit, fuit filius ipsius Conradi.

## *Capitulum 85.*

Ekk. 1040. Henricus III., filius imperatoris Conradi, jam dudum patre vivente rex constitutus, Romanorum a Julio 89., cepit anno mundi 5000., Urbis 1789., Domini 1038., imperii Theutonicorum 238., et annis 17 regnavit.
Vinc. 26, 18. De isto Henrico dicit Helynandus sic: Henricus Windelicos subegit, qui secundum Wilhelmum usque hodie fortunam adorant, cujus ydolum in loco nominatissimo ponentes, cornu dextre ejus apponunt, plenum potu illo, qui ex aqua et melle confectus Grece vocatur ydromel. Idem fecisse Egyptios et omnes fere orientales populos affirmat sanctus Ieronimus super Ysajam. Ultimo autem die mensis Novembris sedentes in commune pregustant, et si cornu plenum invenerint, magno strepitu applaudunt, quod eis scilicet in futuro anno pleno cornu copia responsura sit in omnibus; si contra, gemunt. Istos Henricus tributarios fecit, ita ut omnibus sollempnitatibus, quibus coronabantur quatuor reges eorum, lebetem, quo carnes condiebantur, in humeris suis duobus vectibus per quatuor annulos inductis ad coquinam vectitarent. Idem Henricus jocundus erat et hylaris. Sororem habebat sanctimonialem. Cum qua clericus quidam ferialis [c] crebras in cubiculo ejus plus justo familiaritates habebat. Quadam vice cum diutius simul dormirent, nix totam terram operuit, et clericus se deprehendi timet per vestigia. Unde puella illa suasu clerici ipsum dorso suo levans, amasium extra curiam portavit. Et forte tunc imperator minctum surrexerat, et vidit eos per fenestram. Postea venit occasio, ut episcopatum vacantem daret clerico, ita ei insusurrans: 'Accipe episcopatum hunc, et vide, ne ulterius equites mulierem'. Similiter dans abbatiam germane: 'Esto, inquit, abbatissa, et ultra non patiaris clericum equitare'. Confusi illi a flagitio destiterunt **. Idem Henricus imperator habebat clericum quendam bene litteratum et bone vocis, sed quandam meretriculam vilem ardentius amantem, cum qua nocte quadam sollempni voluptatus, mane ad missam imperatoris astabat. Imperator dissimulata scientia mandat ei, ut se ad ewangelium legendum pararet, quia scilicet ejus melodia delectaretur; erat enim dyaconus. Abnuit ille, ut male sibi conscius. Urget imperator, ut probaret ejus constantiam. Ad extremum parere rennuentem jubet a patria exulare. Quam sententiam amplexus, continuo recessit. Mittitur post eum. Qui jam, compilatis omnibus et in sarcinulas compositis, iter maturaverat. Violenter ergo retractus ante imperatorem sistitur. Qui letum subridens: 'Probe, inquit, fecisti, et ego gratulor probitati tue, quod timorem Dei pluripendens quam patriam, plus iram
ibid. c. 19. Dei quam indignationem meam. Quapropter habeto episcopatum, qui primus in imperio vacaverit, tantum indecenti
cf. a. 1060. amori renunties' †. Idem Henricus imperator celebrabat pentecosten apud Moguntiam. Paulo ante missam cum sedilia

* hic pacem in terr. — est *ap. Corn. p. 571. 3. ann. Conr., sed plura addidit.* ** Henricus Windelicos subegit — flagit. destiterunt *ap. Corn. p. 578. cap. de Henr. III. init., paucis mutatis, sed falso* secund. Helmoldum. † Idem Henr. imp. — renunt. *ap. Corn. p. 579. 1. ann. Henr., multis verbis mutatis, sed falso addit* sec. Egghardum.

[a] aberraret 1. [b] *ita* 1. [c] curialis *Vinc.*

[1] Stenzel, Gesch. der fränkisch. Kaiser, Tom. II, p. 31, hanc fabulam perscrutatus est eamque ad Godefridum Viterbiensem (ap. Muratori, SS. R. Ital. Tom. VII.) retulit. Cf. quoque Massmann, Kaiserchronik III, p. 1094 sq. [2] Ekkehardus, Vincentius alii.

pararentur in ecclesia, ortum est jurgium inter cubicularios archiepiscopi et abbatis sancti Galli, alia littera* habet *Vinc. l. l.
abbatis Fuldensis cenobii, utrorum dominus juxta imperatorem sederet. Nam Fuldense cenobium in Saxonia sancti Galli corpore insigne et prediis ditatum[a] permagnificis est. Cujus loci abbas 60 millia armatorum[1] prebet in hostem imperatori, et habet ex antiquo privilegium, ut in magnis festivitatibus ad dexteram ejus sedeat. Itaque ventum est ad pugnam. Et furore per ecclesiam grassante, pavimentum sanguine inundavit. Sed statim episcopis convolantibus, pace inter reliquos dissidentes statuta, templum purgatum et missa festivis clamoribus est acta. Sequentia autem percantata et ultimo ejus versu dicto: 'Hunc diem gloriosum fecisti', vox ab aere lapsa est: 'Hunc diem bellicosum ego feci'. Rigentibus omnibus pre timore, imperator intelligens[b] letitiam inimici: 'Tu, inquit, omnis malitie inventor simul et incentor[c], diem bellicosum et arrogantibus luctuosum fecisti. Sed nos per gratiam Dei, qui illum gloriosum fecit, pauperibus gratiosum reddemus'. Et mox reincepta sequentia, sollempni ploratu Spiritus sancti gratiam invitabat. Et intelligens illum advenisse, illis plorantibus, illis cantantibus, omnibus simul pectora tundentibus, finita missa egenis per precones conclamatis, omnes dapes, que sibi et curialibus parabantur, in usus eorum exhausit, ipse obsonia apponens, ipse juxta disciplinam ministrorum de longe consistens, ipse superflua ciborum abstergens*. Idem imperator Henricus tempore Conradi patris sui a quodam clerico fistulam tulerat argenteam, qua pueri ludentes aqua jaculantur, pactus ei episcopatum, dum foret imperator. Adultus repetenti pollicitum impigre dedit. Non multo post aspero morbo correptus decubuit, et morbo crescente triduo exsensis et mutus jacuit. Episcopi presentes triduano indicto jejunio pro vita ejus Domino supplicabant. Convalescens accitum episcopum, quem pro fistula fecerat, sententia concilii deposuit; confessusque est, toto illo se triduo demones infestos sibi vidisse flammam in se per fistulam jaculantes, flammam dico adeo pertinacem, ut ignis noster respectu illius jocus putetur. Interim vero semiustulatum adventasse, ferentem calicem aureum immense magnitudinis, aqua plenum. Cujus visione et laticis asspergine extinctos ardores evaserat**. Hic erat beatus Laurentius, cujus ecclesie tectum longa carie dissolutum et paginari fecerat, et preter alia munera calice aureo ecclesiam eandem honoraverat. Eundem quoque Henricum aliquando inimicos fugientem cerva quedam ultra invadabilem fluvium evexit. Hec omnia Helynandus. Sed de calice et sancto Laurentio retrospicias ad annum ultimum Henrici II.
Ex cronicis Saxonum: Bruno comes Brunswicensis (tunc enim comites dicebantur) uxorem habuit dominam Gyslam de Werle[2]. Que mortuo Brunone nupsit Conrado secundo regi, qui Henrico de Bavenberg successit in regno. Cui Conrado genuit Henricum regem, hujus nominis
tertium. Qui mansuete regnavit, et ecclesiam beati Mathye in Goslaria magnis prediis et multis 1038.
sanctorum reliquiis honoravit†. Ejus anno primo Everhardus primus Babenbergensis episcopus obiit. Et Ekk. 1040.
anno ejusdem secundo Petrus Ungariorum rex duci Bohemie Fratizlao contra regem Henricum auxilia misit. Ipse ibid. 1041.
enim Henricus rex dictum ducem Bohemorum bello petiit; sed multis proceribus et militibus in prestructione silve ultra citraque occisis vel captis, nil memoria dignum efficere potuit.

Tertio anno Henrici, ut dicit Wilhelmus, sanctus Eduwardus, Engelredi filius, in Anglia cepit, et fere 24 annis 1040.
regnavit. Fuit autem piissimus, ita ut nec verbo posset hominem ledere, et tamen erat ejus apud domesticos reverentia Vinc. 26, 20.
vehemens, apud exteros metus ingens. Nam fovebat ejus simplicitatem Deus, ut posset timeri, qui nesciret irasci. Miraculis et prophetie spiritu claruit, pauperibus supra modum benignus fuit. Die sancto pasche coronatus, et inter proceres sedens ad mensam, ceteris avidius comedentibus, ipse ad celum oculos attollens, effusus est in risum. Remotis mensis, tres cum optimates secuti sunt[d]. Cunctatus diu respondit: 'Septem dormientes in monte Celio quiescentes post 200[e] annos, quibus in latere dextro dormierunt, in hora risus mei mutaverunt se in sinistrum, et in eo jacebunt proximis 74 annis', et alia plura dixit de eis. Missi sunt tres, monachus, clericus et miles, Constantinopolim ad imperatorem et ab eo ad episcopum Ephesi pro inquirenda veritate. Et ut sanctus dixerat, in omnibus invenerunt††. De hiis septem

* Idem Henr. imp. celebr. — abstergens *ap. Corn. p. 579. 2. ann. Henr.* ** Idem imp. Henr. temp. Conr. — evaserat *ap. Corn. p. 579. 1. ann. Henr.* † eccles. b. Math. — honoravit *ap. Corn. p. 579. 1. ann. Henr.* †† s. Eduward. Engelr. — invenerunt *ap. Corn. p. 580. 3. ann. Henr., quibusdam mutatis et additis verbis.*

[a] dicatum 1. [b] *hoc verb. in 1. ex correct. manus 1* in rasura.* [c] intentor 1. [d] *pro* sec. sunt *hab. Vinc.* prosecuti sciscitantur cur riserit. [e] 700 *Vinc.*

[1] Rectius est quod dicit ad a. 742: 'mille milites'. — Corn.: *10000 armatorum*, sed bene addit: *vel secundum alios et verius forte mille armatos tantum.* [2] Cf. ad h. l. Annal. Sax. ap. Pertz, M. G. H. SS. VI. a. 1026. et Stenzel, Gesch. d. fränk. Kaiser Tom. II, p. 126. Praeterea vid. Crollius, de comitibus Werlensibus in Acta Palat. Tom. IV.

*p. 188. viris dictum est temporibus Decii et anno Theodosii minoris vigesimo secundo. Vide etiam Jaco-
Ekk. 1042. bum in passionali*. Item Egkardus: Hoc etiam anno Ungarii Ovonem quendam, alia littera habet
Urban[1], regem fecerunt, et Petrum regem suum expulerunt. Qui profugus et exul Henrici regis, cui priori anno
rebellaverat, gratiam quesivit et invenit. Ovo vero rex, ob susceptum a rege Henrico Petrum a se pulsum, eruptionem
Lamb. 1041. in fines Bajoariorum et Charinthyorum fecit, multamque predam abegit. Sed Bajoarii coadunatis viribus cum Adelbertone
Ekk. l. l. marchione insecuti, predam excusserunt, multisque occisis, reliquos in fugam egerunt. Item Henricus rex Bohemiam
ingressus, igne predaque cuncta devastat, et ducem rebellem obsides dare ipsumque post se Ratisbonam ad deditionem
humillimam venire sibique jurejurando fidelitatem ac servitium confirmare coartat*.

1041. Quarto anno Henrici monasterium sancti Mauritii in Insula Mindensi constructum a Brunone
Ekk. 1043. episcopo dedicatum est**. Item Gysla imperatrix obiit et Spire sepulta est. Item Henricus rex cum
Lamb. 1042. Petro ejecto, prima expeditione in Ungariam facta, predictum Urban vel Ovonem fugavit, usque ad fluvium Raban
*Ekk. 1043. pervenit, tres (alia littera* habet: duas) populosissimas civitates cepit et evertit, plures deditione sibi subjecit. Et
Herim. 1042. cum regem suum Petrum recipere nullatenus consentirent, quendam quem petebant ducem eis constituit. Quem tamen post
recessum Henrici Ovo vel Urban rex in Bohemiam fugavit***.

1042. Quinto anno suo Henricus rex iterum Ungariam petens, et ea ad vota potitus, discessit, acceptis obsidibus et
Lamb. 1043. jurejurando†. Item hoc anno Agnetem, filiam Wilhelmi principis Pictaviensis, reginam apud Moguntiam ungi faciens,
Ekk. 1044. nuptiis regalibus sibi eam Mighelenhem[a] copulavit. Unde ad laudis sue cumulum infinitam hystrionum et joculatorum
Herim. 1043. multitudinem vacuam et inanem sine cibo et muneribus merentem[2] abire permisit. Item Henricus rex, de Ungaria re-
versus, synodo Constantiensi affuit. Ubi cunctis qui deliquerant in se debita dimisit, omnibusque inimicitiis[b] destructis,
pacem hactenus inauditam tam in tota Suevia quam in aliis regni sui provinciis per edictum regie censure confirmavit.
ibid. 1044. Item maxima fuit pestis pecudum. Item natalem Domini rex Henricus Treveris celebravit. Et ibi quoque omnes, qui
Lamb. 1044. in regiam majestatem deliquerant, crimine absolvit. Eandemque legem sicut prius per totum regnum promulgavit, ut
Herim. 1044. omnes sibi invicem delicta condonarent. Item Ovo vel Urban jusjurandum pactumque cum Henrico infregit. Sed
Henricus perparvis copiis tertio Ungariam petens, gloriose triumphavit 3. Non. Julii. Et Ovone vel Urban rege vix
effugiente, Petrum expulsum regno suo restituit. Ipse vero ad partes suas cum triumpho rediit. Nec multo post idem
Ovo a Petro rege comprehensus, scelerum suorum penas capite plexus persolvit††.

1043. Sexto anno Henrici Romani Benedictum papam multis criminatum, et quia symoniace intraverat, sede sua pellunt,
Herim. 1044. et et Silvestrum in locum ejus statuunt†††. Iste Silvester tertius, papa 137., sedit diebus 56. Istum papa Benedictus
Vinc. 26, 21. postea quorundam adjutorio fugans, ad sedem suam rediit, et cetera sicut habes in anno nono Conradi II.
Mart. Pol. c. 157. pont. Gregorius autem VI., papa 138., sedit annis 2, mensibus 6[c]. Hunc Wilhelmus in cronicis suis dicit sanctum virum fuisse,
ib. c. 158. et 155. et cum ad papatum venisset, parum vel nichil ad papatum pertinens propter incuriam et negligentiam antecessorum suorum
invenisse. Nam pene omnia a predonibus tollebantur, peregrini Romam venientes quoque omnes spoliabantur, et pervenien-
tium oblationes violenter auferebantur. Quos omnes papa admonuit primo, post excommunicavit, tertio, quia contem-
pserunt, manum armatam apposuit, et post raptores oblationum sancti Petri aut penitus extinxit aut fugavit. Occisis
itaque predonibus, predia et opida multo tempore amissa recuperavit. Tunc omnes ipsum homicidam clamantes, non papam,
sed sanguinarium dicebant. Cardinales quoque ipsum in infirmitate, in qua et decessit[d], indignum fore dixerunt in ecclesia
sancti Petri sepeliri, quia tot mortibus hominum sacerdotium fedasset. Tunc papa, licet infirmus, resumpto spiritu longum
sermonem cardinalibus fecit, asserens, ipsos stulte[e] locutos esse et se bene fecisse, inducens illud quod Ezechya dixit
sacerdotibus, qui se non opponebant murum pro domo Israel, et alia multa. Et post subdidit: 'Cum mortuus fuero,
corpus meum hic ante fores ecclesie sistite, januas quoque ecclesie seris et vectibus obfirmate. Si voluntate divina porte
fuerint aperte, corpus inferte; sin autem, de ipso facite quod vultis'. Cumque mortuo sic factum esset, turbo divinitus

* Ungarii Urb. reg. fecerunt — coartat *ap. Corn. p. 581. 4. ann. Henr., sed usque ad verbum* egerunt *falso* secund. Vincent., *cetera recte* sec. Egghard. ** monast. — est *ap. Corn. p. 582. falso* sec. Helmoldum. *** Henr. rex cum — fugavit *ap. Corn. p. 582. 5. ann. Henr. falso* sec. Vinc., *sed aliquot verbis mutatis.* † Henr. rex — jurejurando *ap. Corn. p. 582. 5. ann. Henr.* †† Urban jusjur. — persolvit *ap. Corn. p. 582. 5. ann. Henr., quibusdam verbis mutatis.* ††† Rom. Bened. — statuunt *ap. Corn. p. 582. 6. ann. Henr., sed falso* sec. Martin.

[a] Ingelenheim *Ekk.* [b] inimicis 1. 2. [c] 7. *Mart. P.* [d] ipsum *superflue add.* 1. 2. [e] stultos 2.

[1] *Ouban* Lambertus dicit. [2] i. e. moerentem.

veniens portas ecclesie firmatas non solum aperuit[a], sed cum magno fragore usque ad parietem[b] deportavit. Item Herim. 1045.
hoc anno Petrus rex Ungarorum, Henrico rege ad se invitato, in festo pentecostes regnum suum tradidit, omnibus princi-
pibus Ungarie Henrico pro se et pro successoribus firmantibus juramento fidelitatem. Quod tamen ab eo ipse dum viveret
possidendum recepit*. Item Wilhelmus: Hoc anno apud Bercheleiam[c] Anglie villam auguratrix et malefica quedam Vinc. 26, 26.
cum die quadam convivaretur, cornicula quam habebat in deliciis vocalius solito nescio quid cornicata est. Quod audiens
mulier et graviter ingemiscens, dixit: 'Hodie ad ultimum sulcum pervenit aratrum meum. Nam et audiam hodie et acci-
piam grande incommodum'. Adhuc ea loquente, venit ad eam nuntius dicens: 'Filius tuus et familia tua tota subita morte
perierunt'. Ex hoc autem continuo dolore sauciata decumbit, et liberos suos residuos monachum et monacham accersitos
sic alloquitur singultuando: 'Ego artibus demoniacis misera semper inservivi. Ego vitiorum omnium sentina et ille-
cebrarum magistra fui. Ego de me desperans speravi tamen in religione vestra. Nunc quia scio sententiam dampnationis
mee irrevocabilem, rogo tamen, quod tormenta mea temptetis alleviare. Corpus meum insuite in corio cervino et includite
in lapideo sarcophago, et operculum ferro et plumbo constringite, et lapidem tribus magnis cathenis circumdate. Si tribus
noctibus ita secure jacuero, quarto die infodietis me in humo, quamquam [verear[d]] ne terra nolit me recipere propter maleficia
mea; psalmicines 50 sint[e] noctibus, et misse cantentur pro me tot diebus'. Factum est totum, ut preceperat. Sed nichil valuit.
Nam primis duabus noctibus, clericis psalmos canentibus circa corpus, singuli demones hostium ecclesie immani obice
clausum leviter confringunt et duas cathenas extremas circa corpus disrumpunt; media cathena, que fuit operosius elabo-
rata, illibata perduravit. Tertia nocte circa gallicantum strepitu venientium demonum omne monasterium visum est a
fundamentis moveri. Unus autem, ceteris et vultu terribilior et statura celsior, januas majori vi concussas in fragmenta
dejecit, et accedens arroganter ad sarcophagum, clamose, ut surgeret, imperavit. Qua respondente: 'Nequeo pre vinculis',
'Solveris, inquit, et malo tuo'. Statimque cathenam mediam, que ceterorum demonum ferociam illuserat, ut stuppam
disrupit, operculumque pede depulit, et apprehensam manu mulierem palam omnibus ab ecclesia traxit ad fores, ubi
paratus erat equus niger superbum hinniens, uncis ferreis per totum protuberantibus. Super quos misera illa imposita,
mox ab oculis intuentium cum toto sodalitio disparuit. Audiebantur tamen clamores per 4 fere miliaria miserabiles**
suppetias orantis. Simile quid dicetur[1] de comite Matisconensi anno . . . . . .[f].

Septimo anno Henrici Rome uno contra duos et duobus contra unum de papatu contendentibus, ipse rex Henricus 1044.
Romam contra eos vadit, et eos canonica et imperiali censura deposuit, et Suedegerum Babenbergensem episcopum se- Sig. 1046.
cundum elegit et papam constituit. Qui et Clemens II. dictus est***, et sedit, papa 139., mensibus 19, diebus 18. De Ekk. 1046.
isto mentitur Martinus, quod fuerit invasor papatus. Ab isto rex Henricus et Agnes conjux ejus in sancto dominici Mart. P. c. 159. pt.
natalis die imperiali benedictione sublimantur, jurantibus Romanis, se sine ejus consensu numquam papam electuros†, Ekk. 1046. Sig. 1046.
ut anno nono Conradi II. dictum est. Item Godfridus dux Lotharingie Henrico rebellans, semet ipsum hoc Ekk. 1045.
anno dedidit eidem, et in custodiam mittitur in Gebekensteyn, et ducatu privatur ††. Item Sclavi qui Liutici[g] di- Herim. 1045.
cuntur Saxonie terminos inquietantes, Henrico cum copiis contra eos venienti se tradunt, et solitum censum promit-
tunt. Item Henricus imperator natale Domini Goslarie celebravit, pascha vero apud Trajectum Frisie urbem, ibid. 1046.
pentecosten autem Aquisgrani, ubi Godfrido duci de custodia relaxato ducatum suum misertus reddidit. Alibi* *Lamb. 1046.
legitur verius sic: Dux Godfridus custodia absolutus, dum videret, nec intercessionem principum, nec deditionem,
quam sponte subierat[h], sibi aliquid profuisse, et rei indignitate et inopie familiaris tedio permotus, bellum rursus ex
integro sumpsit. Inter alias quoque, quas reipublice[i] intulit clades, Neumago domum regiam miri et incomparabilis
operis incendit, civitatem Verdonensem cepit, et majorem in ea ecclesiam concremavit. Sed postmodum facti in tantum
penituit, ut publice se verberari faceret et capillos suos, ne tonderentur, multa pecunia redimeret, sumptus ad reedi-
ficandum ecclesiam daret, et in opere cementario per se ipsum plerumque vilis mancipii ministerio functus deserviret.
Causa rebellionis Godfridi contra Henricum fuit hec: Patre ipsius Godfridi Gozelone mortuo, cum ipse du- ibid. 1044.
catum patris obtinere non posset, sed Henricus Adelbertum loco patris ejus ducem subrogaret, dictus Godfridus, no-
bilissime indolis juvenis et in re militari multum exercitatus, arma contra rempublicam corripuit, Adelbertum prelio

* Petrus rex Ung. — recepit *ap. Corn. p. 583. cap. de Sylvest. III., sed falso* sec. Wilhelmum. ** Hoc a. ap. Breheleiam — miserabiles *ap. Corn. p. 583. de Sylvestr. III.* *** Rome uno — dict. est *ap. Corn. p. 584. 7. ann. Henr., quibusdam mutatis et falso* secund. Martinum. † Ab isto — electuros *ap. Corn. p. 585. de Clemente.* †† Godfr. dux — privatur *ap. Corn. p. 585. de Clemente, sed falso* secund. Sigib.

[a] apperuit 1. 2. [b] parietatem 1. 2. [c] Berbeliam *Vinc.* [d] *om.* 1. 2. [e] tribus *add. Vinc.* [f] *lacuna in* 1. 2. [g] Lintici 1. [h] subigerat 1. 2. [i] regip. 1.

[1] Erranter dictum, quum nusquam illius comitis mentio facta sit.

Lamb. 1047. victum occidit, cedes hominum et depopulationes agrorum quam maximas fecit, loca omnia usque ad Renum, preter ea,
que vel murorum presidio hostilem impetum subterfugiebant vel se data pecunia redemerant, in cinerem redegit. Item
Henricus imperator de Roma rediens, exercitum navalem per Renum duxit in Frisiam contra Godfridum ejusque
adjutorem Thydericum comitem Hollandie, ubi duas urbes munitissimas cepit, Rynesburg[a] et Fleerdinghen. Et post
Godfridus imperatori Henrico sub spe gratie sue consequende se sponte dedidit*, ut dictum est.

1045. Octavo anno Henrici Damasus II. ecclesie Romane presidet, papa 140. Egkardus[1]: Hoc anno imperator
Lamb. 1048. Henricus natalem Domini Polethe celebravit, ubi legati aderant Romanorum, Suederi[b] pape obitum nuntiantes eique
*Herim. 1048. successorem postulantes. Quibus imperator Popponem Prisinensem episcopum, alia littera* Brixiensem episcopum, assi-
Mart. Pol. gnavit. Qui Damasus II. dictus est. Et sedit diebus 23. Hic ergo ab imperatore electus et Romam missus, honorifice
c. 160. pont. Herim. 1048. susceptus est a Romanis et papa consecratus. Sed non diu post mortuus, ad Sanctum Laurentium sepultus est. De
Sig. 1047. hoc quoque Martinus erranter dicit, quod apostolice sedis fuerit invasor. Item Sigibertus: Nix tanta in
occidente cecidit, ut silvas frangeret. Item Franco scolasticus Leodiensis et scientia literarum et morum probitate
clarens, ad Herimannum archiepiscopum Coloniensem scripsit librum de quadratura circuli**. De qua re Aristotiles ait:
*Circuli quadratura, si est scibile, scientia quidem nondum est, illud vero scibile est.*

1046. Nono anno suo Henricus imperator natalem Domini Frisinghe celebravit. Ibi legati Romanorum iterum, obitum
Lamb. 1049. pape Damasi nuntiantes, successorem sibi postulabant. Quibus imperator Brunonem Tullensem[c], alia littera* Leucorum,
*Herim. 1049. episcopum, dedit. Qui Romam ab imperatore missus, cum summo honore receptus est, et in quadragesima papa ordi-
Mart. Pol. natus, Leo X. vocatus est. Iste Leo, natione Theutonicus, de Lotheris regno, papa 141., sedit annis 5, mensibus 2,
c. 161. pont. Herim. l. l. diebus 6. Hic manifestis claruit miraculis, per Henricum imperatorem electus et per Romanos approbatus et con-
secratus. Unde patet, Martinum de hoc etiam errasse, sicut et de Victore II. et Benedicto X. scripsit
Sig. 1048. erranter. Sigibertus et Egkardus: Iste Leo, Conradi imperatoris consobrinus, cum ad capessendam[d] sedem apo-
Ekk. 1048. cod. D. E. stolicam intenderet, audivit nocte voces angelorum canentium: 'Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, et non
afflictionis' etc. usque 'de cunctis locis'. Iste cum in papatu pauperem leprosum ante fores offendisset, cum secum
diligenter in lecto suo collocavit. Quem cum ostio reserato non invenisset, in paupere se Cristum recepisse obstupuit.
Hic undecumque doctissimus cantus dulci et regulari modulatione composuit de aliquibus sanctis, sancto Gregorio papa,
Sig. 1049. Cyriaco martire, Gorgonio martire et aliis. Fecit et scripsit multa alia ecclesie utilia. Item iste in Germania et Gallia
Chr. Egm. 1048. synodis canonice habitis, statum ecclesie melioravit. Item Thydericus comes Hollandie quintus apud Dordracht
occiditur. Cui, quia filios legitimos non habebat, successit frater ejus Florentius comes sextus***.

1047. Decimo anno regni sui et imperii sui anno quarto quasdam Gallie partes invasit contra Godfridum et Baldwinum
Ekk. 1049. duces. Quibus ad deditionem coactis, et regno in partibus illis pacificato, victor cum honore revertitur. Sed retro-
spicias ad septimum annum istius Henrici.

1048. Undecimo anno Henrici Leo papa Moguntiaci synodum 42 episcoporum coram imperatore Henrico et regni ejus
Lamb. 1050. principibus celebravit. Ubi dux Godfridus interventu pape et principum gratiam imperatoris obtinuit†. Item hoc
ibid. 1051. anno consecrata est ecclesia Goslariensis ab Herimanno archiepiscopo Coloniensi††. Item Egkardus: Ungarii iterum[e]
Ekk. 1050. rebellant. Quibus Gebehardus, imperatoris patruus, Ratisponensis episcopus, obviam veniens vice imperatoris, in fugam
conversos, non modica eos cede afflixit. Insuper urbem Hennenburch[f], in marchia positam, edificiis restauravit et militari
Sig. 1050. custodia muniri fecit. Ipseque summa cum laude regressus est†††. Item Sigibertus: Leo papa dum Nordmannos a
Romanorum terminis deturbare sathagit, multam calamitatem incurrit, quia cum multis etiam ipse capitur; sed tamen
Lamb. 1051. relaxari noluit, nisi et suis relaxatis††††. Item Bardo, primo monachus Fuldensis, post archiepiscopus Moguntinus,
Ekk. 1051. cod. D. E. habito sermone ad missam apud Podelburne, obitum suum instare predicens, orationi fidelium se commendavit, et eodem

* Henr. imp. natale dom. Goslar. — dedidit *ap. Corn. p. 585. 8. ann. Henr., quibusdam omissis, quibusdam alio ordine redditis, sed falso* sec. Vincent. ** Hic ergo ab — circuli *ap. Corn. p. 586. de Damaso, sed aliquot verbis additis, aliquot omissis.* *** Thyder. comes — sextus *ap. Corn. p. 586. 9. ann. Henr., sed falso* secund. Wilhelmum. † Leo papa — obtinuit *ap. Corn. p. 587. 10. ann. Henr., sed falso* secund. Egghard. †† hoc a. consecr. — Colon. *ap. Corn. p. 587. 12. ann. Henr.* ††† Ungarii iterum — regr. est *ap. Corn. p. 587. 11. ann. Henr., falso* sec. Vincent. †††† Leo papa — relaxatis *ap. Corn. l. l.*

[a] Reynesburgh 2. [b] Suitgeri *Lamb.* [c] Tholosae *Lamb.* [d] compescendam 1. [e] item 1. [f] Hennenborch 2. Heimenburg *Ekk.*

[1] falso; legatur *Lambertus*.

mense, multis clarus virtutibus, in Cristo quievit. Cujus sanctitas per multam miraculorum gratiam patuit. Henricus autem Sig. 1050.
imperator loco sui Lutpoldum prepositum Babenbergensem constituit archiepiscopum Moguntinum*. Herim. 1051.

Duodecimo anno Henrici Leo papa episcopatum suum, Leucorum civitatem, revisit. Quo etiam tempore Agnes 1049.
imperatrix imperatori filium peperit, Henricum quartum regem, 3. Ydus Novembris. Item imperator natalem Domini Herim. 1050.
Polethe celebravit. Ubi filio suo Henrico adhuc cathecumeno principes regni sui sub juramento fidem promittere fecit. Lamb. 1051. ibid. 1052.
Item imperator Nemeti vel Spire partem quadragesime, paschale vero festum Colonie demoratur. Ibique filius ejus Hen- Herim. 1051.
ricus ab archiepiscopo Coloniensi Herimanno baptizatur**. Item sanctus Theobaldus nobilis de Francia in Vin- Sig. 1050.
centia Venetie[a] reclusus, anno duodecimo conversionis sue beato fine quievit. Cujus festum celebratur pridie Kalendas Vinc. 26, 42. 28.
Junii[b]***. Item Sigibertus: Baldwinus Flandrensis, invaso Hagenoyensium comitatu, contra imperatorem rebellat. Sig. 1051.
Item Wilhelmus: Eo tempore erant due mulieres anicule in strata, qua Romam itur, in uno tugurio commorantes et uno Vinc. 26, 28.
imbute maleficio, quo hospitem, si quando solus superveniebat, in equum aut asinum aut suem mutabant. Item hoc ibid. c. 29.
anno erat Rome quidam juvenis locuples et nobilis, qui uxorem noviter duxerat et sodalibus suis frequens convivium fecerat. Post cibum itur in campum ad ludendum. Inter ludendum juvenis annulum sponsalitium digito extento statue Veneris eree, que proximo astabat, imposuit. Post ludum reposcens annulum, invenit digitum statue usque ad volam curvatum. Diuque luctatus, nec annulum eruere, nec digitum frangere potuit. Tacitusque discessit, non revelans hoc sodalibus suis. Nocte intempesta cum famulo rediens, invenit digitum statue extentum et annulum subreptum. Dissimulato dampno, revertitur ad nuptam. Et cum esset in lecto cum illa, sensit quoddam nebulosum et densum, tangibile quidem et audibile, sed non visibile[c], inter se et illam volutari. Quod, cum ille uxorem vellet alloqui, dixit: 'Mecum concumbe, quia hodie me desponsasti. Ego sum Venus, cujus digito annulum illum imposuisti, nec reddam'. Terretur ille multum. Multo itaque tempore sensit illud, quandocumque volebat cum uxore concumbere. Tandem, uxore sibi molesta pro concubito, rem detulit ad parentes uxoris. Qui Palumbo presbitero suburbano, nigromantico magno, rem pandunt. Iste autem Palumbus, multis promissis illectus, compositam epistolam dedit juveni, dicens: 'Vade illa hora noctis ad compitum, ubi quatuor vie conveniunt, et stans tacite considera. Transient ibi figure hominum utriusque sexus omnisque etatis et gradus et conditionis, et equites et pedites, quidam leti, quidam tristes. Quidquid audieris, non loquaris. Sequetur illam turbam quidam statura procerior, forma corpulentior, curru sedens. Huic tacitus epistolam tradas legendam. Statimque fiet, ut postulas'. Sicque factum est. Inter ceteros transeuntes vidit ibi mulierem ornatu meretricio, crine soluto per humeros jactato, vitta aurea constricto, auream virgam gerentem in manibus, qua mulam regebat; pre tenuitate vestium pene nuda apparebat, gestus exsequens inpudicos. Ultimus dominus turbe terribilis in juvenem oculos exacuens, ab axe superbo, smaragdis et unionibus composito, causas vie ab eo requirit. Nichil ille contra. Sed protenta manu porrigit ei epistolam. Demon notum sigillum non audens contempnere, legit scriptum. Moxque brachiis in celum elatis: 'Deus, inquit, omnipotens, quamdiu patieris nequitias Palumbi presbiteri?' Nec mora, satellites a latere suo mittit, qui annulum extorquerent a Venere. Illa multum tergiversata, vix tandem reddidit. Et ita juvenis mentis compos sine obstaculo potitus est diu suspiratis amoribus. Palumbus autem, ubi demonis clamorem ad Deum audivit de se, intellexit presignari sibi finem dierum. Quocirca, omnibus membris ultro truncatis, miserabili pena defunctus est, confessus coram
populo inaudita flagitia†. Item Wilhelmus: Cum Fulbertum episcopum Carnetensem, positum in extremis, tot visi- ibid. c. 30.
tarent, quod edium capacitas vix confluentibus capiendis sufficeret, inter oppositas catervas oculos longe rimatus, Berengarium visu quo potuit expellendum censuit, protestatus immanem demonem prope eum consistere, multosque ad eum sequendum blandiente manu et illice anhelitu corrumpere. Ecce quam clare sanctus iste predixit, Berenga-
rium hereticum futurum et multos subversurum††! De hoc vide tertium annum Henrici IV. Item Ekk. 1052.
Henricus imperator iterum Panoniam vastat. Item Hunfridus sextus Magdeburgensis episcopus obiit. ib. 1051 c E 1.

Tertiodecimo anno suo Henricus imperator natale Domini Goslare egit. Ibique quosdam hereticos, inter alia pravi 1050.
erroris dogmata de Manichei secta exsecrantes esum omnis animalis, consensu cunctorum, ne heretica scabies latius Herim. 1052.
serpens plures inficeret, in patibulis suspendi fecit. Isti comprehensi fuerunt per Godfridum ducem†††. Item Egkar- Lamb. 1053.

* Bardo — Moguntinum *ap. Corn. l. l. aliquot verbis omissis et falso* secund. Egghard. ** Agnes imperatr. — baptizatur *ap. Corn. l. l. 12. anno Henr. aliquot verbis omissis et falso* secund. Vincent. *** s. Theobaldus — Junii *ap. Corn. l. l. 10. ann. Henr.* † eo tempore erant due mulieres — flagitia *ap. Corn. p. 587. et 586. 12. et 9. ann. Henr., quibusdam additis et transpositis, sed falso* sec. Eggh. †† cum Fulbert. — subversurum *ap. Corn. p. 589. 13. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. ††† Henr. imp. nat. — ducem *ap. Corn. p. 589. 13. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh.

[a] urbe *add. Sig.* [b] Julii *Vinc.* [c] et *add.* 2.

Ekk. 1051. dus: Greci in heresim declinant multiformem. Contra quorum errores Leo papa librum scripsit firmis scripturarum
cod. D. E. testimoniis roboratum. Item Nycetas monachus Constantinopolitanus, cognomento Pectoratus, scripsit contra Romanos
Sig. 1053.
ibid. 1054. librum plenum erroris et stultitie, pretytulatum 'de azimo, de sabbato, de nuptiis sacerdotum'. Igitur Leo papa apo-
crisarios suos Constantinopolim dirigit ad errores Grecorum confutandos. Qui ut symoniaci donum Dei vendebant, ut
Valesii hospites suos castratos etiam ad episcopatum promovebant, ut Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in no-
mine sancte Trinitatis, ut Donatiste in sola Grecia orthodoxam ecclesiam esse jactabant, ut Nycolayte nuptias sacer-
dotibus concedebant, ut Severiani maledictam dicebant legem Moysi, ut Pneumatomagi professionem Spiritus sancti a
symbolo abscidebant, ut Nazarei Judaysmum observabant; parvulos morientes ante octavam a nativitate diem baptizari,
mulieres in partu vel menstruo periclitatas communicari, vel si pagane fuerint, baptizari prohibebant; de fermentato sacri-
ficabant; Latinos vocabant Azimitas, et eos nimium persequebantur, et eorum ecclesias claudebant; Romanam ecclesiam
anathematizabant, eique ecclesiam Constantinopolitanam preponebant. Igitur Nychetas coram imperatore Constantio sic
Ekk. 1052. per legatos Leonis convincitur, ut librum suum supradictum anathematizaret et incenderet *. Item Brun, qui et Leo
cf. ib. 1048. papa, Ratisbonam ad Henricum imperatorem veniens, reliquias beati Dyonisii Aryopagyte martiris, de quibus diu
dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parisiorum legatis, perspexit ibique teneri probavit, ut dictum est anno
Arnulphi imperatoris nono. Sanctumque Wulfganghum, ejusdem urbis episcopum, de tumulo levavit. Indeque
Babenberg cum imperatore transiens, privilegia ejusdem loci a cancellario suo Friderico, qui sibi postea successit, perspici
et coram imperatore populoque pronuntiari mandavit, suaque auctoritate illa confirmavit. Inde simul tendentes in partes
Reno contiguas, proximum post natale Domini Wormatie celebrabant [a] **. Retrospicias ad annum Arnulphi nonum.

1051. Quartodecimo anno suo Henricus imperator et Leo papa natale Domini Wormatie celebrant. Ipsa autem nati-
Ekk. 1053. vitatis die papa missam majorem dixit, et die sequenti jussu pape Liutpoldus Moguntinus archiepiscopus. In hujus festi
missa quidam Humbertus, unus ex dyaconibus, ob festi venerationem lectionem epistolarem decantavit. Romani qui
affuerunt papam objurgant, quod more Romano non fieret. Papa juveni mandat, ut a tali cantu cesset. Juvenis con-
tempnit. Papa iterum mandat. Sed juvenis non cessat. Papa post lectionem finitam propter contumaciam juvenem degra-
davit; pontifex Liutpoldus egre fert, sed ad horam dissimulat. Instante vero sacrificii tempore, pontifex in sede sua se
locavit, contestans, nec se nec alium quempiam completurum id officium, nisi reciperet suum ministrum. Quod ubi papa
vidit, pontifici cessit, reindutumque ministrum continuo remisit. Et sic pontifex officium exsequitur. Qua in re et pon-
tificis auctoritas et apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere contendebat, et iste
licet majoris dignitatis, metropolitano tamen in sua dyocesi cedendum perpendebat. Post hec Leo papa valefaciens
cf. Lamb. 1051. imperatori Wormatie, Romam rediit, multis cum diversarum provinciarum militibus imperiali preceptione et amicorum sub-
Ekk. l. l. ventione comitantibus. Et post pascha exercitum [ducens [b]] per Apuliam, contra Nordmannos, illius terre quondam advenas,
sed tunc possessionum apostolicarum invasores et imperii Romani hostes, pugnavit infeliciter; et infinita cede utro-
Sig. 1050. bique peracta, papa ipse cum aliis capitur ***. Sed tamen relaxari noluit, nisi et sui relaxarentur. Alibi* dicitur sic:
*Ekk. 1053. Cede peracta, papa fugit cum paucis, relinquens illic Theutonicorum [c] et Noricorum militibus optimis, et in urbe Bene-
Lamb. 1051. ventana consedit. Egkardus [1] sic: Leo de imperatore Romam rediens, abduxit secum Godfridum ducem et fra-
trem ejus Fridericum, qui postmodum Gevehardo [d] in sedem apostolicam successit, et alios quam plures, tam clericos
quam laycos, in re militari probatissimos. Quorum manu Normannis, qui Apuliam occupaverant, obvius ire parabat. In
ibid. 1053. congressu autem Lombardis statim fugientibus, et Theutonicis fere omnibus interfectis, obsessus est Leo papa in Bene-
vento. Et vix tandem post multas tribulationes obsidione liberatus, cunctos dies, quibus supervixit tante calamitati, in
luctu et merore peregit. Item Fridericus [e], frater Godfridi, cardinalis dyaconus [f], mittitur a papa legatus Con-
stantinopolim. Ubi indicta synodo, cum imperator Constantinopolitanus et patriarcha eidem obtemperare dedignarentur,
egressus urbem, sandalia sua more apostolorum publice super eos excussit. Quo facto tantum terrorem omnibus Constan-
tinopolitanis incussit, ut imperator et patriarcha cum clero et populo sequenti die, sacco et cinere obvoluti, ad eum

* Nycetas monach. Const. — incenderet *ap. Corn. p. 589. 13. ann. Henr., sed falso* secund. Vincent. *et prioribus verbis Henrici ad finem transpositis.* ** Leo papa Ratisb. — celebrabant *ap. Corn. p. 589. 14. ann. Henr., falso autem* secund. Vincent. *et aliquot verbis omissis.* *** Ipsa autem nativ. die — capitur *ap. Corn. p. 589. 14. ann. Henr., sed pluribus omissis.*

[a] celebravit 1. [b] *om* 1. 2. [c] Suevorum *Ekk.* [d] Genehardo 1. [e] Sigefridus *Corn.* *pro* card. diac. *hab. Lamb.* Romanae ecclesiae archidiaconus.

[1] falso; legatur *Lambertus.*

procederent et apostolicam auctoritatem in eo proni in terram adorarent *. Item marchio Ytalorum Bonifacius obiit. Lamb. l. l.
Cujus relictam Beatricem dux Godfridus accipiens, marcham et ceteras ejus possessiones conjugii pretextu sibi vendicavit.
Quo comperto, imperator Henricus gravi scrupulo perurgeri cepit, reputans, ne forte per eum animi Ytalorum, semper
avidi novarum rerum, ut a regno Theutonicorum deficerent, sollicitarentur **. Item Sigibertus: Leo papa Ger- Sig. 1052.
hardum, Leucorum supra se quintum episcopum, sanctitate vite mirabilem, synodo habita, auctoritate apostolica cathalogo
sanctorum asscripsit. Item Wilhelmus: Hoc etiam anno corpus Pallantis, filii Evandri, Rome integrum repertum est Vinc. 26, 34.
cum hoc epytaphio:

*Filius Evandri Pallans, quem lancea Turni*
*Militis occidit more suo, jacet hic* ***.

Quos versus non tunc factos crediderim, quamvis Carmentis litteras Latinas Latinis invenisse legatur, sed vel ab Ennio vel ab aliquo alio poeta antiquo. Hyatus vulneris, quod in medio pectoris ejus Turnus sibi fecerat, quatuor pedibus et semis mensurabatur. Ardens lucerna ad caput ejus inventa est. Quam cum nullo aspergine liquoris aut flatus violentia extinguere valerent, quidam sollertioris ingenii stilo subtus flammam foramen fecit, et mox introducto aere, ignis evanuit.
Corpus muro Romano applicatum vastitate sui magnitudinem menium vicit[a]. Sed observa, quod XI. Eneydos Virg. Aen.
dicitur, Pallantem hunc gygantem non fuisse et post mortem combustum esse. Item in Apulia X, 474 sq.
fuit quedam statua marmorea, habens circulum ereum circa caput suum, in quo scriptum erat: *Kalendis Maii oriente* Vinc. 26, 17.
*sole habeo caput aureum.* Quod quidam Sarracenus, hoc anno a Roberto Guiscardo captus, quid portenderet intelligens, cf. a. 1035.
Kalendis Maii oriente sole, notato termino umbre illius statue, fodiens reperit infinitum thesaurum, quem dedit pro sua Mart. Pol.
redemptione, ut dicit Martinus. c. 93. imp.

Quintodecimo anno Henrici Leo papa moritur, et juxta sanctum Gregorium in basilica sancti Petri magnifice 1052.
sepultus, miraculis multis claruit. Item hucusque Herimannus[1] cronicam suam abbreviavit. Item Mo- Herim. 1054.
guntie factus est conventus ab imperatore, in quo Gebehardus Eystatensis[b] episcopus ab omnibus electus Romamque Berthold. 1054.
missus, honorifice susceptus, in sequenti quadragesima in cena Domini papa 142. ordinatus, Victor II. nomen accepit.
Hic sub Henrico imperatore apud Florentiam synodum celebravit, et episcopos multos propter fornicationem et symoniam Mart. Pol.
deposuit. Tandem autem Gallias veniens, ab Henrico imperatore gloriose suscipitur, et eo presente imperator moritur c. 162. pont.
anno regni sui decimo septimo. Item hoc anno suo, scilicet quintodecimo, imperator Henricus, magno Sig. 1056.
apud Triburiam conventu habito, filium equivocum suum regem a principibus et omnibus aliis eligi eique post Herim. 1053.
obitum suum, si justus rector esset venturus, subjectionem promitti fecit. Egkardus[2] sic: Imperatoris filius Henricus Lamb. 1054.
consecratus est in regem Aquisgrani ab Herimanno archiepiscopo Coloniensi †, vix et egre super hoc impetrato consensu
Liutpoldi archiepiscopi Moguntini, ad quem propter primatum sedis Moguntine consecratio regis potissimum perti-
nere[c] videbatur[3], et quia intra dyocesim ejus consecratio hec celebranda contigisset. Secundum alios* Victor *Lamb. l. l.
anno sequenti primo sedit.

Sextodecimo anno suo Henricus imperator interpolatus a Romanis, ut antistitem sedi apostolice provideret, ut 1053.
dicit Egkardus[4], Gebehardum Eystadensem episcopum misit. Datisque clanculo litteris ad omnes, qui in Ytalia Lamb. 1054.
opibus aut virtute militari plurimum poterant, deprecabatur eos, ut ducem Godfridum, ne quid forte mali contra rempublicam machinaretur, observarent; promittebatque, se ipsum vita comite proximo anno affuturum et quid facto opus esset visurum ††. Item Fridericus, frater Godfridi, archidyaconus, rediens de Constantinopoli Romam, cum comperit, Leonem papam defunctum et alium sibi jam substitutum, statim Urbe excedens, in monasterium Cassinum se contulit, ibique deinceps Cristo sub sancte professionis tytulo militaturus. Quod factum plerique male interpretabantur. Sed alii non aliter hoc eum quam ardore fidei et tedio secularium negotiorum fecisse credebant, presertim cum eodem

* Frider. frat. Godf. — adorarent *ap. Corn. p. 590. 14. ann. Henr., sed falso* secund. Eggh. ** march. Ytalor. — sollicitarentur *ap. Corn. l. l., falso autem* secund. Sigibertum. *** corp. Pallantis — hic *ap. Corn. p. 591. 14. ann. Henr.* † Imp. Henr. magno ap. Trib. — Colon. *ap. Corn. p. 591. 15. ann. Henr., sed verba Ekkehardi cum praecedentibus conjuncta sunt; falso additum est* sec. Sigib. †† Henr. imp. interpolat. — visurum *ap. Corn. p. 592. 17. ann. Henr.*

[a] altitudinem *add.* 1. 2. *superflue.* [b] Aureatensis *Berth.* [c] pertinebat *Lamb.*

[1] Herimannus Augiensis (Contractus), nat. d. 15. Kal. Aug. a. 1013. obiit d. 8. Kal. Octob. a. 1054. Ejus chronicon pertingit ad a. 1054. [2] falso; scribatur *Lambertus.* [3] Ex Lamberto addere libet quae Noster hîc omisit: *Sed imperator potius Herimanno archiepiscopo hoc privilegium vendicabat propter claritatem generis ejus.* [4] falso; legatur *Lambertus.*

Lamb. 1055. tempore et longi itineris labore exhaustus et gravi corporis molestia pulsatus[a] diu se vivere desperaret. Item imperator legatione Romanorum comperit, opes et potentiam Godfridi ducis nimium contra rempublicam crescere in Ytalia, et nisi turbatis rebus mature consulat, ipsum quoque regnum propedie a Godfrido occupandum fore. Propter quod in Ytaliam proficiscitur, Godfridum se excusantem, quod nichil rebellionis cogitaret, et quod paratus esset pro statu reipublice et pro salute imperatoris extrema etiam omnia sustinere, imperator, accepto consilio a primoribus, crimine absolvit. Beatricem tamen, quasi per deditionem acceptam, secum abduxit, obiciens ei, quod, contractis se inconsulto nuptiis, hosti publico Ytaliam prodidisset*. Per integrum autem annum in Ytalia commoratus est imperator. Decessit hoc anno Bruno Mindensis episcopus. Qui post longam egrotationem, qua Dominus vas electionis sue in camino tribulationis transitorie purgaverat, 4. Ydus Februarii[1] beato fine in Domino requievit. Iste[2] Magdeburgensis ecclesie canonicus et Egberto marchioni consanguinitate proximus, mox ut episcopatum suscepit, omni studio inprimis sedis sue primatem ecclesiam fratrumque suorum prandium de hereditariis suis bonis benigne adauxit, et duo monasteria sancte Marie et sancti Martini, ab antecessore suo Sigiberto[3] episcopo incepta, alterum eorum, quod est sancte Marie, et opere et consecratione consummavit, sancti Martini vero ex parte devote augmentavit. Alia quoque monasteria, que sub suo jure erant, et prandia ibi Deo servientium devotus melioravit, quatenus votum suum in monasterio sancti Mauritii, quod ipse propriis expensis a fundamento construxit, eo majori fiducia postmodum expedire posset. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos benignitas, mira liberalitas erat. Sed quia quem diligit Deus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit, paralisis hunc per 5 annos decoxit, ut omnium membrorum officio destitutus in gestatoria sella famulantium manibus quo opus esset deportaretur. Successit ei in episcopatu Enghilbertus Babenbergensis canonicus, pontificalis
Lamb. 1056. modestie et gravitatis vir, etate et vite innocentia admodum reverendus**. Item Herimannus Coloniensis archiepiscopus 32. obiit. Cui successit dominus Anno prepositus Goslariensis. Qui sedit annis 20 et
cf.Gest.arch.Col semis. Iste allodium illud celeberrimum, quod dicitur Saleveld, episcopio Coloniensi adjecit***. Item quinque opulentissimas congregationes instituit. Item nullam congregationem in dyocesi
Ekk. 1055. sua sitam dimisit, quam donis suis non ampliaverit. Item fames magna fuit hoc anno.

1054. Decimo septimo anno suo Henricus imperator de Ytalia regreditur et apud Cyvois[b] villam, sitam in confinio Theu-
Lamb. 1056. tonicorum et Francorum, a rege Francorum contumeliose objurgatur. Propter quod cum exasperatus imperator singulare certamen cum eo frendens exigeret, rex Francorum proxima nocte turpi fuga lapsus in suos se fines recepit. Imperator autem Botvelden proficiscitur, ubi aliquamdiu venationi deditus, comperit, Wilhelmum marchionem et Thydericum comitem cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Lotwinos, alia littera Lutitios, miserat, male gestis rebus, occubuisse. Nec multo post ipse corporis molestia correptus, cum septem aut eo amplius diebus lecto decubuisset, diem clausit extremum. Presentes erant, quasi ad officium tanti funeris ex industria evocati, Romanus pontifex, Aquilegiensis patriarcha, Ratisbonensis episcopus, patruus imperatoris, et alii innumerabiles tam layci quam ecclesiastici ordinis dignitates. Notatum est, nulla retro majorum memoria sine publica indictione tot illustres personas in unum confluisse. Corpus ejus Spyram translatum est; et regio more celebratis exsequiis, die natalitio apostolorum Symonis et Jude, quo scilicet die etiam natus fuerat, sepulture traditum est. Regnum pro patre obtinuit filius ejus Henricus, infantulus annorum 6.[c], anno postquam in regem unctus fuerat[d] tertio. Summa tamen rerum et omnium quibus facto opus erat administratio penes imperatricem remansit †. Que tanta arte periclitantis reipublice statum tutata est, ut nichil in ea tumultus, nichil

* Imperat. legat. Roman. — prodidisset *ap. Corn. p. 592. 17. ann. Henr., quibusdam verbis mutatis.* ** Decessit hoc anno Bruno — reverendus *ap. Corn. p. 591. 16. ann. Henr., sed verba contraxit et falso addidit* secund. Egghard. *** Herimannus — adjecit *ap. Corn. l. l., sed falso* secund. Wilhelm. † Henr. imp. de Ytal. regreditur — remansit *ap. Corn. p. 592. 17. ann. Henr.*

[a] pulsaret 1. 2. [b] Cynois 1. Cinois 2. [c] 5. *Lamb.* [d] *om.* 2.

[1] d. 10. Febr. a. 1055. Erat episcopus 16. Mindensis. [2] Sequentia repetiit ex Nostro H. de Lerbeke, chron. episc. Mindens. ap. Leibn. SS. R. Brunsv. Tom. I, p. 171. Cf. Chron. Mind. ap. Meibom. I, p. 560. [5] Obiit d. 10. Octob. a. 1036. — Utrumque monasterium in urbe Mindensi situm erat.

simultatis tante rei novitas generaret. Egkardus sic: Henricus imperator audiens eos, de quibus dictum Ekk. 1056.
est, occubuisse, infirmari cepit, ab omnibus a se lesis, quibus potuit, veniam petiit, quibusdam ablata predia restituit,
omnibus etiam injuriatoribus in eum et regnum suum culpas relaxans, [filium quoque suum Henricum[a]] Romani pontificis
Victoris cunctorumque pontificum et principum regni electione regem constituit. Et sic 3. Nonas Octobris vitam presentem
in Deo finivit. Imperatrice vero regnum strenue regenti, quia rex puerulus erat, principes* aliqui, forte invidia ducti,
regem puerum matri abstulerunt, eamque a regimine regni abalienaverunt. De quorum numero fuit Anno archiepiscopus
Coloniensis. Qui puerum in loco qui dicitur Werida navi imponens, matri abduxit. Et exinde dissentiones in regno,
ecclesie perturbatio, monasteriorum destructio, clericatus despectio, totius justitie ac religionis conculcatio et cepit et
permanet. Obiit autem Henricus in Potfelde, alia littera habet in Borchvelde, anno etatis sue 39., regni Berth. 1056.
vero 17.[b], imperii 11.[c], anno dominice incarnationis 1050.[1], indictione 12.[d], et apud Nemetum, id est Spiram,
juxta patrem suum et matrem sepultus est*.

## *Capitulum 86.*

Henricus IV., filius Henrici III., imperator Romanorum a Julio 90., cepit anno mundi 5017., Urbis Ekk. 1057.
condite 1806., Domini 1055., imperii vero Theutonicorum 255., et imperavit annis 50, alia littera cod. D. E.
habet annis[e] 51. Ultimo tamen anno istius filius ejus regnare cepit. Iste cum adhuc esset infantulus, Berth. 1056.
sex videlicet etatis habens annos, a primoribus regni matri sue Agneti imperatrici commendatus est ad educandum.
Ex cronicis Saxonum: Iste multis preliis Saxones vexavit, urbem Hartisborch et monasterium
in ea construxit. Quod Saxones destruxerunt. Victoriosus in bellis fuit. Qui et ducem Saxonie
de Lunenborch, Magnum nomine, et Albertum marchionem de Ballenstede cepit et integro anno
detinuit, ita ut nullus sciret, quid de ipsis accidisset**. Sed tandem regno deturbatus, in Leodio
moritur, Henricum V. filium suum regem derelinquens.

Primo anno Henrici secundum Sigibertum Colonie generali conventu habito, Baldwinus et Godfridus mediante 1055.
papa Victore ad gratiam regis et pacem reducuntur, et omnes bellorum motus sedantur†. Item Henricus rex natale Sig. 1057.
Domini Ratisbone celebravit, presente adhuc Victore papa. Qui etiam, in Germania et aliis regni Romani partibus rebus Lamb. 1057.
multis consilio principum bene dispositis, regressus est Romam circa principium quadragesime, et post 5. Kal. Augusti migravit Ekk. 1057.
ad Cristum. Eystadensem episcopatum, quo se ille papa factus non abdicaverat, Gunzo suscepit. Item Stephanus IX., Mart. Pol.
natione Lotharinghus, frater Godfridi ducis, abbas Cassinensis, papa 143., sedit mensibus 9, diebus 17[f], et Florentie c. 163. pont.
sepultus est. Hunc universi, quidquid principum, quidquid plebis erat Rome, uno animo, una voluntate elegerunt, Lamb. 1057.
extractumque de monasterio Cassino, ubi lucerna Dei ardens et lucens sub lecto monastice quietis delitescebat, super
candelabrum apostolice sedis extulerunt. Nec quisquam sane multis retro annis letioribus suffragiis, majore[g] omnium
exspectatione ad regimen processerat ecclesie Romane. Sed tantam spem, heu! frustrata est mors immatura. Sigi- Sig. 1059.
bertus sic: Fridericus, filius Gotelonis ducis, ex clerico Sancti Lamberti septimus levita Romane ecclesie, quia exosus
erat imperatori Henrico III. pro odio fratris sui Godfridi ducis, post legationem Constantinopolitanam apud Cassinum
monachus, et postea abbas, alterato nomine Stephani Romane ecclesie presidet. Item hoc anno lapides mire magnitudinis Berth. 1057.
de celo mixti grandine ceciderunt. Item Saxones crebris conventiculis agitabant, qualiter de injuriis Henrici impe- Lamb. 1057.
ratoris se vindicantes, regnum filio ejus adhuc puerulo possent perturbare. Conjurant ergo cum Ottone, fratre Wilhelmi
marchionis mortui. Tandem casu dictus Otto cum Saxonibus et contra eos Brun et Ecbertus, patrueles imperatoris,
concurrunt. Et prima fronte Brun et Otto, pleni irarum, ambo sui tegendi immemores, tam concitatos in sese vicissim
impetus dederunt, ut uterque alterutrum primo incursu equo excussum letali vulnere transfoderent. Unde ducibus amissis,
utramque aciem diu anceps pugna tenuit. Egbertus etiam, quamquam graviter saucius, dolore tamen interempti fratris
efferatus, rapido cursu in confertissimos hostes precipitem se mittit, filium Bernhardi comitis interficit, et ceteris in
fugam versis, respublica a conventiculis et dolis Saxonum liberata est, signifero rebellionis adempto. Item

* Principes aliq. forte — est *ap. Corn. p. 593. 17. ann. Henr.* ** Iste cum adhuc esset — accidisset *ap. Corn. p. 593. 594. de Henr. IV.* † Colonie — sedantur *ap. Corn. p. 594. 1. ann. Henr. IV.*

[a] filium — Henricum *ex Ekk. recepi; om.* 1. 2. [b] 18. *Berth.* [c] 10. *Berth.* [d] 10. *Berth.* [e] *om.* 2. [f] 28. *Mart.* [g] major 1. 2.

[1] sic in codicibus. Legas (ut notissimum) 1056.

Ekk. 1057. Agnes imperatrix, mater Henrici regis, ducatum Bajoarie suscepit. Ex cronicis Flaminghorum: Hoc anno
Baldwinus comes Flandrie ab imperatore Valentianas et Walacriam in beneficio suscepit *[1].

1056. Secundo anno Henrici Podelburne Germanie civitas combusta est cum majori ecclesia. In monasterio[2] autem
Sig. 1058. monachorum Scotus quidam, Paternus nomine, monachus multo tempore reclusus, qui etiam incendium illud sepe pre-
Vinc. 26, 35. dixerat, propter propositum reclusionis exire nolens, se comburi passus est. Sigibertus sic[3]: In quadam urbe Theu-
tonica erat quidam servus Dei juxta monasterium in cellula. Cui revelatum est, quod, nisi populus per penitentiam Deum
cito placaret, infra 30 dies tota civitas incendio periret. Visio publicatur, homines non convertuntur. Ille autem pretiosa
monasterii queque jussit auferri, ut salva essent. Tandem a septem urbis regionibus subito ignis exoritur pervenitque usque
Berth. 1058. ad cellam viri Dei. Cumque rogaretur exire, noluit; sed in cellula sua combustus est **. Item Stephanus papa mo-
ritur, et Romani accepta pecunia quendam Johannem contra canones elegerunt, imperatorem infantulum non cu-
Mart. Pol. rantes. Qui se Benedictum X. nominans, sine consecratione sedit, papa 144., mensibus 9. Prius fuit Mutius
c. 164. pont. Berth. l. l. vocatus et fuerat episcopus Velleterrensis[a]. Tandem autem papatui cessit, Godfrido duce sibi violentiam inferente. Cui
cod. 1*. 2. successit Gerhardus episcopus Florentinus †. Qui dictus est Nycholaus II., papa 145., et sedit annos 2, menses 6,
Mart. Pol. dies 16[b]. Iste constituit, ut, qui tunc a symoniacis essent promoti, ministerio suo permitterentur uti; deinceps autem
c. 165. pont. quicumque a symoniacis ordinarentur, nichil tali promotione lucrarentur. Iste etiam incontinentiam presbiterorum secundum
Berth. l. l. Lamb. 1058. canones severe correxit. Egkardus sic[4]: Post Stephani pape felicem transitum sedem apostolicam protinus, incon-
sulto rege et principibus, invasit Benedictus quidam, adjutus factione popularium, quos pecunia corruperat. Romani
ibid. 1059. principes ad regem mittunt, se fidem, quam patri dedissent, filio quoad possent promittunt servaturos, eoque animo
vacanti Romane ecclesie pontificem usque ad id tempus non subrogasse; ejus super hoc magis exspectare sententiam.
Orantque sedulo, ut quem ipse velit transmittat; nichil ejus ordinationi obstare; si quis non per legitime electionis ho-
stium[5], sed aliunde in ovile ovium ascendisset. Rex, habita deliberatione, Gerhardum Florentinum episcopum, qui et
Sig. 1059. Theutonicis placuit et Romanis, pontificem designat et Romam transmittit. Et sic Benedictus exturbatur. Item Sigi-
bertus: Hoc anno in pago Bracharensi[c] juxta Tornacum multitudines colubrorum altrinsecus congregate, prodigioso
prelio inter se concurrunt. Et multis utrimque occisis, victa pars fugiens in cavo arboris se abscondit, altera pars more
vincentium insequens, cum sibilo circumstrepebat, donec circumjecto ab hominibus igne omnes cremate sunt ††.

1057. Tertio anno Henrici ecclesia Gallicana per Berengarium Turonensem turbatur. Qui secundum Sigibertum[6]
Vinc. 26, 30. asserebat, eucharistiam, quam sumimus in altari, non esse revera corpus[d] Cristi, sed figuram corporis et sanguinis
Cristi. Contra quem multum a multis et verbis et scriptis disputatum est. Inter quos domnus Guido abbas de cruce
sancti Leufredi contra eum de corpore et sanguine Domini librum edidit elegantem. Wilhelmus: Leo papa contra
eum Vercellis concilium congregavit, et post mortem Leonis Hildebrandus papa eum compulit ad sui dogmatis anathema.
Berengarius autem in fine ita resipuit, ut sine retractatione a quibusdam sanctus habeatur, plenus elemosinis et humilitate,
magnarum possessionum dominus dispertiendo, non servus abscondendo. Nullam feminam conspectui suo[e] patiebatur
admitti. Sed quamvis se correxerit Berengarius, eos tamen quos depravaverat convertere non potuit. Unde et in die
epiphanyarum moriens, producto gemitu: 'Hodie, inquit, in die apparitionis[f] sue apparebit michi dominus meus Jhesus
Cristus propter penitentiam, ut spero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad penam'. Vide annum duodecimum
Mart. Pol. Henrici III. Finem vite sue predicens Berengarius, feliciter creditur in Cristo quievisse. Cujus error et re-
c. 93. imp. tractatio ponitur in decreto de con., dist. II. c. *Berengarius* †††.
Grat. decret.
p.3, dist.2, c.42.

* Saxones crebr. conventic. — suscepit *ap. Corn. p. 594. 1. ann. Henr., sed falso* secund. Eggh. *et* secund. Wilhelm. ** Podelburne — combust. est *ap. Corn. p. 594. 2. ann. Henr., sed falso* secund. Egghard. † Romani accepta pecun. — Florentin. *ap. Corn. p. 595. de Bened. X., sed in brevius redactum.* †† In pago Brach. — sunt *ap. Corn. p. 595. de Bened. X.* ††† Ecclesia Gallicana — Berengarius *ap. Corn. p. 595. 3. ann. Henr.*

[a] Vercellensis *Mart. Pol.* [b] 26. *Mart. Pol.* [c] Brachatensi *Sig.* [d] et sanguinem *add. Vinc.* [e] sui 1. [f] aperit. 1.

[1] Haec ad annum 1007 pertinent; insulam Walchern Baldwinus demum post a. 1012. accepit. Cf. Gesta Camerac. III, 2. — Praeterea cf. Sig. 1007. Ann. Sax. 1007. [2] Benedictinorum, vulgariter dictum 'Abdinghof'. Illa traditio usque hodie apud Paderbornenses viget. [3] legatur *Petrus Damiani* aut *Vincentius*, qui ex illo haec desumpsit. [4] falso; legendum est *Lambertus*, apud quem equentia. [5] i. e. ostium. [6] Rectius legitur *Vincent.*, qui haec ex Sigib. a. 1051. et Auctar. Bellov. a. 1051. composuit.

Quarto anno Henrici secundum Elymundum[1] cometes longos et flammeos crines per inane ducens apparuit. 1058.
De quo quidam monachus Malmesberie, Elvernis nomine: 'Venisti, inquit, venisti multis matribus lugende. Dudum est, Vinc. 26, 35.
quod te vidi. Sed nunc multo terribiliorem te intueor patrie hujus excidium minantem'. Monachus iste fuit litteris bene imbutus, evo maturus. Qui immanem audaciam in juventute sua conatus fuit. Nam pennas manibus suis et pedibus nescio qua arte innexuit, ut Dedali more volaret, fabulam amplexus pro veritate. Collectaque a summo turris aura, spatio stadii unius et plus volavit. Sed venti et turbinis violentia, simul et temerarii facti conscientia tremulus cecidit, perpetuo post hec debilis, crura effractus. Causam vero ruine sue dixit ipse esse, quod caudam in posteriori parte oblitus fuit aptare*. Item Henricus rex Francorum obiit. Post quem Phylippus, filius ejus, Francorum 36., regnavit in Sig. 1060.
Francia per annos 49. In cronicis Francorum dicitur: Regnavit annis 40. Istius uxor Berta fuit, Baldwini comitis Hollandie filia et Roberti comitis Flandrensis soror. Iste Phylippus emit Bituricas a quodam milite nomine Harpino precio 60 milia solidorum, et alia multa occupavit**.
Item Sigibertus: Eo tempore Marianus cronographus claret. Qui a Scotia Coloniam veniens et monachus factus, Sig. 1061.
primo apud Fuldam, postea apud Moguntiam reclusus est.

Quinto anno Henrici secundum Wilhelmum videbatur a multis in confinio Normannie et Britannie portentum in 1059.
una, vel potius duabus mulieribus. Duo erant capita et quatuor brachia, cetera gemina omnia usque ad umbilicum, Vinc. 26, 38.
inferius omnia singula. Ridebat, comedebat, loquebatur una, flebat, esuriebat, tacebat altera; ore gemino manducabat, sed uno meatu degerebat. Una defuncta, supervixit altera pene triennio, mortuam portans, donec et pondere molis et nidore cadaveris defecit. Putatum est a quibusdam et litteris traditum, quod hee due mulieres Angliam et Normanniam significarent. Que quidquid pecuniarum avidis faucibus sorbuerunt, in unam lacunam[a] defluxit; que est vel principum[b] avaritia, vel circumpositarum gentium ferocia. Mortuam et pene exhaustam Normanniam ingens pecuniis sustentat Anglia, donec et ipsa fortassis exactorum violentia succumbat***. Item hoc anno Florentius comes Hollandie sextus in loco Chr. Egm. 1061.
qui dicitur Hamerche dormiens ab inimicis suis occupatur, et incautus occiditur, et in Ekmunda sepelitur. Cui successit Thydericus, filius ejus†, comes septimus. Item imperatrix Agnes, adhuc nutriens filium suum, regni negotia per se ipsam Lamb. 1062.
curabat, utebaturque plurimum consilio Henrici Augustensis episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, fama jactitante, quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent familiaritatem. Principes igitur ea re offensi, et regni administrationem ad se transferre et matrem a puero distrahere satagentes, crebra conventicula faciunt, animos popularium adversus imperatricem sollicitant. Ad ultimum archiepiscopus Anno, communicatis cum Ecberto comite et Ottone duce Bajoariorum consiliis, navigio per Renum ad locum qui dicitur sancti Swiberti insula venit, ubi tunc rex erat. Qui dum quadam die post sollempnes epulas esset hylarior, hortari eum cepit archiepiscopus, ut navem quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Quam cum ingressus esset, repente remiges insurgunt, remis incumbunt, navem dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex necem sibi paratam arbitratus, in flumen se precipitem dedit; citiusque aqua violentior eum suffocasset, nisi Egbertus comes, dato post eum saltu, periclitantem, ipse quoque non minimum periclitatus, vix et egre morti eriperet et navi restitueret. Exinde blanditiis quibus poterant delinitum Coloniam perducunt. Cetera multitudo per terram subsequitur, criminantibus plurimis, quod regia mayestas violata suique inpos facta foret. Ex cronicis sic: Henricus rex apud Trajectum inferius, urbem Fresie, Berth. 1062.
pascha cum matre sua celebravit. Item Anno archiepiscopus Colonie Agrippine, annuentibus quibusdam regni principibus, Henricum regem cum lancea et aliis regni insignibus a matre vi abreptum secum Coloniam adduxit ††.

Sexto anno Henrici Nycholao papa defuncto, Romani Henrico regi coronam et alia munera mittentes, de electione 1060.
pape interpellabant. Qui generali habito Basilee concilio, imposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum Berth. 1061.
est appellatus. Deinde communi omnium consilio Romanorumque legatis eligentibus Chadelo Parmensis episcopus cod. 1*. 2.
7. Kal. Novembris papa eligitur et Honorius appellatur. Sed papatum numquam possedit, quia 27. die ante istius

* Cometes longos — aptare *ap. Corn. p. 596. 4. ann. Henr., sed falso* secund. Egghard. ** Henric. rex Franc. — occupavit *ap. Corn. p. 596. 4. ann. Henr., sed falso* secund. Wilhelm. *** Videbatur — succumbat *ap. Corn. p. 591. 17. ann. Henr. III., sed quibusdam mutatis et falso* secund. Sigibert. † Florent. comes — ejus *ap. Corn. p. 591. 16. ann. Henr., sed falso* secund. Wilhelm. †† imperatr. Agn. — adduxit *ap. Corn. p. 598. 5. ann. Henr., sed aliquot verbis transpositis et erroribus illatis; et falso* secund. Vincent. *et* Sigibert.

a lasciviam 1. 2. b principium 1.

1 *Helinandum* legas.

electionem Lucanus episcopus nomine Anselmus a Normannis et quibusdam Romanis papa 146. est ordinatus et dictus
Mart. Pol. Alexander II. Sedit autem annis 11, mensibus 6, diebus 16[a]. Chadelo autem cum magno exercitu bis Romam veniens,
c. 166. pont. violenter voluit obtinere[b] papatum, sed non potuit. Et Henricus rex, quia adhuc puer, ipsum non juvit. Martinus dicit sic: Hic cum esset Lucanus episcopus, concorditer a cardinalibus est in papam electus. Contra hunc
Cadulus, Parmensis episcopus, fere ab omnibus Lombardie episcopis in papam eligitur, asserentibus, papam eligi non
Berth. 1061. debere, nisi de paradyso Ytalie *. Iste Alexander satis strennue symoniacam heresim destruxit, ministris altaris cum
cod. 1*. 2. conjugibus coire juxta canonum statuta cum excommunicatione interdixit, ipsosque laycos presbiterorum aperte inconti-
Sig. 1064. nentium officia audire per bannum inhibuit, sicque eorum incontinentiam satis prudenter refrenavit. Sigibertus dicit,
quod longa inter hos duos de papatu concertatio fuit, et etiam usque ad homicidia prorupit. Tandem anno istius
ibid. 1067. Henrici undecimo hiis duobus de papatu contendentibus, Mantue synodus colligitur. Et mediante Annone Coloniensi
archiepiscopo, Alexander se jurejurando de symonia expurgans, in sedem apostolicam subrogatur, Chadhelo ut symoniacus
Lamb. 1063. repudiatur **. Egkardus[1] sic: Nycholaus papa moritur. In cujus locum rex Parmensem episcopum substituit et
Romam per Buconem Halberstadensem episcopum mittit. Cui redeunti pro premio bene curate legationis pallium dedit
et alia quedam archiepiscopatus insignia. Quod archiepiscopus Moguntinus ad obfuscandum sui prioratus fastigium factum
interpretatus, indignissime tulit. Sed per archiepiscopum Coloniensem intervenientem satisfactione accepta, quievit in-
dignatio ejus. Item rex pentecosten Goslarie celebravit. Ubi cum ad vespertinalem synaxim rex et episcopi convenissent,
tumultus exoritur, abbate Fuldense volente juxta archiepiscopum Moguntinum proximo loco sedere, et episcopo Hilden-
semensi, in cujus dyocesi Goslaria includitur, volente[c] propter hoc illud privilegium habere. Multi vulne-
rantur, multi truncantur et occiduntur. Episcopus altum quid conscendens, hortatur suos, ut fortiter preliantes ne religione[d]
ibid. 1062. quidem loci, ecclesie et altarium, ab armis terreantur, sue auctoritatis tytulum et permissionis obtendens***. Wilhelmus
marchio Turinghorum moritur. Cujus marcham Otto, frater ejus, obtinuit. Sed beneficia Moguntini episcopatus aliter
obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et ceteros Thuringhos ut
idem facerent coacturum. Que res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringhis factum ejus[e]
et asserentibus, mori se malle quam patrum suorum legitima et libertatem amittere ****.

1061. Septimo anno Henrici Enghelbertus septimus archiepiscopus Magdeburgensis obiit†. Item Robertus, junior filius
Ekk. 1063. Baldwini comitis Flandrie et frater Baldwini III., Gertrudim comitissam, relictam Florentii comitis Hollandie, sibi matri-
cod. E. 1. monialiter copulans, comitatum Hollandie et Frisie per ipsam obtinuit††. Item Egkardus[2]: Adelbertus Pre-
Chr. Egm. 1063. mensis archiepiscopus, ab archiepiscopis Coloniensi et Moguntino in partem consilii assumptus, sepius colloquendo cum
Lamb. 1063. rege, obsequendo etiam et assentando, ita sibi eum devinxit, ut, ceteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur
et ipse in regno quasi monarchyam usurpare videretur. Secundus post eum fuit Wernerus comes. Isti duo pro rege
imperabant. Ab hiis episcopatus et abbatie, ab hiis quidquid ecclesiasticarum, quidquid secularium dignitatum est,
emebatur. Nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, spes adipiscendi honoris ullius erat, quam ut hos
prius ingenti profusione[f] pecuniarum suarum redemisset. Isti etiam primo predia monasteriorum fautoribus suis, prout
libitum fuit, distribuebant. Post etiam monasteria inter se partiebantur, rege ad omnia que jussus fuisset puerili facilitate
annuente. Igitur Bremensis archiepiscopus occupat duas abbatias, Corbeyensem et Laurensem. Et ne illud invisum esset
ceteris regni principibus, dedit archiepiscopo Coloniensi duas, Malmendren et Endan, Moguntino archiepiscopo unam in
Salegenstad, Ottoni duci Bajoariorum unam in Altaha, Rodolfo duci Suevorum unam in Kembeten†††.

1062. Octavo anno Henrici Sygifridus episcopus[g] Moguntinus, Guntherus episcopus Babenbergensis[h], Wilhelmus episcopus
Ekk. 1064. Trajectensis aliique quam plures presules vel nobiles multo comitatu usque ad septem millia orandi voto Ierosolimam
Sig. 1065.

* Nycholao papa — Ytalie *ap. Corn. p. 599. 6. ann. Henr. et de Alexandr. II., sed aliquot omissis, aliquot transpositis, aliquot additis verbis, et falso* sec. Egghard. ** Alexand. satis strennue — repudiatur *ap. Corn. p. 599. de Alex. II.* *** rex pentec. Goslarie — obtendens *ap. Corn. p. 599. de Alex. II., sed falso* secund. Egghard. **** Wilh. march. Tur. — amittere *ap. Corn. p. 600. 7. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. † Enghelbert. — obiit *ap. Corn. p. 601. 8. ann Henr.* †† Robertus — obtinuit *ap. Corn. p. 600. 7. ann. Henr., sed falso* secund. Wilhelm. ††† Adelbert. Premensis — Kembeten *ap. Corn. p. 601. 8. ann. Henr., sed falso* secund. Egghard.

[a] 25. *Mart. P.* [b] habere 2. [c] volenti 1. 2. [d] religioni 1. 2. [e] est 1. 2. [f] previsione 1. 2. [g] archiepiscopus 2. *Corn.* [h] babēgn̄ 1.

[1] falso; scribatur *Lambertus*, qui sequentia praebet. [2] falso; scribatur *Lambertus*, qui sequentia narrat.

petentes, ab Arabicis et barbaris in parasceve in quodam castello obsessi sunt, et tot occisi aut vulnerati, ut vix duo Lamb. 1065.
millia sint reversi*.
Nono anno Henrici Arnulphus Wormatiensis episcopus obiit. Successitque Adalbero monachus ex monasterio 1063.
sancti Galli, frater Rudolfi ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus spectaculo. Erat enim fortitudinis Lamb. 1065.
magne, edacitatis nimie, crassitudinis tante, quod aspicientibus horrorem magis induceret quam admirationem. Nec ita
centimanus gygas aut aliud antiquitatis monstrum, si ab inferis emergeret, stupentis populi oculos in se atque ora con-
verteret. Item hoc etiam anno rex Wormatie, que dicitur civitas Wangionum, pascha celebravit. Ubi archie-
piscopus Premensis Adelbertus inter sacra missarum sollempnia, dum debitum tante festivitati sermonem faceret, hominem
ab infestatione demonis purgavit, fusis pro eo tam suis quam totius populi qui aderat precibus. Ea res grandi miraculo
cunctis erat, quod vir tam pessime in populo existimationis, qui vitam virtutum non haberet, signa virtutum faceret.
Sed emuli ejus hoc invidiose interpretabantur, non meritis ejus, sed presentium populorum, ascribendum esse tante rei
effectum. Item ibidem tunc per concessionem ejusdem archiepiscopi primum se rex arma bellica succinxit. Statimque
in archiepiscopum Coloniensem ferro et igne preceps abisset, nisi imperatrix occurrisset. Inter cetera id potissimum ei
invidie erat, quod ante aliquot annos, dum imperatrici jus regni rerumque gubernacula eripere vellet, ipsum regem pene
in ultimum discrimen precipitasset**.
Decimo anno Henrici archiepiscopi Moguntinus et Coloniensis, egre ferentes familiaritatem nimiam archiepiscopi 1064.
Bremensis Adelberti cum rege, crebra conventicula faciunt, et tandem, adulta jam conspiratione, diem generalis colloquii Lamb. 1066.
omnibus indixere regni principibus, ut Triburiam[a] venientes archiepiscopum Premensem, communem omnium hostem,
communibus omnes studiis oppugnarent. Statuta igitur die affuit et rex. Sed tristis in regem omnium vultus, tristis erat
sententia, ut aut regno se abdicaret aut archiepiscopum Premensem a consiliis suis atque a regni consortio amoveret.
Tergiversanti et quid potius eligeret hesitanti et anxio tandem visum est, archiepiscopum Bremensem dimittere.
Eicitur igitur Adelbertus archiepiscopus contumeliose cum omnibus suis fautoribus. Misit tamen rex cum eo amicorum suorum
non modicam manum, ne scilicet ab emulis suis insidias in via pateretur. Et sic iterum rerum publicarum administratio
ad episcopos rediit, ut singuli suis vicibus, quid regi, quid reipublice opus esset, previderent. Item hoc anno Gest. arch. Col.
dominus Anno Coloniensis archiepiscopus et pius pater monachorum sancti Mychahelis mona-
sterium in monte Sybergo situm, a se constructum, consecravit†. Item Egkardus[1]: In festis Lamb. 1066.
paschalibus per 11[b] fere noctes continuas cometa apparuit. Quo in tempore atrox et lacrimabile prelium factum est in
partibus aquilonis. Siquidem Harwich Noricorum[2] rex cum mille pene navibus venit in Angliam regnaturus, et in urbe Sig. 1066.
Eboraco plus quam mille laycos et centum presbiteros de Anglis occidit. Cui Araldus rex Anglorum cum 7 legionibus
superveniens, eum cum multis occidit. Interim Wilhelmus comes Normannorum cum Francis Angliam intrat, et conserto
cum Anglis prelio, Araldum cum multis millibus perimit, et regnat in Anglia annis 26. Iste Wilhelmus fuit filius Vinc. 26, 39.
Roberti, filii Rychardi secundi comitis Normannorum ex concubina. Qui priusquam nasceretur, vidit mater ejus intestina
sua per totam Angliam et Normanniam extensa. Quo figurabatur pueri futura magnitudo. Natus vero jam ut terram
attigit, ambas manus junco, quo pavimenti pulvis cavebatur, implevit stricteque corripuit[c] et pugnans; unde obstetrix
exclamavit, eum regem futurum. Cum autem adolevit, a Henrico rege Francorum militie insignia suscepit. Duxitque uxorem
Methchildem, filiam Baldwini comitis Flandrie. Comes fuit annis 30 in Normannia. Huic Alexander papa vexillum ibid. c. 41.
in omne regnum Anglie misit. Cumque mare transisset, in egressu navis pene lapsus, audivit acclamari sibi a proximo
milite: 'Tenes Angliam, comes, rex futurus'. Aroldus rex Anglie a bello, quo regem Noricorum devicerat, revertebatur.
Cui Wilhelmus monachum legatum misit tria ferentem, ut scilicet Aroldus vel regno secundum conditiones discederet,
vel sub eo regnaret, vel certe spectante utroque exercitu gladio rem ventilarent. Aroldus legatum nec responso dignatus,
turbide[d] abegit. Noctem illam Angli in potibus et cantibus insompnem duxerunt[e]. Normanni vero confitentur et mane
corpori dominico communicant. Comes arma poscens, casu loricam inversam induit. Quem casum risu corrigens: 'Vertetur,
inquit, comitatus meus in regnum'. Utrimque igitur atrociter pugnatur. Angli tot Normannos stravere, ut fossatum

* Sygifrid. episc. — reversi *ap. Corn. p. 601. 8. ann. Henr.* ** Arnulph. Wormatiensis — precipitasset *ap. Corn. p. 602. 9. ann. Henr., sed falso* secund. Sigib. *et* sec. Egghard. † archiepiscopi Moguntinus — consecravit *ap. Corn. p. 602. 603. 9. ann. Henr., sed falso* secund. Sigib.

[a] Tributariam *corr.* Triburiam 1. Tributarioon 2. Tributariam *Corn.* [b] 14. *Lamb.* [c] *ita* 1. 2. quod corripuerat conpugnans *Vinc.* [d] turbine 1. 2. [e] auxerunt 1.

[1] falso; ponatur ***Lambertus***, apud quem sequentia reperis. [2] ***Harwich Nordanymbrorum rex.*** Vinc. 26, 38. Est Haraldus Norwegiae rex quem dicunt Haarderaade.

Vinc. l. l. quoddam cumulo cadaverum implentes ipsum campi planitiei coequarent. Aroldus a longe ictu sagitte in cerebro per-
cussus occubuit. Jacentis femur unus militum gladio proscindens, ignominie notatus est a Wilhelmo et militia pulsus.
Idem Wilhelmus ea die, discurrendo, pugnando et exhortando, tres equos sub se confossos amisit. Pugnatur usque ad
noctem. Nichil sanguinis e corpore ejus[a] tractum est, quamvis jaculis multis inpeteretur. Corpus regis Aroldi matri
repetenti remisit sine pretio, licet illa multa per legatos obtulerit. Die natalis Domini coronatus est ab Alredo Eboracensi
archiepiscopo, nolens benedictionem accipere a Stigando Cantuariensi, quia non legitime factus erat archiepiscopus.
Vexillum regium Aroldi Romam misit ad papam, quod erat in hominis pugnantis figura auro et lapidibus arte sumptuosa
contextum. Urbem Oxoniam rebellantem subegit levi negotio, parte muri ultro cadente et ingressum illi dante. Quam
partem ille audacius assiliit, protestans homines irreverentes auxilio Dei deiciendos, quia unus eorum super muros
Ekk. 1066. stans nudato inguine auram sonitu inferioris partis turbaverat in contemptum Normannorum*. Egkardus dicit
breviter sic: Hoc anno Anglia per Wilhelmum Normannum miserabiliter afflicta tandemque subacta, ipse rex ejus
effectus est. Qui mox pene omnes regni ejusdem presules exilio, nobiles vero morti destinavit, mediocres autem suis
militibus in servitutem, et uxores indigenarum universorum advenis in matrimonium subjugavit.

1065. Undecimo anno Henrici Reynerus Misnensis episcopus obiit. Cui Craht prepositus Goslariensis substituitur. Qui
Lamb. 1066. dum suscepto episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculum, ubi thesauros suos, quorum nimius amator
erat, nullo conscio infoderat, quasi paululum requiescere volens, sese inclusit. Cumque jam die vergente in vesperam
preter consuetudinem suam sompno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii, pulsare ostium ceperunt. Et
nullo accepto responso, tandem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus, colore tetro, exanimem,
ibid. 1067. ipsis thesauris suis miserabilem in modum incubantem. Item Otto marchio Thuringhorum obiit, gaudentibus admodum
in morte ejus omnibus Thuringhis, eo quod ipse primus ex principibus Thuringhorum decimas de suis in Thuringia
possessionibus dare consensisset ac per hoc calamitatem maximam genti sue invexisse videretur, ut anno sexto[b]
ibid. 1073. dictum est. Sane archiepiscopus Moguntinus instinctu regis animatus synodum indixit in Erpesford 6. Ydus Martii.
Ubi post longam concertationem Thuringhi metu regis potius quam justitia devicti, decimas in reliquum tempus absque
retractatione dare professi sunt. Abbates etiam Fuldensis et Herosveldensis decimas, sed cum bono moderamine,
dare se in posterum obligaverunt**.

1066. Duodecimo anno Henrici Hillebrandus cardinalis, qui post Gregorius papa factus est, cum esset legatus in Gallia
Mart. Pol. et in concilio contra multos symoniacos processisset, cum contra unum episcopum infamatum procedere vellet, et ille
c. 94. imp. testes, qui accusaverant eum, pretio corrupisset, dixit legatus in concilio: 'Cesset judicium humanum, producatur in
medium oraculum divinum. Cum certum sit, quod episcopalis gratia sit donum Spiritus sancti, et quisquis episcopatum
mercatur, facit contra Spiritum sanctum, si tu contraSpiritum sanctum non fecisti, dic: 'Gloria patri' etc. usque 'sancto'.
Quod ille intrepidus incipiens, cum 'Gloria Patri et Filio' dixisset, nullatenus 'et Spiritui sancto' dicere potuit, frequentius
etiam repetendo. Sed postquam de episcopatu ejectus est, tunc illud plene dixit***.

1067. Tertiodecimo anno Henrici Agnes, mater ejus, tedio affecta vel potius divinitus compuncta, ducatum Bajoarie
Ekk. 1069. deposuit, et regni gubernacula penitus contempnens pro Cristo, Romam se contulit. Ibique dignis penitentie fructibus mira
inserviens humilitate, post aliquot annos in Domino presentem vitam finivit †.

1068. Quartodecimo anno suo Henricus rex, adolescentie sue seductus errore, legitime conjugis sue obliviscitur, et tam
Berth. 1068. nefandis criminibus involutus esse diffamatur, ut etiam principes ejus eum regno privare molirentur. Archiepiscopus
autem Coloniensis offensus hiis que plurima preter equum et bonum fiebant, in palatio administrationem rerum publicarum
Ekk. 1068. resignavit. Et ubi se episcopus in sua recepit, rex Henricus, tamquam severissimo pedagogo liberatus et
adolescentie sue usus levitate[c], statim in omnia genera vitiorum, ruptis omnibus modestie et temperantie
frenis, precipitem se dedit. Saxoniam solam ex omni imperio Romano cepit incolere, principes despicere, nobiles
opprimere, inferiores sustollere, venatibus, lusibus ceterisque talibus exercitiis plus quam justitiis faciendis operam dare,
filias illustrium quibuslibet obscure natis conjugare, privata presidia, nimirum principibus regni non satis fidens, in-
Berth. l. l. stituere. Montes enim plurimos colliculosque Saxonie et Thuringie castellis munitissimis exstruxit presidiumque im-
posuit. Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, ut ex proximis villis et agris hostili more agerent, et

* Harwich Noricorum rex — Normannorum *ap. Corn. p. 603. 604. 9. ann. Henr., sed falso* secund. Egghard. ** Reynerus Misnensis — obligaverunt *ap. Corn. p. 604. 10. ann. Henr., sed aliquot verbis omissis, et falso* secund. Egghard. *et* secund. Vinc. *** Hillebrand. card. — dixit *ap. Corn. p. 604. 11. ann. Henr., falso autem* secund. Sigib. † Agnes — finivit *ap. Corn. p. 605. 12. ann. Henr., sed falso* secund. Sigib.

[a] *om.* 2. [b] septimo 1. 2., *sed falso.* [c] libertate *Ekk.*

ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent et impensas affatim conjectare et per se ipsos servili con-
ditione desudare. Hiis discordie seminariis contigit, regi quam plurimos insidiatores tam vite quam regni succre- Ekk. 1068.
scere *. Item hoc anno dux Lotharinghorum Godfridus, omnibus pene terris magnitudine rerum suarum gestarum Lamb. 1070.
compertus et cognitus, obiit. Cui filius ejus Godfridus [a] successit. Item augustissimum in Quedelingheborch templum
cum omnibus attiguis sibi edificiis, incertum divina ultione an fortuita calamitate, succensum et in cineres redactum ibid. 1069.
est. Item Henricus rex Bichelinghen et Schedinghen castra destruit **.

Quintodecimo anno Henrici Luppoldus quidam sibi karissimus cujus opera et consiliis familiarissime uti solitus 1069.
erat, lapsus caballo, proprio mucrone transfoditur, et ilico exspiravit. Quod intollerabili dolore et mestitia regem confecit. Lamb. 1071.
Statimque Hersveldiam, quia prope erat, reportatum in medio ecclesie cum magni funebris officii pompa sepelivit. p. 185.
Triginta quoque mansos pro anima ejus monasterio contradidit in loco qui dicitur Mertenefeld. Notatum autem est, hunc ipsum gladium fuisse, quo famosissimus quondam rex Hunorum Atyla in necem cristianorum et in excidium Galliarum debachatus fuerat. Hunc enim regina Ungariorum, mater Salomonis regis, Ottoni duci Bayoariorum dono dederat, quia eo suggerente rex Henricus Salomonem filium suum regno paterno restituerat, et per Ottonem marchionis filio Theci [b], et Theci perempto, regi, et per regem Luppoldo hic ensis obvenerat. Legitur autem de hoc gladio in gestis Gothorum, quod Martis quondam fuerit, quem bellandi presidem et militarium armorum primum repertorem gentiles mentiebantur, eumque post multa tempora pastor quidam in terra leviter absconsum deprehenderit ex sanguine bovis, cujus pedem, dum in gramine pasceretur, vulneraverat [c], isque eum Atyle regi detulerit, divinatumque illi fuerit omnium tunc temporis aruspicum responsis, quod gladius idem quondam Martis fuerit et quod ad interitum orbis terrarum atque ad pernitiem multarum gentium esset fatalis. Quod oraculum verum fuisse, hodie quoque testantur excidia multarum nobilium civitatum Gallie in tantum, ut gladius ipse vindex ire Dei sive [d] flagellum Dei etiam a barbaris dicere-
tur. Item Anno Coloniensis archiepiscopus, expulsis de Salefeld canonicis, vitam illic instituit monasticam, missis eo de ibid. p. 187.
Sygeberg et de Sancto Pantaleone monachis †. Eo tempore quorundam pseudomonachorum privata ignominia nomen ibid. p. 189.
monachorum vehementer infamavit. Illi enim, obmisso studio divinarum rerum, totam operam pecuniis et questibus insumebant. Illi pro abbatiis et episcopatibus aures principum importune obtundebant, et per ambitionis preruptum et male partarum pecuniarum profusionem grassabantur ad ecclesiasticas dignitates, seculares etiam emptores largitionis sue immoderantia excludentes. Nec venditor tantum audebat exposcere, quantum emptor paratus erat [e] exsolvere. Mirabatur mundus, unde iste fluvius scaturiret pecuniarum, unde Cresi [e] et Tantali opes in privatos homines congeste fuissent, et eos potissime homines, qui crucis scandalum et paupertatis tytulum preferrent et preter simplicem victum et vestitum nichil rei familiaris habere se mentirentur [f]. Ista dominici agri zizania, hec vinee Dei arida sarmenta et stipula eternis ignibus preparata totum sacri gregis corpus quasi tabo quodam infecerant ††.

Sextodecimo anno Henrici Adelbertus archiepiscopus Premensis, ante paucos annos de palatio turpiter ejectus, 1070.
nunc primus in palatio fuit, omnibus emulis suis vel mitigatis vel triumphatis, et solus rege fruebatur, receptus Lamb. 1072.
non modo in gratiam et familiaritatem, sed pene in regni consortium et omnium que publice vel privatim erant agenda societatem. Ita regem callidis surreptionibus suum fecerat. Sed hic morbo et etate exhaustus, cum diu per exquisitissimas medicorum operas morti obluctatus fuisset, quasi naturam arte eludere posset, 16. Kal. Aprilis debitum humane conditionis exsolvit, et pertinacibus odiis hominum, quod numquam potuerat vivendo, aliquando satisfecit moriendo. Erat plane vir admirande compunctionis, et potissimum, dum salutarem Dei hostiam offerret, totus in lacrimas effluebat. Virgo quoque, ut ferebatur, ab utero matris permanebat. Corpus ejus de Goslaria Bremam delatum et sepultum est. Item rex archiepiscopum Coloniensem exorat, ut post se rerum publicarum administrationem susciperet. Diu ille restitit petenti, partim memoria veterum injuriarum, partim quia homo totus in Deum suspensus divinis quam secularibus negotiis implicari maluisset. Superatus tamen, eo moderamine, ea industria atque auctoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, pontificali eum an regio nomine digniorem judicares, atque in rege ipso, qui incultu atque desidia preceps ierat, paternam virtutem et paternos mores brevi exsuscitaret. Item rex Aquisgrani profectus, sanctum Speum con-

* Henricus rex adolesc. — succrescere *ap. Corn. p. 605. 13. ann. Henr., sed in fine aliquot verb. omiss., et falso* sec. Vinc. ** dux Lotharingh. Godfrid. — destruxit *ap. Corn. p. 605. 606. 14. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib., sec. Eggh. *et* sec. chronic. Saxon. † Luppold. quidam sibi — monachis *ap. Corn. p. 606. 15. ann. Henr., sed falso* sec. chronic. Saxon. *et* sec. Sigib. †† Eo tempore quorundam — infecerant *ap. Corn. p. 602. 9. ann. Henr., sed aliquot verbis mutatis, et falso* sec. Vinc.

[a] Gozelo *Lamb.* Gotofridus qui et Gozelo *hab. plura manuscripta Lamberti.* [b] Dedi *Lamb.* [c] vulneraverit 1. 2. [d] sū 1. [e] *Verba* erat exsolvere — Grandimonte *(a. 1074.) desunt in* 1. *propter folium excisum.* [f] mentiretur 2.

fessorem et brachium justi Symeonis, cujus mentio est in ewangelio, et capud Anastasii monachi et martiris aliorumque
Ekk. 1072. sanctorum reliquias ibi accepit atque in Hartesborch transtulit. Item rex Ottonem ducem Bayoarie, quem Henricus[a]
ducatu privaverat, sibi rebellantem, usquequaque persequitur, munitiones ejus quam plures destruit, predia vastat
et ut hostem verum reipublice omnino delere conatur. Econtra ille militibus electis instructus, ipse quoque manu for-
tissimus et animo efferatus, quia regiis copiis confligere non poterat, nunc preda, nunc flammis, nunc ferro, quacumque
se sors obtulit, injurias suas ulcisci satagebat. Ipso denique mediante, non cessat gens Saxonum, ut est animis acris
et amara, conjurationem adversus regem unanimi conspiratione confirmare, accusationes blasphemias infinitas et inauditas
ad sedem apostolicam in illum referre, socios quoque sibi ex omni regno Theutonico litteris et nuntiis asciscere. Nam
primo Sigifridum Moguntinum archiepiscopum, Adelbertum Wormatiensem, Adelberonem Wirziburgensem, Ghebehardum
Salzeburgensem aliosque quam plures presules, indeque per ipsos etiam papam Alexandrum sibi fautores efficiunt.
Quidam quoque summe sanctitatis virum Annonem archiepiscopum Coloniensem conjurationis ejusdem conscium asserunt.
Mart. Pol. Quorum insidiis territus rex, Saxonia cessit et in aliis partibus regni rebus agendis institit*. Martinus: Eodem tempore
c. 163. pont. Normanni, qui in prejudicium pape Apulie regnum occupaverant, fines Campanie devastabant. Quos dux Spoletanus
Gotfridus et comitissa Mechtildis expulerunt. Hec Mechtildis fuit potentissima, in tantum etiam, quod cum imperatore
congressum bello durissimum habuit. Fuit et ditissima, et totum patrimonium suum super altare beati Petri obtulit. Quod
usque in diem hanc patrimonium sancti Petri dicitur **.

1071. Decimo septimo anno Henrici Anno Coloniensis archiepiscopus et Hermannus episcopus Babenbergensis Romam
Ekk. 1073. missi sunt, causa congregandorum, que regi debebantur. Qui, legatione peracta, litteras Alexandri pape detulerunt regem
vocantes ad satisfaciendum pro symoniaca heresi et aliis quibusdam ad papam delatis. Post hec Saxones multa presidia
construunt — paucas enim adhuc munitiones habebant —, insuper omnia castella, que rex edificaverat, funditus evertunt.
Inter que precipuum illud castrum Hartesborch diruunt, monasterium et claustrum canonicorum, quod ibi erat, audacter
furentes, solotenus deiciunt, et quod dictu nefas est, innocentis cujusdam filii regis ibidem sepulti ossa in contumeliam
Vinc. 26, 43. patris de sepulchro proiciunt. Item Alexander papa Lanfranco archiepiscopo Cantuariensi Romam venienti dignanter
assurrexit, professus, se illud insigne reverentie detulisse non honori archiepiscopi, sed amori magistri. Item duobus
Sig. 1073. fratribus Russorum regibus de regno contendentibus, alter eorum a consortio regni pulsus, interpellabat Henricum impe-
ratorem, se et regnum Russorum ei submittens, si ejus auxilio regno restitueretur. Sed id frustra fuit, quia gravissima
Ekk. 1074. in imperio Romano dissensio, de qua dictum est, monebat magis sua tueri, quam acquirere aliena †. Item beate
Sig. 1073. memorie Alexandro papa defuncto, Hillebrandus professione monachus et archidiaconus Romanorum, natione Tuscus, qui
Mart. Pol. et Gregorius VII. dictus est, papa 147., sedit annis 12, mense 1, diebus 4. Istius prudentia non solum in Ytalia,
c. 164. pont. sed etiam in Theutonicis partibus refrenata est sacerdotum incontinentia. De hoc Hillebrando jam dictum est
Ekk. 1074. anno istius duodecimo. Egkardus: Sub hoc Gregorio Romana respublica et omnis ecclesia novis et inauditis
scismatum erroribus periclitari cepit. Cumque iste absque regis consensu, solis tantum Romanis faventibus, hunc apicem
conscendisset, fuerunt qui illum non canonice constitutum, sed tyrannice papatum sibimet asseverarent usurpasse. Pro
Mart. Pol. qua re etiam a nonnullis episcopis abdicatus est ††. Item Martinus: Hunc Gregorium Centius prefecti filius in
c. 164. pont. nocte natalis Domini, cum primam missam in Sancta Maria majore ad presepe Domini celebraret, cepit et in turri sua
posuit. Sed Romani in eadem nocte turrim destruxerunt, papam liberando, et predictum Centium ex Urbe ejecerunt.

1072. Decimo octavo anno Henrici dissentio inter regnum et sacerdotium pro dandis episcopatibus
Sig. 1076. exoritur. Item Gregorius papa totus contra Henricum imperatorem, quia discidium in ecclesia procurarat, invehitur.
Mart. Pol. Item Sigibertus: Hoc etiam anno papa Gregorius celebrata synodo symoniacos anathematizavit, et Nycolaitas, i. e.
c. 94. imp. sacerdotes uxoratos, ab officio divino removens, laycis missas eorum audire interdixit, novo quidem exemplo, sed
Sig. 1074. inconsulte et non sine prejudicio, quia contra sanctorum patrum sententiam, qui scripserunt, quod ecclesiastica sacramenta,
puta baptismus, crisma, eukaristia, quia Spiritus sanctus effectum eorum operatur, nec bonorum dispensatorum meritis
meliorantur, nec peccatis malorum attenuantur[b]. Tam grave ex hoc scandalum exortum est, ut nullius heresis tempore
ecclesia graviori scismate scissa sit, hiis pro justitia, illis contra justitiam agentibus, aliis a symonia non declinantibus,

* Adelbert. archiep. Premensis ante — institit *ap. Corn. p. 606. 607. 16. ann. Henr., sed quibusdam verbis omissis, aliis in brevius redactis, et falso* secund. Sigib. ** Eodem tempore — dicitur *ap. Corn. p. 605. 12. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. † Anno Coloniensis — aliena *ap. Corn. p. 608. 17. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib., sec. chron. Saxon., sec. Wilh. *et* sec. Vinc. †† Istius prudentia — est *ap. Corn. p. 613. de Greg. VII.*

[a] Hinricus 2. [b] 2. *Corn. hic addunt* et quia, *sed insulse.*

aliis notam avaritie honesto nomine pretexentibus, porro continentiam paucis servantibus, aliquibus tamen eam causa Sig. l. l.
questus ac jactantie[a] simulantibus, multis etiam incontinentiam perjurio aut multipliciori adulterio cumulantibus, et propter
hoc laycis insurgentibus contra sacros ordines et se ab omni ecclesiastica subjectione excutientibus. Layci sacra misteria
temerant et de hiis disputant; inf.ntes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo et crismate utentes; in extremo
vite viaticum dominicum et usitatum ecclesie obsequium sepulture a presbiteris conjugatis accipere parvipendunt; decimas
presbiteris deputatas cremant; et ut in uno cetera perpendas, layci corpus Domini a presbiteris conjugatis consecratum
sepe pedibus conculcaverunt, et sanguinem Domini voluntarie effuderunt; et multa alia contra jus et fas gesta sunt in
ecclesia; et hac occasione multi pseudomagistri exsurgentes in ecclesia, prophanis novitatibus plebem ab ecclesiastica disci-
plina avertunt*. Hec Sigibertus. Que numquam tantum ubique et maxime in Theutonia succrevissent
et coaluissent sine regni et sacerdotii dissensione. Martinus: Papa enim, concilio 110 episcoporum
habito, Henricum imperatorem excommunicavit, quasi ecclesie Romane scissorem, sed tandem absolvit, et post iterum Mart. Pol. c. 164. pont.
excommunicavit**.

Decimo nono anno suo Henricus rex, manu valida tam ex Alemannia quam ex Germania et Bayoaria atque 1073.
Bohemia congregata, Saxones petit***, eisque juxta Unstrod fluvium congreditur. Et non modica strage utrimque peracta, Ekk. 1075.
tandem victoria potitus, revertitur. Ibi Rodolfus dux Alemannie atque Burgundie, qui postea regnum tenuit, fortiter cum
suis pro rege dimicasse notatus est. Item Anno Coloniensis archiepiscopus, plenus sanctitatis meritis, in Cristo ibid. 1076.
quievit, et in monasterio Sigibergen, quod ipse construxerat, sepelitur. Item Gregorius papa etiam animum matris Sig. 1076.
Henrici regis Agnetis ab eo alienat.

Vicesimo anno[1] Henrici cepit ordo Grandimontensis sub patre Stephano, qui fuit filius Stephani nobilissimi viri 1074.
de Avernie partibus, et a patre suo in pueritia[b] sua ductus Beneventum, ubi a sancto Milone archiepiscopo 12 annis Vinc. 26, 46.
educatus, regulam bene vivendi didicit. Deinque discedens, peragratis multis heremis, et de canonicorum, monachorum
heremitarumque vita, que imitanda sunt, memorie commendans, in Equitaniam prope Lemonicas ad montem nemorosum,
qui Muretum dicitur, Cristo duce pervenit, ubi fontes repperit et rupes, terram desertam et inviam, silvestrem et sterilem,
non hominibus, sed feris assuetam. Tunc gaudens Stephanus, se ibi Deo serviturum omni tempore spospondit, et cum
quodam annulo, quem de omni substantia mundi habebat, semet ipsum castissimum virginem Deo desponsavit, dicens:
'Ego Stephanus abrenuntio dyabolo et omnibus pompis ejus, et offero me ac reddo Deo patri et Filio et Spiritui sancto'.
Scribensque professionem suam, posuit super capud suum, et facto de virgultis parvo tugurio, anno ab incarnatione
Domini 1074.[2], agens etatis annum 30., habitare cepit heremum, in jejuniis, vigiliis et orationibus continuis serviens Deo.
Cibus ejus panis et aqua et interdum farinule siliginee parva sorbitiuncula, que ceteris minus sapida non voluptati, sed ibid. c. 47.
necessitati servit utcumque. Loricam ad carnem portabat, quousque plenam victoriam de se obtinuit. Indumenta super
loricam hyeme et estate eadem erant et equalia. Stratus ejus erat ex tabulis ligneis instar sepulchri in terra consertis,
omni[c] stramento omnique lectisternio carens, sic quod in eo dormiens vexari poterat, non foveri. Preter horas canonicas
et debita regularia genuflexiones innumerabiles, terram deosculando et cum fronte nasoque percutiendo, humiliter faciebat.
Itaque eorum assiduitate manibus et pedibus in modum cameli callos contraxerat et nasum in obliquum formaverat.
Post mortem ejus fratres sui edocti voce celesti ter dicente: 'in Grandimonte, in[d] Grandimonte, in Grandimonte', corpus ibid. c. 50.
sanctum in Grandimontem transtulerunt, et ibi caput religionis sue constituerunt†.

Vicesimo primo anno suo secundum Sigibertum Henricus imperator, coacto Wormatie concilio 24 episcoporum 1075.
et multorum primatum regni, decerni jubet, omnia decreta et facta Hillebrandi pape irrita esse debere. Ibique omnes Sig. 1077.
preter paucos Hillebrandum abjurant, eumque papatu abdicandum esse judicant††. Egkardus sic: In Wormatia, pre- Ekk. 1076.
sente Henrico imperatore, universi pene episcopi Theutonie preter Saxonicos Hillebrandum papam abdicarunt, mittentes
ad illum epistolam, post multas culpationes in illum injectas ita conclusam: *Quia ergo et introitus tuus tantis est perjuriis
initiatus, et ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem novitatum tuarum periclitatur, et vitam conversationemque
tuam tam multiplici infamia dehonestasti: obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cetero ullam servaturos esse*

* Gregorius papa totus — avertunt *ap. Corn. p. 613. 19. ann. Henr., sed pluribus additis, aliis in brevius redactis.* ** papa enim — excommunicavit *ap. Corn. p. 614. 19. ann. Henr.* *** Henric. rex — petit *ap. Corn. p. 614. 19. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. † cepit ord. Grandim. — constit. *etiam ap. Corn. p. 615. 20. ann. Henr., sed verba ex Vinc. desumpta sunt.* †† Henric. imp. coacto — judicant *ap. Corn. p. 615. 20. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.

[a] justitie 2. [b] provincia 2. [c] cum 2. [d] *pergit* 1; *vid. a. 1069.*

[1] a. 1076. Vinc. [2] a. 1076. Vinc. Corn.

*renuntiamus. Et quia nemo nostrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum*
Sig. 1077. *ammodo eris apostolicus* *. Item Sigibertus: Hillebrandus papa econtra imperatorem excommunicavit, sub hoc obtentu,
ut primates [a] regni quasi justa causa excommunicato regi contradicant **. Dominica palmarum circa horam sextam
sereno celo stella apparuit. Principibusque Saxonum, qui in deditione imperatoris erant, relaxatis per eos quibus
commissi fuerant, Saxones rebellant instinctu Hillebrandi pape. Ipse papa occurrens in Lombardia, sub falsa cum pace
Ekk. 1076. absolvit. Egkardus: Eodem anno circa 18. Kal. Octobris colloquium maximum apud Oppenheym factum est,
studio Hillebrandi Saxones muneribus magnis excitantis, ubi pene totius regni principes, sed maxime
Saxonum et Alemannorum, subjectioni regis renunciabant, causam pretendentes, quod a duobus jam papis vocatus ad
satisfactionem venire contempsisset. Hac commonitione coactus, rex Romam, humiliter veniam petiturus a papa, inimicis
suis hoc non sperantibus, contendit †. Inventoque papa in oppido Canusino [b], a sententia excommunicationis absolvitur
Bernold. 1074. et in sinum matris ecclesie recipitur. Ex cronicis sic: Legati sedis apostolice venerunt ad regem pro moribus ejus
corrigendis. In quorum manus se rex sub correctionis sponsione commisit, et firmissime promisit auxilium pape ad
symoniacos deponendos, et sic absolutus est. Cum Saxonibus autem pacificatur imperator eo pacto, ut munitiones
Mart. Pol. predicte destruerentur, propter quas seditio fuit exorta. Item hoc anno, Henrico imperatore adhuc in Ytalia existente,
c. 94. imp. studio proditioso Hillebrandi pape reconciliati Henrico imperatori [1] principes Theutonie convenientes in
Sig. 1077. Portem, Rodolfum ducem Burgundionum super se regem statuunt; corona ei a papa missa, cui erat inscriptum: *Petra
dedit Petro, Petrus dyadema Rodolfo.* Et sic omnes, qui prius Hillebrandum abjuraverant, perjurium perjurio cumulantes, imperatorem abjurant. Hunc Rodolfum Sigifridus [c] archiepiscopus benedixit in regem. Sed [d] facta a Moguntinis
seditione contra eos, Rodolphus cum archiepiscopo nocte aufugit. Henricus imperator hec intelligens in Ytalia,
Mart. Pol. mandat Hillebrando pape, quod Rodulphum propter temeritatem hanc excommunicet. Quem cum Gre-
c. 94. imp. gorius papa ad mandatum ejus, nec convictum, nec confessatum [e], excommunicare nollet, sed magis hec omnia promissis
Sig. 1077. et muneribus, sicut procuraverat ea, foveret, omnes etiam adversarios imperatori ab infidelitate et perjurio latenter
Mart. P. l. l. absolveret: imperator, aditibus Alpium contra se munitis ubique, omnes eorum insidias frustratus, per Aquilegiam venit
Ratisbonam, et cruento prelio victoriam obtinuit contra Rodulphum.

1076. Vicesimo secundo anno suo Henricus imperator Sueviam pervagatus, castella frangit, omnia depopulando, inimicis
Sig. 1078. suis formidinem, amicis addit fortitudinem. Et multos, qui ex desperatione rerum [f] a se defecerant, ad se trahit.
Ekk. 1078. Egkardus: Henricus imperator properanti contra se cum exercitu multo Rodolfo juxta Stroum occurrit. Initoque prelio,
plurimi ex hiis atque illis prosternuntur. Ubi a vulgaribus hominibus Wecil Magdeburgensis archiepiscopus in fuga
suspenditur, Magnus dux despoliatur, Hermannus comes, ejusdem Magni ducis patruus, et Adelbertus Wormatiensis
episcopus comprehensi, ac plurimi de militibus Saxonibus turpiter sunt interempti. Ex parte quoque regis Henrici Poppo,
Vinc. 26, 51. vir mire fortitudinis, occubuit. Item Sigibertus [2]: Ab hoc tempore cepit reflorere in ecclesia beati Quintini
Balvacensis [g] canonicus ordo, primum ab apostolis, postea a beato Augustino episcopo regulariter institutus, sub magistro
Yvone, venerabili ejusdem ecclesie preposito, postea Carnotensium episcopo. Qui librum illum magnum de jure
ibid. c. 52. composuit, qui dicitur Yvonis panormia ††. Item hoc tempore Petrus Damianus scripsit ad papam Hillebrandum,
reddens rationem quare episcopatum dimiserit. Erat autem vir iste religione et sapientia nominatissimus. Inter alia
ibid. c. 53. narrat etiam hec, que hic secuntur. Dux Venetie Constantinopolitane urbis uxorem habebat, que tam tenere et
delicate vivebat, et tam artificiosa se voluptate permulcebat, ut etiam se communibus aquis dedignaretur abluere, sed servi
ejus de rore celi undique collecto laboriosum ei balneum preparabant. Cibos suos non tangebat, sed ab eunuchis ejus
alimenta queque minutius concidebantur in frustula, que mox illa quibusdam fuscinulis aureis et bidentibus ori suo
liguriens adhibebat. Cubiculum ejus tot aromatibus et thymiamatibus redolebat, ut etiam dictu fetidum sit et auditu
incredibile. Sed dum adhuc viveret, vibrato super eam judicii mucrone, corpus ejus omne computruit, ita ut totum
cubiculum intollerabili fetore compleret. Nullusque eam ferre potuit; non cosmeta, non servus, vix una ancilla, non
sine specierum redolentium auxilio, in ejus servitio remansit; que tamen raptim accedens, cursim recedebat. Diutius hoc

* mittentes ad illum epist. — apostol. *ap. Corn. p. 613. de Greg. VII., sed falso* secund. Martin. ** Hillebr. papa — contradic. *ap. Corn. p. 615. 20. ann. Henr.* † Eod. anno circa 18. — contendit *ap. Corn. p. 615. 20. ann. Henr.* †† Ab h. temp. cepit — panormia *ap. Corn. p. 617. 20. a. Henr.*

[a] primatos 1. [b] Camisino 1. [c] Sigibertus 1. 2., *sed falso.* [d] et *Sig.* [e] confossatum 1. 2. confessum *Mart. ed.* [f] rex 1. [g] Belo. *Vinc.*

[1] An ista electio praescitu Gregorii VII. facta sit, in dubio relinquendum est; quod autem factam electionem suo calculo approbaverit, testis corona est, de qua in sequentibus. Cf. etiam a. 1078. Nostri in fine. [2] Legatur potius *Vincentius*, qui sec. Auctar. Bellov. a. 1078. et al. sequentia composuit.

languore decocta et miserabiliter cruciata, amicis quoque letantibus diem clausit extremum. Huic potest aptari: 'Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum'. Apoc. XVIII.[a] Omnis enim caro quanto tenerius et mollius educatur, tanto deterius in putredinem vertitur. Item Petrus Damianus: In monasterio sancti Vincentii Vinc. 26, 54.
statutum erat et per triennium jam servatum, ut canonicis[b] horis beate virginis officia dicerentur. De quo monachus quidam nomine Gazo, reprobe vite, sed accurate facundie, murmurare cepit. Et questionibus suis obtinuit, ut hore[c] virginis beate amplius non dicerentur. Mox innumere adversitates contra dictum monasterium exoriuntur, depredationes, conflagrationes et familie trucidatio. Itur ad imperatorem Henricum IV. Qui respondit: 'Frustra venitur ad me. Dico, eis hoc accidisse, quia matrem pacis abjecerunt ab se'. Et mox in terram prostrati nuntii dicunt, se numquam de cetero laudes beate virginis obmissuros; et sic pacem recuperaverunt. Idem Petrus: Duo viri ex primoribus Faventine ibid. c. 55.
civitatis cuidam dyacono ibi simul apparuere per visum. Qui sericis[d] casulis in modum sacerdotum collotenus videbantur induti. Percunctante illo et dicente: 'Utrum vos, qui in illa vita estis, jugiter Dominum benedicitis'? responderunt: 'Nos, qui apud inferos eterno igne cruciamur, numquam benedicimus Dominum'. Idem Petrus: Quidam princeps Salernitanus, cum quadam die prospexisset de monte Vellino flammas erumpere, protinus ait: 'Procul dubio aliquis sceleratus dives in proximo moriturus est et in infernum descensurus'. Est enim consuetudo talis ibi, ut imminente morte divitis reprobi mons ille flammas evomat piceas et sulphureas. Hiis dictis, superveniente proxima nocte, dum idem princeps securus cum meretrice concumberet, exspiravit. Quem meretrix, ut postea retulit, quid contigisset ignorans, diutius super se pertulit, et vix tandem a se non hominem, sed cadaver projecit. Idem Petrus: Quidam tonsor alienam suem ibid. c. 60.
furatus est. Erat tamen fur ille hospitalis valde. Interea adest Jesus in effigie pauperis, et tamquam prolixo crine rogabat tonsorem. Ille protinus reverenter assurgens, assumptis forpicibus eum tondere cepit. Quod dum faceret, reperit in occipitio ejus duos oculos latitantes. Expavit ille, et quesivit, quid hoc esset. Cui ille: 'Ego, inquit, Jhesus vocor, qui undique cuncta contemplor, et isti sunt oculi, quibus vidi suem quem in cavea conclusisti'. Moxque disparuit.
Idem Petrus: In regione Puteolis in Apulia inter aquas nigras et fetidas fertur esse saxosum promontorium et scrupeum. ibid. c. 62.
Ex quibus aquis consueto more teterrime avicule videntur repente consurgere, et a vespertina sabbati hora usque ad ortum secunde ferie humanis aspectibus apparere, et velut solute a vinculis, libere spatiari, alas extendere, plumas depectere; nec umquam videntur vesci, nec quolibet aucupis ingenio possunt capi. In matutino secunde ferie ingens corvus instar vulturis eas persequitur, et post illas crocitat. Que protinus aquis se immergunt, nec ulterius apparent usque ad vesperam alterius sabbati. Has nonnulli perhibent esse animas hominum gehenne deputatas, sed dominica die cum adjacentibus[e] noctibus pro gloria resurrectionis dominice refrigerio potiri. Cui assertioni Prudentius in ymno consentit dicens:

Sunt et spiritibus sepe nocentibus
Penarum[f] ferie,
Illa nocte sacra, qua rediit Dominus
Victor ab Acherontis inferis.

Sed Desiderius Cassinensis abbas rem se sic habere funditus abnegat. Humbertus tum archiepiscopus presente Desiderio retulit, se hec audisse ab incolis Apulie. Idem Petrus: In Bononie partibus duo quidam amici et compatres in ibid. c. 64.
convivio discumbebant. Quibus allatus est gallus. Quod pulmentum unus illorum, arrepto cultello, ut moris est, in frusta desecuit, circumque[g] pyper cum liquamine superfudit. Quo facto, alter ait: 'Profecto, compater, sic explicuisti gallum istum, ut ipse Petrus, etiamsi velit ipsum redintegrare, non possit'. Cui mox intulit alter: 'Plane non modo si beatus Petrus, sed et si ipse Cristus imperet, gallus hic in perpetuo non resurget'. Ad hanc vocem repente gallus vivus et plumis coopertus exsiluit, alas percussit et cecinit, plumas excussit totumque liquamen super eos qui convescebantur, aspersit. Ilico sacrilegi blasphemi in aspersione pyperis lepra percussi sunt. Que lepre plaga etiam in posteris eorum hereditaria permansit usque ad obitum. Unde in famulatum subacti sunt Bononiensi ecclesie*, que beati Petri insignitur vocabulo. Idem Petrus: Quidam institores Venetie cum applicuissent, viderunt leonem spiris draconis non procul a litore involutum trahi violenter a dracone in speluncam. Pandoces autem, qui repente huic spectaculo convenerant, audacter draconem invadunt et perimunt et leonem liberant. Qui non ingratus, per aliquot dies, quibus illic pandoces morati sunt, cottidie pellem unam animalis a se capti advexit. Idem Petrus: Quidam agricola diluculo valde surrexit, et videns draconem enormis magnitudinis, lignum putavit et super eum sedit. Quem mox bestia deglutivit.

* Hoc temp. Petrus Dam. scrips. ad pap. — ecclesie *ap. Corn. p. 617. 618. 619. 20. ann. Henr., sed quibusdam mutatis, aliis verbis additis, aliis non paucis omissis.*

[a] *hic numerus in* 1. *ex corr. manus* 1* *in rasura.* [b] cum 1. 2. [c] horis 2. [d] ferreis 1. 2.
[e] adjecentibus 1. [f] sub styge *add. Vinc.* [g] tritumque *Vinc.*

Vinc. l. 1. Idem Petrus: Quidam cum vicaneo suo ad ligna cedenda pergebat, et ecce serpens trabalis magnitudinis duobus
attollens colla capitibus, in eos impetum fecit. Unus autem eorum, qui tenebat securim, unum caput ejus abscidit, et
mox ei securis ad terram cecidit. Quem serpens iratus mox altero capite mordicitus apprehendit, et spiris suis eum in-
volvens, in speluncam suam tulit. Qui cum traheretur, clamabat ad socium, ut eum defenderet, vel ei securim, quam
tenebat in manibus, daret. Qui timens noluit, sed fugit. Et ideo a sacerdotibus tamquam reus mortis exilium subire
coactus est. De pluribus aliis que narrat idem Petrus reticeo propter brevitatem.

1077. Vicesimo tertio anno Henrici iterum inter eum et Rodolfum in loco qui dicitur Fladicheym fit bellum. In primo
Ekk. 1079. congressu Saxones turpiter terga vertunt. Ibi dux Bohemie Fratizlaus regalem lanceam Rodolfi adeptus est. Qui exinde
permissione regis Henrici semper quemvis illius gentis ducatu insignem in omni festiva processione precedit. At rex
Henricus propriis castris redditus, de armigeris quos reliquerat pene nullum invenit. Una quippe ex legionibus Saxonum
in primo congressu pugnam deserens, quia obscurus erat aer, furtim castra regis invasit, multosque pueros compre-
hendens, strangulavit eos, multaque abradens spolia, fugam iniit. Rex autem, dimisso exercitu, in Franconiam cum
paucis divertit *.

1078. Vicesimo quarto anno suo Henricus imperator in pentecoste habito conventu Moguntie, decrevit Hillebrandum a
Sig. 1079. papatu esse deponendum; et Lombardiam petens, Guibertum Ravenne archiepiscopum pro Hillebrando papam designat.
Ekk. 1080. Egkardus sic: Cum apud Brixinam Noricorum 30 episcoporum conventus necnon et optimatum exercitus, non solum
Ytalie, sed et Germanie, jussu regis Henrici congregaretur, factus ** est omnium consensus adversus Hillebrandum papam.
Quem pseudomonachum totiusque vesanie pestiferum principem et precipue Romane sedis invasorem affirmantes, apostolica
sede depellendum, quamvis absentem, dijudicabant, et Wicbertum Ravennensem [a] archiepiscopum ei subrogandum eligebant.
Hujus decreti conclusio hec est: *Quia*, inquiunt, *illum constat non a Deo electum, sed a se ipso in fraude et pecunia
impudentissime objectum, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui cristiani imperii perturbavit regnum, qui regi catholico
et pacifico, si permitteretur, corporis et anime intemptat mortem, qui perjurium defendit, qui inter concordes discordiam
seminavit, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter conjuges divortia, et quidquid quietis inter pie viventes stare
videbatur concussit: nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti 19 aliorum episcoporum die sancto
preteriti pentecostes Moguntie congregatorum, contra eundem Hillebrandum procacissimum, sacrilegia et incendia predi-
cantem, perjuria et homicidia defendentem, catholicam et apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini in questionem
ponentem, heretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac sompniorum cultorem, manifestum nigromanticum,
phitonico spiritu laborantem, et idcirco a vera fide exorbitantem, judicamus canonice depellendum et deponendum, et nisi
ab ipsa sede hiis auditis descenderit, in perpetuum condempnandum. Facta autem sunt hec 7. Kal. Julii, feria 5.,
indictione 3.* Sed Anselmus episcopus Lucensis, eruditissimus, ingenio acutissimus et facundia precipuus, et quod majus
omnibus est, in timore Dei et conversatione sancta nominatissimus, scripsit dicto Wicberto Ravennensi archiepiscopo
epistolam, ipsum superbum et prevaricatorem nominans. In qua inter alia dixit: *Ut ergo de beato Gregorio papa, qui
et Hillebrandus, patre nostro dicam, quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est episcopus de Dei et Cristi
ejus judicio, de clericorum pene omnium, et ut verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis, que tunc aderat,
suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, dum nemo ante se factus esset, dum Alexandri locus,
id est dum locus sancti Petri et gradus sacerdotalis cathedre vacaret. Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium
nostrum consensu ordinato, quisquis jam episcopus voluerit fieri, foris fiat necesse est. Nec habet ecclesiasticam or-
dinationem, qui ecclesie non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se jactans, sibi plurima vendicans,
profanus est, alienus est, foris est; et cum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus debet esse, factus
est, jam non secundus ille, sed nullus est.* Hec valde contraria sunt sententie priori **. Retrospicias ad annum
Sig. 1080. vicesimum primum istius. Item Sigibertus: Hillebrandus papa quasi divinitus sibi revelatum predixit, [hoc
anno falsum regem esse moriturum. Et verum quidem predixit [b]]. Sed fefellit eum de falso rege conjectura, secundum
Ekk. 1080. suum velle de Henrico rege interpretata. Rex enim Henricus rursus Rodolfo et Saxonibus gravi prelio agreditur [c] juxta
Sig. l. 1. fluvium Ellestram, et in ingressu [d] falsus rex Rodolphus cum multis Saxonie principibus extinguitur. De hoc Rodolfo
Ekk. 1076. dicit papa Hillebrandus sic in quadam epistola: *Episcopi et principes ultramontani, audientes Henricum regem
non servare quod michi promisit, quasi desperati de eo, sine consilio meo elegerunt sibi Rodulfum in regem* ***.

* iterum inter eum et — divertit *ap. Corn. p. 619. 21. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.
** fact. est omnium consensus advers. Hillebr. — priori *ap. Corn. p. 620. 621. 24. ann. Henr.*
*** de hoc Rodolf. — regem *ap. Corn. p. 620. 23. ann. Henr., quibusdam verbis mutatis.*

[a] Ravenensem 1. [b] *verba* hoc anno — predixit *desunt in* 1. 2. *Concinnitatis causa ex Sigib. illa recepi.*
[c] congreditur *Sig.* [d] congressu *Sig.*

Vicesimo quinto anno Henrici magnus terremotus cum gravi terre mugitu factus est in Ytalia 6. Kal. Aprilis 1079.
prima hora noctis, portendens forte imminens malum, quod in toto orbe insonuit, et unde terra dolet et doluit. Sig. 1081.
Henricus enim imperator ad debellandum Hillebrandum papam Ytaliam petit. Contra quem papa, urbibus et castellis
munitis, se ad rebellandum accingit, eumque Romam hostiliter adeuntem non recipit. Henricus autem imperator, expu- ibid. 1082.
gnatis urbibus et castellis, que contra se pro Hillebrando erant, Romam Leoninam obsidet; ante castellum sancti Petri Ekk. 1081.
castra posuit; ubi etiam per biennium crebris incursibus urbanorum infestatus, parva manu multa viriliter et magnifice
peregit*. Item Sigibertus[1]: In Normannia florebat Anselmus, Beccensis monasterii abbas eximius, et pro sua Vinc. 26, 65.
sanctitate et sapientia plurimum nominatus, et post Cantuariensis archiepiscopus. Vincentius: Scripsit Anselmus ibid. c. 71.
prologion, id est alloquium de Deo. Contra quod opus quidam aliud scriptum composuit, ad quod Anselmus responsionem
edidit in libro uno. Item scripsit monologion, id est soliloquium de sancta Trinitate libr. 1. Item de veritate l. 1. Item
de concordia liberi arbitrii et prescientie divine atque predestinationis necnon et gratie l. 1. Item de casu dyaboli l. 1.
Item de peccato originali l. 1. Item de incarnatione verbi l. 1. Item de sacramento altaris l. 1. Item de azimo l. 1.
Item cur Deus homo l. 1. Item meditationum vel orationum l. 1. Item de gramatico l. 1. Item parabolarum vel prover-
biorum suorum l. 1. Item super cantica canticorum l. 1. Item de conceptu virginali l. 1[a]. Item epistolarum ejus
ad diversas personas l. 1, et alia plura**.

Vicesimo sexto anno Henrici Hermannus quidam, nobilis et prepotens ex Germania, rex per adversarios 1080.
Henrici constituitur. Cui quamquam in divitiis et rebus bellicis nemo posset equiparari, sumpto tamen regis nomine, Ekk. 1082.
tam suis quam alienis cepit in brevi despectus haberi***.

Vicesimo septimo anno Henrici Hermannus rex orientalem Franciam hostiliter invadit. Item Henricus rex 1081.
pascha celebrans apud Sanctam Rufinam, moxque Romam rediens, castra posuit ubi et prius, ad occidentalem partem Ekk. 1083.
castelli sancti Petri. Captaque est urbs Roma 4. Nonas Junii, feria 6. ante octavam pentecostes. Hillebrandus vero
papa in castro sancti Crescentii, quod vulgo domus Thyderici dicitur, inclusus, exspectabat eventum rei. Rex vero in
Palatino monte munitionem instituens, non paucos quos in presidio posuerat, ingravescente super eos estatis insueto Mart. Pol.
fervore, amisit. Sed et alios de exercitu multos eadem mortalitas absumpsit. Capitolium et urbem Leoninam rex de- c. 164. pont.
struxit. Eodem tempore legati Grecorum veniunt, munera multa et magna in auro et argento vasisque ac sericis Ekk. l. l.
deferentes. Romani autem 20 obsides regi dantes ex nobilibus, petierunt, diem constitui, in quo papa et omnes
senatores ad presentiam ejus venirent. Qui diem statuens Kalendas Novembris, ipse ad montana ascendit intrante Julio,
refrigerium querens. Post cujus recessum Robertus Gwiscardi cum exercitu magno Romam veniens, Gregorium papam in Mart. P. l. l.
palatio Lateranensi restituit. Et ex hiis Martinus mentitur, sicut et in multis errat, Henricum impera- c. 94. imp.
torem timore Roberti dicti Senas usque fugisse. Henricus autem imperator in montanis commorans usque ad Ekk. l. l.
statutum tempus, Romam rediit. Sed papa in presentiam ejus non venit. Sed occulte fugiens, Salernum secessit. Ibique
ad diem mortis sue permansit†.

Vicesimo octavo anno suo secundum Sigibertum Romani imperatorem Henricum recipiunt Urbe; et eorum 1082.
judicio Hillebrandus papatu abdicatur, et Gwicbertus nuper electus ab episcopis Bononiensi, Mutinensi et Cerinensi in Sig. 1084.
papam benedictus et consecratus et in sedem apostolicam intronizatus, Clemens appellatur. Egkardus sic: Henricus Mart. Pol.
rex natale Domini Rome apud Sanctum Petrum celebravit. Circa Kalendas vero Februarii in Campaniam transiens, ipsam c. 164. pont.
et magnam Apulie partem cepit, quia Hillebrando pape faverent. Post hec per legatos Romanorum rogatus, ut Ekk. 1084. cod. D. E.
pacificus rediret Romam, rediit. Et ad portam Lateranensem castra ponens, omnes deditios accepit, et 11. Kal. Aprilis,
feria 6. ante diem palmarum, multis stipatus, cum magna gloria intravit Urbem, ducens secum predictum Wicbertum
archiepiscopum in papam electum. Qui sequenti dominica per multos pontifices apostolico nomine dicatus, nomenque
Clementis accipiens, cathedre Petri est intronizatus. A quo rex cum regina Berta in sancta dominica pasche imperiali
nomine benedicuntur. Post hec imperator Henricus de Ytalia digrediens, Augustam civitatem, ab Alemannis invasam,
obsedit et cepit††. Item Sigibertus: Bruno natione Theutonicus, ex urbe Colonia, litteris adprime eruditus, Remensis Vinc. 26, 82.

* magnus terremotus — peregit *ap. Corn. p. 621. 25. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. ** In Normann. florebat — plura *ap. Corn. p. 621. 622. 25. ann. Henr., sed nonnullis verbis additis.* *** Herm. quidam — haberi *ap. Corn. p. 622. 26. ann. Henr.* † Hermannus rex — permansit *ap. Corn. p. 622. 27. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. *et omissis verbis* eod. tempore legati — deferentes, *et nonnullis aliis.* †† Henr. rex natale — cepit *ap. Corn. p. 622. 28. ann. Henr., nonnullis autem mutatis verbis.*

[a] *verba* item de conc. virg. l. 1. *om. Vinc. ed.*

[1] legatur potius *Vincentius*, qui haec desumpsit ex Auctar. Ursicamp. a. 1080.

Vinc. l. l. ecclesie canonicus et scolarum magister, relicto seculo heremum Carthusye fundat, propositumque monastice conversationis
satis[a] arduum instituit. Hujus sancti propositi cooperator existens bone memorie Hugo Graymopolitanus[b] episcopus, ab
eodem Brunone habitum monasticum sumpsit, cunctisque ibi habitantibus insigne exemplum prebuit *.

1083. Vicesimo nono anno Henrici synodus Moguntie[c] celebratur secundum Egkardum, cui Henricus imperator inter-
Ekk. 1085. fuit. Ubi presentibus legatis Clementis pape, omnes episcopi rebelles imperatori deponendi judicantur, ceteri vero
non episcopi anathemate condempnantur **. Ibi enim communi consilio et consensu constituta est pax Dei. Item
Sig. 1085. Sigibertus: Hillebrandus papa, qui et Gregorius VII., apud Salernum exulans moritur. De hoc ita scriptum inveni:
*Volumus vos scire, qui ecclesiastice cure solliciti estis, quod dominus apostolicus Hillebrandus, qui et Gregorius VII., nunc
in extremis positus ad se vocavit unum de 12 cardinalibus, quem pre ceteris diligebat, et confessus est Deo et sancto
Petro et toti ecclesie, se valde peccasse in pastorali cura, que ei ad regendum erat commissa, et suadente dyabolo contra
humanum genus odium et iram concitasse; postea vero sententiam, que in orbe terrarum effusa est, pro augmento cristia-
nitatis cepisse dicebat. Tunc demum misit predictum confessorem suum ad imperatorem, et ad totam ecclesiam suam,
ut optaret ei indulgentiam, quia[d] finem vite sue aspiciebat. Et jam cito induebat se angelicam vestem, et dimisit ac
dissolvit vincula omnium bannorum suorum imperatori et omni populo cristiano, vivis et defunctis, clericis et laycis;*
Mart. Pol. *et jussit abire suos de domo Theoderici et amicos imperatoris ascendere.* Item Victor III., prius dictus Desiderius,
c. 165. pont. abbas Cassinensis, papa 148., sedit anno 1, mensibus 4, diebus 7. Ex cronicis: Desiderius, cardinalis Ro-
Ekk. 1085. manus et abbas Cassinensis, verus Cristi famulus, licet multum corde simul et corpore reniteretur, in papam eligitur.
Vinc. 26, 82. Sed precibus obtinuit, ut in brevi ex hac vita tolleretur. Mox igitur dissenteria dissolvitur, et non multo post moritur.
Est autem opinio quorundam, quod extinctus sit veneno ad primam missam in calicem misso.

1084. Tricesimo anno Henrici nimia aquarum inundatio multis in locis dampno fuit et periculo. Nam et in Ytalia diluvies
Sig. 1086. tanta fuit, ut rupes liquefacte plures villas ruina destruerent. Domestice aves, pavones, galline et anseres a domibus
Vinc. 26, 82. se extrahentes, omnes fiunt silvatice ***. Augustinus de civit. Dei l. 3. simile portentum narrat contigisse, dicens:
Antequam se adversus Romam sociale Latium commoveret, omnia animalia humanis usibus subdita, canes, asini, equi,
boves et quecumque alia pecora sub dominio hominum erant, subito efferata et domestice lenitatis oblita, relictis tectis,
libera vagabantur; et omnem non solum alienorum, verum etiam dominorum adversabantur accessum, nec sine exitio vel
periculo audentis. Si quis de proximo urgeret, quanti mali signum fuit, si hoc signum fuit, quod tam malum fuit,
Mart. Pol. etiamsi signum non fuit. Item hoc anno civitas Syracusana magnum terremotum sustinuit, adeo ut dominica die,
c. 94. imp. hora 3., dum missa cantaretur, ecclesia major cadens populum et clerum opprimeret, sacerdote et dyacono et subdyacono
missam celebrantibus cum presbitero tantum salvis, non sine magna omnium admiratione †.

1085. Tricesimo primo anno Henrici Hermannus, regis nomine deposito, permissione imperatoris ad propria reversus,
Ekk. 1087. post paucos dies in cujusdam opidi obsidione interiit ††. Item Sigibertus: Hoc anno Venetianis meditantibus
Sig. 1087. auferre corpus sancti Nicolai a Myrrea civitate Licie a Turcis desolata, preoccupaverunt eos Barenses cives numero 47,
ab Anthiochia venientes Myrream. Qui a quatuor tantum monachis ibi inventis extorserunt ostendi sibi tumbam sancti
Nicolai. Qua effracta, ossa sancti Nicolai in olei liquore natantia integro numero extraxerunt et Barum[e] cum gloria
detulerunt. Facta est hec translatio anno Domini 1085., a depositione sancti Nicolai anno 755[f]. Cum autem
corpus istud sanctissimum pervenisset Barrum, innumeris, sicud et in Myrrea Lycie prius, miraculis
ibid. 1088. decorabatur†††. Item hoc anno pisces in aquis moriuntur. Item hoc etiam anno in Hyspania rex Gallicie
Amphul fortiter Sarracenos debellat, et Toletum, urbem eorum maximam, per aliquot annos obsessam tandem expugnat,
et cultum cristianitatis in ea dilatat ††††.

1086. Tricesimo secundo anno Henrici Odo, ex monacho Cluniacensi episcopus Hostiensis, contra imperatorem et Wic-
Sig. 1088. bertum papam fit papa 149., et Urbanus II. nominatur. Hinc in ecclesia scandala et in imperio augentur discidia, dum
alter ab altero dissidet, dum regnum et sacerdotium dissentat, dum alter alterum excommunicat, dum alter alterius
excommunicationem aut ex cause aut ex persone prejudicio contempnit, dumque alter in alterum excommunicandi auctoritate

* Bruno natione — prebuit *ap. Corn. p. 623. 29. ann. Henr.* ** synod. Moguntie — condempnantur *ap. Corn. l. l. aliquot verbis mutatis.* *** nimia aquarum — silvatice *ap. Corn. p. 624. 30. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. † h. a. civitas — admirat. *ap. Corn. l. l. sed* sec. Vinc. †† Hermannus reg. — interiit *ap. Corn. p. 624. 31. ann. Henr., falso* sec. Sigib. ††† Venetianis — decorab. *ap. Corn. p. 624. 30. ann. Henr., falso* sec. Vinc. †††† in Hyspania — dilatat *ap. Corn. p. 624. 31. ann. Henr., falso* sec. Vinc.

[a] *verba* arduum instituit — agricultura defecit *(a. 1090.) desunt in* 1. *propter folium deperditum.* [b] Gratianopol. *Vinc.* [c] Moguntine 2. [d] qui 2. [e] Varim *Sig.* [f] 745. *Sig.*

magis ex suo libitu quam ex justitie respectu abutitur, auctoritas illius, qui dedit potestatem ligandi et solvendi, omnino Sig l. l.
despicitur. Nimirum, ut pace omnium bonorum dixerim, hec sola novitas, ne dicam heresis, needum in mundo emerserat,
ut sacerdotes ejus, qui dicit regi apostata et qui regnare facit ypocritam propter peccata populi, doceant populum,
quod malis regibus nullam debeant subjectionem, et licet ei sacramentum fidelitatis fecerint, nullam tamen debeant
fidelitatem, nec perjuri dicantur, qui contra regem senserint; ymmo qui regi paruerit, pro excommunicato habeatur, qui
contra regem fecerit[a], a noxa injustitie et[b] perjurii absolvatur. Sedit autem Urbanus papa annis 11, mensibus 4. Mart. Pol.
Hec omnia[1] Sigibertus. c. 166. pont.

Tricesimo tertio anno Henrici secundum Sigibertum pestilentia feda fuit in occidentali parte Lotharingie, ubi 1087.
multi, sacro igne interiora consumente, computrescentes, exesis[c] menbris instar carbonum nigrescentibus, vel miserabiliter Sig. 1089.
moriuntur, aut manibus et pedibus putrefactis truncati, miserabiliori vite reservantur*, multi vero nervorum contractione
distorti tormentantur.

Tricesimo quarto anno Henrici imperatoris[d] nuptias Colonie celebravit, quandam Henrici marchionis viduam, 1088.
Ruscorum regis filiam, ducens uxorem**. Item Henricus imperator hoc anno rursus Ytaliam ingreditur, ibique fere Ekk. 1089.
per 7 annos moratur***. cod. D. E.

Tricesimo quinto anno Henrici visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, ibid. 1090. 1089.
hoc est ut vel manu vel virgula tangi possent, grossitudine quidem muscis equales, sed longitudine satis deductiores. Ekk. 1091.
Quorum tam infinitus exstitit exercitus, ut unum pene miliarium in latitudinem, duo vel tria in longitudinem viderentur
occupare, densitate vero sua ipsam solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem illam, que post[e] facta
est, Ierosolimam tendentium profectionem quidam interpretati sunt figurari. Item Thydericus comes Hollandie sep- Chr. Egm. 1091.
timus obiit. Cui Florentius, filius ejus, successit† comes octavus.

Tricesimo sexto anno Henrici, ut dicit Sigibertus[2], Yvo, prepositus sancti Quintini Belvacensis, per papam 1090.
Urbanum consecratur episcopus Carnotensis. Iste Yvo decreta apostolica, que prius Ysidorus in unum maximum Vinc. 26, 84.
volumen, quod nonnisi difficulter et sumptuose transcribi poterat, redegerat, abbreviavit et per capitula distinxit, et
multas sanctorum doctorum sententias eisdem capitulis interseruit. Item Egkardus: Pestilentia magna facta est Ekk. 1092.
hominum et pecudum. Item Wilhelmus rex Anglorum, filius regis Wilhelmi, vir singularis censure et severitatis, cepit Vinc. 26, 85.
regnare. Helynandus: Hic erat ita liberalis quod prodigus, ita magnanimus quod superbus, ita severus quod sevus;
parum Deum reverebatur, homines nichil. Pretium vestium suarum in immensum extolli volebat, dedignans, si quis
alleviasset. Quodam mane cum calciaretur, novas caligas inquisivit a cubiculario, quanti constarent. Cumque ille
respondisset tres solidos, indignabundus et fremens: 'Fili, ait, meretricis, cur habet rex caligas tam exilis pretii? Vade
et affer michi emptas marca argenti'. Ivit ille, et multo viliores afferens, quanti preceperat emptas mentitus est. Tunc
rex: 'Iste, inquit, regie majestati conveniunt'. Itaque ex hoc tempore cubicularius pretium vestimentorum ejus pro
voluntate numerabat, multa exinde suis utilitatibus nundinans. Tandem exhaustus expensis, ad rapinas se confert. Mortuis
ecclesiarum pastoribus, abbatibus vel episcopis res inventas omnes excepit, redditus omnes in posterum fisco regio
addidit, vel substituebat in loco defuncti quemlibet non pro morum, sed pro nummorum experimento. Judeos in Lon- ibid. c. 86.
doniam animavit ad conflictum contra cristianos, pronuntians, quod si vincerent, in eorum sectam transiret. Magno
igitur timore episcoporum et clericorum res acta est, cristianis tamen gloriam victorie referentibus, quamvis Judei multo-
tiens jactarent, se non ratione, sed factione superatos. Invadiato fratre suo Roberto apud Normanniam pro pecunia 10000
marcarum, importabile edictum pensionis per totam Angliam ponit. Cumque episcopi et abbates regem adirent frequenter,
de hoc querimoniam moventes, respondit rex: 'Numquid non habetis scrinia auro et argento composita, ossibus mortuorum
plena'? Igitur capsas sanctorum nudare coacti sunt, crucifixos spoliare, calices conflare, non in usum pauperum, sed in
fiscum regium. Venationes adeo prohibuit, ut capitale esset cervum prendidisse††. Audita discordia, que erat inter
Urbanum et Clementem, qui et Wicbertum, papas, tributum sedi Romane negavit, pronior tamen in Wicberti gratiam.

* pestilentia — reserv. *ap. Corn. p. 626. 33. ann. Henr.* ** H. i. nuptias — uxorem *ap. Corn. p. 626. 34. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *** H. i. hoc anno — moratur *ap. Corn. l. l. 35. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. † Thyderic. — successit *ap. Corn. p. 626. 35. ann. Henr., sed falso* sec. Wilh. †† Wilh. rex Anglor. — prendid. *ap. Corn. p. 627. 36. ann. Henr., sed falso* sec. Wilh.

[a] fecerint 2. [b] *om.* 2. [c] excesis 2. [d] Henricus imperator *Ekk. Corn.* [e] quadriennium *add. Ekk.*

[1] Ultima verba ex Martino sumta sunt. [2] Vincentius haec praebet.

Vinc. 26, 87. Secundo anno regni istius ingens terremotus 3. Ydus Augusti totam Angliam excussit, horrendo miraculo, ut edificia omnia eminus resilirent et mox pristino modo residerent. Secuta est inopia omnium fructuum, tarda maturitas frugum, ut vix ad festum sancti Andree messes reconderentur. Quarto ejus anno fuit tumultus fulgurum, motus turbinum. Discordia ventorum inter se dissidentium, ab euroaustro veniens, 16. Kalendas Novembris Londonie plus quam 600[a] domos effregit. Quatuor tigna de tecto ecclesie sancte Marie 26 pedes longa tanta vi pariter in humum pacta sunt, ut vix 4 pedes exstarent, mirabile, quomodo duritiem strate publice perruperint[b], eo[c] ibi ordine posita, quo in tecto ab artifice fuerant collocata. Que propter impedimentum transeuntium ad planitiem terre desecta sunt, quod aliter erui nequirent*. Quinto anno ejus eadem violentia fulminis apud Salesberiam tectum turris ecclesie omnino disjecit. Sexto ejus anno tantum fuit in Anglia diluvium ex habundantia ymbrium, quantum nullus meminerit. Mox accedente hyeme fluvii in tantum sunt congelati, ut essent pervii equis et quadrigis. Septimo ejus anno agricultura defecit, et[d] fames subsequitur. Qua crescente, facta est mortalitas hominum tanta et crebra, ut deesset morituris cura, mortuis sepultura. Gwilhelmus:

ibid. c. 88. Hoc anno Fulco comes Andegavensis senex Ierosolimam adiit. Ubi a duobus servis suis, sacramento coactis, ut quod juberet facerent, per publicum tractus est nudus ad sepulchrum Domini, Turcis inspectantibus. Alter restem ligneam[e] collo ejus intorserat, alter flagris terga exspoliati urgebat. Inter hec ille clamabat: 'Accipe, Domine, miserum, Fulconem

ibid. c. 89. perjurum tuum'. Domum tamen contra desiderium suum placide regressus est. Item idem: Erant in civitate Namnetis duo presbiteri paciscentes, ut qui prior eorum moreretur, alteri appareret infra 30 dies a morte. Unus obiit, et alteri 30. die astitit dicens: 'Agnoscis me'? At ille: 'Agnosco'. Et mortuus: 'Ecce secundum pactum meum venio, et si volueris, adventus meus erit tibi commodus, michi tamen omnino est infructuosus, quia sempiternis deputatus sum suppliciis. Sine penitentia enim sunt in inferno judicia Dei.

Dum rotat astra polus, dum pulsat litora pontus,

pro criminibus meis puniar'. Et curvatis in volam digitis, tres guttas defluentis a se tabis[f] in eum jaculatus est. Quarum due tempora, tertia frontem contingentes, cutem sicut ignito jaculo perforaverunt, foramen nucis[g] capax efficientes. Et dixit illi, qui vixit: 'Ista nisi neglexeris, erunt tibi in documentum et salutis tue monimentum'. Et post disparuit. Superstes igitur omnia vendens et dans pauperibus, Sanctum Melanium Redonis adiit. Et monachus ibi factus, sancte vixit.

1091. Tricesimo septimo anno Henrici Conradus, filius ejus, Aquis in regem coronatur. Hujus Conradi

Ekk. 1093. mater fuit Bertha imperatrix. Hic cum adolevisset, patri rebellat. Item visus est splendor quidam quasi facula volans per aera ab oriente in occidentem. Eclypsis solis facta est 8.[h] Kal. Octobris hora 3. Et mortalitas magna subsecuta est. Item Fratizlaus dux Bohemie in venatu repente cadens de equo, subitanea morte interiit.

1092. Tricesimo octavo anno Henrici, ut dicit Sigibertus, mulier quedam generum habens juvenili specie decorum,

Vinc. 26, 90. multa cum diligentia pro amore filie sue accurabat. De quo cum turpis oriretur suspicio, mulier infamie sue impatiens, generum suum dictum a duobus pueris occidi clandestine procuravit. Postmodum penitens homicidium presbitero confitetur. Sed elapso temporis aliquanti spatio, presbiter cum ea litigans, homicidium sibi in faciem exprobravit. Nuntiatur hoc per parentes occisi vicedomino Laudunensi. Mulier vocatur, homicidium confitetur, ad ignem condempnatur, ad ecclesiam beate virginis ducitur, cui se fideliter et devote commendavit, post in ignem mittitur. Illa permanet. Ignis iterum et fortius succenditur ab amicis defuncti, sed nichil profecerunt. Deo enim et virgine benedicta eam protegente, egreditur de incendio, non solum carne, sed etiam veste et crinibus illesa. Cum plausu populi ducitur ad ecclesiam virginis, et post laudes Deo redditas, volente Deo, paucis diebus transactis transiit ex hoc seculo.

1093. Tricesimo nono anno Henrici, ut dicit Gwilhelmus, Urbanus papa concilium primum apud Claromontem celebrans

Vinc. 26, 91. statuit, ut episcopi vel abbates vel aliqui de clero aliquam ecclesiasticam dignitatem de manu principum vel quorumlibet laycorum non accipiant, et ut clerici in duabus civitatibus vel ecclesiis prebendas non habeant; ut nemo simul abbas et episcopus sit; ut ecclesiastica dignitas a nullo ematur vel vendatur; ut nullus cujuslibet sacri ordinis carnali commercio utatur; ut eis auferantur ecclesiastice dignitates, qui scienter a se vel parentibus suis emptas habuerint; ut eis ignoscatur, qui hoc ignoraverint a canonibus prohibitum; ut nemo laycorum a capite jejunii, nemo clericorum a quinquagesima usque in pascha carnes comedat; ut in sabbato pasche nonnisi post nonam officium celebretur. Ibi etiam excommunicavit Phylippum regem Francorum et omnes, qui eum vel regem vel dominum suum vocarent et ei obedirent, quia vivente uxore sua superduxerit alterius viventis uxorem, et similiter illam maledictam conjugem ejus, et qui eam reginam vel dominam vocarent, donec alter ab altero discederet. Similiter Wicbertum papam et Henricum imperatorem, qui eum

ibid. c. 90. manutenebat, et ceteros qui eis consentiunt. Item Hillebrandi pape decreta renovat. Item ibi statutum est, ut hore

* tumultus fulgurum — nequirent *ap. Corn. p. 627. 36. ann. Henr.*

[a] 300. *Vinc.* 800. *Corn.* [b] proruperint 2. [c] et 2. [d] et fames *pergit* 1; *vid. a. 1082.* [e] ligneum 1. 2. [f] fabi 1. [g] meritis 1. [h] 9. *Ekk.* [i] illaesa *add. Vinc.*

beate virginis cottidie dicantur officiumque ejus die sabbatorum sollempniter fiat. In quo etiam concilio nuntiatur Jeru- Vinc. 26, 91.
salem captio et cristianorum oppressio, consilium queritur et auxilium imploratur imperatoris et aliorum. Urbanus igitur
sermonem habuit ad populum, exhortans eos ad crucem sumendam *.

Quadragesimo anno Henrici innumerabiles populi una inspiratione moti, et multis signis sibi ostensis, alii ab 1094.
aliis animati, duces, comites, potentes, nobiles et ignobiles, divites, pauperes, liberi et servi, episcopi, clerici, monachi, Vinc. 26, 92.
senes et juvenes, pueri et puelle, omnes uno animo, nullum quoquam angariante, undique concurrunt, ab Hyspania, a
Provincia, ab Aequitania, a Britannia, a Scotia, ab Anglia et Normannia [a], a Francia, a Lotharingia, a Burgundia, a
Germania et Theutonia, a Lombardia, ab Apulia et ab aliis regnis et provinciis; virtute et signo sancte crucis
signati et armati, ultum ire parant injurias Dei in hostes cristiani nominis, firmissima pace interim ubique composita. Et
primo Judeos in urbibus aggressi, compellunt ad credendum in Cristum; credere nolentes trucidant, rebus spoliant,
urbibus eliminant. Aliquique Judeorum zelo patrie legis tenende ducti se mutuo trucidant. Alii se credere ad tempus
simulant, et post ad Judaysmum revertuntur. Fuerunt inter istos Godfridus dux Lotharingie et Eustatius et Baldwinus,
fratres ejus, omnes filii antiqui et famosi Godfridi, Anselmus de Rybodimonte, Baldwinus comes Montensis,
Robertus comes Flandrie, Stephanus comes Blescensis, Hugo Magnus, frater Phylippi regis Francorum, Robertus
comes Normannie, Raymundus comes Sancti Egydii, Boyamundus [b], Roberti Gwiscardi filius, Rogerii ducis
frater, dux Apulie, et Tancretus, nepos ejus. Horum omnium curam [c] auctoritate suscepit vir eximius Hymarus
Podiensis episcopus. Eisque consilio et doctrina usque ad captam Anthyochiam plurimum proficuus fuit. Hujus etiam vie
incitator Petrus quidam heremita fuit. Qui usque ad captam Jerusalem in multis utilis cum exercitu Dei perseveravit.
Gwilhelmus: Numquam tot gentes in unam coiere sententiam; opinionem hominum vincebat numerus, quamvis estimaretur
sexagies centum millia, qui omnes Ierosolimam pergebant **. Hec Sigibertus [1]. De hac profectione Ieroso- Mart. Pol.
limitana nonnulla specialia jam [d] exstant opuscula. Martinus: Urbanus papa, concilio Turonis celebrato c. 166. pont.
secundo, pene totum occidentem provocat in Terre Sancte subsidium. Qui per terram et deinde per brachium sancti Georgii
transeuntes, inventa per revelationem Cristi lancea, Anthyochiam, Tripolim, Acon et pene totam Terram Sanctam cum
Jerusalem ceperunt. Vide annos istius 42. et 43.

Quadragesimo primo anno Henrici cometes in occidente apparuit. Item exercitus Dei agressus terminos 1095.
paganorum, viriliter agit. Primumque fuit eis bellum ad pontem Phaphar fluminis 9. Kal. Martii, ubi multi Turcorum Sig. 1097.
occisi sunt. Secundum bellum fuit apud Nyceam 3. Non. Martii, in quo etiam pagani victi sunt. Capta ergo est
Nychea, capta Laodicia; cum essent plus 300000 armatorum in exercitu cristianorum, tanta eis omnium rerum suppetebat
copia, ut aries uno nummo, bos vix 12 nummis venderetur ***. Egkardus: Henricus imperator ab Ytalia rediens, Ekk. 1097.
aliquamdiu Ratisbone moratus est, ubi Judeis, qui baptizari coacti sunt, judayzandi ritum concessit. Post Moguntie
cum principibus colloquium de pace habuit circa Kalendas Decembris. Cometes apparuit.

Quadragesimo secundo anno Henrici multis in locis 5. Kal. Octobris celum quasi ardere visum est nocturno tem- 1096.
pore, et secuta est gravis animalium pestilentia, et segetes nimio ymbre et aurugine corrupte sunt. Item ex mona- Sig. 1098.
sterio dicto Molismus, sito in episcopatu Lingonensi, 21 [e] monachi una cum Roberto patre monasterii egressi, post multos Vinc. 26, 94.
labores Cystertium devenerunt, locum tunc horroris et vaste solitudinis. Et ibi, freti consilio et auctoritate Hugonis
archiepiscopi Lugdunensis, sedis apostolice tunc legati, et Walterii Cabilonensis episcopi, necnon et Odonis ducis Bur-
gundie, inventam heremum in abbatiam construere ceperunt. Hardinghus Anglicus fuit unus de illis 21 monachis. Post
Robertus ad Molismum rediit, et omnes qui secum venerant, preter 8. Qui sibi abbatem prefecerunt Albericum quendam
de suis, priorem vero Hardinghum, qui et Stephanus. Item Egkardus: Dum imperator de facultatibus Judeorum Ekk. 1098.
interfectorum perquireret Moguntie, et tam pontifex quam ejus consanguinei de eisdem pecuniis culparentur, commotus cod. D. E.
presul Thuringiam cum suis se contulit. Imperator vero redditus episcopi suis usibus universaliter adjecit, fugatorumque [f]
possessiones publicari meniaque dirui precepit. Item Baldricus, qui scripsit hystoriam Ierosolimitanam, Vinc. 26, 96. 98.
dicit, quod exercitus Dei post captam Nyceam, perveniens ad pontem quendam, Turcos innumeros offenderunt, Sarra-
cenos, Augulanos, Persas 360000 et Arabes innumeros. Cesa sunt ibi barbarorum multa millia. Factum est hoc pre-

* Urbanus papa — sumend. *ap. Corn. p. 629. 39. ann. Henr.* ** innumerabiles populi — pergeb. *ap. Corn. p. 630. 40. ann. Henr., quibusdam omissis.* *** exercitus Dei — vender. *ap. Corn. p. 630. 41. ann. Henr. falso* sec. Vinc.

[a] *verba* a Brit. — Normannia *om.* 2. [b] Loyamundus *Sig.* [c] apostolica *add. Vinc.* [d] *om.* 2. [e] 17. *Sig. auct. Vinc.* [f] fugationumque 1.

[1] Hoc supra ponendum erat ante *Gwilhelmus*.

Vinc. 26, 98. lium Kalendis Junii [a]. Inventum est in tentoriis barbarorum auri et argenti plurimum, equi, boves, cameli, mule, vervecés
et asini et suppellex copiosa. Post cristiani venerunt Yconium, et post ad civitatem Erachyam, que, Turcis abjectis,
ibid. c. 99. illis se reddidit. Et inde cum magna difficultate venerunt ad vallem Anthyochie, que est Syrie metropolis. Hanc primo
obsedit Boamundus 13. [b] Kal. Novembris feria 4. a tribus portis. Ibi in castris tanta fames facta est, quod aselli onus
vendebatur 8 puratis, qui valent denariorum 120 solidos. Quidam autem admiratus Turcorum nomine Pyrrus in Anthyochia fuit. Qui fedus amicitie per fideles internuntios cum Boamundo inierat, fama ejus allectus. Hic Boamundo
filium suum misit obsidem, et reddidit ei tres turres quas tenebat. Et sic capta est civitas. Cassianus autem dominus Turcorum inter fugientes delituit. Cujus caput Armenii abstulerunt et Boamundo detulerunt. Corberannus autem princeps
eorum, qui ad auxilium Anthiochye confluxerant, accepta licentia seviendi in cristianos a calipha, sue gentis apostolico,
innumeros sibi coagulaverat, inter quos fuerunt et admiratus Ierosolimiorum et rex Damasci et Sensadolus, filius Cassiani,
ibid. c. 100. cum quibus civitatem captam obsedit. Deinde in civitate fames prevaluit, panis paximatius et permodicus bisantino
vendebatur. Carnes equine et asinine pro imperialibus computabantur deliciis. Gallina 5 [c] solidis, ovum 2 solidis,
nux vel glans appretiabatur denario. Hec continuo 36 diebus toleraverunt. Tredecim homines laboriosi et strenui fode-
ibid. c. 101. runt a mane usque ad vesperam, et invenerunt lanceam Domini, nimis alte infossam. Cum autem cristiani exirent in
prelium contra Corberannum, visus est exercitus exire ab ipsis montibus innumerabilis, insidentes equis albis et in
manibus vexilla candida preferentes. Cujus duces erant sanctus Georgius et sanctus Demetrius et sanctus Mercurius, qui
Julianum apostatam interfecerat. Victi igitur Turci fugerunt. Capti sunt ibi equi multi et jumenta, oves et boves et gaze
innumere, et in civitatem reducta. Factum est prelium 4. Kal. Julii. Infra civitatem Anthyochiam sunt quatuor montane satis
alte. In quarum sublimiori castellum est, quod toti preminet civitati. Deorsum civitas est decenter edificata et muro
duplici circumdata. Murus interior amplus et altus et quadris lapidibus compactus, in quo sunt turres 350, formosis
menibus venustate et defense propugnaculis. Murus exterior non est tante celsitudinis, sed tamen admirande venustatis.
In se sustinet 340 ecclesias. Patriarcham habet, cui subiciuntur 153 episcopi. Ab oriente clauditur montanis, ab occidente
civitatis muros preterfluit fluvius Farfar. 85 reges eam sublimando nobilitarunt. Quorum primus fuit Antyochus, a quo et
ibid. c. 99. condita et denominata est. Item Wilhelmus: Hec post Romam, Constantinopolim et Alexandriam quarto loco cunctis per
orbem civitatibus prelata est. Fluvius ibi est, qui modo Farnus, olim Orons dictus est, 12. ab urbe miliario pelago influens,
fluentis rapacibus et ipso impetu frigidioribus salubris aure temperie civitati medetur. Commeatum navium opidanis
invehens, perseverantiam obsidentium quantolibet tempore deridet. Est preterea ipsa civitas menibus tuta, montibus ardua.
ibid. c. 101. Ecclesia beati Petri et ecclesia beate Marie, quamdiu ibi Turci fuerunt, illibate manserunt. Item Baldricus: Hanc
cristiani per 8 menses et diem 1 obsederant et ceperant. Post in civitate jam capta gentiles obsessos eos tenuerunt
per tres ebdomadas. In qua obsidione tantus confluxit gentilium exercitus, ut nullus copiosiorem meminerit se vidisse
vel audisse. Requieverunt cristiani in ea 5 mensibus et 9 diebus. Post hec ventum est ad Marram civitatem opulentam.
Que capta est hora vespertina diei sabbati, 3. Ydus Decembris [d]. In qua cristiani morati sunt per mensem unum et
dies tres in tanta fame, ut carnes Turcorum comederent [e] *.

1097. Quadragesimo tertio anno Henrici, ut dicit Sigibertus, exercitus Dei cum magno labore tandem pervenit
Sig. 1099. Jerusalem. Eaque obsessa, cum laboraret pro victus et maxime pro aque penuria, omnes ex communi decreto nudis
pedibus cottidie exorando circuibant civitatem. Octavo autem talis humiliationis die, obsidionis autem die 39. capta est
Jerusalem, Ydus Julii, in sexta feria. Et in templo Salomonis et in porticu ejus cristiani cum paganis quinto bello
conserto, tanta in eos cede debachati sunt, ut in sanguine occisorum equitarent usque ad genua equorum. Cumque
ordinatum esset, qui Jherusalem deberent retinere, jam principibus de repatriando agentibus, ecce rex Sarracenorum ad
debellandos eos venit Ascalonam cum 100000 equitum et 400000 peditum. Cui cum occurrisset exercitus Domini, in
quo non plus quam 5000 equitum et 15000 peditum erant, Deo pro servis suis clamantibus pugnante, et nube eos protegente ab estu solis, Sarraceni solo impetu cristianorum territi, omnes projectis armis fugerunt. Et in hoc sexto bello
4. Kalendas Augusti facto cesa sunt 100000 paganorum. In porta vero Ascalone [f] suffocati sunt ad duo millia. Eorum
autem, qui in mari perierunt et inter spineta silvarum consumpti sunt, numerus nescitur. Duce autem Godfrido electo
ad principandum remanente in Jerusalem, ceteri principes repatriant. Capta est autem Jerusalem post annos circiter
Vinc. 26, 103. 482. [g], ex quo, sub Heraclio imperatore secunda vice capta, possessa est a Sarracenis. Gwilhelmus: Hic Godfridus
dux imperatori Henrico militavit contra Hillebrandum papam, et in obpugnando Romam partem muri, que ei obtigerat,

* exerc. Dei post captam Nyc. — comeder. *ap. Corn. p. 631. 632. 41. ann. Henr.*

[a] Julii *Vinc.* [b] 12. *Vinc* 13. *Corn.* [c] 15. *Vinc.* 5. *Corn.* [d] Septembris, *quae vox prius legebatur, scriptor exstinxit colore rubro in* 2. Septembris *Vinc.* [e] commederent 1. [f] Ascolane 1. [g] *hic numerus in* 1. *ex corr. manus* 1* *in loco raso.* 460. *Sig. Vinc.*

primus irrupit. Postea pre nimio labore et nimia siti nimium vinum hauriens, febrem quartanam nactus est. Audita Vinc. 1. 1.
autem fama [a] vie Ierosolimitane, illuc se iturum vovit, si Deus redderet ei sanitatem. Quo voto emisso, vires ejus mox
penitus refloruerunt. In Anthiochye obsidione Turcum quendam, singularem pugnam petentem, medium a lateribus gladio
Lotharingho dissecuit. Cujus desecta medietate jam in armis palpitante, reliquam tulit equus, cui insederat; eo firme
Turcus ille insederat equo suo. Idem Godfridus alterum Turcum eque congressum, librato [b] in caput ejus ense, a vertice
usque ad inguina diffidit, et ex eodem ictu sellam et spinam equi penitus discidit *. Item in eadem obsidione quendam
militem suum pabulatum progressum, a leone invasum et clypeo se defendentem tandem occisum, adeo indoluit, quod
venabulo feram transfodit. Que saucia et dolore acrius seviens in eum irruit, itaque ex ferro, quod extabat ex vulnere,
tybiam ejus sauciavit. Qui mox gladio bestiam evisceravit. In cronicis dicitur sic: Creduntur transfre- Mart. Pol.
tasse tunc bene 200000 cristianorum in subsidium Terre Sancte. Ceperunt autem Anthyochiam, Tripolim, Achon, que c. 94. imp.
tunc Ptolomada dicebatur, et Cesaream et Jerusalem, et pene totam Terram Sanctam. Martinus: Antequam autem c. 166. pont. c. 94. imp.
Antyochia caperetur, sanctus Andreas apparuit cuidam rustico simplici dicens: 'Veni, ostendam tibi lanceam, per quam
Jhesus Cristus fuit perforatus'. Qui rusticus capta civitate cum aliis fodientes, in ecclesia sancti Petri lanceam invene-
runt. Dubitantibus autem plerisque, an ipsa esset illa vera lancea, quidam Bartholomeus per Cristum de hoc certificatus,
cum ipsa lancea per ignem 13 pedum ad hoc factum transivit illesus. Et sic fideles cum lancea intrepidi procedentes,
per Achon veniunt Cesaream. Cum autem essent juxta Cesaream, accipiter quidam columbam super exercitum volantem
graviter plagatam dejecit in terram. Que columba deferebat litteras talem sententiam continentes: 'Rex Acharon duci
Cesaree salutem. Generatio canina venit, gens contentiosa, contra quam [c] per te et per alios volo legem tuam defendas.
Idem annuntia aliis civitatibus' **. Rex autem Jerusalem Godfridus secundo anno suo ibidem moritur et sepelitur. Item
Egkardus: Henricus imperator, reprobato filio suo majore Conrado, quem prius coronaverat, filium suum juniorem Ekk. 1099.
Henricum V. Aquisgrani regem fecit. Conradus siquidem jam per quasdam Ytalie partes sceptrum et dignitatem regis
annis pluribus [d] obtinuerat, tantum odorem indolis sue bone per orbem Romanum diffundens, ut nemo sapiens salutem
reipublice in ipso constituendam dubitaret. Erat enim vir per omnia catholicus, pape subjectissimus, miseris et precipue
militibus inopia strictis compassione et fructu misericordie proximus fiebat; nemini contemptum, nemini vim, nemini pre-
judicium intemptans, omni persone et omni conditioni fuit affabilis, et ideo Deo et hominibus dilectus; patrem suum
dominum suum vel cesarem vel imperatorem nominavit. Adventantes a palatio patris sub appellatione conservorum, licet
infimos, sociali benevolentia tractavit. Corpore fuit decorus et statura procerus ***.

Quadragesimo quarto anno Henrici Paschalis II., natione Tuscus, papa 150., sedit annis 18, mensibus 5, diebus 1098.
7. Iste prius dictus est Raynerus, et fuit cardinalis de Sancto Clemente, sancte conversationis et boni testimonii, abbas Mart. Pol.
nobilis Romanorum. Quem Urbanus papa moriturus, spiritu instructus divino, designavit in regimen apostolicum eligendum. c. 170. pont.
Item Gwilhelmus [1]: Impius rex Anglie Wilhelmus, de quo anno 36. istius dictum est, anno regni sui 13., Vinc. 26, 104.
vite vero 44., Nonis Augusti obiit. Nullum [e] suo tempore conventum ecclesiasticum fieri permisit, sacros honores sui
juris esse dictitabat [f]. Eodem die quo mortuus est 3 episcopatus et 12 abbatias vacantes in manu sua tenebat. Ex
cronicis: Hoc etiam anno Godfridus Lothariensium dux et princeps Ierosolimitarum obit. Eique Baldwinus, frater Sig. 1100.
ejus, in principatu succedit. Item Egkardus: Wicbertus Ravennensis archiepiscopus, qui super Hillebrandum vel Ekk. 1100.
Gregorium positus, Clemens papa dictus est, obiit, vir utique ingenio, facundia, nobilitate personeque reverentia clarus. Qui
super unum papam viventem ascendit, scilicet Gregorium VII., et tribus sibimet alternatim succedentibus supervixit,
scilicet post Gregorium eundem Victorem III. et Urbanum II. et Paschalem II. Henricus autem im-
perator alium isti Clementi subrogare voluit, sed consilio, persuasione et petitione principum
imperii dissimulavit.

Quadragesimo quinto anno Henrici rex Baldwinus coronatus est apud Bethlehem. Vix tunc erant in tota militia 1099.
cristianorum 400 milites et tot pedites, qui Jerusalem et Ramulam et Caypham et Joppen custodirent. Postea cepit Vinc. 26, 105.
Baldwinus Cesaream Palestine. Ibi captus est admiratus urbis et episcopus eorum. Ibi Turcus in collo cristiani pugno
percussus bisantios evomuit. Mares enim intra gingivas, femine intra pudenda bizantios absconderant. Subegit idem rex
postea Thyberiadem, Sydonem, Accaronem et cunctas urbes maritimas. Boamundus autem insidiis cujusdam admiraldi
Turcorum captus, sed per gratiam Dei liberatus, argenteos compedes, quibus vinculatus fuerat, Anthyochiam secum

* exercit. d. cum magno lab. — discidit *ap. Corn. p. 632. 42. ann Henr., sed falso* sec. Vinc. ** ceperunt autem Anth. — civit. *ap. Corn. p. 633. 42. ann. Henr.* *** H. imp. reprobato fil. — procerus *ap. Corn. p. 633. 43. ann. Henr.*

a fame 1. b vibrato 2. c quos *Mart.* d fere 9 *hab. Ekk.* e nullo 1. 2. f dictabat 1. 2.

1 Vincentius hoc tribuit Helinando.

detulit. Post hunc Tancredus, nepos[a] ejus, prefuit Anthiochie*. Cui successit Rogerius, filius Richardi. Item Eg-
Ekk. 1101. kardus: Hoc anno Conradus adolescens, nono postquam a patris palatio recesserat anno, immaturo preventus occasu, plena fide et bona confessione a regno transitorio ad eternum creditur regnum migrasse. Sunt qui veneno dicant illum interiisse. Testantur qui aderant, in brachio corporis exanimi crucis signaculum subito exortum se vidisse, ipsasque ejus exsequias miraculis quibusdam honorificatas fuisse**. Item visus est ab occidente in orientem volans ignis instar non modice civitatis. Item vermiculorum, quos papiliones ad similitudinem tabernaculorum vocant, visus est exercitus incredibilis multitudinis per tres continuos dies quasi a Saxonie finibus in Bayoariam volare.

1100. Quadragesimo sexto anno suo Henricus imperator, habito cum principibus colloquio, Romam se profecturum ac
Ekk. 1102. generale concilium circa Kal. Februarii inibi se convocaturum condixit, quatenus, tam sua quam pape causa canonice ventilata, catholica inter regnum et sacerdotium confirmaretur unitas, que tot annis scissa permansit. Sed non ivit, immo Paschali pape alium superponere[b] post Wicbertum cogitavit. Post mediam vero quadragesimam convenientibus totius Ytalie presulibus, ultramontanorum etiam patrum quam plurimorum legatis, synodus magna Rome est habita. Ubi inter alia sic subscripsit synodus illa: *Anathematizo omnem heresim, et precipue eam, que statum presentis ecclesie perturbat, que docet et astruit, anathema contempnendum et ecclesie ligamenta spernenda esse. Promitto autem obedientiam apostolice sedis episcopo domino Pascali ejusque successoribus sub testimonio Cristi et ecclesie, affirmans quod affirmat, et dampnans quod dampnat sancta et universalis ecclesia.* Pascalis autem papa in imperatorem et patritium Romanorum Henricum promulgavit sententiam. In qua dicitur sic: *Qui tunicam Cristi scindere, id est ecclesiam rapinis et incendiis devastare, luxuriis, perjuriis et homicidiis commaculare non cessavit, primo a beate memorie Gregorio papa, post a sanctissimo Urbano papa predecessore meo excommunicatus est; nos quoque perpetuo cum anathemati tradimus. Id notum volumus omnibus esse, et maxime ultramontanis, quatenus ab ipsius se contineant iniquitate.* Per hec igitur acta Pascalis, et per principum imperii supplicationem, et quia aptus qui assumeretur non facile inveniebatur, quievit imperator de pape contra Pascalem post Wicbertum substitutione***. Sed retrospicias ad annum istius 44.

1101. Quadragesimo septimo anno suo Henricus imperator nativitatem Domini Moguntie celebrans, filio suo Henrico V.
Ekk. 1103. se rerum summam dimissurum seque sepulchrum Domini visitaturum, per Emochardum[c] episcopum publice predicari fecit. Indeque favorem maximum tam vulgi quam principum et clericorum regnique totius acquisivit, multosque e diversis regni partibus ad ejusdem itineris comitatum se preparare voto ipso succendit. Item Cûno, filius Ottonis comitis[d], unus de magnis principibus, cui nichil in omni[e] rerum humanarum [dignitate[f]] supra, scilicet natu, scientia, divitiis, fortitudine, elegantia, facundia prepollens, et affabilis et amabilis, quorundam hominum funestorum conspiratione, noctu dum iter ageret, invaditur et interimitur; sicut etiam ante triennium Henricus Crassus, ejusdem comitis germanus et natu senior, qui totius Saxonie principatum secundus a rege gerebat, a Fresonibus, quibus preerat, insidiis vallatur, et fugiens ad mare, vulneratur a nautis, simul et suffocatur; uterque toti regno multum dolendus†.

1102. Quadragesimo octavo anno suo Henricus imperator natale Domini Ratisbone celebravit. Ubi post aliquot dies
Ekk. 1104. excitatur in Sigihardum comitem, imperatori invisum, seditio tam furibunda, quod nullo, nec imperatoris filio, interveniente, sedare potuit, donec ab hora tertia usque in horam nonam in hospitio obsessus, tandemque fractis foribus, ipse, prius confessus et sumpto dominici corporis sacramento, capite truncatus est. Item in episcopio Spirensi sanguis ex panibus fluere visus, necnon et in lenticularum edulio prodigiose repertus, civile, immo intestinum bellum portendere, secundum antiquam hystorie Romane similitudinem coniciebatur. Item circa solstitium estivale inter grandinum lapides in pago Wirciburgensi de aere decidisse fertur tante magnitudinis glacies, quod in quatuor partes divisa, totidem hominibus inporta-
Vinc. 26, 107. bilis videretur††. Item Gwilhelmus: In cenobio Fuldensi exitialis lues prius abbatem et post multos monachorum extinxit. Superstites ceperunt primo sibi quisque timere, orationes et elemosinas largiores facere; sed processu temporis, ut est natura omnium, pedetemptim metu dempto, omittere, et precipue celerarius, qui palam clamitabat, non posse penum tot expensis sufficere, nec ultra aliquid spei esse, si, quod vivi nequissent, mortui consumerent. Itaque quadam nocte tarde pergens in dormitorium, videt in capitulo abbatem et omnes qui obierant illo anno, eo quo decesserunt ordine,

* Baldw. coronatus — Anth. *ap. Corn. p. 635. 45. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et quibusdam verbis additis.* ** C. adolescens — fuisse *ap. Corn. p. 635. 45. ann. Henr., sed falso* sec. Wilh. *et aliquot verbis mutatis.* *** Henr. imp. habito — substit. *ap. Corn. p. 635. 46. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. † Henr. imp. nativ. — dolendus *ap. Corn. p. 636. 47. ann. Henr.* †† Henr. imp. natale D. R. — videretur *ap. Corn. p. 637. 48. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib. *et* sec. Vinc.

[a] frater *Corn.* [b] supponere 1. [c] Emehardum *Ekk.* [d] ducis *Ekk.* [e] omnium 1. [f] *add. ex Ekk., om* 1. 2.

sedere. Tremens et effugere gestiens, vi retrahitur, increpatur et disciplinatur. Audivitque verba abbatis talia: 'Stultum Vinc. l. l.
est de alterius morte emolumentis inhyare, cum quilibet mortalis sit. Impium etiam est, cum monachus omnem vitam
suam in ecclesie consumpsit obsequio, ut careat saltem unius anni post mortem stipendio. Scito igitur, te citissime
obiturum. Sed quidquid pro te fiet, [ad aliorum [a]], quibus abstulisti, referetur commodum [b]. Vade modo, et alios corrige
exemplo, quos corrupisti verbo'. Abiit ille, et nichil se vanum vidisse, tam recentibus plagis quam morte proxima
demonstravit *.

Quadragesimo nono anno Henrici, ut dicit Sigibertus, terremotus magnus factus est Ierosolimis in vigilia natalis 1103.
Domini, et Ierosolimite innumerabilem multitudinem paganorum conterunt victoria gloriosa. Item Henricus V., filius Vinc. 26, 116.
imperatoris Henrici, aversus a patre, avertit ab eo quoscumque potuit, et sub obtentu meliorande reipublice et restau-
rande ecclesie in eum insurgit. Duo orbes in modum solis, forma et lumine cottidiano soli similes, apparuerunt,
omnium colorum specie radiantes instar arcus celestis.

Quinquagesimo anno suo, dum imperator Henricus Moguntie natalem Domini celebraret, filius ejus Henricus V. 1104.
contra jus nature et fas legum in patrem insurgens, quam indigne eum tractaverit, declarat epistola ex ore ipsius patris Ekk. 1105.
scripta ad Phylippum regem Francorum, et similiter epistola, quam scripsit principibus et episcopis Theu- Sig. 1106.
tonie, quam infra ponam anno primo Henrici V. Egkardus: Primo siquidem heresim prescriptam anathe- Ekk. 1105.
matizans, obedientiam ecclesie Romane profitetur. Inde federatis sibi Noricis principibus et ab Alemannia et orientali
Francia nonnullis nobilibus, ad Saxones convertitur, et ab eis honorifice suscipitur, et in Quedelingheborch pascha cele-
brans, in brevi universis Saxonie civitatibus est potitus, et ab optimatibus ut rex honoratus. Totamque Saxoniam ecclesie
Romane reconciliavit. Item episcopis et clericis conventum generalem indixit in villam regiam que Northusen dicitur
4. Kal. Junii, ubi super disciplina ecclesiastica tractaretur. Ingens ibi multitudo convenit. Henricus rex humilitatem et
benignitatem pretendens, servorum Dei conventui nonnisi vocatus interesse voluit. Tandem in abjecto productus habitu
locoque stans editiore, omnibus juxta principum decreta leges suas atque jura rationabiliter innovavit, et alia ad rem
pertinentia prosecutus est. Inter hec obortis lacrimis regem celi cunctamque celi militiam testabatur, se nulla regnandi
cupiditate sibi paternum regnum usurpare, neque dominum et patrem suum a Romano deponi imperio exoptare; sed si
sancto Petro suisque successoribus lege cristiana subici velit, sive regno cedere sive serviliter sibi se subesse promisit.
Quod auditum [c] omnis multitudo collaudat, lacrimas simul et preces [d] tam pro patris conversione quam pro filii prospe-
ritate fundere cepit, voce magna declamans 'kyrie eleyson'. Deinde per Theutoniam multis animose magni-
ficeque tam per patrem quam per filium gestis, castris [e] tandem circa fluvium Reginum in contrarium positis,
spectaculo nimis horribili, per triduum continuum ex una parte fluminis imperatoris, ex altera regis signa volitabant.
Frequentia in ipso fluminis alveo duella grassabantur. Et non paucos ex utraque parte Martis sors anceps absumpsit.
Sed die proxima ante congressionem certissime futuram principes, qui capita et robur exercitus utriusque videbantur,
pacifice et morose colloquentes, tandem parum emolumenti tam duro et tam [f] periculoso negotio inesse, unanimiter con-
siderantes, indeque fratribus, id est populo cristiano, ex utraque parte parcendum, immo parricidali pugna cessandum,
pari voto judicabant. Imperator consternatus animo, supplex principum suorum petit adjutorium, nec impetrat. Instruitur
etiam secretis filii sui litteris et nuntiis suorum [g] [adversus] se conspiratione, procurante beneficiis et muneribus et
promissis multis papa Pascali, propter quod, sicut erat sollers et in omnibus circumspectissimus,
imperator latenter e castris cum paucis subtrahitur. Sicque divina dispositione, uno salvo, multorum, qui fundendus
credebatur, sanguis salvatur. Quo audito, unusquisque propria repetit. Tandem colloquium generale indicitur apud Mo-
guntiam super causa istius discidii. Principes, jam per papam corrupti, judicant, quod pater et filius
separatim agant, et pater in castro fortissimo decreta principum exspectet. Unde vulgariter dictum est, patrem a filio
captum et custodie mancipatum. Henricus imperator post hoc se proditum intelligens, in Leodio ad tempora meliora cf. ibid. 1106.
se recepit**. Item Vincentius: Petrus Alfonsus, quondam Judeus et Incuses [h] appellatus, Judaismum reliquit, et p. 236.
ad fidem Cristi conversus, libellum elegantem satis edidit, in quo contra Judeos et Sarracenos egregie disputavit. Bapti- Vinc. 26, 118.
zatus est autem in sede Ostensis civitatis manibus Stephani ejusdem urbis episcopi, et ab Alfonso imperatore Hyspanie
de sacro fonte susceptus in die apostolorum Petri et Pauli; unde et dictus est Petrus ob reverentiam illius diei, et
Alfonsus propter nomen patris sui spiritualis. Edidit etiam libellum gratiosum ad filium suum, insinuans ei bene vivendi
rationem, qui incipit sic: *Deus, in hoc opusculo.* De hoc quoque Henrico IV. vulgariter et mitilogyce

* in cenob. Fuld. — demonstr. *ap. Corn. l. l.* ** dum imp. H. Moguntie — recepit *ap. Corn. p. 638. 49. ann. Henr., quibusdam verbis additis, aliis omissis.*

[a] *recepi ex Vinc., om.* 1. 2. [b] commodum 1. 2. [c] auditorium 2. [d] omnis — preces *desunt in* 2. [e] castra 1. 2. [f] *om.* 2. [g] suos se 1. 2. [h] Moyses *Vinc.*

Helmold. c. 32. dicitur in cronicis Sclavorum cap. 19., quod, Wicberto, papa Henrici, qui et Clemens, mortuo, sopita sunt scismata. Et Paschalis nichilominus excommunicavit imperatorem, et eo usque sententia illa invaluit, ut, collecta generali curia, principes Theutonie Henrico dyadema tollendum et ad filium ejus equivocum transferendum decernerent, qui jam dudum per patrem fuit in principem designatus. Igitur Moguntinus, Coloniensis, Wormatiensis a principibus missi venerunt ad regem in curti regia Hilgeleshem, dicentes: 'Fac nobis reddi coronam, annulum et purpuram ceteraque ad investituram imperialem pertinentia, filio tuo deferenda'. Imperator querit causam. At illi: 'Quid queris ea que optime nosti? Scis de scismate longo, scis, qualiter episcopatus, abbatias et cetera omnia feceris venalia, et quomodo [non[a]] sit electionis facultas in rectoribus quibuscumque constituendis, sed sola pecunie ratio. Pro hiis et similibus sanxit auctoritas apostolica et favet principum unanimitas, te et regno et communione fidelium privandum'. Quibus imperator: 'Vestra potestas est, hec michi imponere et crimen impingere. Dic igitur, o Moguntine, adjuratus per nomen eterni Dei, quid exegimus vel recepimus a te, quando te Moguntie prefecimus? Tu quoque, Coloniensis, similiter'. Illis autem fatentibus, nichil pecunie aut oblatum aut requisitum aut acceptum hujus rei gratia, rex ait: 'Gloria Deo'! Similiter et de Wormatiensi. Et iterum rex: 'Dignam ergo pro beneficiis nostris nobis rependitis gratiam. Nolite igitur participes illorum effici, qui levaverunt manus suas contra dominum et regem suum, et temeraverunt fidem et juramentorum sacramenta. Parum nobis superest evi, senio et labore confectis. Non ponatis maculam in gloria nostra. Si vero sententia vestra fixa manet, ut cedamus, constituatur dies placiti, et si curia adjudicaverit, filio nostro coronam manibus nostris imponemus'. Illis autem e contrario nitentibus, rex parumper avulsus ab eis, videns, quod venissent militia stipati, ipseque omni militia et armis esset pro tunc destitutus, principibus ipsis hoc versute procurantibus. Regalibus igitur indutus rex et in sedem regni receptus, dixit: 'Hunc imperialem honorem prestitit michi Deus et principum concors electio. Potens est autem Deus, michi conservare quod prestitit. Hactenus actore Deo bellisque vicimus impugnantes. Hoc autem intestinum malum, sicut nec suspectum habuimus, non precavimus. Quis enim in orbe cristiano tantum nefas consurgere crederet, ut jurata principi sacramenta fidelitatis irritentur, suscitetur filius contra patrem, postremo nulla beneficiis gratia, honestati reverentia exhibeatur? Certe majestas imperialis etiam proscribendis induciarum remedia consuevit non negare, prius premuniens quam feriens, prius invitans ad gratiam quam dampnans per sententiam. Nobis autem audientia denegatur, ideoque prefocamur[b], ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem a fidelibus amicis et a pontificibus maxime procedere posse conciperet? Quod si nec Deum nec honestatem nostram reveremini, ecce presentes sumus. Violentiam explodere non possumus, militibus et armis destituti'. Pontificibus igitur hesitantibus, quid agerent — magnarum enim rerum ingressus difficilis est — dixit Moguntinus ad socios: 'Quousque trepidamus? Nonne officii nostri est, regem consecrare, consecratum investire? Numquid ergo, quod principum decreto impendere licet, eorundem auctoritate tollere non licet? Quem meritum investivimus, quare immeritum non divestiamus?' Coronam igitur de capite regis abrumpunt, deinde purpura et imperialibus omnibus exuerunt. Quibus rex confusione circumdatus, ait ad eos: 'Videat Deus et judicet. Ego quidem luo peccata adolescentie mee, sed vos immunes non eritis, jurisjurandi prevaricatores, et portio vestra cum Juda traditore erit. Non consurgatis'. Illi vero obturantes aures suas, imperialia deferunt ad Henricum V., filium ejus, firmantes eum in regem.

c. 33. Filius igitur patrem expulit de regno. Qui viris novem comitatus fugiens, pervenit ad ducatum Lymborgensem, de quo principem nobilem rex, cum adhuc potens esset, destituerat et eum alteri tradiderat. Idem autem princeps destitutus casu, cum nunc rex fugeret, venationi deditus erat prope viam, per quam rex ipse filium fugit, animadvertitque rem, quia jam fama diffundebatur. Insequitur igitur cum militibus regem velocius. Quod videns rex, de vita timuit, et voce magna veniam postulavit. Cui princeps: 'Male, inquit, domine, veniam demeruistis'. Videns tum regem desolatum, misericordia motus dixit: 'Licet potestate vestra in me abusus fueritis, tamen Deus novit, quod vobis compatior, attendens iniquitatem contra vos maxime eorum, quibus beneficus semper exstitistis'. Et assumpsit regem in castrum, misitque circumquaque pro militibus, collegitque quasi 800 loricatos. Quibus perduxit regem in Coloniam, civitatem magnam. Colonienses receperunt eum. Filius obsedit Coloniam. Cesar nocte elapsus, fugit Leodium. Et convenerunt ad eum illuc omnes viri constantes et quorum corda miseratio tetigerat. Perspectoque auxiliatorum numero, dimicare statuit. Rogavitque principes et omne robur exercitus sui, dicens: 'Si fortissimus Deus hodie nos juverit, servate michi filium meum et nolite eum interficere'. Prelium gitur committitur, pater vincit, filius fugit, multis interfectis. Prelium autem instauratur, pater vincitur et comprehenditur. Quantas autem contumelias vir ille magnificus diebus illis pertulerit, sicut relatu difficile, ita auditu lamentabile est. Inter amicos et inimicos insultantes quidam pauperculus coram omnibus dixit eidem: 'Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, que operabaris prius, judicans judicia injusta, opprimens justum et dimittens noxios'. Cui cum quidam plus sensati irascerentur, dixit cesar: 'Nolite queso irasci in eum. Sinite eum. Voluntas Dei est, ut maledicat'. Erat ibi Spirensis episcopus, regi dilectissimus. Quo agitante templum ingens Dei genitrici apud Spiram constituerat civitatemque

[a] *om.* 1. 2. [b] preferamur 1. 2.

et episcopium multum promoverat. Ad quem rex ait: ‘Decidi a spe. Da ergo michi prebendam aput Spiram, ut serviam Helm. 1, 1.
sanctissime genitrici Dei, cui devotus semper exstiti. Novi enim litteras, et possum ad hoc subservire choro’. Ad quem
episcopus: ‘Per matrem Dei[a], non faciam quod petis’. Tunc cesar suspirans et illacrimans ait: ‘Miseremini mei’ etc.
usque ‘manus Domini tetigit me’. Mortuusque est cesar Leodii. Stetitque corpus ejus inhumatum in capella quadam
deserta 5 annis. O magna Dei judicia, que completa sunt in tam prepotenti viro! Sperandum est autem, quod caminus
ille tribulationis decoxerit in eo scoriam et rubiginem omnem abstulerit. Quotiens enim in presenti judicamur, a Domino
corripimur, ut non cum hoc mundo dampnemur. Hec Helmoldus presbiter venerabilis in cronicis Sclavorum.

## *Capitulum 87.*

Henricus V., filius imperatoris Henrici Magni, Romanorum 91., cepit anno mundi 5067., Urbis
1856., Domini 1105., imperatoris autem Henrici IV. patris sui anno 51., et 20 annis imperavit. Ekk. 1106.
Sane Henricus hic junior hoc anno tantum apud Moguntiam conventum principum regni fecit in natali Domini, quantus
per annorum curricula multa numquam visus est. Refertur enim, 52 optimates ibi tunc fuisse vel eo amplius, adeo ut
solus dux Saxonie nomine Magnus, gravior jam etate, notaretur defuisse. Apostolice etiam sedis legati, scilicet episcopi
Albanus et Constantiensis, sententiam anathematis in Henricum imperatorem, a tot sibi succedentibus papis sepius pro-
mulgatam, scriptis simul et dictis testificantur ibidem. Qua de causa cum ipse se de castello predicto quo manebat
exhibere temptaret animose, principes propter cavendum tumultum vulgi, sue potius quam filii parti favere solentis,
ipsi imperatori occurrunt Ingylenheym[b]. Tandemque generali et proditioso illum circumvenientes consilio, perducunt ad
hoc usque, quod regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum, globum et coronam, filii potestati
tradidit, prospera illi imprecans, illumque primatibus multo fletu commendans. Hoc igitur ordine Henricus V., primum
a patre Henrico imperatore, deinde ab omnibus regni principibus in regem jam secundo electus, et a legatis apostolicis
per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laycis juxta morem patrie sacramentis*,
regnare cepit. Et[c], ut dictum est, 20 annis imperavit. Martinus: Hujus Henrici temporibus Robertus Wisca- Mart. Pol.
rius vicit Alexium et Cinnianum imperatores Constantinopolitanos. Iste Robertus de Francia venit Romam cum exercitu c. 95. imp.
magno, volens, si posset, urbem occupare. Sed vi repulsus, regnum Apulie cepit. Habuit autem filium Rogerium regem
Syculorum et filiam Constantiam imperatricem, matrem Friderici imperatoris, qui contra Ottonem invaluit. Iste Rogerius
genuit Willerum regem Apulie, qui fuit in omnibus gloriosus. Cujus tempore regnum Apulie divitiis et deliciis pre
regnis ceteris efflorebat**. Vide infra nonum annum Friderici I.

Primo anno suo Henricus legatos Romam mittit, viros sagaces, qui et de objectis rite rationem reddere et de 1105.
incertis sagaciter investigare et per omnia ecclesiasticis utilitatibus sapienter consulere erant ydonei, scilicet a Lotharingia Ekk. 1106.
Brunonem Treverensem, a Saxonia Henricum Magdeburgensem archiepiscopos, a Francia orientali Ottonem Babenbergensem,
a Bayoaria Everhardum Eystadensem, ab Alemannia Gerhardum Constantiensem episcopos, aliosque nonnullos presules,
plerosque etiam nobiles de latere regis layce professionis. Illudque mandati precipuum eis inter cetera dedit, ut, si
fieri possit, dominus apostolicus suam Cisalpinis partibus exhibeat presentiam. Et sic per tot annos jam obnubilata
lux fidei partibus nostris exoritur. Depublicaturque[d] et ventilatur, dijudicatur et convincitur, respuitur et condempnatur
et anathematizatur heresis Clementina vel Wicbertina et Henriciana. Ecclesia autem Romana, jam cornibus sibi
exaltatis, ossa Wigberti pape de solempni sepulchro suo, quod per sex annos jam in ecclesia Ravennensi possederat, proici
fecit, universaque ejus instituta velut invasoris apostatici annullavit. Item hoc anno Wernherus ministerialis regis,
qui marcie[e] Aquine preerat, collectis undecumque per Ytaliam copiis, corruptisque pecunia nonnullis Romanis, dum papa
Pascalis in finibus Beneventanis immoratur, abbatem de Farfara cathedre sancti Petri imposuit, et ipsum papam
cesaris sub Silvestri appellari voluit vocabulo. Qui tamen post paululum a fidelibus Pascalis eliminatur†. Item
legati regis Henrici supradicti per Adelbertum comitem juxta civitatem Tridentum capiuntur de mandato Henrici impe-
ratoris; sed per Welofonem ducem Noricum tertia die supervenientem liberantur. Item a prima ebdomada quadragesime

* sane Henr. hic. — sacramentis *ap. Corn. p. 643, sed falso* sec. Vinc. *et paucis verbis omissis.*
** hujus Henrici — efflor. *ap. Corn. p. 643. 1. ann. Henr.* † Henr. legatos Romam — elimin.
*ap. Corn. p. 643. 1. ann. Henr.*

[a] domini *Helm. Corn.* [b] in Gylenheym 1. 2. *Corn.* [c] *om.* 2. [d] depplatur 1. [e] cie *ex correct. manus* 1* *in* 1. *in loco raso.*

Ekk. l. l. cometa immensi fulgoris usque ad Domini passionem apparuit. Inter hec quidam in Alsatia Henrico regi rebellant, et pater regis Henricus eximperator non modica sibimet auxilia contra filium attraxit, scilicet episcopum Leodiensem, et Henricum ducem Lotharingie, Coloniam, Juliacum, Bunnam et Veronam [a], ceteraque partis illius opida; ut vir bellator ab adolescentia sua argumentose se contra filium preparavit. Henricus [b] vero rex, juvenili succensus animositate, se parat ad occurrendum, premittitque 300 viros, qui pontem super Mosam fluvium in loco qui dicitur Wegesaz constructum observarent. Ipse autem Aquisgrani in palatio cenam Domini celebrare volebat. Unde dux Henricus cum imperatoris exercitu regios milites ad pontem invadit, cingit, opprimit, sternit et capit. Quorum etiam quosdam fluvius voravit. Henricus autem rex propter eventum rei festa paschalia Bunne [c] celebravit. Ubi Henricum ducem, judicio optimatum reum majestatis et hostem reipublice, ducatu privat, et generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto a principibus sacramento, per totum regnum indicit et preparat. Et exhinc ad partes superiores se contulit, memor patris sui prudentie, experientie bellice et animositatis. Inter hec imperator Coloniam vadit, episcopum pellit, civitatem permagnifice munit, deinde Leodium redit. Igitur mense Junio rex Henricus cum 20000 Coloniam obsidet, et quatuor ebdomadas ibi casso labore consumit. Inter hec legati imperatoris Henrico regi et principibus suis litteras deferunt in hec verba: *Henricus Dei gratia Romanorum imperator augustus episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, ceterisque regni principibus gratiam et dilectionem, dignantibus eam recipere. Conquerimur Deo omnipotenti et domine sancte Marie et beato Petro principi apostolorum patrono nostro et vobis principibus omnibus, quod injuste et inhumane et crudeliter, confisi in illa fide, de qua dubitare non debueramus, tractati sumus, et tam honore regni quam prediis et omnibus, que habebamus, contra divinum et humanum jus, ad infamiam et inproperium regni, ita expoliati sumus, ut nichil penitus preter solam vitam relictum nobis sit. Et quia, cum consilio [d] et rogatu filii nostri, fide et securitate vite et honoris nostri ab eo prius accepta, fiducialiter et desideranter Moguntiam in presentiam legati Romani et principum tenderemus, ut eorum dispositione ageremus, tam de statu ecclesie et honore regni quam de salute anime nostre, ipse non est veritus in hac voluntate et obedientia nos contra datam fidem capere et usque ad articulum mortis ferme deducere: non ausi sumus ita nos illi credere, ut injuriis et contumeliis nos pro voluntate sua, sicud prius, valeat pertractare. Quapropter multum rogamus vos et obnixe precamur, ut pro timore Dei et honore regni et honestate vestra studere dignemini, quomodo de injuria in manibus vestris michi illata per vos possimus justitiam recuperare. Nos quoque, pro consilio vestro et eorum qui nos non odiunt, parati sumus, tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alteri in regno libenter emendare. Parati sumus etiam domino pape reverentiam debitam et obedientiam sincero corde presentialiter exhibere, et tam consilio vestro quam spiritalis patris nostri H [1] Cluniacensis abbatis aliorumque virorum religiosorum, de statu ecclesie et honore regni, quantum in nobis est, disponere. Cum igitur ad hec parati simus, rogamus vos et obnixe precamur, quatinus pro Deo et honore regni et vestro instanter moneatis filium nostrum, cum nulla ei adversum nos residua sit occasio, ut asserit, quod ammodo desistat nos et fideles nostros persequi, et quiete et pacifice vivere permittat. Quod si noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romane ecclesie, cui nos committimus, et honorem [e] regni, ne super nos et super fideles nostros veniatis, quia manifestum est, eum non divine legis zelo aut dilectione [f] Romane ecclesie, sed concupiscentia regni, patre injuste eo privato, hoc incepisse. Apud quem si interpellatio vestra nullaque alia interventio ad presens prodesse poterit, appellamus Romanum pontificem et sedem universalem Romanam et ecclesiam.* Henricus autem rex ex optimatum consilio legationem vicariam, invectivam et impactivam multum et calliditate plenam, patri destinavit, quam tamen prius publice predicari per Magdeburgensem episcopum Henricum fecit, hocque facto suorum animos secum valde roboravit. Igitur Henricus eximperator et Henricus exdux Lotharingie exercitum undecumque conflant, et adhuc vel semel temptare fortunam omnimodis parant. Dum autem hec aguntur, Henricus imperator Leodii moritur 7. Ydus Augusti, quo die matrem suam ecclesiam apud Unstrod invadens, innumeras animas ad inferos premisit, eademque die Martis, qua etiam cuncta sua prelia, paganico nimirum auspicio, perpetrare consuevit. Leodii sepelitur, sed tandem jussu regis Spiram defertur *. Hic finis, hic interitus, hec mensura laborum et tam immensorum et plurimorum preliorum ipsius, hec sors ultima imperatoris magni Henrici, quo nemo natu, ingenio, fortitudine, preliis, audacia, et animositate victoriisque, et statura totiusque corporis elegantia aptior fascibus imperialibus videretur, si non a tritico purissimo in lolium sterile degenerasset, et ecclesie Romane
Vinc. 26, 117. rebellans persecutor plus animarum quam corporum exstitisset. Wilhelmus: Hic Henricus, Hillebrandi inimicus et ea occasione plus a filio suo turpiter et nequiter imperio dejectus, fuit ore facundus, ingenio acer, in elemo-

* legati reg. Henr. supradicti — defertur *ap. Corn. p. 644—646. 1. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.

[a] Bunnam quae et Verona *Ekk.* [b] *Verba* Henricus vero — cordibus Germanicis, quam *(a. 1106. p. 136) desunt in* 1. *propter folium excisum.* [c] Bune 2. [d] concilio 2. [e] honore 2. [f] dilectionis 2.

[1] i. e. Hugonis, secundum Ekkehard.

sinis largus, quem natura ad imperandum omnibus habilitasset. Sexagies et bis acie collata dimicavit, plures ex adver- Vinc. l. 1.
sariis ejus vitam exitu misero finiere. Quia justitias imperii defendere et in statu pristino conservare et
maxime de investituris episcoporum et abbatum conabatur, pericula multa sustinuit et persecu-
tiones. Quidam ex adversariis ejus, homo potens et famosus, dum resupinata cervice in convivio resideret, repente a
muribus circumvallatus est, ut nusquam posset effugere. Tantus erat numerus bestiolarum, ut in qualibet provincia
ampla tot esse non putarentur, fustibus et subselliis diu repulse fugari non potuerunt. Nullum vero nocere temptabant
nisi illum solum, quem dentibus et terribili quodam occentu persequebantur. Iste igitur a famulis ultra jactum sagitte
in pelagus provectus est. Sed frustra. Nam continuo tanta vis murium inundavit, ut mare palleis constratum jurares.
Et cum tabulata navis corroderent, et aqua per rimulas et rasuras[a] subintraret, famuli timentes naufragium, puppem ad
litus retorquent. Miser igitur ille in terram expositus, mox totus dilaceratus, horrendam murium famem explevit *. Sed
hoc ideo mirum minus judico, quod certum est, in Asyaticis regionibus si leopardus aliquem momorderit, confestim mu-
rium copiam adventare, ut vulneratum commingant, immundumque urine diluvium comitari hominis exitium. Si vero
sedulitate arcentium infra novem dies vitata fuerit pernicies, medicorum industriam ex tunc valituram. Conspicatus est relator
meus quendam hujus saucium, cum desperaret in terra salutem, in altum jactis anchoris processisse. Nec mora, plus
quam mille mures vidisse corticibus malorum granatorum, quorum medullas exederant, inclusos, mirabile dictu, sed ob-
strepentibus nautis demersos. Nichil enim ille parens rerum creatarum destituit ingenio, nichil noxium sine remedio.
Item dicit Martinus et addit: Invenitur etiam de quodam principe, quod nulla arte poterat juvari, quin ipsum Mart. Pol.
pediculi consumerent. Igitur Henrico Magno tam miserabiliter finito, c. 94. imp.

> Desinat elatis quisquam confidere rebus, Claudian. in Ruf. II, 440 sq.
> Instabilesque deos et lubrica numina discat.
> Illa manus, que sceptra mundi gestabat,
> Cujus se totiens submisit ad oscula supplex
> Nobilitas,

nunc inhonorus et derelictus ab omnibus diuque inhumatus, nec sepulchri meretur honorem**. Item Ekk. 1106.
Egkardus: Hoc etiam anno Paschalis papa, concilio celebrato presentibus legatis Henrici regis Romanorum, Theutonicos
scismaticos absolvit et ad unitatem ecclesie recepit. Per tantam enim regni latitudinem tantum scisma fuit, ut vix pauci
sacerdotes et clerici catholici reperirentur †. Item Sigibertus: Anno Henrici istius primo facta est carta caritatis Vinc. 27, 1.
a Stephano abbate Cysterciensi et 20 abbatibus, auctoritate sigilli apostolici confirmata. Ab illo ergo tempore rejecerunt
ab ordine frocos et pelliceas, stamina et capucia et femoralia et pectina et coopertoria et stramenta lectorum ac diversa
ciborum in refectorio fercula et sagimen et omnia que puritatis[b] regule adversabantur. Abjecerunt etiam ecclesias,
altaria, oblationes et decimas et sepulturas aliorum hominum et furnos et molendina et villas et rusticos, quia nec in
vita sancti Benedicti nec in ejus regula legebant, eundem sanctum hujusmodi[c] possedisse, nec feminas monasterium ejus
intrasse, nec mortuas ibi sepultas fuisse, excepta sorore sua sancta Scholastica, dicentes, Deum Benedicto precepisse, ut
monachus a secularibus actibus se faciat alienum. Decimas quoque dicebant a sanctis patribus in quatuor distributas partes,
unam episcopo, alteram presbitero vel clerico, tertiam hospitibus ad illam ecclesiam venientibus seu viduis et infirmis
sive pauperibus alium victum non habentibus, quartam vero restaurationi ecclesie. Et quia in hoc compoto personam
monachi, qui terras suas possidet, unde et per se et per pecora sua laborando vivat, non reperiebant, idcirco hoc, veluti
aliorum jus, injuste sibi usurpare detractabant. Item in parrochia Lygiensi porca enixa est porcellum habentem faciem ibid. c. 9.
hominis. Natus est etiam pullus galline quadrupes ††.

Secundo anno suo Henricus rex natale Domini Ratisbone celebravit, presentibus legatis Paschalis pape. Cujus 1106.
adventum aliquamdiu rex apud Augustam prestolatus fuerat. Sed papa quasi proterviam Theutonicorum declinans, ad hoc Ekk. 1107.
et animosum cor regis adolescentis considerans, etiam nondum ostium in Germanicis partibus sibi apertum esse gemens,
per Burgundiam transivit in Cluniacum, et tandem circa ascensionem Domini concilium non modicum apud Trecas habuit,
ubi inter alia sententiam de libera pastorum electione et de coherecenda laycorum in ecclesiasticas dignitates presumptione
juxta predecessorum suorum decreta promulgavit. At rex Henricus, peragratis Saxonie finibus, post paschale festum Mo-
guncie actum, eidem concilio se vicinum, non tamen presentem, exhibuit cum nonnullis episcopis et optimatibus. Cum
quibus etiam inito consilio[d], legatos transmisit, per quos tam pape quam universe synodo potestatem constituendorum

* Hic Henr. Hillebrandi — explevit *ap. Corn. p. 646. 1. ann. Henr.* ** igitur Henr. Magno — honorem *ap. Corn. p. 646. 1. ann. Henr.* † Paschalis — reperir. *ap. Corn. p. 646. 2. ann. Henr.* †† facta est carta — quadrupes *ap. Corn. p. 646. 2. ann. Henr.*

a rosuras 2. b puritati 2. c hujus possessisse 2. d concilio 2.

Ekk. l. l. episcoporum privilegiis apostolicis excommunicationis sententia vallatis, in contrarium conantibus inflicta,
Karolo imperatori suisque successoribus concessam notificaret. Super qua questione quia in alieno regno quidquam
diffiniri, utpote Romano jam incipiens potiri sceptro, Henricus non patitur, inducie sibi totum sequentis anni spatium
Romam veniendi et tandem causam generali concilio ventilandi conceduntur. Igitur papa humilitatem in cordibus Germa-
nicis, quam[a] speraverat, non inveniens, querulose Romam revertitur. Rex vero Ratisbonam profectus, colloquium ibi cum
Sig. 1106. Bayoariis habuit*. Item Egkardus[1]: Dux Lotharingie Henricus, qui ab imperatore ad filium ejus animo transiens,
eum contra patrem suum consilio animaverat, et a filio ad patrem rediens, partes filii debellaverat, mortuo impe-
ratore, se ut reum mayestatis filio ejus reddidit. Qui ab eo custodie traditus est, de qua tamen per industriam suam
ibid. 1109. evasit. Sed ducatus ejus datus est Godfrido comiti Lovaniensium**. Item hoc anno Phylippus rex Francorum
Ekk. 1106. obiit et apud Floriacense cenobium tumulatur***. Item hoc anno, scilicet Henrici V. secundo, mortuus
est dux Saxonie Magnus, filius Ordulfi ducis, filii ducis Bernardi, filii Bennonis ducis, filii
Hermanni ducis Saxonie primi, de quo dictum est anno Ottonis Magni ultimo circa finem.
Et dedit cesar Henricus V. ducatum Ludero[2] comiti Saxoni. Qui descenderat de semine regis
Angarie[b] Widekindi, sicut et comites et nobiles alii Saxonie quam plures, puta Ballenstedenses,
Brunswichenses, Ringhelenheimenses[c], Werlenses, et alii quam plurimi cometias et dominia plurima
Helm. c. 35. possidentes. Reliquit autem duas filias Eyliken et Wulfildis, ut dictum est. In diebus igitur Luderi
ducis Saxonie latrunculi Sclavorum homines et jumenta de Sturmaria prope civitatem Hamborch abduxerunt. Comes
illius provincie Godefridus cum aliquantis civium de Hammenborch latrones persequitur. Sentiens autem Sclavorum mul-
titudinem, substitit aliquantisper, donec ei majus adveniret auxilium. Preteriens igitur quidam rusticus, cujus uxor et
filii captivi ducebantur, dixit comiti: 'Quid trepidas, virorum vilissime? Cor habes muliebre, non virile. Certe si videres
uxorem tuam filiosque abduci, sicut vides meos, non subsisteres. Propera, festina, libera captivitatem, si de cetero in
terra honorari volueris'. Comes sic irritatus hostes velociter insequitur. Insidias incidit, percutitur, et cum eo viri quasi
viginti. Caput autem comitis Godfridi absectum Sclavi secum abduxerunt. Quod postea multo pretio redemptum in patriis
cum corpore reconditum est sepulchris†. Hec ex[d] hystoria Sclavorum c. 31. Et sequitur ibidem c. 32:
c. 36. Cometiam vacantem dedit Luderus dux Saxonie nobili viro comiti Adolfo de Scowenborch[e], virtutibus militaribus et indu-
stria tunc in partibus occidentalis Saxonie singulariter adornato. Fecitque comes Adolfus pacem firmissimam cum regulo
c. 34. Sclavorum Henrico, filio Godscalci ex filia regis Danorum. Henricus iste rediens de Dania, quo fugerat, Cruconem[f]
principem Sclavorum adversarium suum occidit, munitiones, quas Cruco possederat, occupavit, et reddidit hostibus
ultionem. Edificavitque juxta fluvium Trabena urbem, que nunc vetus Lubeke nominatur. In qua cum familia sua sepius
morabatur. Propter quod etiam in universa Slavia non erat ecclesia vel sacerdos nisi in hac urbe tantum. Natus enim
c. 36. erat Henricus de patre cristiano et martyre Godscalco. Post hec Rani, qui et Rugiani, Lubeke novam urbem obsidentes,
per dictum Henricum Slavorum principem coram ipso castro Lubeke sternuntur, obtruncantur et aquis perfocantur. Fece-
runtque Henricus cum suis tumulum magnum, in quo projecerunt corpora Ranorum mortuorum. Et in monimentum victorie
c. 41. vocatus est tumulus Ranibergh usque in presentem diem. Item c. 37.: In diebus imperatoris Lotharii non erat adhuc
ecclesia neque sacerdos in universa terra Lutitiorum, Abotritorum[g] vel Wagyrorum, nisi tantum in urbe Lubeke, ut etiam
c. 42. jam dictum est, eo quod fuerit ibi Henrici principis familiare contubernium. Unde et eo vadens Wicellinus sanctus
presbiter, de opido Quernhamelen in parrochia[h] Mindin super Wisere ripam oriundus, petivit ab Henrico facultatem
c. 69. 48. predicandi verbum Dei, et accepit. Hic Wicelinus post factus est episcopus Aldenburgensis undecimus. Post hec Henrico
principe Sclavorum mortuo, Zwentopolch et Canutus, filii ejus, succedunt in principatu. Zwentepolch rogatus sacerdotes
venerabiles mittit in Lubeke, qui salutem populi curarent. Receptique sunt benigne per mercatores, et habitaverunt in
ecclesia sita in colle, qui est e regione urbis trans flumen. Nec diu post, et ecce Rugiani urbem vacuam navibus
offendentes, opidum cum castro demoliti sunt. Nec longe post defecit totaliter styrps Henrici reguli Sclavorum, mortuis

* Henric. rex natale — habuit *ap. Corn. p. 647. 2. ann. Henr.* ** dux Lotharing. — Lovan. *ap. Corn. p. 648. 2. ann. Henr.* *** Phylippus — tumulatur *ap. Corn. p. 648, sed falso* sec. Vinc. † mortuus est dux — sepulch. *ap. Corn. p. 649. 3. ann. Henr., sed paucis additis.*

[a] *hucusque lacuna in* 1., *vide a. 1105.* [b] Angare 1. [c] Ringhelēns. 1. 2. [d] *om.* 2. [e] Schouwenborch 2. [f] Truconem 1. *postea vero:* Cruto. [g] Abotricorum 1. [h] parrochie 1. 2.

[1] falso; legatur *Sigibertus.* [2] de Supplingeburg.

scilicet filiis ejus et filiis filiorum. Post translatus est principatus ad Canutum, filium Henrici[a] regis Danorum, exulem, Helm. c. 49.
per concessionem Adelberti marchionis[b]. Hic Canutus tandem veniens in Lubeke veterem desolatam, dedicari fecit eccle-
siam, quam Henricus princeps Sclavorum quondam exstruxerat ibidem. In diebus illis obiit comes Adolfus, relictis filiis
duobus. Quorum senior Hartunghus, vir militaris, habiturus erat cometiam, ac filius junior Adolfus litterarum studiis
deditus erat. Imperatore igitur Lothario exercitum grandem in Bohemiam agente, Hartungus comes cum multis nobilibus
interficitur. Adolfus igitur, frater ejus, filius Adolfi prioris junior, accepit cometiam terre Nordalbinghorum, vir prudens,
in divinis humanisque rebus exercitatus. Preter facundiam enim Latine Theutoniceque lingue Sclavice quoque lingue gnarus
erat. Post hec Lotharius imperator ducatum Saxonie Henrico genero suo dedit. Et deinde Roma cum Ytalia potitus est. c. 54.
Sed redire parans in Theutoniam, immatura morte prevenitur. Et extunc inter Henricum ducem Bajoarie, Lotharii generum,
et Adelbertum marchionem orientalium Sclavorum contentio de ducatu Saxonie invaluit. Conradus factus rex, partes
marchionis adjuvabat Adelberti. Unde et ipse castrum Lunenborch cum civitatibus Bardwic[c] atque Brema occupans,
occidentali Saxonia potitus erat. Sed et Nordalbinghorum fines partibus ejus applicati sunt. Quam ob rem comes
Adolfus II. provincia pulsus est, eo quod fidem imperatrici Rykeze et[d] genero ejus temerare noluisset. Cometiam ejus,
urbes et servitia Henricus de Badwide beneficio Adelberti marchionis et tunc ducis Saxonie, modo qui dictus est, asse-
cutus est. Inter hec Prebizlaus, tyrannide sumpta de castro Lubek instaurato qualitercumque per eum, omnia demolitus c. 55.
est. Non multo post venit quidam Rasche de semine Cruconis cum classica manu, arbitratus se hostem suum Pre-
byzlaum[e] in Lubek reperturum. Due enim cognationes, scilicet Cruconis et Henrici, propter principatum Sclavorum
contendebant. Sed non invenientes Prebizlaum, Rasche cum suis castrum et circumjacentia funditus demoliti sunt. Post
hec Henricus dux Bayoarie, gener Lotharii regis et Rykeze, auxilio ipsius Rykeze imperatricis ducatum obtinuit Saxonie, c. 56.
et Adelbertum Saxonia deturbavit[f]. Unde et comes Adolfus rediit in cometiam suam. Videns autem Henricus de Badewid[g],
quod contra Adolfum[h] subsistere non potest, succendit castrum Segeberch arcemque firmissimam Hammenborch, quam
comitis Adolfi mater murato opere construxerat, ut esset firmamentum urbi contra impetus barbarorum. Hanc inquam
domum et quidquid nobile senior Adolfus construxerat, Henricus fugam meditans demolitus est. Postea dux Bayoarie
Saxonieque Henricus mortuus est. Cui filius ejus infantulus Henricus Leo successit in Saxonie ducatu. Domina vero
Gertrudis, mater pueri, dedit Henrico de Badewid Wagyrensium provinciam, accepta ab eo pecunia, volens suscitare
pressuras Adolfo comiti, eo quod non diligeret eum. Postquam autem eadem domina nupsit Henrico, fratri Conradi regis,
et alienata est a negotiis ducatus, accessit Adolfus comes ad ducem Henricum Leonem puerum et ad consiliarios ejus,
acturus causam super Wagirensium terra, prevaluitque et justiori causa et auctiori pecunia. Dissentiones autem inter
Henricum de Badewid et comitem Adolfum taliter compacate sunt, ut Adolfus Sigeberch[i] et omni Wagirensium provincia
potiretur, Henricus in recompensationem acciperet Rascisborch et terram Polaborum. Et extunc Adolfus junior Sege- c. 57.
berch reedificat muroque cingit. Et quia terra fuit deserta, misit in regiones nuntios, ut, si quis pascuorum vel agrorum
satilium artaretur penuria, veniret cum familia sua, terram optimam, terram spatiosam, urbem fructibus, piscibus et car-
nibus redundantem et pascuis commodam et fertilissimam accepturus. Quod et factum est, terraque colonis impleta est.
Post hec circumiens comes Adolfus, venit ad locum qui dicitur Bucu[k], invenitque vallum urbis desolate quam edificaverat
Cruco tyrannus in[l] insulam amplissimam, gemino flumine cinctam. Nam ex una parte Trabena, ex[m] altera vero
Wokniza preterfluit, habens[n] uterque paludosam et inviam ripam. Ex ea vero parte, qua terre iter continuatur, est collis
contractior, vallo castri prestructus. Videns igitur vir illustris Adolfus competentiam loci portumque nobilem, cepit illic
edificare civitatem, vocavitque eam Lubeke, eo quod non longe esset a veteri Lubeke, quam Henricus princeps Sclavorum
olim construxerat. Misitque nuntios ad Nyclotum principem Abotritorum, cum eo componens amicitias, omnesque
nobiliores sibi donariis astrinxit, ut terram ejus compacare decertarent. Ceperunt igitur inhabitari deserta Wagirensis
provincie, et numerus accolarum ejus multiplicabatur. Interea Henricus Leo dux Saxonie congregavit exercitum magnum, c. 70.
ut acciperet ducatum patris sui ducis Bayoarie, quam Henricus, vitricus ejus, frater Conradi regis, occupaverat. Ducissa
vero mansit in Luneborch. Fuitque comes clarissimus in domo ducis, et in obsequiis ducisse sollers et officiosus paterque
consilii. Propter quod et principes Sclavorum et reges Danorum eum venerabantur. Sed Henricus Leo ducatum suum c. 72.
Bajoarie, quoadusque vixit cesar Conradus, nullatenus potuit obtinere. Post imperante Friderico primo Henricus Leo c. 76.
dux allocutus est comitem Adolfum, dicens: 'Perlatum est ad nos jam pridem, quod civitas nostra Bardewic magnam
civium diminutionem patiatur propter civitatis vestre Lubicensis, quam edificastis, forum, eo quod mercatores omnes eo
commigrent. Item[o] conqueruntur, qui sunt Lunenborch, quod sultia nostra devorata est propter sultiam, quam cepistis

[a] Erici *Helm.* [b] Ad. march. *in* 1. *ex correct manus* 1[a] *in rasura.* [c] Bardewic 2. [d] in 2.
[e] Prebyzaum 1. 2. [f] perturbavit 2. [g] Bardewid 1. 2. *hic et infra.* [h] Ludolfum 1., *ubi recentior manus*
Adolphum *in margine scripsit.* [i] *ita* 1. *hoc loco.* Segeberch 2. [k] *recepi ex Helm.*, Butii 1. Bucii 2. [l] et 1.
[m] et 2. [n] Hiis 1. 2. [o] Idem 1.

Helm. I. 1. habere Todeslo. Rogamus igitur vos, ut detis nobis medietatem civitatis vestre Lubeke et medietatem sultie, possimusque tollerabilius ferre desolationem civitatis nostre. Alioquin precipiemus, ne de cetero fiant mercationes in Lubeke. Non enim ferendum est nobis, ut propter aliena commoda desolari patiamur hereditatem patrum nostrorum'. Comes
c. 85. rennuit. Dux mercationes interdicit in Lubeke. Sed et fontes salis obturari precepit. Post civitas Lubeke igne casuali consumitur. Mittunt[a] igitur Lubicenses ad ducem dicentes: 'Jam diu forum non fuit in Lubeke. Nos tamen sub spe gratie recuperandi forum in loco mansimus, et etiam, quia edificia multo sumptu laboribusque magnis a nobis in Lubek constructa nos abire non permiserunt. Nunc vero domibus consumptis supervacuum est reedificare, ubi non sinitur esse forum. Da ergo nobis locum alium in terra tua construendi civitatem aptam mercatoribus'. Rogavit dux comitem Adolfum iterum et iterum, ut saltem locum incendio totaliter desolatum sibi dimitteret. Quod cum comes facere nollet, edificavit dux civitatem novam super flumen Wokenize, non longe a Lubeke, in terra Rasceborch, et appellavit eam nomine suo[b] Lewenstad. Sed cum locus non esset ydoneus, dux iterato petit comitem[c] pro Lubeke, multa spondens, si voluntati ejus paruisset. Comes tandem victus[d] precibus, fecit, quod necessitas imperavit, resignavitque duci castrum et insulam. Statimque mercatores duce jubente reversi sunt Lubeke cum[e] magno gaudio, relicta nova civitate Lewenstad, et ceperunt in Lubeke ecclesias et menia civitatis reedificare. Et misit nuntios dux ad regna et civitates aquilonis singulas, offerens eis pacem, ut haberent liberum commeatum adeundi civitatem suam Lubeke; et statuit illic monetam et theloneum et jura civitatis honestissima. Et ab eo tempore prosperatum est opus civitatis, et multiplicatus est numerus
II, c. 4. accolarum ejus. Tandem Adolfus comes in bello Henrici Leonis contra Sclavos percussus interiit. Henricus in lacrimas multas resolvitur. Corpus Adolfi frustatim concidi et assum opere pygmentarii condiri, quo posset patriis inferri monu-
c. 5. mentis, precepit. Perlatum est autem corpus comitis Adolfi Mindin, ibique sancta devotione in ecclesia majori[f] reconditum. Cometiam vero tenuit Machtildis, vidua ejus, cum filio tenello. Fridericus autem primus civitatem Lubek
cf. Arn. Lub. IV, 1. 2. Henrico Leoni bello publico potenter abripuit. Quam tamen, imperatore mortuo, cum de Anglia redisset, recepit. Sed post cum[g] Henrico VI. congredi non presumens, sic ei reconciliatur, quod muros Brunswic interrumpit, castrum Lovenborch destruit, et civitatem Lubeke imperio perpetuo
*1156. retinendam regi presentavit, et extunc Lubicenses sunt imperiales. Vide annum Friderici I. sextum*.

1107. Tertio anno Henrici Lodewicus IX. dictus Grossus, filius Phylippi, cepit, et super Francos annis 30 regnavit, Francorum 37. Alii habent: 36 annis regnavit, alii 28. Hic, ut dicitur in cronicis Francorum, fuit vir bellicosus et acer in hostes et strennuus in agendis. Potentissime subjecit sibi comitem Blesensem Theobaldum et Hugonem de Pisciaco, et castrum ejus funditus evertit, et Milonem de monte Leherii; Adonem vero comitem Corbejensem et Hugonem de Creciaco et Guidonem comitem de Rupe forti et Thomam de Marna tyrannum perpetuo exhereditavit[h]; Haymonem etiam dominum Borbonie suppeditavit, et opida et munitiones omnium istorum ad jurisdictionem suam revocavit; Borchardum prepositum Brugensem interfectum in cloacam proici fecit, Bertoldum socium suum vivum cum cane suspendit, Ysaac vero tertium socium similiter suspendit, propter Karolum comitem Flandrie, consanguineum sui, Lodwici, quem isti in ecclesia orantem sub proditione interfecerunt*.

1108. Quarto anno suo Henricus rex, paulo in Frankenvord conventu procerum habito, Sigifridum palatinum comitem
Ekk. 1109. apud Wirciburgensem episcopum custodie deputavit, eo quod, prodente Henrico, prius duce Lotharingie, jam in gratiam regis recepto, in necem et regnum ejus insurgere consiliatus sit. Ibi etiam deposito Godfrido Fuldensium abbate, Wolfhelmum eis prefecit[i] ex eadem congregatione. Post hec ad Poloniam, gentem longinquam, movit exercitum. Multoque ibi ac diutino desudans labore, diu negatum a terra illa exegit debitum**.

1109. Quinto anno Henrici, ut dicit Sigibertus, in mense Junio cometes apparuit, radios dirigens ad austrum,
Vinc. 27, 10. multis conicientibus, hoc signo portendi futuram regis Henrici expeditionem versus Ytaliam. Igitur rex Henricus Romam vadit propter sedandam discordiam, que erat inter regnum et sacerdotium. Que cepit a papa Gregorio VII., qui et Hillebrandus, et exagitata a successoribus suis Victore et Urbano, et pre omnibus Pascali, magno scandalo erat

* Lodewicus IX. — interfecerunt *ap. Corn. p. 652. 4. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.
** Henr. rex, paulo — debitum *ap. Corn. p. 653. 5. ann. Henr., sed falso* sec. Sigib.

a mittuntur 2. b sue 2. c ducem 1., *sed manus serior recte* comitem *margini adscripsit.* d victis 2. e magno *addit* 2. f in eccl. maj. *ex correct. manus* 1* *in rasura* 1. g cum post 2. h exheredavit 1. fecit *e corr. manus* 1* *in loco raso* 1.

toti mundo. Multa siquidem mala seminavit in ecclesia dictus Hillebrandus. Rex enim uti volens consue- Vinc. l. l.
tudine et auctoralibus privilegiis imperatorum, qui a Karolo Magno, qui primus Germanorum[a] imperavit Romanis, jam per 300 et eo amplius annos imperaverunt sub 63 apostolicis, et dabant licite episcopatus et abbatias per virgam et annulum, hoc esse suum jus allegabat. Contra hanc majorum auctoritatem censebant pape synodali judicio, nec posse nec debere dari per virgam vel per annulum episcopatum vel aliquam ecclesiasticam dignitatem vel investituram a laycali manu; et quicumque ita episcopatum vel dignitatem aliam vel investituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc precipue causam rex Romam tendebat. Et si qui Lombardorum quoquo modo ei resistere temptabant, potenter eos proterebat *. In reconciliatione autem, que facta est inter imperatorem et papam — nam ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat — in die pasche, Henrico in imperatorem coronato, post lectum ewangelium tradidit ei papa ante altare beatorum apostolorum Petri et Pauli, in oculis omnium principum, privilegium de investitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per annulum quam per virgam, scilicet ut regni ejus episcopis vel abbatibus, libere preter violentiam et symoniam electis[b], investituram virge et annuli conferat, post investituram vero canonice consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit. Confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem, dum in celebratione misse traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Jhesu Cristi, hec est: 'Domine imperator, hoc corpus Domini, natum ex Maria virgine, passum pro nobis in cruce, sicut sancta et apostolica tenet ecclesia, damus tibi in confirmationem vere pacis inter me et te' **. Egkardus dicit sic: In epiphania Domini Henricus rex Ratisbone colloquium habuit cum Ekk. 1110.
principibus: propositum suum esse, ire Romam pro benedictione imperiali et pro concordia regni et sacerdotii, et ut provincias Ytalie sibi subiceret et in societatem Theutonie fraterna pace et justitiis et legibus antiquis componeret. Aggaudent omnes, licet terreret quorundam animos ortus comete syderis infausti. Igitur per 6 fere menses exercitus et impense preparantur. Circa Augustum exercitum moveri imperat. Providerat autem rex, nulli a seculo regum in omni providentia secundus, sciens Romanam rempublicam olim non tantum armis quantum sapientia gubernari consuetam, se non solum armatis, sed etiam litteratis viris necessario muniri, paratis scilicet ad rationem omni poscenti reddendam. Igitur superata nimis laboriose Alpium asperitate, rex cum suis, expugnata Novaria, per Padum prospere transit. Et post Placentie et Mediolani per tres ebdomadas moratus, et munera copiosissima et fidelitatem magnam a civibus accepit, Parmamque perveniens, Machthildam comitissam, per internuntios sibi subjectam, gratia sua propriisque institutis[c] donavit. Post hec asperrima nimis afflictus hyeme, tandem Florentiam pervenit, instante festo nativitatis Domini.

Sexto anno suo, ut dicit Egkardus, Henricus rex, celebratis nativitatis dominice gaudiis apud Florentiam cum 1110.
ingenti suorum tripudio et mirando ac catenus inconsueto et illius patrie civibus et eis numquam viso decore et honore, Ekk. 1111.
versus Aretium[d] movit exercitum, ubi a clericis honorifice, sed a civibus subdole suscipitur; unde et civitatem eorum funditus subvertit, et ecclesiis et clericis omnia jura eorum, que dicti cives violenter abstulerant, restituit; post paululum Sutrium processit, et post ad Urbem properat. Papa vero cum omni clero, immo cum tota Roma se in occursum ejus adornat. Suscipitur honorificentissime, et per Argenteam portam usque ad mediam rotam antiquo Romanorum instituto deductus est in dominica quadragesime. Romani autem tota nocte congregati, mane impetum fecerunt in exercitum regis, adeo ut rex ipse suis succurrere cogeretur. Quod et impigre fecit, et usque ad finem diei fortissimi militis et optimi ducis opus agens, victor exstitit, et post multam stragem hostibus fugam incussit. Post triduum Roma secedens, papam secum duxit et eo quo potuit honore tenuit. Postea pascha non longe ab Urbe in castris celebravit. Ibique sedatis inter ipsum et apostolicum, inter regnum et sacerdotium, dissentionibus inveteratis, post octavam pasche cum nimio populi Romani, immo totius ecclesie, ac ineffabili exercitus tripudio, ante Confessionem beati Petri, augusti nomen et imperium a Cristo, ipse crismate rite perunctus et sacratus et sub augustissima pompa coronatus, suscepit. Quamvis nonnulli longe aliter inde sentiant. Donatus est in presenti per manus apostolici sub testimonio astantis ecclesie privilegio investiture ecclesiastice, juxta quod utriusque predecessoribus placuerat et a tempore Karoli Magni permanere consueverat. Cujus inconvulsibilem stabilitatem dominus papa mox sub anathemate confirmabat. Nec multo post Henricus imperator imperatoria munificus liberalitate, patri suo spirituali domino pape et singulis ejus episcopis, cardinalibus clericisque majoribus et minoribus dona tot, tanta et talia dispertivit, ut absentibus incredibile sit memoratu; atque tam ab apostolico quam ab omnibus prospera sibi imprecantibus et nimio amoris vinculo eum aliquandiu deducentibus, in Theutoniam feliciter est reversus. Hec Egkardus. Sed de annis istius Henrici quinto et sexto dicunt alii simul sic. Cronographus: Quinto anno suo Henricus rex cum exercitu magno

* igitur r. Henr. Romam — proterebat *ap. Corn. p. 655. 6. ann. Henr.* ** in die pasche, Henrico — te *ap. Corn. p. 656. 6. ann. Henr.*

[a] *pro* Germ. *hab* *Vinc.* de regibus Francorum. [b] et *immittunt* 1. 2. [c] justitiis *Ekk.* [d] Ariciam *Ekk.*

venit in Tusciam, ut Rome coronaretur in imperatorem. Cui de mandato pape totus clerus populusque Romanus occurrit extra portam versus montem Malum, et ipsum usque ad gradus Sancti Petri conduxerunt, ubi papa Pascalis cum cardinalibus et episcopis ipsum exspectans, se invicem osculati sunt, et papa ipsum imperatorem designavit. Postea vero cum papa juramentum expetisset ab imperatore super investitura refutanda, imperator, habito cum suis consilio, papam et cardinales cum tota curia captivavit. Sed post Henricus per papam quidem imperator designatus, sed nondum coronatus, facta pace cum papa, ipsum liberavit de captivitate, et statim ab ipso in imperatorem coronatur, et papa cum cardinalibus et episcopis cum ymnis et gau-
Mart. Pol. dio suscipitur, et ad palatium Lateranense deducitur. Martinus addit hiis, quod Henricus de
c. 170. pont. Tuscia, premissis nuntiis ad papam, per litteras refutabat omnem investituram episcoporum, abbatum etc., super qua alii imperatores, predecessores sui, questionem cum Romanis pontificibus habuerant. Et juramento tam imperatoris quam principum suorum super hoc dominus papa accepto, osculo dato, papa designavit eum imperatorem. Cumque juramentum super refutatione investiture papa expeteret ab imperatore, captivatur, post facta pace cum imperatore, liberatur, et ipso Henrico per eum coronato et in campum extra muros secum egresso, papa cum episcopis et cardinalibus in Urbem regrediens, tanta frequentia populi occurentis et Deum laudantis excipitur, quod vix ad palatium Lateranense circa vesperas potuerit pervenire. Sed iste dicit quod vult. Cum nullo imperatorum, nisi cum patre istius Henrici solo, questio mota fuit super investitura, quod primo fecit Hillebrandus papa. Item dicit, quod, antequam designaret eum imperatorem, accepit juramentum tam regis quam principum papa, et quod, postquam designaverat eum imperatorem, exegit ab ipso juramentum, et cetera multa more suo quedam vera, quedam
Ekk. 1111. dubia et quedam alia. Item Egkardus: Hoc anno mense Augusto Henricus imperator quam plurimos episcopos et abbates, nonnullos etiam principes Spiram evocat. Quorum assensu et cooperatione patris sui anniversarium permagnifice celebrat. Nam toto quinquennio suspensa communio sepulture et orationum apostolica auctoritate ab eisdem sacerdotibus, qui et Rome coram papa penitentie illius testimonium reddiderant, tunc testificantibus conceditur. Et quibus nulli umquam imperatorum augustiores impense sunt exsequiis, juxta majores suos in ecclesia sepelitur. Item Sigi-
Vinc. 27, 11. bertus[1]: In Lauduno puer nascitur geminus a clune superius, duo scilicet habens capita usque ad renes cum suis brachiis, et duo corda[a] *. Qui baptizatus, triduo quoque vixit.

1111. Septimo anno Henrici dominus Sigibertus, venerabilis monachus Gemblacensis cenobii, vir in omni scientia
Vinc. 27, 11. litterarum ingeniosus, temporum descriptor, obiit, suisque gravissimum merorem absentie sue reliquit**. Item Rome
Ekk. 1112. Pascalis papa multas patitur injurias. Siquidem obiciebatur ei, quod Henricum regem, tyrannum, reipublice vastatorem et ecclesiarum destructorem, consecrasset imperatorem, et insuper privilegio sacrilego de investitura prelatorum condonasset. Propter quod in concilio 15. Kal. Aprilis habito Lateranis coactus, ne scilicet aliquis de fide ejus dubitaret, coram omnibus dixit: 'Amplector omnem divinam scripturam veteris et novi testamenti, legem a Moyse scriptam et a sanctis prophetis, amplector quatuor ewangelia et septem canonicas epistolas, epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canones apostolorum, quatuor universalia concilia sicut quatuor ewangelia, Nycenum, Ephesynum, Constantinopolitanum et Calcedonense, et Anthyocenum concilium, et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum, et precipue decreta domini mei pape Gregorii VII. et pape Urbani II. Que ipsi laudaverunt laudo, que tenuerunt teneo, que confirmaverunt confirmo, que dampnaverunt dampno, repello, interdico, prohibeo in omnibus et omnino. Et in hiis semper perseverabo'. Quibus completis, Gerhardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania, surrexit, et de assensu communi pape et totius concilii legit coram omnibus hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum ecclesie a domino Pascali papa per violentiam regis Henrici extortum, nos omnes in hac sancta synodo congregati, canonica censura et ecclesiastica auctoritate, judicio sancti Spiritus dampnamus et irritum esse judicamus, et omnino ne quid habeat auctoritatis et efficacitatis, penitus excommunicamus. Quia vero in eo continetur, quod electus canonice a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur; quod est contra Spiritum sanctum et canonicam institutionem.* Perlecta carta, acclamabant[c] omnes: 'amen, amen'! Archiepiscopi et episcopi
Vinc. 27, 23. centum subscripserunt***. Item ex cronicis: Apud Ravennam et Parmam Ytalie in agris et intra menia sanguis

* in Lauduno — corda *ap. Corn. p. 656. 6. ann. Henr.* ** dominus Sigib. — reliquit *ap. Corn. p. 657. 8. ann. Henr.* *** Rome Pascalis — subscrips. *ap. Corn. p. 657. 8. a. Henr., sed falso* sec. Vinc.

[a] corpora *Sig. Vinc.* [b] pra *e corr.* 1. [c] acclamant 2.

[1] Vincentius ex Sigiberti auctario Ursic. sumpsit.

pluit Junio mense. Item Ydibus Novembris in suburbio Anthyochie noctu terra dehiscens, turres multas et adjacentes Vinc. 1. 1.
domos cum habitatoribus absorbuit *. Item Baldwinus rex Jerusalem cum Rogerio comite Anthiochye contra Turcos
vadit. Sed Rogerio cum exercitu suo juxta quendam fluvium residente, rex cum suis processit, ut adventum Turcorum
exploraret. Turci vero montem quendam occupantes, insidias per quatuor loca collocaverant, singulis insidiis 4000 equitum
deputatis. A quibus rex ex insperato undique circumseptus, mille quingentis suorum interfectis, fuga miserabili liberatus
est**. Item Turci cenobium in monte Tabor situm funditus evertunt, monachos interficiunt et omnia sibi diripiunt***.

Octavo anno Henrici Yvo Carnotensis obiit. Item Egkardus: Henricus imperator natale Domini Erpesfurd 1112.
celebravit. Illic cum prescripti Saxonie principes curiam non adissent, commotus nimis imperator, bona eorum diripi, Vinc. 27, 23. Ekk. 1113.
possessiones eorum incendiis devastari, etiam inter ipsa festa precepit. Nec multo post castrum adprime munitum
Horciborg[a] longa obsidione delevit****. Deinde [relictis [b]] per presidia fidelibus suis, contemptores suos insidiis et congres-
sionibus afflixit. Item rex Ungarie, admonitus per papam Pascalem, renuntiavit ad manus pape per litteras suas inve- Mart. Pol.
stituris episcoporum et aliorum prelatorum, quas usque ad illa tempora reges Ungarie facere consueverunt†. Item c. 170. pont.
quidam ex clero Romano contra Pascalem papam consurrexerunt, et successive tres heresiarchas, videlicet Albertum,
Agnulfum et Theodericum, contra ipsum in papas erexerunt, obicientes sibi privilegium de investituris epi-
scoporum Henrico datum, ut dictum est anno proximo. De quibus finaliter bene triumphavit, quamvis primo
multas sibi fecerint infestationes, non querentes que Dei, sed que sua sint††.

Nono anno Henrici Bernardus annos natus 22 cum sociis plus quam 30 Cystercium ingreditur sub abbate Stephano, 1113.
qui fuit tertius abbas in Cystercio. Pater ejus Tescelinus, dominus opidi Fontanorum; mater ejus Aelez[c] septem Vinc. 27, 22.
liberos habuit, sex mares, futuros monachos, et unam feminam, futuram sanctimonialem. Hec cum tertium haberet in utero,
scilicet Bernardum, sompniavit, se habere in utero catellum totum candidum et in dorso subrufum et latrantem. Respon-
sumque est ei, quod infans ille contra inimicos Dei magnos latratus ederet et vitam mundam duceret et exemplum
patientie magnum preberet. Sub hoc cenobium Clarovallis fundatur, cui etiam ipse primus abbas preficitur, et cenobium ibid. c. 24.
Pontinicense a Matisconensi Hugone, qui prius fuit episcopus Antisiodorensis. Isti duo quinto anno a conversione et
monachatione sua abbates facti sunt. Intraverant enim pariter domum Cystercii anno Domini 1113., et anno a con-
stitutione domus Cysterciensis 18.[d] et anno abbatis Stephani 9.[e]. Fuit autem Bernardus annorum 27, cum abbas
Clarovallensis factus est.

Decimo anno suo Henricus imperator Saxoniam sibi rebellem vastat. Castra non modica instituit. Cui, ut di- 1114.
citur in cronicis Saxonum, principes Saxonie Reynhardus Halberstadensis episcopus, Luderus Ekk. 1115.
dux Saxonie, comes Hermannus dę Arneborch[f] cum multis aliis in Weleposholte[1] occurrunt.
Ubi partibus congregatis bellum committitur, et plurimis cedibus rex vincitur et fugatur, multis
millibus de exercitu suo interfectis. In monimentum illius victorie et in eodem loco Saxones
capellulam construxerunt. In qua statuam quasi virum armatum armis patrie locaverunt cum
pilleo ferreo. Quam rustici de terra rudes sanctum Thejoduthe nominant, quia tota gens Saxonum
per Thejoduthe[g] illius[h] de rege Henrico victoriam habuit†††. Juxta locum illum nunc est mona-
sterium sororum ordinis predicatorum Wederstede nominatum[2]. Alii dicunt istud factum anno
istius Henrici V. undecimo. Item nuncii ab Ytalia missi mortem illius inclite Mechthildis nunciant, ad ejus Ekk. 1115.
prediorum terras amplissimas hereditario jure possidendas cesarem invitant. Item imperator Kal. Novembris instituit

* ap. Ravennam — absorb. *ap. Corn. p. 658. 8. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. ** Baldwinus — est *ap. Corn. p. 658. 8. ann. Henr., falso autem* sec. Vinc. *** Turci cenob. — dirip. *ap. Corn. l. l. 9. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. **** Henr. imp. nat. — delevit *ap. Corn. l. l. 9. ann. Henr.* † rex Ungarie — consueverunt *ap. Corn. p. 658. 9 ann. Henr., sed falso* sec. Wilh. †† quidam ex clero — sint *ap. Corn. p. 659. 11. ann. Henr., falso autem* sec. Vinc. ††† Henr. imp. Saxoniam — habuit *ap. Corn. p. 659. 11. ann. Henr.*

[a] *ita* 1. 2. Hartisburg *Corn.* Hornburg *Ekk.* [b] *deest in* 1. 2., *recepi ex Ekk.* [c] Aelect 2. Aelet *Corn.* Aleth *Vinc.* [d] 15. *Vinc., sed Henric et Vinc errant; est 17 ; cf. a. 1096.* [e] primo *Vinc.* [f] Horneburg *Corn.* [g] thioduthe, *littera e recentiori manu addita* 1. [h] *ita* 1. 2.

[1] in vicinio Eisleben intra Hofstedt et Biderstedt d. 13. Febr. a. 1115. Cf. de die, quo hoc proelium commissum est, Stenzel Gesch. Deutschl. Tom. II, p. 324. [2] Cf. quae de hoc loco dixit Jac. Grimm in Göttinger gelehrte Anzeigen. 1856. Nachrichten. Nro. 4. p. 103 seq.

curiam Moguntie, ubi a Moguntinis vallatur et impugnatur, et, nisi datis obsidibus ea que petebantur ab eis se facturum
citissime confirmaret, ipsum palatium cum omnibus qui erant in eo crudelissima nece ilico corruisset*.

1115. Undecimo anno Henrici pridie Nonas Martii Pascalis Rome concilium generale celebravit, congregatis apud
Ekk. 1116. ecclesiam Lateranensem ex diversis regnis et provinciis episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus et legatis universarum
provinciarum quam plurimis. Ubi iterato privilegium de investitura condempnatur[a] acutissime sub hiis verbis: 'Post-
quam dominus Deus de me servo suo fecit quod voluit et me populumque Romanum per captivitatem tradidit in
manus Henrici regis, videbam cottidie passim fieri rapinas, incendia, cedes et adulteria. Que mala cupiebam avertere
ab ecclesia et populo Dei, et quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem ut homo, quia sum pulvis et
cinis. Fateor me male egisse. Sed rogo vos omnes: orate pro me ad Deum, ut indulgeat michi. Illud autem malum
scriptum, quod in tentoriis factum est, quod pre pravitate sui pravilegium[b] dicitur, condempno sub perpetuo anathemate.
Et rogo vos omnes, ut idem faciatis'. Et acclamant universi: 'Fiat! fiat!' Sexta autem die concilii sic ecclesiam alloquitur:
'Ecclesia primitiva martyrum tempore floruit apud Deum et non apud homines. Deinde conversi sunt ad fidem reges,
imperatores Romani et principes, qui matrem suam ecclesiam sicut boni filii honoraverunt prediis, allodiis, secularibus
honoribus et dignitatibus, juribus quoque regalibus et insigniis, ut Constantinus et ceteri fideles; et tunc ecclesia cepit
florere tam apud homines quam apud Deum. Habeat ergo mater et domina nostra ecclesia sibi a regibus vel principibus
collata; dispenset et tribuat ea filiis suis, sicut scit et sicut vult'. Privilegium autem investiture volens obliquare, iteravit
sententiam pape Gregorii VII., et investituram ecclesiasticarum rerum a layca manu rursus excommunicavit, sub anathemate
dantis et accipientis**. Ad istud videlicet, quod dicitur in decretis di. 96. *Per totum.* Attendas etiam
annum 33. Constantini VI.

1116. Duodecimo anno Henrici, ut dicitur in cronicis, Mosa fluvius juxta abbatiam que dicitur Sustula per terre-
Vinc. 27, 26. motum quasi pendens in aere, fundum suum visus est deseruisse†. Hoc quoque anno Leodium multis plagis attrita est,
quia 5. Nonas Maji, dum in ecclesia vesperas celebrant, subito tonitrus cum terremotu omnes ad terram stravit, et
fulmen a leva templi ingressum non modicas crustas de muro hac illacque disjecit. Deinde turrim ingrediens, multas
trabium partes diffidit. Subsecutus est fetor intollerabilis, adeo ut multo aromatum odore vix potuerit expelli. Ibidem 7.
Ydus Junii circa horam 9. nubes pluvie subito rupta a monte qui dicitur Roberti, subjectam sibi partem civitatis penitus
oppressam pessumdedit, adeo ut multas domos dirueret, et immensam annonam perderet, et matrem duos infantes
altrinsecus in brachiis amplexam necaret, et alios 8 diversis locis opprimeret. Ibidem Kalendis Julii circa horam 6.
turbo nimis vehemens et obscura civitatem operuit, et nubes ex abrupto scissa ita omne tectum majoris ecclesie devicit,
ut et ymbribus pateret et totum pavimentum perfunderet. Ilico fulmen a parte aquilonis ingrediens, quendam clericum
retro altare sanctorum Cosme et Damiani in pulpito legentem, et alterum ante crucifixum orantem, tertium de scriptorio
ecclesie proximo ingredientem, in ipso ecclesie ingressu extinxit††. Ibidem 7. Ydus Julii ab hora 3. usque ad
horam 9. quatuor turbines a quatuor plagis celi urbem circumvallaverunt. Ventus etiam magna vi intonuit et urbem
multo ymbre alluit. Ibidem 3. Nonas Augusti primo noctis conticinio, cum tonitrus quaque terrarum audiretur, et
fulgura sepius micarent, in urbem tum ipsam Leodium amplius ipse turbo desevit, ita ut homines e stratis exsilientes
ecclesias tristi[c] cetu complerent et tota nocte supplicationibus intenderent. Summo vero aurore diluculo, a parte orientis
ignis cum ingenti flamma circulavit tantus, ut omnes divinitus cremari extimerent. Post hec magnus turbo, erumpens ab
occidente, ipsum ignem visus est aliquantulum obscurasse. Iterum autem quasi victor ignis cum flamma recaluit, et
iterum turbine revertente, paululum delituit[d]. Tertio etiam ipse ignis recaluit, et tertio nichilominus turbine victus cecidit.
Ekk. 1117. Hoc spectaculum a summo mane usque ad horam 3. omnes vehementer terruit. Egkardus sic: In Leodio urbe
Lotharingie, dum in vigilia ascensionis universus clerus, decem videlicet congregationum, intra matrem ecclesiam ex more
convenissent, et vespertinalem synaxim concenturi jam primum psalmum complessent, subito serenissimus aer in turbinem
versus, tanta simul tonitrua terribiliter et fulgura cum sulphureis ignibus excussit, uti, extremam jam ultimi judicii horam
instare, nemo qui aderat dubitaret, duobus clericis et uno milite hac tempestate intra sacras edes absumptis. Quinto-
decimo dehinc die ex vicino quodam monte ejusdem episcopii, quo numquam aqua preter pluviam visa est, fluvius ingens
erupit, qui non modicam partem civitatis diluens, cum maximo Leodiensium dampno Trajectensium se finibus infudit.
*Vinc. 27, 27. Item 13. Kal. Martii hora vespertina, alia littera* habet prima hora noctis, vidimus nubes igneas vel sanguineas

* imp. Kal. — corruisset *ap. Corn. l. l., aliis additis, paucis omissis.* ** pridie Non. — accip. *ap. Corn. p. 659. 12. ann. Henr., falso autem* sec. Vinc. † Mosa — deseruisse *ap. Corn. p. 660. 12. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. †† hoc q. a. Leodium — extinxit *ap. Corn. p. 660. 13. ann. Henr.*

[a] dampnatur 2. [b] pra *e corr.* 1. privilegium 2. [c] stricti 1. 2. [d] paulituit 1. 2. *pro* paululum delituit.

quasi acies igneas ab aquilone surgere, deinde per totum celum sparse, plurima noctis parte videntibus stupori et terrori fuerunt. Nam, ut postea didicimus, unicuique civitati ipse fulgor ita vicinus videbatur, ut ibidem rerum omnium finem minitari putaretur. Item post obitum Pascalis pape Johannes Gayetanus, ecclesie Romane cancellarius, eligitur in papam 151., et Gelasius II. appellatur. Fuit iste natione Campanus et, ut dictum est, de civitate Gayeta. Sedit autem anno 1, diebus 5. Imperator autem, quia electioni non interfuerat, Hispanum quendam nomine Burdinum ei superordinavit. Gelasius autem papa, indicto Remis concilio, vadit in Galliam. Martinus sic: Hic propter Henricum imperatorem cum cardinalibus Gayetam secessit, et inde, cum per mare pergeret in Franciam, veniens in Cluniacum, ibi mortuus est et sepultus. Egkardus sic: Imperator Henricus, dum Paduanis regionibus immoraretur, audita morte Pascalis pape, Romam properavit, et primo quidem in electionem domini Johannis, qui et Gelasius II. dictus est, assensum prebens, postea eodem die[a] se[b] a sua communione subtrahente, non sine quorundam favore Romanorum alterum quendam Mauritium, ex Hyspania supervenientem, papam fecit. Sicque scisma, quod jam sperabatur emortuum, crudeliter revixit. Nam, eodem cathedra Romana libere potito, Gelasius cum cardinalibus abiit Campaniam, ubi imperatorem una cum papa suo dampnavit. Item Baldwinus II. rex Jerusalem Cristo, pro quo multa bella preliatus est, animam fidelem tradidit; prius tamen alterum Baldwinum de Rohas regem pro se designavit. Sepelitur juxta fratrem suum Godfridum, in loco Calvarie, in mausoleo pulchro, planctu diversorum populorum *. Iste Godfridus primus Jerusalem rex numquam in ea civitate, in qua Dominus spinis coronatus est, dyadema portare consensit.

Ekk. l. l. — Vinc. 27, 27. — Mart. Pol. c. 171. pont. — Vinc. l. l. — Mart. Pol. l. l. — Ekk. 1118. — Vinc. 27, 27.

Tertiodecimo anno Henrici, ut dicit Egkardus, Ierosolimis in die resurrectionis dominice celum a meridie apertum tantam claritatem lucis effudit, ut luce solis clarior per unam horam vel amplius permaneret. Per idem autem foramen crux non modica dependens apparuit. Cujus[c] tam auri quam gemmarum varietas discerni potuit evidenter. Item secundum eundem Gelasius II. apud Viennam synodum congregavit, eaque transacta, post paucos dies Cluniaci moritur et sepelitur. 1117.

Ekk. 1118. — ibid. 1119.

Quartodecimo anno Henrici Gwido Viennensis archiepiscopus in papam eligitur, et Kalixtus II. nominatur. Hic Cluniaci concorditer eligitur, et ibidem benedicitur. Sedit autem Calixtus, papa 152., annis 5, mensibus 10, diebus 13. Fuit autem filius comitis Burgundie. Qui papa factus, cum Romam pergeret, ubique cum gaudio suscipitur. Burdinus autem adventum suum audiens, in Sutrio se recepit. Quem obsessum papa cum Romanis cepit, et positum in camelo, versa ejus facie ad tergum cameli et habentem caudam cameli pro freno, ad Urbem se precedere fecit, et post in arce Fumonis est retrusus. Egkardus[1] dicit: Capitur et in monachum tonditur[d], quia peregrinos Romam euntes vel redeuntes depredabatur. Item pax inter imperatorem et papam turbatur, et papa excommunicatur. Egkardus: Inter hoc Cuno Prenestinus, adhuc legatione Gelasii pape functus, synodum Colonie cum Theutonicis habuit, ubi imperatoris excommunicationem propalavit. Alteram quoque synodum in Friteslar indixit, ubi et dictam excommunicationem confirmavit. Imperator autem, auditis hiis, insuper etiam quod principum consensus generale colloquium non multo post apud Wirciburgh instituere proposuisset, ubi ipse aut presens ad audientiam exhiberi aut absens regno deponi debuerit, efferatus animo, Ytalie suis copiis cum regina relictis, Germanie se nimis insperatus exhibuit, invasionibus, depredationibus, incendiis et emulorum suorum furens injuriis. Tandem Henricus imperator totius regni sacerdotum et procerum nuntiis compulsus, generalem fieri apud Triburium conventum consensit, ubi omnibus pacatis, legati Romanorum nuntiant pape Calixti confirmationem **. Item hoc anno ordo Premonstratensis incepit. Cujus loci et ordinis fundator vir Dei Norbertus exstitit. Qui de partibus Lotharingie oriundus, genere, divitiis et facundia etiam summis principibus familiaris et notissimus, divino fervore succensus, simul dyaconus et presbiter ordinatur, paupertatis Cristi tunica induitur, verbo predicationis ferventissime instat, et bajulans sibi crucem, nudus nudum Cristum sequitur. Acceperat autem licentiam et auctoritatem sic predicandi a Gelasio papa, in provincia sancti Egydii in Galliis synodales causas agente. Hic sanctus cum 13 sociis in Premonstrato loco secundum tenorem regule beati Augustini Deo militare cepit in Laudunensi dyocesi. Martinus dicit, quod hic Norbertus[e] fuit Coloniensis, sicut et Bruno, qui ordinem Carthusiensem incepit †. 1118.

Vinc. 27, 27. — Mart. Pol. c. 172. pont. — Vinc. 27, 28. — ibid. c. 27. — Ekk. 1119. — Vinc. 27, 28. — Mart. Pol. c. 170. pont.

Quintodecimo anno Henricus imperator ductu Friderici de Arnsberch Saxoniam ingreditur. Episcopis autem regionis illius ab ejus communione abstinentibus, in Franciam convertitur ††. Item in episcopatu[f] Treverensi mense Junio glacies mire magnitudinis de celo cadens, edificia evertit et alia quam plurima pericula intulit. Item in epi- 1119.

Ekk. 1120.

* Baldwinus II. — popul. *ap. Corn. p. 661. 14. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. ** inter hoc Cuno — confirm. *ap. Corn. p. 662. 14. ann. Henr.* † ordo Premonstr. — incepit *ap. Corn. l. l.* †† Henr. imp. ductu — convert. *ap. Corn. p. 663. 15. ann. Henr., sed falso* sec. chron. Saxon.

[a] *om.* 1. [b] *om.* 2. [c] Cui 1. 2. [d] tondetur 1. 2. [e] Robertus 1. [f] parochia *Corn.*

[1] falso; legatur *Vincentius.*

scopatu Halberstadensi grando novem villarum finibus non solum frumenta, sed et bestias agri cum volatilibus innumeris consumpsit*.

1120. Ekk. 1121. Sextodecimo anno suo Henricus imperator rebelles sibi Moguntinos affligere curavit. Et primo navium commeatum omnibus modis interclusit. Deinde presidiis circumcirca munitis, nundinas vel mercatus fieri vel quicquam victualium in civitatem inferri inhibuit. Postremo in obsidione ejusdem urbis publicam expeditionem instituit. Sed Deus misso spiritu suo, spiritu pacis et consilii, in principes, ipsorum consilio, suasione, obsecratione regis indignatio in tantum mitigatur, ut ipse totum negotium presens non suo, sed optimatum utriusque partis arbitrio terminandum decreverit. Igitur curia in Wirciburg in festo Mychahelis indicitur. Ubi cum convenissent, Henricus imperator sponsionis sue non immemor, omnes questiones, que ventilabantur, non suimet arbitrio nec suorum quorumlibet contentione, sed juxta senatus consultum concludi per omnia, in omnibus concessit. Pax igitur instituitur, regalia vel fiscalia regno, ecclesiastica ecclesiis, predia depredatis, hereditates heredibus, omnique conditioni vel persone propria adjudicatur justitia. Ad hec predones furesque edictis imperialibus persequendos et legibus antiquis cohercendos, unanimi conjuratione firmatum est*. Hec omnia Egkardus.

1121. Ekk. 1122. Decimo septimo anno Henrici, ut dicit idem Egkardus, innumerabili[a] conventu facto apud urbem Wangionum, que nunc Wormatia dicitur, presentibus apostolice sedis legatis episcopo Ostiensi et duobus cardinalibus aliis, ob reconciliationem regni et sacerdotii missis, longum est memoratu, quam prudenti, quam instanti quamque per omnia sollicito cunctorum procerum consilio, pro pace et concordia per unam vel amplius ebdomadam certatum sit, donec ipse, in cujus manu cor regis est, omnem animositatem augusti sub obedientia et reverentia matris ecclesie, etiam ultra spem plurimorum, inflexit. Qui mox ab apostolice sedis apocrisariis in communionem receptus, tam ipse imperator quam universus sibi subjectus exercitus, immo generali absolutione cunctis hoc scismate pollutis per auctoritatem apostolicam facta, qualiter ecclesiasticas investituras ceteraque spiritualia negotia, que tanto tempore reges Romanorum administraverant, queque ipse imperator, ne regni minueretur honor, numquam vita comite se dimissurum proposuerat, humiliatus pro Cristo, in manus episcopi Ostiensis ac per ipsum domino nostro Jhesu Cristo sueque ecclesie in jus perpetuum dimiserit, rursumque qualia sibi ob honorem regni conservandum per apostolicam auctoritatem concesserit, utriusque partis melius edocebunt scripta subter annotata: *Ego Henricus Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore Dei et sancte Romane ecclesie et domini pape Kalixti et pro remedio anime mee, dimitto Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo sancteque catholice ecclesie omnem investituram per annulum et baculum, et concedo in omnibus ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, que a principio hujus discordie usque nunc, sive tempore patris mei sive etiam meo, ablate sint, que habeo, eidem sancte Romane ecclesie restituo, que autem non habeo, eidem ut restituantur fideliter juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laycorum, consilio principum et justitia, que habeo, reddam, que non habeo, ut reddantur fideliter juvabo. Ego Kalixtus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico Romanorum imperatori augusto. Concedo, electiones episcoporum et abbatum Theutonie, qui ad regnum pertinent, in presentia tui fieri, absque symonia et aliqua violentia, ut, si qua inter partes discordia emerserit*[b]*, metropolitani et comprovincialium consilio vel judicio saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur; et que ex hiis jure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero michi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum auxilium meum prestabo. Do tibi pacem veram et omnibus qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore hujus discordie*†. *Data anno Domini 1121.*[c]*, 9. Kal. Octobris.* Istis rescriptis propter infinitam multitudinem in loco campestri perlectis, episcopus Ostiensis missam celebrans, cum osculo pacis et sancta communione omnes plenissime reconciliavit. Discessum est

Vinc. 27, 29. ab omnibus cum letitia infinita. Ex cronicis: Hoc anno incepit ordo templariorum vel templaris militie. Martinus sic: Hoc tempore ordo templariorum ex militibus congregatis in Jerusalem incepit. Et dicti sunt milites templi,
Mart. Pol. c. 95. imp. quia in porticu templi sedem sui ordinis statuerunt ††.

1122. Ekk. 1123. Decimo octavo anno suo, ut dicit Egkardus, Henricus imperator nativitatem Domini Trajecti Fresie celebravit. Orta autem simultate magna inter aulicos et ministeriales episcopi ejusdem urbis, fit clamor confusus, quasi a

* in episc. Trev. — consumps. *ap. Corn. l. l. 16. ann. Henr., sed falso* sec. Wilh. ** Henr. imp. rebelles — est *ap. Corn. p. 663. 17. ann. Henr.* † innumerabili conventu facto — discordie *ap. Corn. p. 664. 18. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc. *et paucis mutatis verbis.* †† hoc tempore ordo — statuerunt *ap. Corn. p. 665. 18. ann. Henr., falso autem* sec. Vinc.

[a] universali *Ekk* [b] immerserit 2. [c] *ita* 1. 2.

Trajectensibus facta sit conjuratio contra imperatorem. Plures ex opidanis capiuntur, plures in turrim firmissimam se Ekk. l. l.
receperunt. Episcopus, quasi pravi consilii particeps et ob hoc mayestatis reus habitus, custodie traditur; a qua postea,
magna summa pecunie mulctatus, multis etiam primoribus illarum partium et maxime Friderico Coloniensi archiepiscopo
intervenientibus, vix redimitur. Item in pago Wormatiensi videbatur per aliquot dies non modica et armata multitudo
equitum euntium et redeuntium, et quasi ad placiti colloquia nunc hic nunc illic turmas facere. Circa horam vero nonam
cuidam monti, unde et exisse videbantur, se reddidere. Tandem quidam non sine magno timore eis crucis signo munitus
appropinquat. Et mox quendam sibi occurrentem per nomen Domini nostri manifestare, quid et qui sint, adjurat. Cui ille:
'Non sumus, ut putatis, fantasmata, nec militum ut a vobis cernimur turba, sed anime militum non longe antehac inter-
fectorum. Arma vero et habitus et ea, que prius fuerant nobis instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti,
et vere totum ignitum est quod cernitis, quamvis vobis hoc ipsum non videatur'. Apparuit autem inter eos Emicho
comes, ante paucos annos occisus, qui orationibus et elemosinis se de penis illis posse liberari edocuit*. Item Vinc. 27, 44.
Baldwinus rex Ierosolimorum, a Sarracenis preventus, capitur. Propter quod Sarraceni mente excedentes, undiqueversum
evocati ad 60000 conglomerantur, ut cristianos a finibus suis eliminent. Cristiani more Nynivitarum generale jejunium
utrique sexui, omni etati et pecoribus etiam indicunt. Post ad 3000 milites et pedites contra Sarracenos procedunt.
Principes gradiuntur in fronte, scilicet patriarcha, pro vexillo ferens crucem Cristi, abbas olim Cluniacensis Pontius,
proferens lanceam transfixam in latere Cristi, episcopus Bethlehemites, ferens in pixide lac beate virginis Marie. Splendor
igitur de celo super paganos subito cecidit, et licet ipsi non viderent, tamen statim fugere ceperunt, et enervati ceduntur
non solum a viris, sed etiam a mulieribus et pueris. Perierunt in bello illo Sarracenorum 7000, submersi sunt in aquis
5000. Omnes vero cristiani incolumes reversi, summum et dulce epynycheon reboant Deo in excelsis**.

Decimo nono anno Henrici Kalixtus papa, genere, moribus sapientiaque precipuus, in Domino vitam finivit. Vin- 1123.
centius: Iste Calixtus II. libellum scripsit de miraculis beati Jacobi apostoli, que sparsim legerat in unum volumen Ekk. 1124.
compilando. Episcopum etiam Compostallanum pro reverentia corporis beati Jacobi apostoli, quod ibi quiescit, archi- Vinc. 27, 30. M.P. c. 97. imp.
episcopum instituit***, subiciens sibi totam provinciam Emeritanam; Lucanam quoque ecclesiam gratia pallii decoravit. edit. Colon.
Item Hugo de Sancto Victore natione Saxo Parisius claruit, in scientia summus et in oratione Deo devo-
tus. Ex cronicis: Florebat tunc venerabilis Hugo Parisiensis Sancti Victoris canonicus, in septem liberalium Vinc. 27, 47.
artium peritia nulli sui temporis secundus. Vincentius: Hic scripsit opuscula plura, scilicet dydascalycon lib. 6,
item super ecclesiasten omnes libros[a] 15, item super lamentationes Jeremie l. 1, item super angelicam ierarchyam
Dyonisii l. 1, item de arra anime l. 1, item de virtute orandi l. 1, item de institutione novitiorum l. 1, item de archa
Noe l. 5, item de anima Cristi l. 1, item de perpetua virginitate beate Marie l. 1, item expositiones super 'Magnificat' l. 1,
item super 'Tota pulchra es' l. 1, item de sacramentis l. 2, item notulas super quosdam versus psalmorum, et alia
plura. Item Honorius II., patria Bononiensis, papa 153., sedit annis 5, mensibus 2, diebus 3. Egkardus sic: Mart. Pol.
Post obitum Calixti quidam archiepiscopum Ravennatem, religionis approbate virum, quidam vero Lambertum episcopum c. 173. pont.
Ostiensem in papam eligunt; tandem tamen omnes in Ostiensem concordant, utpote qui in ecclesia Romana tam diu Ekk. 1124.
probatus erat, et in reconciliatione regni et sacerdotii legatus Germanie tam strenue laboraverat. Item hoc anno Vinc. 27, 45.
Tyrus, Hebrea lingua Sor[1] dicta, urbs Fenicis maxima et antiqua, in corde maris sita, Sydoniorum colonia, negotiatio
maris, emporium totius orbis, vaticinio prophetarum celebrata et carminibus poetarum inclita, olim quidem insula, sed a
Nabugodonosor vel ab Alexandro propter expugnationem multis in brevi freto aggeribus comportatis terra continens facta,
pridem a Nabugodonosor expugnata et partim captivata, et post ab Alexandro destructa, usque ad solum est disrupta vel
diruta, sed juxta prophetas post 70 annos reedificata et in antiquum statum restituta, nostris vero temporibus in fine
mundi a cristianis terra marique obsessa capitur et Cristi imperio subjugatur†.

Vicesimo anno Henrici, ut dicit Egkardus, puero cuidam in pago Tullifeld nato crus dextrum diutino livore 1124.
tumefactum, tandem loco collecti puris crepuit, et pro sanie, mirabile dictu! grana non pauca tritici, siliginis, farris, Ekk. 1125.
ordei et avene evidenter effudit††. Ex cronicis: In Hasbania muliercula quedam monstrum bis gemini corporis est Vinc. 27, 46.
enixa, aversis vultibus et corporibus sibi coherens, ante quidem effigies hominis integro corporis membrorumque ordine

* Henr. imp. nativ. Domini — edocuit *ap. Corn. p. 666. 19. ann. Henr.* ** Baldwinus — excelsis *ap. Corn. p. 667. 19. ann. Henr.* *** Iste Calixtus — instituit *ap. Corn. p. 663. 16. ann. Henr., sed falso* sec. Mart. *et mutato ordine.* † Tyrus, Hebrea — subjugatur *ap. Corn. p. 668. 20. ann. Henr.* †† puero — effudit *ap. Corn. l. l.*

[a] homelias *Vinc.*

[1] Cf. notam ad a. 1156.

Vinc. 1. 1. distincta, retro vero facies canis, similiter corporis et membrorum proprietate integra. Item hoc anno Honorius papa
Mart. Pol. vocatus a baronibus descendit in Aquilegiam[a], ut eam tueretur a Rogerio Syculo, quia juris beati Petri est Aquilegia.
c. 172. pont. Sed papa videns infidelitatem baronum, saniori usus consilio, recepit Rogerium in gratiam, et recepto ab eo homagio et fidelitate firmata, ipsum de ducatu Aquilegie investivit*. Hic etiam papa per legatum cardinalem duos patriarchas, scilicet Aquilegiensem et Venetensem, deposuit. Item Henricus imperator, quia patrem suum turpiter dehonestaverat, justo Dei judicio creditur sine herede decessisse. Nam nec filium nec filiam habens de-
'Vinc. 27, 46. functus est. Alibi' legitur sic: Henricus imperator Leodii pascha Domini hoc anno celebrat. Inde Aquis contendens, morbo dracunculi, qui sibi erat nativus, molestari cepit. Propter quod et ibi per aliquot dies remoratus est. Deinde Ultrajectum venit; et tandem feria quinta vitam cum regno amisit. Corpus ejus, ejectis intestinis, Spiram relatum est. De hoc imperatore fabulose dicitur, quod se quasi mortuum finxerit, et oculte fugiens peregrinationem aggressus fuerit,
ibid. 28, 16. et ultimo monachus in Cluniaco sit factus. Revera autem quidam pseudoimperator in partibus Alemannie surrexit. Qui per aliquot annos apud Solodorum in reclusione vivens, egressus inde, imperatorem Henricum se esse, mentiendo dixit, et cum multos seducendo sibi collegisset in tantum, ut pro eo graves pugne et homicidia fierent, aliis eum recipientibus,
Ekk. 1125. aliis seductorem palam profitentibus, tandem declarata ejus falsitate, Cluniaci in monachum attonsus est. Egkardus sic: Henricus imperator apud Trajectum Fresie egritudine, quam jam diu celaverat, superatus, vocatis ad se Mechtilde imperatrice consorte sua et consobrino suo Friderico duce Suevie ceterisque primatibus, de statu regni consilium dedit; imperatricem fidei dicti Friderici commisit; coronam ceteraque regalia usque ad conventum principum conservanda in castello firmissimo, quod Trifelz dicitur, reponi disposuit; sicque viatico Cristi et sacramentis communicans, diem clausit extremum 10. Kal. Junii**. Hic, ut dicitur, nimius in appetendis alienis, pecunias infinitas congesserat, quas secundum scripturas, cui thesaurizasset, ipse sine liberis obiens, heu! heu! ignorabat. Item hoc anno mortalitas tanta fuit, quod nobiles cum vulgo absumens, nulli ordini, sexui vel etati parceret, vixque vivi sufficerent ad defunctorum cadavera
Vinc. 27, 45. curanda. Anno quoque proximo prius mortalitas animalium maxima fuit.

## *Capitulum 88.*

Lotharius II., dux Saxonie, qui et Luderus, Romanorum a Julio 92., cepit anno mundi 5087.,
Vinc. 28, 1. Urbis 1876., Domini 1125., imperii Theutonicorum 325., et annis 11 regnavit. Ex cronicis: Defuncto Henrico imperatore, legati apostolice sedis et archiepiscopi et episcopi cum optimatibus imperii ex condicto convenientes Moguntie, consultant sibi et toti imperio Romano de rege substituendo. Lotharius itaque dux Saxonum, vir sapiens et industrius et ecclesiastico juri devotus, prepotens divitiis atque victoriis, eligitur omnium assensu, et a Friderico archiepiscopo Coloniensi benedicitur et ungitur, omni clero et populo festivum epynichyon adclamantibus***. Ex cronicis Saxonum: Iste Luderus[1] fuit filius comitis Gevehardi de Supplingheborch, et erat multum potens; ad quem devoluta est hereditas de Haldesleve, moriente Bernardo, qui primo conventum canonicarum[b][2] in Luttore fundavit; qui conventus postea anno Domini 1134. per eundem Luderum et Ryczam, uxorem ejus, in ordinem sancti Benedicti mutatus est. Cessit etiam eidem Ludero ex[c] uxore sua Rycza, filia Henrici Pinguis, filii Ottonis ducis de Northem, qui Otto fuit de styrpe regis Widekindi — successores enim hujus Widekindi obtinuerunt multas cometias et dominia tam in Saxonia, sicut in Stekelenborch, Ringhelen, Stoterlingheborch, Werle; in Westphalia, Engheren et in Frisia manserunt potentes —, ex hac, inquam, Rycza cessit Ludero dicto hereditas in Brunswic. Qui et, Magno duce Saxonie mortuo, a rege Henrico ducatum Saxonie est adeptus. Reynerus namque, patruus ejus, Halberstadensis episcopus, ipsum primo apud imperatorem predictum, cognatum Rykze uxoris sue, locaverat, ubi, cum se primo molliter ge-

* Honor. papa vocatus — investiv. *ap. Corn. p. 666. 20. ann. Henr., sed mutatis verbis.* ** Henr. imp. Leodii — Junii *ap. Corn. p. 668. 21. ann. Henr., sed mutato ordine.* *** defuncto H. — adclam. *ap. Corn. p. 669, sed falso* ex chron. Saxon.

[a] Apuleiam *hoc loco et infra Mart.* [b] canonicorum regularium *Corn.* [c] *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.*

[1] Cf. ejus stemma ap. Ann. Sax. ad a. 1009., ap. Pertz, M. G. H. SS. VI, p. 658. Cf. eundem ad a. 1106. [2] Diploma fundationis in Orig. Guelf. ed. Scheidt Tom. II, p. 524. Cf. a. 1135.

reret, mater Rikze hoc egre ferens, misit sibi gladium exterius regie adornatum. Quem extrahens, invenit, quod interius erat de tylia ligneus. Quod videns, ipsum abjecit. Et post virilis factus, quasi vi extorsit ab imperatore ducatum Saxonie. Quod ita accidit. Rege existente Mediolani et se in stupa cum aliis principibus balneante, Luderus cum aliis dissolutis lusit in platea. Interea portitor litterarum adveniens in habitu Saxonico, per Luderum Saxonice salutabatur, in hospitium suum ducitur, vino inebriatur, ab ebrio, si sanus sit dux Magnus, queritur. Qui respondit, eum mortuum esse. Accessit igitur ad stupam evaginato gladio, et dixit imperatori: 'Quare non solvitis michi dampna, que in vestra expeditione per biennium contraxi?'. Cui imperator: 'Nonne sufficit, quod promisi tibi dare, quod primo vacaverit imperio?' Et dixit Luderus: 'Ergo ducatum Saxonie in Lunenburch conferatis michi, sicut promisistis, alioquin vos interficiam'. At ille: 'Estne dux Magnus mortuus?' Qui dixit: 'Est'. Sic ergo ducatum Saxonie recepit. Post a principibus in regem electus est Luderus. Cujus bella et gesta magnifica etiam extra Saxoniam in Suevia et partibus superioribus sollempniter sunt descripta. Fuit namque et vite honestate et imperii regimine gloriosus et illustris. Gertrudim filiam suam Henrico duci Bawarie dedit, qui dictus est Catulus, et ducatum ei Saxonie concessit. Hic Henricus dux ex uxore sua Gertrude genuit Henricum Leonem. Qui ex patre obtinuit ducatum Bayoarie et Saxonie, ex matre hereditatem Brunswic. Genuit etiam ex ea Juttam, quam duxit Fridericus, frater Conradi regis, et genuit ex ea Fridericum I. imperatorem. Qui exhereditavit Henricum Leonem, filium avunculi sui, cum tamen ipse fecerit eum imperatorem*. Hoc [1] etiam tempore in Westphalia comitia [a] Nordhof. p. 381.
de Marka sumpsit exordium sic. Duo fratres Adolfus et Eberhardus [b] de Italia venientes, duo castra Altena et Aldenborch [c]
edificaverunt. Everhardus monachatur, Adolfus fundat monasterium in Aldenberch, in quo postea sepelitur. Iste Adolfus
fuit primus comes de Altena et Aldenberch. Hic genuit Brunonem, qui tempore Lotharii ecclesie Coloniensi presedit, et p. 385.
Adolfum comitem. Adolfus comes secundus genuit Fridericum episcopum Coloniensem, Everhardum comitem de Altena et
Engelbertum comitem de Monte et Brunonem episcopum Coloniensem. Everhardus tertius comes genuit Adolfum episcopum
Coloniensem, qui factus est episcopus anno Domini 1193. Item genuit Fridericum et Everhardum. Fridericus quartus comes
in Altena genuit Adolfum primum comitem de Marka, qui fuit quintus de Altena. Adolfus primus comes de Marka opidum Ham [2] p. 386.
construxit anno Domini 1225., et Blankensten anno sequenti; obiit autem 1249. Genuerat autem Enghelbertum et Ottonem.
Enghelbertus fuit secundus comes de Marka. Everhardus, filius ejus, comes tertius. Hic castra Bredenvord, Ahus, Raffenberch [3], p. 395.
Volmenstene, Ysenberch [4], Wassenberch, Rodenberch, Hovestad ecclesie Coloniensis destruxit. Castrum Dulmene cepit,
opida Werle et Rekelinghusen similiter destruxit. Enghelbertus quartus comes de Marka castrum Osthof destruit. Adolfus, p. 403.
filius ejus, comes quintus primo Dinslake [d] et postea Mendene proditione capit et destruit. Istius filius Enghelbertus [e] comes
sextus adhuc puer est. Igitur Adolfus primus comes de Altena et frater suus Everhardus dominabantur in castris p. 383.
Altena et Aldenborch [c]. Everhardus erat in bello, quod inter ducem Linborgensem et Brabantinos et Flammighos fuit, et propter magnam stragem hominum ibi factam gravi conscientia urgetur, cum redisset ad terram. Igitur penitet, omnia relinquit nocte in habitu vili, clam recedit de Altena, perpetuum exilium disponit, peregrinatur Romam, post ad Sanctum Jacobum [5], post ad Sanctum Egydium [6], post venit ad grangiam griseorum monachorum monasterii quod dicitur Morimundus, porcos pascit ibidem. Duo milites de dominio ejus peregrinantes de via dubitant, a subulco per nuntium de via querunt. Everhardus comes agnoscitur, et post multa tandem fatetur, et causam omnium exponit. Milites magistro grangie notificant, quis et quantus sit subulcus hic. Abbati significatur. Abbas et prior et celerarius ad grangiam vadunt,

* iste Luderus fuit — imperatorem *ap. Corn. p. 669, sed haec discerpsit, et plura eorum leguntur ap. eund. p. 663. 15. ann. Henr. et p. 667. 20. ann. Henr.*

[a] cometia 2. [b] Everhardus 2. [c] *ita 1. 2. hoc loco.* [d] Dinkslake 2. [e] *haec vox in 1. ex correct. manus 1* in rasura.*

[1] Sequentia Henricus ex Nordhofii chronico comitum de Marka in epitomen redegit, quasi hoc modo eorum genealogiam proponens. [2] Cf. a. 1225. [3] ad fluvium Lenne situm, haud procul a Limburg. [4] Isenburg, haud procul a Recklinghausen. Cetera castrorum urbiumque hic laudatorum nomina etiam hodie intelliguntur. [5] Compostella in Hispania. [6] St. Gilles in Languedoc.

Nordhof. 1. 1. omnia diligenter examinant, habitum monachalem suadent sibi et dant. Litteratus erat, et devotissimus fit. Diu postea de licentia abbatis visitat fratrem suum Adolfum comitem de Altena. Castrum Aldenberch cum multis possessionibus obtinet ab eo ad cenobium Cysterciensis ordinis construendum. Eodem modo et eadem via cenobium Cysterciense Montem sancti Georgii fundari procuravit. Morimundum redit, factum narrat, dominus benedicitur. Everhardus abbas in Monte sancti Georgii eligitur et benedicitur. Adolfus primus comes de Altena moritur, et in Aldenberch sepelitur *. Quidam fabulantur, duos fratres nobiles Romanos ante hos duos primos fuisse et castra in Altena et in Aldenberch construxisse; sed nec nomina dant eis, nec tempus adventus et cursus eorum assignant. Unde
p. 385. videtur hoc pretereundum. Hic Adolfus primus comes de Altena filium habuit, qui factus fuit archiepiscopus Coloniensis tempore Lotharii imperatoris, ut dictum est.

1125. Primo anno suo Lotharius rex contra Bohemos vadens, quorundam suorum principum traditione magnam stragem
Vinc. 28, 1. militum passus est, quingentis videlicet et 40 occisis. In Syria exercitus Dei bis aggressus est Sarracenos. In primo prelio de paganis ceciderunt 2500, de cristianis solummodo 15. In secundo autem non incruentam victoriam habuerunt cristiani. Sed quamvis plurima pars eorum oppetierit, tamen auxilio Dei[a] revigorati, hostes absque numero vicerunt et obtriverunt. Item Karolus comes Flandrie, filius Canuti martiris et regis Dacie[1], propter justitias, quas exercuit, proditione[a] quorundam optimatum suorum Brugis in ecclesia sancti Donatiani martiris orans et ante altare procumbens trucidatus est cum duobus filiis suis, et sicut pater ejus martir efficitur. Cui Lodwicus rex Francorum successorem posuit Wilhelmum, filium comitis Normannorum Roberti. Sed horrenda animadversione Karolus vindicatus est. Proditores enim dum capti fuissent, aut exterminati sunt exilio aut percussi gladio aut affixi patibulo aut elisi precipitio aut convicti duello et rotis alligati, vix aliquo evadente, omnes perierunt **.

1126. Secundo anno Lotharii, ut dicitur in cronicis, multi de pago Suessionico sacro igne accensi, ad ecclesiam
Vinc. 28, 2. beate Dei genitricis Marie in civitate Suessonum sitam convenerunt. Ibique diebus paucis misericordiam Dei et beate Virginis succursum prestolantes, salutem meritis ejus et precibus consecuti sunt, ita ut intra 15 dies centum et tres nomi-
ibid. c. 4. natim ab hoc igne restinguerentur et tres puelle distorte sanitati redderentur. Item apud villam que dicitur Kala in territorio Suessionensi mulier ob partus difficultatem laborans, tribus ebdomadibus periclitabatur, persuasaque a vicinis mulieribus, vovit coram eis, se ituram nudis pedibus ad beatam Mariam Suessionis; venit et liberata est; sed ordine stupendo. Nam prius ex utero suo emisit tres lapides, primum in magnitudine ovi anserini, secundum fere in magnitudine ovi galline, et tertius non minor aliqua nuce erat. Hiis lapidibus effusis, statim sequitur partus infantis, qui
ibid. c. 5. et gratiam baptismi accepit et paucos dies supervixit ***. Item Lauduni in ecclesia sancti Johannis, consilio regis et principum mulieribus[b], que male infames erant, ejectis, et monachis in earum locum substitutis, Drogo, religione et facundia venerabilis, a Bartholomeo episcopo primus abbas ordinatur. Qui postmodum a papa Innocentio Rome Ostiensis episcopus cardinalis consecratur ****. Item hoc anno abbatia in Walkenrid[2] Cysterciensis ordinis sumit initium, vel ad duos annos post hec †.

1127. Tertio anno Lotharii secundum Helynandum cenobium Ursicampi fundatur ††. Item Thydericus comes Hollandie
Vinc. 28, 5. nonus, filius Florentii Crassi et Petronille, cepit, et cum matre Hollandie comitatum administravit †††.
Chr. Egm. 1129. Quarto anno Lotharii cenobium apud Bellismontem fundatur. Item Honorius papa moritur Rome et in ecclesia
1128. Lateranensi sepelitur. Item Innocentius II., natione Romanus, papa 154., sedit annis 13, mensibus 7, diebus 8; secundum
Vinc. 28, 6. Helynandum sedit annis 14, et secundum eundem contra istum Innocentium electus est et ordinatus Petrus Leonis.
Mart. Pol. Ad cujus scismatis pestem sedandam beatus Bernardus vocatus a Clarovalle, multum laboravit et multum profecit. Sane
c. 173. 174. pont. Innocentius fama et vita et scientia dignus[c] summo sacerdotio habebatur. Petrus autem Leonis ad hunc honoris apicem
Vinc. 28, 5. 6. ambiens, a suis fautoribus pretio corruptis dictus est Anacletus. Congregaverat sane pecunias innumeras tam in exac-

* in Westph. comitia de M. — sepel. *ap. Corn. p. 670. 1. ann. Loth., falso autem* sec. Wilh. ** Loth. r. contra B. — perierunt *ap. Corn. p. 671. 2. ann. Loth.* *** multi de pago — superv. *ap. Corn. p. 671. 3. ann. Loth., sed falso* sec. chron. Francor. **** Lauduni — consecr. *ap. Corn. p. 672. 3. ann Loth., sed falso* sec. Wilh. † abbat. in Walk. — hec *ap. Corn. p. 672. 4. ann. Loth., sed falso* sec. Eggh. †† cenob. — fund. *ap. Corn. l. l. 3. ann. Loth., sed falso* sec. Eggh. ††† Thyder. — admin. *ap. Corn. p. 672. 4. ann. Loth., falso autem* sec. Wilh.

[a] *verba* Dei rev. — proditione *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in loco raso.* [b] monialibus *Sig.* [c] digna 1.

[1] i. e. Danie. [2] situm ad silvam Hercyniam. Coenobium, cujus ruinae adhuc conspiciuntur paucae, aedificatum est intra a. 1207—1287. Fundavit Adelheit de Klettenberg, filia Lodewici de Lohra, circa 1127., consecravit illud archiepisc. Moguntinus a. 20. Jan. 1128. Ibi induxit monachos de Campo veteri (Alfeld).

tionibus curie, quam in legationum negotiationibus, quas ad exspectatas nundinas reservavit. Insuper et paterni census Vinc. 1. 1.
ampla congeries, eatenus sigillata, modo distributa in populum, ad fas et nefas plebem armarat. Quibus elargitis, donaria
regum in ornamentis ecclesie ab ipsis evulsit altaribus, jam electus. Et cum calices frangere et crucifixos aureos mem-
bratim dividere ipsi profani cristiani vel erubescerent vel timerent, quesiti sunt Judei, qui vasa sacra et ymagines Deo
dicatas audacter comminuerent*. Martinus sic: Hic Petrus, a paucioribus electus et Anacletus dictus, hostiliter Mart. Pol.
fecit aggredi domos Frangepanensium, in quibus se Innocentius cum cardinalibus receperat. Sed quia sic nichil profecit, c. 174. pont.
ecclesiam sancti Petri armata manu adiens, violenter aureum crucifixum pendentesque coronas cum toto thesauro auri et
argenti ac lapidibus pretiosis spoliavit. Cyborium quoque, quod sanctus Leo papa construxerat, abstulit. Hoc idem ad
Sanctam Mariam magno thesauro ditatam[a] et aliis Urbis ecclesiis fecit. Cum quo thesauro postquam pene omnes Romanos
corrupisset, Innocentius papa nullum in Urbe subsidium invenit. Helynandus: Convocato interea apud Stampas con- Vinc. 28, 6.
cilio, sanctus Bernardus Innocentium suscipi persuasit. Petro igitur ob parentele sue fortitudinem apud Sanctum Petrum
commorante, Innocentius papa cum cardinalibus in duabus galeis in Gallias proficiscitur, et a rege Francorum honorifice Mart. Pol.
recipitur. Et concilia celebrans in Claromonte et Remis, in papam confirmatur, et Petrus ab omnibus Gallie et Germanie c. 174. pont.
episcopis anathematizatur. Innocentius autem in reditu suo, pacificatis Januensibus et Pysanis, attendens ipsorum que Vinc. 1. 1.
sibi et ecclesie servitia magna fecerant, Januensem episcopum, qui sub Mediolanensi fuit, archiepiscopum, et Pysanum
totius Sardinie fecit primatem. Hic Innocentius, coronato Lateranis Lothario imperatore, ambo simul intraverunt Apuliam.
Et fugato Rogerio Syculo, qui domino pape rebellis erat, Lotharius cristianissimus rediit in Theutoniam et papa Romam.
Ubi celebrato concilio, sepultus est in Laterano, in concha porphyrica miro opere sculpta.

Quinto anno Lotharii Phylippus puer, filius Lodewici, nuper in regem Francorum unctus, dum in civitate Parisius 1129.
equo vehitur, porcus equi pedibus se forte submittens, equum dedit precipitem super puerum, et de ejus subita et mise- Vinc. 28, 6.
randa morte Francie luctum induxit**. Item Helynandus: Hoc etiam anno synodus magna Remis celebratur a papa
Innocentio. In[b] qua multis ad honorem Dei dispositis, Lodewicum pro Philippo fratre, quem de equo ejectum porcus occi-
derat, vivente adhuc patre coronavit in regem***. Ex cronicis: Ipso anno ecclesia sancti Medardi Swessionis ab
Innocentio papa consecratur[b].

Sexto anno Lotharii Innocentius papa postquam in Claromonte et Remis concilia celebrasset, gratiam et amicitiam 1130.
Lotharii regis est consecutus. Eodem autem anno Lotharius[c] rex expeditionem in Ytalia parat; et cum episcopis et Mart. Pol.
archiepiscopis Innocentium papam cum cardinalibus Romam deducens, contra Petrum Leonis, qui monasterium sancti Petri c. 174. pont.
munierat, ipsum Innocentium[c] in Lateranensi ecclesia in sede papali potenter collocat. Ipsum vero Lotharium Innocentius Vinc. 28, 12.
ibidem imperatorem consecrat†. Item hoc anno cum esset hyemps valida, comes Hollandie Thydericus, filius Chr. Egm. 1132.
Florentii, contra Frisones proficiscens, cum venisset Algmare[d], Frisones impetum ejus ferre non potentes fugerunt[d];
comes autem per glacies Frisiam pervagatus[e], villas incendunt quam plurimas, captivosque multos cum preda magna
referentes, ad propria victores sunt reversi††.

Septimo anno Lotharii sanctimoniales de Saxonia de claustro Stoterlingheborch[1], favente comitissa Petronilla, 1131.
Renesborch in Hollandiam adducte sunt. Quarum religio et industria hodie quoque in hiis, que per earum magisterium Chr. Egm. 1133.
informate sunt, apparet†††.

Octavo anno suo Lotharius imperator cristianissimus, zelo Dei et ecclesie succensus, vires imperii denuo excitavit 1132.
pro ecclesia, et contra Rogerium comitem, qui contra papam regnum Sycilie occupaverat, una cum papa Innocentio Mart. Pol.
Apuliam potenter intravit, ut anno istius quarto dictum est. Et Rogerio fugato de Sycilia[2], constituerunt ducem c. 96. imp.
Apulie comitem Raynonem. Huic victorie Pysani navigio imperatori et pape plurimum astiterunt††††. cf. c. 174. pont.

* contra istum Innoc. electus — comminuerent *ap. Corn. p. 672. 5. ann. Loth.* ** Phyl. puer — induxit *ap. Corn. p. 673. 6. ann. Loth.* *** synodus magna — regem *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Wilh. † Lothar. r. exped. — consecrat. *ap. Corn. l. l., paucis additis.* †† cum esset — reversi *ap. Corn. p. 674. 7. ann. Loth., falso autem* sec. Wilh. ††† sanctimoniales — apparet *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh. †††† imp. cristianiss. — astiterunt *ap. Corn. p. 675. 9. ann. Loth., falso autem* sec. Eggh.

[a] dicatam 1. [b] *verba* in qua — consecr. *in* 1. *in loco raso ex corr. manus* 1*. [c] *verba* Loth. rex — Innoc. *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [d] *verba* Algm. — fug. *ex corr. manus* 1* *in* 1. [e] comitis milites autem p. gl. Fr. pervagantes *Chron. Egm. rectius.*

[1] Stöterlingheburg inter Ovacram et Ilsinam. Chron. Egmond. habet Lutterlingeburch. [2] Henricus errat; legendum est *in Siciliam*, quam lectionem quoque Nostri fons habet.

1133. Nono anno suo Lotharius imperator rediit in Theutoniam. Item abbatia Fosse nove [1] in . . . . .[a] fundatur,
Mart. Pol. c. 174. pont. Vinc. 28, 13. 14. Chr. Egm. 1132. et abbatia Amelinghesborne [2] in metis Westphalie et Saxonie. Item monasterium de Prato fundatum est. Item Petrus Leonis impenitens moritur, et cadaver ejus in latebris sepelitur, et usque hodie fovea illa a catholicis ignoratur *. Item hoc anno Florentius, frater comitis Hollandie Thyderici, Frisonibus, accitus ab eis, confederatur, et per annum integrum, ab Augusto scilicet in Augustum, manens in Frisia, fratri et patrie insidias et dampna quantum potuit machinatus est. Alcmare succendit et predam magnam abduxit. Cui et rustici de terra multi confederati sunt, et ad Harlem usque ipsum cum Frisonibus perduxerunt et incendia multa fecerunt. Redeuntes autem in Frisiam, socios conspirationis exterminio comitis Thyderici reliquerunt **. Sed post, imperio Lotharii imperatoris avunculi sui, in pacem redierunt.

1134. Decimo anno Lotharii Innocentius papa Januensem episcopum, qui sub Mediolanensi fuit, facit archiepiscopum, et
Mart. Pol. c. 174. pont. episcopum Pysanum fecit primatem totius Sardinie, ut dictum est.

1135. Vinc. 28, 15. Undecimo anno suo Lotharius imperator secundam expeditionem in Ytaliam fecit. Item hoc anno per Luderum vel Lotharium imperatorem et Rykzam, uxorem ejus, conventus canonicorum [3], quem ipsi fundaverant in Luttere [4] predio suo, in ordinem sancti Benedicti mutatus est [5]. In cronicis Saxonum dicitur, quod hoc factum est per Lotharium, mortuo Bernardo comite de Haldesleve,
Chr. Egm. 1132. qui primus fuit fundator canonicorum illorum. Item Godfridus de Kuk et Hermannus de Arnsberch, fratres, viri nobiles et famosi, neptem suam ex sorore Alheyde, filiam Arnoldi de Rothen, nomine Heylwinam, habuerunt. Quam post occisionem patris puelle dictus Hermannus, avunculus ejus, in sua susceperat, tempore convenienti desponsandam. Ministeriales autem puelle illam Florentio, fratri Thyderici comitis Hollandie, desponsarunt, urbes illius et predia et omnia sua, quantum poterant, eidem deputando. Quod cum Hermannus dictus abnueret, nec ad hoc precibus nec minis nec aliqua vi flecti posset, Florentius omnia que erant illius incendiis et gladio devastat in virtute imperatoris, cujus nepos erat. Hermannus autem auxilio fratris sui Godfridi et Andree episcopi Trajectensis eidem viriliter restitit, urbem Kakesinde [b] incendio vastavit, et tandem Florentium dicti fratres occupantes, in fuga cum equo cadentem in loco qui dicitur Abenstede occiderunt. Cujus corpus in Reynesberch [c] sepultum est. Quod cum Lothario nuntiatum esset, nimis egre tulit, et dictos Hermannum et Godfridum, auxiliante comite Hollandie, domo et patria pellens, fugaces et exules fecit, et mortem nepotis sui competenter ultus fuisset, si non mors eum ad magnam istorum felicitatem rapuisset. Eo siquidem mortuo, ad sua reversi sunt, et homines comitis Thyderici facti, in amicitiam et pacem ejus redierunt. Item Lodewicus X., filius Lodewici Grossi, Francorum 38., cepit et 40 annis regnavit. In cronicis Francorum dicitur annis 49. Hic, ut dicitur ibidem, pacem pectoris et temporis habere meruit, per istas duas sperans se pacem eternitatis consecuturum. Pius fuit et misericors, ecclesiam Dei cum omnibus ad eam pertinentibus et universum populum cum summa pace et decenter
Mart. Pol. c. 96. imp. regebat, hylaris semper existens. Item tempore Lotharii imperatoris, ut dicit Martinus, Romani contra voluntatem pape Innocentii senatum renovare conati sunt. Et per idem tempus in Francia tanta siccitas fuit, ut flumina, lacus, fontes et putei siccarentur. Ignis quoque, qui per rimas terram subintraverat, nec ymbribus, nec alia arte biennio extingui potuit ***. Item [6] Lotharius imperator volens in Theutoniam redire, in Lombardia obiit [7].

* abb. Fosse — ignoratur *ap. Corn. p. 679. 11. ann. Henr., sed falso ad notam de Amelinghb. dedit* sec. Eggh. ** Florentius, frater — reliquerunt *ap. Corn. p. 676. 10. ann. Loth., sed falso* sec. Wilh. *** per idem tempus — potuit *ap. Corn. p. 687. 2. ann. Conr., sed falso* sec. Vinc.

[a] *Lacunam, quam hic* 1. 2. *praebent, aut* Campania *aut* Terracinensi dioecesi *supplendam puto. Cf. a. 1274.* in finibus Campaniae *Corn.* [b] Lakesmunde *Chron. Egm* [c] Renesburch *Chron. Egm.*

[1] prope Ceccano, haud procul a finibus Neapolitani regni. [2] hodie Amelunxborn in ducatu Brunsvicensi in saltu Soling. Sed fundata est abbatia a. 1120. a comite Sigifrido de Nordheim et Homburg. Honorius II. confirmat fundationem hujus coenobii d. 5. Decbr. a. 1129. d. Laterani Non. Decbr. 1129. pont. a. 5. Strunck. Mpt. p. 353. Cf. Erhard reg. Westf. T. II, p. 6. [3] Quamquam Mpta et chron. ducum Brunsv. ap. Leibnit. *canonicorum* habent, tamen legendum *canonicarum*, quum constet ibi primum fuisse moniales. Cf. Diploma ap. Scheidt, Orig. Guelf. Tom. II, p. 524 et Nostrum, qui ipse in init. hujus capituli *canonicarum* scripsit. Cf. Annal. Sax. a. 1135., ap. Pertz scr. VI, p. 769: *congregatio sanctimonialium canonicarum in Luttera conmutatur ab imperatore in regularem vitam s. Benedicti;* — et Botho ap. Leibn. Tom. III, p. 540. [4] Koenigslutter prope Helmstaedt. [5] V. regis diploma d. 1. Aug. in Origg. Guelf. II, p. 524, ap. Rehtmeier, Br.- Lüneburg. Chronik p. 297. [6] Haec ex Chron. Saxonum sumta esse videntur. [7] d. 3. Decbr. a. 1137 in Breitenwang in Tyrol.

Et inde in Saxoniam relatus, in Luttere predio suo sepultus est; ubi etiam postmodum sepulti sunt apud ipsum Rykza imperatrix et Henricus dux Catulus, gener regis. Conradus autem, qui ante ipsum Lotharium imperium affectaverat, imperatoris Henrici V. de sorore nepos, ad regnum provehitur. Vinc. 28, 15.

*Capitulum 89.*

Conradus III., Romanorum 93., cepit anno mundi 5098., Urbis 1887., Domini 1136., imperii vero Theutonicorum anno 336., et 15 annis regnavit. Hujus temporibus Hyldegardis sybilla undecima nascitur; mansit sane prope Pingriam[a] super Renum et multa miranda dixit. Ex epistola Gebenonis in Penthacronon sancte Hildegardis: Sancta virgo Hildegardis et magistra monasterii sancti Ruperti, quod situm est apud Pingriam[1], quante sanctitatis quantique meriti fuerit apud Deum et apud homines, caritatem vestram latere non credo. Sed si forsitan ignoratis, legite libellum vite ejus, legite diversas epistolas magnatum terre ad eam transmissas, trium videlicet apostolicorum, Eugenii, Anastasii et Adriani, Conradi quoque regis et Friderici I. imperatoris, et patriarche Ierosolimitani, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et prepositorum; et tunc dicere potestis in veritate: 'Magnificavit* eam Deus in conspectu regum, et facies principum admirata est eam'. Hec beata libros quosdam, Deo jubente, immo cogente, scripsit. In quibus quedam valde utilia et nostris temporibus necessaria de presenti statu ecclesie et de futuris temporibus usque ad Anticristum et de ipso Anticristo prophetavit. Sed quia omnes libros ejus pauci habere possunt vel legere, ea, que de futuris temporibus et de Anticristo in tribus libris suis, scilicet 'scivias'[2], quem nominavit sic, quia doceat scire vias, et libro divinorum operum[3] et libro epistolarum[4], prophetavit, in hunc unum libellum ex maxima parte collegi et prout melius potui in quinque tempora ordinavi. Que quinque tempora qui diligenter legere et studiose distinguere voluerit, et presentem statum ecclesie et omnia futura tempora et pericula et adventum Anticristi quasi in speculo pervidebit. Unde, si placet vobis, vocetur ipse liber speculum futurorum temporum sive penthacronon sancte Hildegardis, hoc est de quinque temporibus, de quibus in eo prophetat. Penta enim quinque, cronos tempus Grece dicitur. Scire autem vos volo et omnes qui prophetiam hanc lecturi sunt, quod omni prophetie, que tum est divinitus revelata, major fides est adhibenda quam quibuslibet signis quantumcumque magnis, teste apostolo Petro, qui cum magnum miraculum, quod in transfigurato Domino factum est, introduxisset in epistola sua secunda ad insinuandam et comprobandam divinitatem domini Jhesu, dicens*: *Et hanc vocem nos de celo allatam audivimus, cum essemus cum ipso in monte sancto*, quasi parum hoc esset comparatione prophetie, subjunxit dicens: *Sed habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes.* Ex prologo in librum eundem: Sciendum quod libri sancte Hildegardis recepti et canonizati sunt a papa Eugenio in concilio Treverensi[5], presentibus multis episcopis tam Theutonicorum[b] quam Francorum[b] et sancto Bernardo abbate[b] Claravallensi. Ex alio prologo: Libros sancte Hildegardis plerique legere fastidiunt et horrent pro eo, quod obscuro et inusitato[b] stilo loquitur, non intelligentes, quod hoc est argumentum vere prophetie. Omnes enim prophete obscure loqui quasi in usu habent. Unde est illud in psalmis*: 'Tenebrosa aqua in nubibus aeris', id est obscura scientia in prophetis. Inusitato autem stilo loquitur, quia secundum Petrum in epistola secunda* 'omnis

Nordhof. 1138. p. 384.
* cf. Eccl. 45, 3.
* epist. Petr. II, 1, 18. 19.
* 17, 12.
* epist. Petr. II, 1, 20. 21.

[a] Binguiam *Nordh.* [b] corum quam Francorum *et* abbate — et inusi *desunt in* 1. *folii parte avulsa.*

[1] Cf. de hoc libro Haupt, Zeitschrift VI, p. 334. [2] Hunc librum in Baluzii Miscellan. ed. Mansi publicatum reperis. [3] partim edit. in Bibl. max. vet. patr. Lugd. 1677. Tom. XXIII, partim ap. Martene et Durand, ampliss. coll. vet. script. Tom. II. [4] a. 1148. celebrato.

prophetia propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est prophetia aliquando, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines', et ideo locuntur sicut spiri-
S. Hildeg. ep. p. 69. tum accipiunt. Epistola beati Bernardi ad sanctam Hildegardim ordinis sui: Dilecte in Cristo Hildegardi filie Bernardus Clarevallis dictus abbas, si quid potest oratio peccatoris. Quod de nostra exiguitate longe aliter, quam sese nostra conscientia habeat, quidam sentire videntur, non nostris meritis, sed stultitie hominum imputandum est. Congratulamur gratie Dei, que in te est, et ut Dei gratiam habeas, toto ei humilitatis et devotionis affectu studeas respondere, admonemus; sciens, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod in nobis est, hortamur et obsecramus. Ceterum ubi interior eruditio est et unctio docens de omnibus, quid nos aut docere possumus aut admonere? Diceris celestia secreta rimari et ea, que supra homines sunt, Spiritu Sancto illustrante dinoscere. Unde rogamus magis et suppliciter postulamus, ut nostri memoriam habeas apud Deum, et eorum pariter qui nobis spirituali societate in Domino juncti sunt. Nam cum spiritus tuus Deo conjungitur, confidimus, quod nobis multum prodesse valeas et subvenire. Multum enim valet deprecatio justi assidua. Nam etiam pro te assidue oramus, ut conforteris ad bona,
ibid. p. 70. instruaris ad interiora, dirigaris ad permansura etc. Ex epistola sancte Hildegardis ad sanctum Bernardum: In spiritu mysteriorum Dei tibi dico, o venerabilis pater, qui mirabiliter in magnis honoribus virtutis Dei valde metuendus es, quod sum valde constricta in visione, que apparet michi in spiritu mysteriorum, quam non video cum exterioribus oculis carnis. Ego misera et plus quam misera in nomine femineo ab infantia mea vidi magna mirabilia, que lingua mea non potest proferre, nisi que me docet spiritus Dei, qualiter ego dicam. Ea que tibi de me[a] dicta sunt, pater, secundum hunc modum sunt. Scio in textu interiorem intelligentiam, expositionem psalterii et ewangelii et aliorum voluminum, que monstrantur michi in hac visione, que pectus meum tangit, et animam meam sicut flamma comburens, docet me hec profunda expositionis, sed tamen non docet me litteras in Theutonica[b] lingua, quas nescio. Sed tantum scio in simplicitate legere, non in abscissione textus, quia homo sum indocta, de ulla magistratione cum exteriori materia, sed intus in anima mea sum docta[b] etc. Volo pater, ut propter amorem Dei in orationibus tuis mei recorderis etc. Vale, vale in anima tua, et esto robustus in certamine in Deo, Amen. Ex pentacronon sancte Hildegardis c. 38: De celo vocem verba ista dicentem audivi: 'Omnipotens Deus pauperculam femineam formam, per quam hanc scripturam edidit, oleo sue misericordie ungere dignetur, quoniam ipsa absque omni securitate vivit. Nec etiam sententiam edificationis scripturarum, quas Spiritus Sanctus ad edificationem ecclesie proposuit et que velut murus magne civitatis sunt, habet. A die enim nativitatis in doloribus infirmitatum quasi reti illaqueata est, ita ut in omnibus venis et medullis et carnibus suis doloribus vexetur. Nec tamen dissolvi Domino eam placuit, quia per cavernam rationalis anime quedam mystica Dei spiritualiter videt. Hec autem visio ejusdem venas hominis ita pertransiit, ut propter eam ipsa multa fatigatione sepe commoveatur, aliquo tamen tempore levius, aliquo depressius in fatigatione infirmitatis laborans. Unde etiam mores a diversis moribus hominum habet alienos, quemadmodum infans, cujus vene nondum ita[c] plene sunt, quatinus mores hominum discernere possit, complexionem de aere habet, ideoque de ipso aere, de pluvia, de vento et de omni tempestate infirmitas ei infixa est, ut nequaquam securitatem carnis in se habere possit. Alioquin inspiratio Spiritus Sancti in ea habitare non valeret. Sed spiritus Dei magna vi pietatis sue eam interdum ab hac infirmitate quasi rore ejusdam refrigerii suscitat, quatinus officialis cum inspiratione Spiritus Sancti in seculo vivere possit. Omnipotens autem Deus, qui omnem fatigationem passionis ejusdem hominis cognovit, veraciter gratiam suam in ipsa perficere dignetur, ut pietas ejus in hoc glorificetur, et cum illius anima de hoc seculo migraverit ad eternam gloriam, ab eo clementer suscipi et coronari gaudeat. Sed liber vite, quod scriptura verbi Dei est, per quod[d] verbum omnis creatura apparuit et quod omnium vitam secundum voluntatem eterni patris velut in se preordinaverat, exspiravit hanc scripturam per nullam scientiam humane doctrine, sed per simplicem et indoctam femineam formam, ut sibi placuit, mirabiliter edidit. Unde nullus hominum tam audax sit, ut verbis hujus scripture aliquid vel augendo apponat vel minuendo auferat, ne de libro vite et de omni beatitudine, que

[a] mea 2. [b] Theutonica — docta *desunt in* 1. *folii parte avulsa.* [c] ita nondum 2. [d] quod per 2.

sub[a] sole est, deleatur, nisi propter exaltationem litterarum aut dictionum, que per inspirationem Spiritus Sancti simpliciter probata sunt, fiat. Qui autem aliter presumpserit, in Spiritum Sanctum peccat. Unde nec hic nec in futuro seculo illi remittetur. Frequenter dicit* de se sancta Hilde- *cf. l. l. p 2. 114. 174 cet.
gardis[a]: 'Ego paupercula et indocta feminea forma vidi' etc. Libros ejus tres vidi, scilicet librum qui dicitur 'Scivias' et librum divinorum operum et librum epistolarum ejus. Scripsit epistolas multas preter librum epistolarum. Quarum vidi epistolam ejus ad Eugenium papam, epistolam ejus ad Anastasium papam, epistolam ejus ad Adrianum papam, epistolam ejus ad Conradum regem Romanorum, epistolam ejus ad Cystercienses, epistolam ejus ad Colonienses, epistolam ejus ad Treverenses, epistolam ejus ad beatum Bernardum*, item epistolam beati Bernardi ad sanctam Hyldegardim, epistolas Cysterciensium ad eam, epistolam Phylippi, post archiepiscopi Coloniensis ad eam, epistolam Eugenii pape ad eam. Item vidi penthacronon sancte Hildegardis, que alio nomine dicitur De quinque temporibus vel speculum futurorum temporum. Item istius Conradi temporibus Ascalona capta est a cristianis secundum Martinum, et Rychardus de Sancto Victore floruit, Mart. Pol. c. 97. imp.
et liber Johannis Damasceni translatus est in Latinum, et magister Petrus Lombardus, qui composuit sententias, floruit.

Primo anno Conradi secundum Hugonem[1] quidam magister Arnoldus nomine predicavit in urbe Romana, 1136.
reprehendens divitias et superfluitates. Cujus dicta multi magnates Romanorum sequebantur. Qui postea captus, ad odium Mart. Pol. c. 97. imp.
clericorum est suspensus **.

Quarto anno Conradi, scilicet anno Domini 1139., secundum Martinum Johannes de Temporibus, qui annis 1139.
361 vixerat et Karoli Magni armiger fuerat, defunctus est ***. Item Innocentius papa apud Aquas Salvias[b] fundavit Mart. Pol. l. l. Vinc. 28, 16. 17.
monasterium sancti Anastasii martiris, constructis ibi cenobialibus mansionibus, et petivit, a Clarevalle conventum et abbatem[c] illuc mitti. Mittitur illuc cum conventu Bernardus, Pysane ecclesie olim vicedominus †. Item hoc tempore fuit Petrus Abaalardus magister insignis, in opinione scientie celeberrimus[d], sed de fide perfide dogmatizans. Hujus scripturam incendio et scriptorem silentio Innocentius papa condempnavit. Siquidem iste pretium redemptionis evacuans, nichil aliud nobis in sacrificio passionis dominice commendabat, nisi virtutis exemplum et amoris incentivum. Quod enim scripture perhibent, illo sanguine pretioso genus humanum redemptum, in eo solo constare dixit, quod exemplum nobis exhibitum est, usque ad mortem pro veritate et justitia certandi, et adhibitum est velut[e] quoddam incentivum[e] amoris, cum ex impenso amore[e] occasio data est redamandi[e]. Capitula in[e] libris istius reprehensibilia annotavit beatus Bernardus in epistola, quam scripsit Innocentio pape[e] ††. Libri tamen ejus a multis curiose servantur, quibus aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior. Item ex cronicis: Hugo de Sancto Victore obiit. Fuit etiam et alius Hugo de ibid. c. 18.
Folieto, Sancti Petri Corbeyensis monachus, sed quo tempore ignoro. Istius invenitur liber quidam de claustro anime delicatus.

Quinto anno Conradi, ut dicit Vincentius, floruit magister Rychardus Sancti Victoris Parisiensis canonicus. Qui 1140.
multa et varia ecclesie utilia dulciter et venuste descripsit, scilicet de Trinitate libros 7, de contemplatione, quem intytu- Vinc. 28, 58.
lavit de patriarchis, lib. 1, de mystico sompnio Nabugodonosor l. 1, de quatuor ventis in mari pugnantibus l. 1, de exterminatione mali et promotione boni l. 1, de officio ecclesie l. 1, de sacrificio Abrahe l. 1. Item scripsit tractatum grandem de illo verbo Ysaie: 'Omne caput languidum', et alium de illo: 'In illa die nutriet homo vaccam[f] boum', tertium vero contra Andream et alios in expositione sacre scripture judayzantes, super illo verbo: 'Ecce virgo concipiet', et alium ad novitios de illo verbo psalmi: 'Afferte Domino filii Dei'. Scripsit etiam librum exceptionum, in quo breviter continetur divisio et materia omnium scientiarum ac series hystorie precedentium temporum et quedam morales expositiones sacrarum scripturarum.

* Hyldegardis sybilla — Bern. *ap. Corn. p. 684—687. 1. ann. Conr., sed falso* sec. Vinc. *et in fine plura omisit.* ** quidam magist. — suspensus *ap. Corn. p. 687. 2. ann. Conr., falso autem* sec. Vinc. *** Johannes — est *ap. Corn. p. 682. 12. ann. Loth., sed* sec. Vinc. † Innocentius — vicedom. *ap. Corn. p. 687. 3. ann. Conr., sed falso* sec. Eggh. †† fuit Petrus — pape *ap. Corn. l. l. 2. ann. Conr., falso autem* sec. Eggh.

a sub sole — Hildegar *desunt in* 1., *folii parte avulsa.* b salinas *Vinc.* c abbatiam 1. 2. d celeb. scient. 2. e velut — incentivum *et* amore — est reda *et* in libris — pape *desunt in* 1., *folii parte avulsa.* f *e corr.* 1.

1 falso, legas *Martinum*.

1141. Sexto anno Conradi Lodewicus rex Francorum cepit Vitriacum comitis Theobaldi. Ubi admoto igne incensa est
Vinc. 28, 83. ecclesia, et in ea 1300 anime utriusque sexus et etatis diverse combuste sunt*. Item Rome Innocentius papa, sol-
Mart.P.c.174 pt. lempni celebrato concilio, moritur.

1142. Septimo anno Conradi Celestinus II., natione Tuscus, papa 155., sedit mensibus 5, diebus 13. Hic prius Guido
Mart. Pol. dictus est. Item Rome Lucius II., natione Bononiensis, papa 156., sedit mensibus 11, diebus 4. Hic ante pres-
c.175.176.pont. biter cardinalis Sancte Crucis totam illam ecclesiam[a] a fundo renovavit; prius Gerhardus est nominatus.

1143. Octavo anno Conradi, ut dicitur in cronicis, Edissa Mesopothamie civitas, in qua Thome et Thadei aposto-
Vinc. 28, 83. lorum corpora fuerunt, et que sordibus ydolatrie numquam polluta erat, ex quo primitus ad cristianismum conversa est, a Turcis obsessa capta est**. Item eodem anno sanctus Bernardus in Alemannia multas virtutes fecit. Apud urbem Spirensem tantus erat concursus, ut Conradus rex, ne populus Bernardum comprimeret, deposita clamide, eum in proprias ulnas suscipiens de basilica asportaret. Crucem predicabat ibidem. Ad quod complendum primo cum majorem ecclesiam intrasset, ymago quedam lignea et antiqua et non formosa beate Virginis salutavit
Vinc. l. l. eum Gallice, dicens 'Ben venia, fra Bernardo', et ille: 'Gran merce, mi domna***. Item hoc anno Bernardus abbas Sancti Anastasii eligitur in papam 157., et vocatur Eugenius III. Hic fuit natione Pysanus de Clarevalle monachus, beati Bernardi discipulus, vir tam honore quam eterna memoria dignus. Contra quem Romani Yordanem patricium et senatorem exigentes, ipsum ab Urbe deturbant. Qui pulverem pedum in litigantes excussit et in Franciam
Mart. Pol. c. 177. pont. abiit. Martinus sic: Hic electus propter metum senatorum, qui contra voluntatem predecessoris sui fuerant electi, a populo ad Farvense monasterium se transtulit, ibique vocatis cardinalibus et prelatis, munus consecrationis accepit. Hunc, cum simplex fuerit ante, Deus mirabili gratia perfudit et eloquentia. Huic redeunti ad Urbem clerus et populus Romanus cum magna letitia occurrit, cantans: 'Benedictus qui venit in nomine Domini'†. Ad istum papam scribit beatus Ber-
Vinc. 28, 83. nardus librum de consideratione multe subtilitatis. Item tempore hujus pape translatus est liber Johannis Damasceni de Greco in Latinum a Burgundione cive Pysano. In quo continetur orthodoxe fidei traditio in 4 libros divisa, 100 capitulis distincta††.

1144. Nono anno Conradi rex Francorum Lodewicus, Edisse urbis Mesopothamie capte zelo succensus, vel, ut alii putant,
Vinc. 28, 83. Vitriacensis incendii conscientia compunctus, apud Vizeliacum affixo sibi crucis signo, cum regni principibus et innumerabili multitudine transmarinam peregrinationem proponit aggredi†††. Item ecclesia Tornacensis, que per annos circiter 600 a tempore beati Medardi sub episcopo Noviomensi sine proprio fuerat sacerdote, hoc anno proprium episcopum cepit habere, Anselmo abbate Sancti Vincentii apud Lugdunum ab Eugenio papa consecrato in episcopum eidem
ibid. c. 84. urbi††††. Item ex cronicis: Gwillermus 15 annorum puer in Anglia crucifigitur a Judeis in die parasceves in urbe Norwico.

1145. Decimo anno suo Conradus rex in Frankenvord in purificatione beate Virginis a sancto Bernardo, misso per Euge-
Vinc. 28, 85. nium papam, insignitus est crucis karactere cum cunctis fere principibus Theutonie. Cui socii peregrinationis sue super numerum multiplicantur. Nam de Lotharingia, Flandria et Anglia cum 200 pene navibus proficiscuntur. Cum omnibus
ibid. c. 87. hiis Conradus rex peregrinationem aggressus, Yconium pervenit. Cui Lodewicus rex Francorum, ab eodem cruce signatus, per Ungariam transiens, occurrit. Sed propter dolum Grecorum, qui calcem farine miscuerant, multum passi sunt in hominibus detrimentum. Tandem ad Terram Sanctam pervenientes, multa bella gloriose gesserunt. Alibi dicitur sic: Aliter ipsis evenit quam speraverant, quia quidam ipsorum a Turcis capti, alii vero fatigatione, plerique autem inedia et fame sunt consumpti. Itaque Conradus rex cum paucis rediit. Rex vero Lodewicus, causa orationis ut peregrinus in Jerusalem aliquantulum manens, in Franciam est
ibid. c. 85. reversus. Alibi sic: Conradus rex, dum ad expugnandum Yconium inconsulte divertit, consumptis terre germinibus et deficientibus[b] victualibus, cum suis fame afflictus rediit, et persequentibus eos Turcis, multa millia suorum amisit.

1146. Undecimo anno Conradi Remis concilium a papa Eugenio celebratur. In quo confutavit beatus Bernardus magistrum
Vinc. 28, 86. Gilbertum Porretanum cognomento, disputando cum eo singulariter tamquam sui temporis singularis athleta. Hic Gylbertus erat Pictaviorum episcopus, in sacris litteris exercitatus, sed sublimiora se scrutatus ad insipientiam sibi; tandem tamen
ibid. c. 87. resiliens ab errore, indulgentiam consequitur. Item obsessa Damasco per triduum a Theutonicis et Gallicis, et muris

* Lodewicus — sunt *ap. Corn. p. 688. 6. ann. Conr.* ** Edissa — est *ap. Corn. p. 689. 7. ann. Conr.* *** s. Bernardus — domna *ap. Corn. l. l. 8. ann. Conr.* † Bernardus abbas — Domini *ap. Corn. p. 689. 8. ann. Conr., paucis mutatis.* †† tempore hujus pape — distincta *ap. Corn. p. 689. 7. ann. Conr., sed falso* sec. Eggh. ††† rex Franc. — aggr. *ap. Corn. p. 690. 9. ann. Conr.* †††† eccl. Tornac. — urbi *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Wilh.

[a] et claustrum *add. Mart.* [b] deficiente 2.

etiam anterioribus, qui ortos [1] ambiebant, jam captis, cum in brevi civitas capienda putaretur, dolo principum Palestinorum obsidio removetur. Facta discessione, imperator et rex Francie, iterum condicto die ad obsidendum Ascalonem, cum suis Yoppe conveniunt. Sed Jerusalemitis juxta condictum non occurrentibus, imperator Constantinopolim navibus evehitur. Item hoc anno Trajectum inferius incendio terribili flagrabat, et templum sancti Martini cum tribus congregationibus, scilicet sancti Pauli, sancti Johannis baptiste et sancti Petri, exuruntur, et cappella sancte Crucis, in qua, consumptis per ignem omnibus, sola ymago Salvatoris crucifixi illesa permansit *, patibulo crucis et clavis absumptis. Ymago hec ad templum translata pie et devote veneratur. Vinc. l. l. Chr. Egm. 1148.

Duodecimo anno Conradi Lodewicus rex Francorum a Palestina navigans, ut in patriam rediret, Grecorum naves incurrit. A quibus dum imperatori presentandum deduceretur, Georgius dux navium regis Sycilie eos aggreditur. Hic siquidem, vastatis et spoliatis Grecorum provinciis, usque ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium imperatoris jecerat, et incensis suburbanis, de fructu ortorum regis violenter tulerat. Unde rediens, Grecorum incurrit naves, Lodewicum regem captum eripuit, et captos regis obtentu dimittit. 1147. Vinc. 28, 126.

Tertiodecimo anno Conradi abbatia Cysterciensis que dicitur Insula [2] sancte Marie [3] fundatur in dyocesi Monasteriensi [a] **. 1148.

Quartodecimo anno Conradi in pago Suessonico, ut dicitur in cronicis, cum hyemali gelu terra vehementer induruisset, cespis plurime longitudinis et latitudinis, de terra subito sine manibus avulsus, longe ad alium locum est translatus †. 1149. Vinc. 28, 127.

Quintodecimo anno Conradi Massamuti, quos quidam Moabytas dicunt, post usurpatum Mauritanie regnum, regem quoque patibulo affixum, etiam regem Bulgie occidentes, regnum ejus invadunt, ipsamque Syciliam, Apuliam Romamque se invadere minantur. Item isto anno Gratianus monachus de Clusa vel Guisa, civitate Tuscie, natus, decretum composuit ††, ut dicit Hugo [b] II, q. VI, c. *Forma*. Item Conradus rex Romanorum moritur. Iste fuit nepos Henrici V. ex sorore Agnete. Fridericus enim dux Suevie ex Agne, sorore imperatoris Henrici V., genuit tres filios, Henricum, Fridericum et Conradum regem. 1150. Vinc. 28, 127. Mart. Pol. c. 97. imp. Vinc. 28, 128. cf. 27, 14.

## *Capitulum 90.*

Fridericus I., nepos Conradi predecessoris sui, Romanorum a Julio 94., cepit anno mundi 5113., Urbis 1902., Domini 1151., imperii vero Theutonicorum 351., et 37 annis imperavit. Iste fuit vir largus, strennuus, facundus, nobilis et in omnibus gloriosus. Hujus temporibus floruit magister Petrus Lombardus episcopus Parisiensis, qui librum illum optimum, videlicet Sententiarum, opus certe laboriosum, ex multis sanctorum patrum dictis utiliter compilavit. Sed et majores glosas psalterii et epistolarum Pauli similiter ordinavit. Glosaturam siquidem epistolarum et psalterii, ab Anselmo per glosulas interlineares marginalesque distinctam, et post a Gyliberto continuative productam, latius et apertius explicuit, multaque de dictis sanctorum adjecit. Idem etiam quosdam sermones perutiles composuit. Circa idem tempus estimo floruisse magistrum Petrum Comestorem, qui Scolasticam Hystoriam breviter et utiliter composuit, nonnulla etiam alia opuscula edidit. Ex cronicis Saxonum: Fuit autem Fridericus I. filius Friderici, fratris Conradi regis. Siquidem Henricus Niger dux Bawarie ex Wulphilde uxore sua genuit Henricum Catulum, qui duxit Gertrudim, filiam Luderi vel Lotharii imperatoris, et genuit ex ea Vinc. 30, 1. Mart. Pol. c. 98. imp. Vinc. l. l.

* Trajectum — permansit *ap. Corn. p. 694. 11. ann. Conr.* ** abbatia C. — Monast. *ap. Corn. p. 697. 13. ann. Conr., falso autem* sec. Eggh. † in pago — transl. *ap. Conr. p. 700. 14. ann. Conr., sed falso* sec. Wilh. †† Gratianus — composuit *ap. Corn. p. 702. 15. ann. Conr., sed falso* sec. Vinc.

[a] dyoc. Monast. *ex correct. manus* 1*** *in* 1. *in rasura.* [b] Hugutio *Mart.*

[1] i. e. hortos. [2] Alia manus in 1., eadem in 2. post hoc vocabulum superscripsit, resp. margini adscripsit: *Campus*, sub quo nomine illud monasterium magis notum erat. [3] vulgo Marienfeld, sita in parochia Harsewinkel. Henricum nostrum errasse in anno fundationis indicando contenderim, quum constet illud fundatum esse a. 1185. ab episcopo Hermanno Monasteriensi. Cf. diploma fundationis ap. Erhard, Reg. hist. Westph. Tom. II, p. 177. Urk.-Buch Nro. CCCCLI. Schaten, Ann. Paderb. Tom. I, p. 608. Falke, Corp. tradit. Corbeiens. p. 227. Tempore remotissimo aliud nomen (sc. Wadenhard) monasterio fuisse videtur, ut elucet ex verbis Florentii de Wevelinghoven, ap. Ficker, die münsterschen Chroniken des Mittelalters Tom. I, p. 28.

Henricum Leonem. Qui ex patre obtinuit ducatum Bayoarie et Saxonie, ex matre hereditatem Brunswic. Pater enim ejus fuit filius Henrici Nigri ducis Bayoarie et Wulphyldis, filie Magni ducis Saxonum. Unde pervenerunt ad eum ducatus Saxonie et Bajoarie. Mater autem ejus Gertrudis filia fuit Luderi, et sic ad eum venit Brunswic. Henricus etiam Catulus ex Gertrude genuit Juttam. Quam duxit Fridericus, frater Conradi regis, et genuit ex ea primum Fridericum imperatorem. Qui exhereditavit Henricum Leonem, filium avunculi sui, cum tamen ipse fecerit eum imperatorem. De hac quoque styrpe erat episcopus Constantiensis Conradus, qui canonizatus in cathalogo sanctorum ascriptus est*. Quo quandoque dum[a] venisset Henricus Leo, pro vinculo naturali, quo tenebatur consanguineo, et pro reverentia devotionis, quam debuit viro sancto, ipsam Constantiensem ecclesiam magnis prediis honoravit. Fridericus igitur I. imperator ex Beatrice de Burgundia genuit Henricum, qui ei successit. Qui et duxit Constantiam 40 annorum, regis Sycilie, Calabrie et Apulie filiam. Que anno suo 41. eidem Henrico peperit Fridericum II. Fridericus etiam primus genuit Fridericum ducem Suevie et Conradum ducem et
[Nordhof. p. 385.] Phylippum, contra quem fuit electus Otto IV. Item temporibus hiis fuit Adolphus secundus comes de Altena. Qui genuit Fridericum, Everhardum, Enghelbertum et Brunonem. Fridericus factus est archiepiscopus Coloniensis, et cum Friderico imperatore profectus est contra Mediolanum, et obiit in Papia. Cujus ossa relata sunt et in Berghe sepulta**, quod patruus suus Bruno fundaverat. Bruno, frater istius Friderici, prepositus Bunnensis, mortuo Phylippo archiepiscopo, successore Reynoldi successoris dicti Friderici, archiepiscopus Coloniensis fit temporibus Henrici regis, filii Friderici imperatoris. Sed senio gravis renuntiat, et Adolfus fratris sui Everhardi filius, qui fuit comes in Altena tertius, sibi succedit in archiepiscopatu anno Domini 1193. Iste Adolfus archiepiscopus, favente Innocentio papa III., Ottonem, Henrici ducis quondam Saxonum filium, regis Anglie ex sorore nepotem, comitem Pictavie, anno Domini 1208. coronavit in regem Aquisgrani. Alii principes Phylippum ducem Suevie habere voluerunt. Sed Adolfus hic, vel necessitate compulsus vel, ut alii dicunt, 5000 marcarum corruptus, Ottonem deserit, Phylippo adheret. Propter quod a papa deponitur. Sed Ottone
[ibid. p. 386.] per papam reprobato, restituitur. Quartus filius Adolfi secundi comitis de Altena fuit Enghelbertus comes de Monte. Everhardus comes tertius de Altena genuit, ut dictum est, prefatum Adolfum archiepiscopum Coloniensem et Fridericum et Everhardum. Fridericus tenuit Altena, et genuit Adolfum. Everhardus tenuit castrum Nyenbrughe super Lyppiam in parochya Heronghe et castrum Ysonberch super Ruram, quod per Adolfum archiepiscopum dicitur fuisse constructum, et genuit Fridericum comitem de Ysonberch. Hic Fridericus habuit uxorem sororem Henrici ducis Limburgensis. Qui volens Enghelbertum archiepiscopum Coloniensem capere, interfecit eundem anno Domini 1225. in die beati Wilbrordi in Gevelsberge. Hic archiepiscopus Enghelbertus, hujus Friderici consanguineus, duos fratres ejus episcopos fecerat, unum in Monasterio et alium in Osenbrughe. Post Enghelbertum occisum Henricus de Molnarken archiepiscopus factus, vindicavit eum, favente Friderico imperatore, qui eum dilexerat, et Henrico, filio ejus, quem coronaverat. Igitur per regem Henricum in Nurenberch condempnatur cum heredibus suis Fridericus, et omnia bona eorum publicantur. Castra ejus Ysonberch et Nyenbrughe cum opido sibi coherente diruuntur et terre equantur. Possessiones alias qui rapiunt tenent. Archiepiscopus Enghelbertus occisus frater fuit comitis de Monte. Occisor profugus latuit inter Hoyum et Leodium. A Baldwino milite de Genes tamquam hospes invitatur, veniens capitur, pro 2000 marcarum venditur, rotatur extra portam Sancti Severini Coloniensis. Columpna quadam ibi facta in monticulo, qui adhuc ibi cernitur, positus est in rota. Cum educeretur, cantavit responsorium de vigiliis mortuorum: 'Cognoscimus, Domine, quia peccavimus' etc. per totum cum versu et repetitione, multis lacrimantibus singultuose. Fridericus, filius Everhardi, comes de Altena quartus genuit Adolfum, qui fuit quintus comes in Altena et primus comes de Marka.

1151. Primo anno Friderici Eugenius papa moritur, et in basilica beati Petri juxta majus altare sepelitur. Item
[Mart. Pol. c. 177. pont. Vinc. 29, 1. 2.] beatus Bernhardus abbas Clarevallensis, post claros actus et multarum animarum lucra, post multa fundata monasteria et miracula multa, beato fine quievit, sepultusque est ante altare Virginis benedicte. Vincentius: Scripsit beatus Bernardus de contemptu mundi ad clericos l. 1, exhortatorium de passione et resurrectione Domini l. 1, de diligendo Deum l. 1, de gradibus humilitatis et superbie l. 1, de gratia et libero[b] arbitrio l. 1, de precepto et dispensatione l. 1, apo-

* ex cron. Sax. — est *ap. Corn. p. 702, ubi in fine pauca sunt omissa.* ** Fridericus igitur I. — sepulta *ap. Corn. p. 702, sed aliquot verbis mutatis vel omissis.*

[a] quo cum quoque *Chron vet. duc. Br. ap. Lbn.* [b] librio 1.

logeticum ad Cystercienses et Cluniacenses monachos l. 1, ad Hugonem de Sancto Victore lib. 1, ad Innocentium papam Vinc. l. 1.
contra hereses Petri Abaolardi l. 1, ad Eugenium papam de consideratione l. 5, ad milites templi de laude militie nove
l. 1, super psalmum 'Qui habitat' omelias 18, super Cantica canticorum omelias 83, super 'Missus est angelus' omelias
4, super 'Magnificat' tractatum 1, epistolas breves ad diversos 245[a], sermones autem pene innumerabiles.

Secundo anno Friderici Anastasius III., natione Romanus, papa 158., sedit anno 1, mensibus 4. Hic fecit apud 1152.
Sanctam Mariam rotundam palatium. Item marchio Albertus cepit Brandenborch de Slavis. Iste Mart. Pol. c. 178. pont.
marchyo separavit marchyam de ducatu Bayoarie, et fecit ex Bajoaria unum liberum ducatum
propter patruum suum ducem Austrie. Item Anastasius papa moritur. Vinc. 30, 2.

Tertio anno Friderici Adrianus IV., natione Anglicus, papa 159., sedit annis 4, mensibus 10. Helynandus: 1153.
Hic Adrianus papa dixit, quod Romano pontifice nemo miserabilior est et conditione ejus nulla miserior, et tot tribula- Mart. Pol.
tiones et miserias in ea sede se invenisse, quod vellet Angliam numquam exisse. Et adjecit: 'Cum de gradu in gradum c. 179. pont.
a claustrali clerico per omnia officia in summum pontificem ascendissem, nichil umquam felicitatis aut tranquille quietis Vinc. 30, 3.
vite priori adjectum est ab ascensu; sed in incude et malleo semper dilatavit me Dominus'. Martinus: Hic primum Mart. Pol.
Albanensis episcopus existens, in Norwegiam missus est in legatione pro verbi Dei predicatione. Illa vero barbara gente c. 179. pont.
in lege Dei diligenter instructa, in reditu suo in papam eligitur. Item propter vulnerationem unius cardinalis totam
Urbem usque ad condignam satisfactionem posuit sub interdicto. Item Wilhelmum regem Sycilie tamquam rebellem
sibi excommunicavit. Qui post absolutus, homagium domino pape faciens, terram ab ipso coactus accepit. Item hoc
anno Aldenburgensis episcopatus, Jeroldo duodecimo episcopo Aldenburgensi procurante, per Henricum Leonem ducem Helmold. c. 89.
Saxonie transfertur in Lubeke civitatem novam. Ex hystoria Sclavorum c. 70.: Sedem episcopalem Aldenburgensem ibid. c. 69.
magnus Otto imperator I. instituit, et primum episcopum posuit ibi Marconem. Ibidem c. 12.: Est autem Aldenborg ibid. c. 12.
ea que Sclavica lingua Starigard, hoc est antiqua civitas, dicitur, sita in terra Wagyrorum, in occiduis partibus Baltici
maris, et est terminus Sclavie. Hec autem civitas seu provincia fortissimis alioquin incolebatur viris, eo quod in fronte
totius Slavie posita sit, contiguos habens Danorum seu Saxonum populos, et omnes bellorum motus ipsi aut primi
inferrent aut aliis inferentibus exciperent. Sunt sane Sclavorum populi plurimi. Ex hystoria eadem c. 1.: ibid. c. 1.
Balticum mare sic dictum, quod in modum baltei longo tractu per Sciticas regiones tendatur usque in Greciam; dicitur
etiam mare barbarum vel Scithicum a gentibus barbaris, quas alluit. Multe ipsum circumsedent nationes: Dani siquidem
et Suedones, quos Nordmannos vocamus, septentrionale litus et omnes in eo continent insulas. Ac litus australe Scla-
vorum incolunt nationes. Quorum ab oriente primo sunt Ruci, deinde Poloni, habentes a septentrione Pruzos, ab austro
Bohemos et Marahos vel Carinthos et Sorabes. Quodsi adjeceris Ungariam in partem Sclavonie, ut quidam volunt, quia
nec habitu nec lingua discrepant, ultro estimationem Sclavice lingue latitudo succrescet. Post Polonos versus occidentem ibid. c. 2.
secuntur Sclavi, qui antiquitus Wandali, nunc autem Winidi nuncupantur vel Winuli. Horum primi sunt Pomerani,
quorum sedes portenduntur usque ad fluvium Odoram. Est autem Odora ditissimus amnis Sclavice regionis, et oritur in
profundissimo saltu Morahorum, qui sunt ab oriente Bohemie, ubi et Albia nascitur. Et Albia q̃uidem primo impetu
Bohemos alluit cum Sorabis, medio cursu Sclavos dirimit a nunc Saxonibus, novissime[b] Hammenburgensem provinciam
dividens a Bremensi, victor occeanum ingreditur Britannicum. Odora vero transit per medios Winidorum vel Wynulorum
populos, dividens Pomeranos a Wilzis. In cujus ostio, quo Balticum mare alluit[c], in insula quondam fuit nobilissima
civitas Vinneta. De qua magna et vix credibilia scribuntur. Fuit enim maxima omnium quas Europa claudit civitatum,
quam Sclavi, Greci et advene Saxones pari licentia inhabitabant, et cristianismum usque ad urbis excidium non reci-
pientes oberrabant. Ceterum moribus et hospitalitate nulla fuit gens honestior et benignior. Mercibus omnium nationum
locuples, nichil non habuit jocundi et rari. Quidam rex Danorum maxima classe stipatus hanc funditus evertisse scribitur.
Presto sunt adhuc civitatis illius monimenta. Neptunus triplicis nature ibi cernitur. Tribus enim fretis alluitur ipsa
insula. Quorum ajunt unum esse viridissime speciei, alterum subalbide, tertium motu furibundo, perpetuis sevit tempe-
statibus. Sunt et alii Sclavorum populi, qui inter Albiam et Odoram degunt longoque sinu ad austrum portenduntur,
sicut Heruli vel Geveldi, qui sunt juxta Hobolam fluvium, Condoxani, Lebuzi et Welini, Stoderani cum multis aliis.
Post Odore igitur lenem meatum et varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia,
eorum qui Tolenzi seu Redarii dicuntur. Civitas eorum vulgatissima Rethre sedes ydolatrie; princeps inter deos eorum
Redegast[d]. Civitas 60 portas habet, inclusas undique lacu profundo. Deinde venitur ad Cyrcipanos et Kyzripos, quos
a Tolenzis et Rederis separat fluvius Panis et civitas Dimine. Kycini et Cyrcipani Cispanini, Tolenzi et Rederi trans
Panim habitant. Hii[e] quatuor populi a fortitudine Wilzi seu Lutici appellantur. Ultra illos sunt Linguones et Waruani.

[a] 265. *Vinc.* [b] novissimo 1. [c] aluit 1. 2. [d] Redagast 2. [e] Hiis *post corr.* Hii 1. Hiis 2.

Helm. I. 1. Hos secuntur Obotriti. Civitas eorum Mikylinborch. Inde Polabi. Civitas eorum Racesborch. Inde transitur fluvius
Travena in Wagyrensem provinciam. Civitas eorum Aldenborch maritima. Sunt et insule maris a Sclavis inculte.
Quarum una Vemere dicta opposita est Wagyris, ita ut videri possit Aldenborch. Altera insula longe major contra
ibid. c. 37. Wylzos ponitur, quam incolunt Rani vel Rugiani. Ex cap. 33.: Sunt et alie nationes Slavorum, scilicet Brizanorum
et Stoberanorum populi, hii videlicet, qui Havelberch et Brandenborch inhabitant, et e vicino eorum gens Sclavorum
ibid. c. 69. fertilis omnibus bonis, et habitatores ejus quieti, dicti Lini seu Linguones. In civitate igitur Wagyrorum Aldenborch
primus episcopus fuit Marco, secundus Cowardus, tertius Wago, quartus Ezico, quintus Folkardus, sextus Rembertus,
septimus Benno, octavus Meynherus, nonus Abelinus. Quo defuncto, ecclesia Aldenburgensis divisa est in tres episcopatus,
et factus est Ezo decimus pontifex in Aldenborch per archiepiscopum Adelbertum, Johannes autem episcopus in Mikylinborch
et Ariston Ierosolimitanus in Raceborg. Et post Ezonem, relapsis Slavis in paganismum anno Domini 1066., anno ....[a]
Henrici IV., cepit Sclavie desolatio, et vacavit sedes Aldenburgensis annis 84, et tunc sanctus Wicelinus, parrochia Mindensi, de
ibid. c. 42. villa que dicitur Quernhamelen super litus Wesere oriundus, episcopus Aldenburgensis consecratur. Qui multis miraculis
ibid. c. 77. clarus fuit. In Mekelenborch ordinatur Eynmenhardus. Ibidem c. 77.: In Racisborch autem ordinatus est dominus
ibid. c. 78. Evermodus, prepositus Magdeburgensis. Obiit autem Vicellinus episcopus in Domino morte felicissima anno Domini 1153.
ibid. c. 79. 80. Cui successit episcopus duodecimus dominus Jeroldus. Iste rogavit Henricum Leonem ducem Saxonie, ut sedes Aldenburgensis
ibid. c. 89. transferretur in Lubeke, civitatem novam, quam a comite Adolfo de Scowenborch et Nordalbinghorum nuper sibi donatam
occupavit. Dux consentit episcopo, et episcopatus transfertur. Ibidem c. 90.: Et statuerunt illic[b] prebendas 12,
et tertiadecima prepositi est. Et dedit dux de theloneo cuilibet fratrum duas marcas Lubicensis monete etc. Comes
etiam[c] Adolfus de Scowenborch villas oportunas ecclesie nove eidem prope Lubeke assignavit.

1154. Quarto anno Friderici in partibus Saxonie sanctimonialis Elyzabet mirabiles vidit visiones. Intra quas etiam angelus
Vinc. 30, 3. sibi familiaris eidem librum qui dicitur Viarium[d] Dei annuntiavit, et etiam diem translationis sacrosancti corporis
beatissime Virginis in celum demonstravit*. Et anno sequenti tres lune vise sunt, et in media signum crucis.
Chr. Egm. 1157. Item Thidericus comes Hollandie nonus, filius Florentii Crassi et Petronille, obiit. Cui Florentius, filius ejus,
Mart. Pol. successit**. Item Albanum a Romanis concrematum est 6. Ydus Aprilis. Item Fridericus rex, ut dicit Mar-
c. 100. imp. tinus, pro coronatione sua Romam veniens, et pacifice et cum magno gaudio ab Adriano papa coronatur. Omnibus
ibid. c. 98. autem peractis, Romani armata manu milites imperatoris invadunt crudeliter, usque ad tentorium imperatoris in prato
Neronis persequendo. Sed prelio invalescente, Theutonici adunati Romanos atrociter repellunt, multos sternunt et multos
Helm. I, 94. capiunt, et cum multis et magnis pape precibus captivi vix tandem restituuntur. Item hoc anno Jeroldus venerabilis
ibid. II, 1. episcopus Aldenburgensis ultimus et Lubicensis primus ad Dominum migravit. Cui Conradus in episcopatu succedit. Qui
etiam a quibusdam primus episcopus Lubicensis dicitur, quia primo Jeroldo primus successit.

1156. Sexto anno Friderici Adolfus de Scowenborch comes Nordalbinghorum illustris occiditur a Sclavis
Helm. II, 4. rebellantibus et apostatis a fide. Ex hystoria Sclavorum c. 100.: Henricus Leo dux Saxonie, cum
audisset Adolfum coram Slavis et barbaris corruisse, in lacrimas multas resolutus est. Sed dolorem ejus mitigavit cedes
Sclavorum maxima, qui ad duo millia et quingentos connumerabantur. Corpus autem comitis Adolfi frustatim concidi et
ibid. c. 5. assari et opere pygmentarii condiri fecit, quo posset patriis inferri monumentis. Ibidem c. 101.: Igitur corpus
illud nobile delatum est Mindyn, ibique sancta devotione reconditum. Cometiam vero tenuit Machthildis, vidua ejus, cum
filio tenello. Et immutata est facies terre, eo quod justitia et quies ecclesiarum, sublato bono patrono, penitus infirmata
videretur. Ipso enim superstite, clero nichil durum, nichil asperum videbatur. Tantus erat fide, bonitate, prudentia
atque consilio, ut universis videretur instructus virtutibus. Hic unus de bellatoribus Domini, et certe non infimus, in
funiculo sortis sue utilis inventus est, exstirpans ydolatrie superstitiones, et faciens opus nove plantationis cristianitatis
et fidei in Nordalbingis et Slavis, quod fructificat in salutem. Novissime vero, cursu itineris boni peracto, pervenit
ad palmam. Portansque vexilla in castris Domini, stetit pro defensione patrie et fide Cristi principumque[e] usque ad
mortem. Rogatus ut vite consuleret compendio fuge, vehementer detestatus est, manibus pugnans et vocem Domini
orans, mortem libenter accepit ob virtutis amorem. Post hec tandem Henricus Leo dux Saxonie et Bajoarie
Angarieque pro peccatis suis vadit visitare sepulchrum Domini. Ex cronicis Saxonum: Hic
Henricus Leo in Brunswic ecclesiam sancti Blasii construxit. Devictisque Slavis et facta pace
cum ipsis, tres ibi episcopatus fundavit, scilicet in Lubeke, ubi et Conradum episcopum posuit,
in Raceburch, ubi Everhardum, et in Suerin, ubi fecit Brunonem episcopum. Postquam autem

* in partibus — demonstr. *ap. Corn. p. 707. 3. ann. Freder.* ** Thider. — successit *ap. Corn. l. l.*

[a] *lacuna in* 1. 2. [b] *bis scriptum in* 1. [c] autem 2. [d] viarum 1. 2. [e] que *om.* 2.

avunculum suum Fridericum ad imperium promoverat et ad consecrationem ejus Romam 1500
milites armatos duxerat, itineris sui versus Jerusalem socios assumpsit Conradum episcopum cf. Arn. Lub. I, c. 2.
Lubicensem, Henricum abbatem Sancti Egydii Brunswicensem, Bertoldum abbatem de Lunenborch,
Pribyslaum regulum Abodritarum[a], Guncelinum[b] de Suerin et Sifridum comitem de Branden-
borch[c]. Et profectus est post octavam epiphanie, et Constantinopolim post pericula multa per- ibid. c. 3.
venerunt illesi. Dux ab imperatore Constantinopolitano cum gloria maxima recipitur. Sanguine ibid. c. 5.
domini nostri Jhesu Cristi et reliquiis aliis donatur. Post navigio veniunt Accaron, et inde
equis processerunt Jerusalem. Dux ibi a clero et templariis sollempniter suscipitur cum ramis[d] ibid. c. 7.
et laudibus. Ad sepulchrum Domini ducitur. Maximam ibi pecuniam offert. Basilicam, in qua
lignum dominicum repositum est, ornat opere musivo[e], et hostia[1] vestit argento, deputans
cereos jugiter arsuros. Tres etiam lampades perpetuo ad honorem Dei ardentes in ecclesia domi-
nice resurrectionis instituit; quarum unam coram Domini sepulchro, alteram in loco Calvarie,
tertiam coram vivifico ligno crucis ardere quingentis bysantiis comparavit[2]. Templariis et ho-
spitalariis dona plurima dedit in armis et clenodiis aliis, et mille marcas ad comparandos red-
ditus. Post hec dux omnia loca visitavit, in quibus Cristus steterat; post regreditur in Jerusalem, Arn. c. 2. 8.
et a patriarcha per triduum retinetur. Conradus episcopus et Bertoldus abbas infirmantur et ibid. c. 8.
moriuntur, Conradus in Tyro, que et Surs[5] dicitur, et Bertoldus in Accaron. Post dux cum ibid. c. 9.
aliis repatrians[f], tandem venit Ararath, ubi a soldano letissime amplexatus est. Qui dixit etiam
ducem consanguineum suum esse, et gradum consanguinitatis eorum computavit eidem. Deditque
duci dona plurima, mantellam et tunicam de optimo serico, unde casulam[4] et dalmaticam[4] fecit.
Post equi 1800 adducuntur, ut eligeret dux quos vellet. Accepit autem unusquisque militum
equum quem voluit. Inde caballi 30 fortissimi cum frenis adducuntur et sellis optimis, quos
duci tradidit. Dedit etiam ei sex domos filtrinas[4] secundum morem terre illius, et sex camelos,
qui eas ferrent. Post perveniunt in patriam. Et tunc Henricus abbatem Sancti Egydii Bruns- ibid. c. 13.
wicensis loco Conradi fecit episcopum Lubicensem, donans ei et Guncelino comiti Swerinensi
munera multa. Et sanguinem Domini nostri cum tremore et amore dividens, partem uni et partem
alteri tribuit, et dimisit eosdem. Ipse autem manens in Brunswic, ecclesiam sancti Blasii, quam
fundaverat, magnis reliquiis et ornatibus decoravit. Hiis gestis, principes et barones, qui semper
et adhuc dominio Brunswicensi invidebant, consulunt imperatori, filio amite Henrici Leonis, quod
ipsum Henricum humiliaret. Imperator assentit eo promptius, quod jam rancorem contra ipsum
habebat. Consecrato enim imperatore Friderico, Henricus hic imperatorem cum imperatrice
invitavit in Brunswich. Et ducissa fecit imperatrici offerri nobiles gemmas et annulos et alia
ornamenta, ut eligeret quod vellet. Imperatrix accipiens omnia, in sinum suum fudit. Quod egre
ferens ducissa, ploravit, et post dixit imperatori: 'Avunculus vester habet assaturam et vos veru'.
Et semper incitavit eum ad rancorem. In obsidione autem Mediolanensium cum intercederet dux
pro eis, quia principatum habebat in ea, et tamen imperator eis parcere nollet, Henricus Leo
recessit ab obsidione. Imperator ei crimen lese majestatis opposuit. Et exhereditavit eum. Archie-
piscopus Coloniensis ducatum Westphalie obtinuit usque ad sagitte jactum in Renum. Eodem
tempore principes ex parte imperatoris quatuor castra ducis Henrici Leonis obsederunt, scilicet Blan-

[a] Abodricarum 1. 2. [b] comitem *add. Arn. Lub.* [c] Blankenburg *Arn. Lub. et Corn.* [d] hymnis *Arn. et Corn.* [e] musino 1. 2. [f] repatriantes 1. 2.

[1] i. e. ostia. [2] Cf. diploma dotationis ap. Scheidt, Orig. Guelph. Tom. III, p. 76. et ap. Mader, Antiquitat. Brunsvic. p. 122, nro. IX. Datum est a. 1172. Illa verba in hac charta exstant. [5] Sur, i. e. Sidon. Henricum cum fonte suo errasse manifestum est. Cf. Roberti de Monte chron. ap. Pertz M. G. H. SS. VI, p. 487. ad a. 1124. secundum Fulcherium Carnot.: *Sidon .... ab incolis modo Sur vocatur.* [4] Vide glossarium.

keaborch[1], Leuenborch[a. 2], Lechtenberch[3], Honovere, et ceperunt, quia perfide tradebantur una
die. Dux in Thuringia cepit Molhusen[4] et Nordhusen cum aliis munitionibus 14. Et eum de
Thuringia recedentem principes ex parte imperatoris insecuntur cum 1800. Quorum duos prin-
cipes Thuringie cepit Lodewicum et Hermannum. Vexilla istorum adhuc pendent in ecclesia
sancti Blasii Brunswicensi. Ad quos redimendum cum legatis missus fuit quidam nigromanticus.
Quod cum ducem non lateret, quasi gratis eos dimisit, dicens: 'Nolo, quod tradatis vos dyabolo,
cf. Arn. II, c. 27. cum sitis consanguinei mei'. Cepit etiam dux Bernardum comitem de Raceborch et filium suum
Vulradum. Juverunt ducem Adolfus de Scowenborch, Ludolfus et Hillebrandus[5] de Halremund[6],
Bernardus de Welepe, Guntcelinus de Swerin, qui Westphalos adjutores imperatoris in prelio
cf. ibid. c. 29. juxta Osenbrughe[7] contriverunt. Cepit etiam dux Halverstad et episcopum Olricum[b], adjutorem
cf. ibid. c. 33. imperatoris, et cepit castrum Raceburch et Godebuz[8]. Tunc edificatum fuit castrum Langhen-
ibid. c. 34. steyn in proprietate ducis, et castrum Horneborch[9] in fundo ejusdem. Imperator minis et
muneribus adjutores ducis ad se traxit. Cum archiepiscopo Coloniensi terram ducis potenter
intravit. Brunswic et Bardewic cepit. Habuit adjutores imperator Woldemarum regem Dacie,
marchionem[10] de Brandenborch, marchionem[11] Misne, abbates de Corbeya[12] et Vulda etc., cum
ibid. c. 35. quibus vallavit civitatem Lubec[13]. Qua obtenta, Lunenborch adiit, et duci rogatus ad se ducatum
prebuit veniendi, et post Erpesford[14] veniens dux, apud imperatorem gratiam obtinuit, sic quod
Syfrido Bremensi Stadium[15] commisit, et terram suam cum uxore et liberis et dominium suum
totum per triennium abjurans, in Angliam discessit. Mortuo imperatore Friderico, Henricus in
cf. ibid. IV, 1. 2. Saxoniam rediit. Et ab[c] episcopo Bremensi[16] benigne recipitur. Stadium civitas sibi redditur.
Collectis autem necessariis de Holsatia, Bardwic civitatem opulentam obsidet. Cui cum cives
anos probrose ostenderent, vi cepit eam et funditus delevit[17], reliquias eorum in salinam Lunen-
borch transferens. Quod audientes Lubicenses, civitatem suam ei pacifice tradiderunt. Henricus
igitur rex, filius imperatoris Friderici, Brunswic obsedit. Sed nichil egit. Dux autem jam senex
regi Henrico reconciliatur, sic quod muros Brunswic interrumpit et castrum Louenburch destruit
et Lubeke regi presentavit. Hinricus autem, filius Henrici Leonis, Agnem, filiam comitis Palatini,
patrui imperatoris, duxit uxorem, ipso comite ignorante, sed matre[18] puelle procurante. Et sic
omnia sopiuntur tali conditione, quod, quidquid comes haberet ab imperio, post mortem ejus duci
cederet. Quod et factum est. Insuperque terras et castra occasione hujus dissentionis perditas
recuperarent si possent, et quod hoc esse deberet de regis voluntate. Dux autem senior Hen-
ricus Leo, Deo intendens, principatum Henrico filio suo dimisit, et reliquum vite Brunswic exegit.
ibid. c. 24. Et obdormivit in Domino anno Domini 1195., 8. Ydus Augusti[19]. Et in ecclesia sancti Blasii

[a] Leuenberch 1. [b] Udalricum *Arn Lub.* [c] *om.* 2.

[1] ad silvam Hercyniam. [2] Lauenburg prope Stecklenberg. [3] Etiam hodie conspiciuntur in ducatu Brunsvicensi (in praefectura Saldern) ruinae arcis Lichtenberg. [4] Mühlhausen in Thuringia. [5] Wilbrand. [6] Hallermund. [7] Osnabrück. Cf. de hac re Alb. Stad. p. 295. Arnold. Lubec. p. 645. ad a. 1181. [8] Gadebusch. [9] ad fluviolum Ilse in vicinio Halberstad. [10] Ottonem. [11] Ottonem. [12] Conradum. [13] Aug. — Octb. a. 1181. [14] Erfurt, ubi curiam d. 17. Novb. a. 1180. imperator habuit. In hac solemni curia Fridericus I. archiepiscopo Bremensi arcem Stadium commisit, et non Henricus Leo. Diploma dat. ap. Herbsfordiam 16. Kal. Decb. 1180. exstat ap. Lindenbrog SS. p. 193. Orig. Guelf. T. III, p. 552. — Böhmer Reg. p. 141. hoc d. 17. Decb. a. 1181. factum esse opinatur, sed sine causis justis; cur curiam m. Novbr. a. 1180. ibidem habitam esse, credendum non est? — In curia ibi m. Novb. a. 1181. celebrata Henricus Leo se imperatori subjecit. Cf. Arnold. Lubec. l. l. p. 652, qui autem a. falsum 1182. habet. [15] Stade. [16] Hartwico II. Cf. de sequentibus L. A. Cohn, de reb. int. Henr. VI. imp. et Henr. Leonem actis. Dissert. hist. Vratislav. 1856. p. 29 sqq. [17] d. 28. Oct. 'in die Simonis et Judae' a. 1189. [18] Irmengard, e gente comitum de Henneberg. [19] d. 6. Aug. a. 1195.

cum uxore sua Mechthildi tumulatus est. Reliquit autem heredes Henricum et Ottonem imperatorem et Wilhelmum, qui fuit pater Ottonis ducis de Lunenborch, qui dictus est Puer. Quibus pater adhuc vivens divisit hereditatem sic: Henrico seniori Brunswic cum attinentibus, Wilhelmo Lovenborch et Lunenborch cum attinentiis, Ottoni Haldesleve et attinentia assignavit [1]. Henricus igitur primogenitus Brunswic obtinuit et Stadium. Quam civitatem cum tota comitia dedit ecclesie Bremensi, licet Otto, filius fratris sui, quamdiu vixit contradiceret. Dedit etiam ecclesie Magdeburgensi Somerschenborch et Anvorde. Circa finem vite sue Henricus iste filio fratris sui Ottoni duci de Lunenborch assignavit Brunswic*. Hec ex cronicis Saxonum. Sed Egkardus [2] dicit sic: Cum Fridericus imperator Mediolanum obsideret, Henricus Leo in adjutorium ejus habuit 1500 milites. Favens autem Mediolanensibus cum omnibus recedere disposuit. Imperator humiliter petit, quod maneat secum. Henricus procaciter negat. Imperator iterum petit, coronam ad pedes ejus ponens. Optimates ducis dissuadent, dicentes, quod corona imperii, que venit ad pedes ejus, procul dubio caput ejus non effugiet. Redit igitur Henricus in Theutoniam. Post archiepiscopatum Coloniensem vastare conatus in absentia archiepiscopi Reynoldi [3], qui erat in obsidione Mediolanensi cum imperatore**, per Phylippum [4] decanum Coloniensem vicarium ecclesie potenter excipitur. Phylippus hic tunc castra Ryneghe [5] et Rolandsegke [a] etc. edificavit. Et contra Henricum Leonem bellans, potenter eum devicit, et terra Coloniensi turpiter fugientem exegit. Imperator, Mediolano destructo, cum gloria redit in Theutoniam. Henricum Leonem ante tempora Phylippi decani omnibus et etiam imperatori metuendum propter multa maleficia et stultitias suas plurimas citat multotiens ad comparendum coram se, et contempnentem comparere dampnat [6] ad querimoniam marchionis Diderici. Sed et hoc contempsit Henricus, ut in vulgari Theutonico dicitur: *Yar unde dach, do ward* [b] *he vordelet echt unde recht unde len unde egen, dat len an sinen heren ledich, dat egen in des keysers wald* [7]. Post cum conductu Wichmanni episcopi Magdeburgensis venit Henricus ad imperatorem gratiam petens. Quam sic invenit. Renuntiavit ibi omni impetitioni et proprii et feodi in sempiternum, excepto Brunswic et castro Lunenborch et pertinentibus ad hec, et abjuravit terram tribus annis et ivit in Angliam. Et post de Anglia rediens, destruxit Bardwic [8], ut dictum est.

Septimo anno Friderici Nonis Septembris tres soles visi sunt in parte occidentali. Sed duobus paulatim deficien- 1157.
tibus, sol diei qui medius erat remansit usque ad occasum. Item eodem anno Adrianus papa moritur, et facta est Vinc. 30, 3.
in ecclesia Romana maxima turbatio, quia cardinales ab invicem divisi duos elegerunt papas, scilicet Rolandum cancel-

* reliquit autem heredes — Brunswic *ap. Corn. p. 805. 7. ann. Henr.* ** Cum Fr. i. Mediolan. — imper. *ap. Corn. p. 728. 10. a. Freder., sed narrationem ad hunc annum ex Henrici verbis ad a. 1156. et 1178. composuit.*

[a] Rolandseke 2. [b] wart 2.

[1] Hoc concordat cum diplomate in Orig. Guelf. Tom. III, p. 159. [2] Sequentia apud Ekkekardum non leguntur, sed quis sit autor narrati, in medio relinquam (cf. chron. Repeg. ed. Massmann p. 423). [3] electus erat a. 1159. [4] de Heinsberg. [5] Rheineck, castrum a. 1150. a Conrado rege devastatum. [6] mense Januario a. 1180. Wirzeburgi. [7] Cf. his verbis quae leguntur in Speculo Saxonico I, 38, §. 2. ed. Homeyer: *Die ok jar unde dach in des rikes achte sin, die delt man rechtlos, unde verdelt in egen unde len, dat len den herren ledich, dat egen in die koningliken gewalt. Ne tiet de erven nicht ut ut der koningliken gewalt binnen jar unde dage mit irme ede, se verleset it mit sament jeneme.* — Similia praebet Chronicon quod dicunt Repegowicum (Mpt. Berol. bibl. reg. Nro. 129. fol. 110. col. d): *Do dede ene* (Henricum Leonem) *de keyser to achte dor des marchgreven Diderices* (i. e. van Landesberch) *claghe, in der achte blef he jar unde dach; dar vmme wart eme vordelet echt vnde recht vnde eghen vnde len, dat len al sinen heren ledich, dat eghen in de koningliken ghewalt. Des vorloren sine kindere dat eghen, dat se it vter koningliken gewalt nicht ne toghen binnen jare vnde daghe* (ed. Massmann p. 427). — Cf. *Braunschweigische Reimchronik* apud Leibnit. SS. R. Brunsv. Tom. III, c. 34. [8] d. 28. Oct. a. 1189.

larium, qui Alexander papa dictus est, et Octavianum, gravi scismate ecclesiam disrumpentes; unde proceres diversarum regionum turbati sunt, et[a] quidam uni, quidam alteri adheserunt. Siquidem imperator Romanorum Octavianum, qui dictus est Victor, reges vero Lodwicus Francorum et Henricus Anglorum cum suis Alexandrum in patrem et pastorem susceperunt *.

*Mart. Pol. c. 180. pont.* Hic Alexander III. natione fuit Tuscus, patria Synensis, et sedit papa 160. annis 22, diebus 9; alii* dicunt: annis 21, mensibus 11, diebus 9. Hic vicit 4 scismaticos, ut dicit Martinus, Octavianum, qui se voluit nominari Victorem, Guidonem, qui se Paschalem appellavit, Johannem, qui se Kalixtum dixit, et Alandonem, qui se vocavit Innocentium. Quorum tres fuerunt presbiteri cardinales. Qui per papam excommunicati, mala morte perierunt. Hic papa Fridericum imperatorem, qui dictos scismaticos successive unum post alium manutenebat, ad concordiam ecclesie revocavit. Duo concilia, unum Turonis, aliud Rome celebravit. Per 15 annos sub ejus temporibus terremotus magni fuerunt per loca, ita quod civitas Anthyochena et Tripolis ceciderunt, Damascus cum multis aliis civitatibus subversa est. Tunc quoque Cathinensis civitas penitus est eversa, et plus quam 20000 hominum mortui sunt, et mare ad 5000 hominum in Sycilia submersit. Hujus tempore Mediolanum, Cremona et Placentia contra Papiam construxerunt unam civitatem. Quam, ut famosior fieret, ab Alexandro papa Alexandriam nominaverunt. Qui papa post ad petitionem Lombardorum dedit eis episcopum, Papiensem vero episcopum crucis et pallii dignitate privavit, eo quod Friderico imperatori tunc et ab antiquo regibus persecutoribus ecclesie semper adhesisset **. Hic etiam papa, cum omne patrimonium beati Petri preter civitates Urbevetanam, Terracinam et Anagniam[b] per imperatorem Henricum[1] et scismaticos dictos occupatum fuisset,
ibid. c. 98. imp. transivit Turonis, et ibi sollempne concilium celebravit. Item Fridericus imperator precepit, ut Tyburtina civitas reedificaretur, et Spoletum destruxit.

1158. Octavo anno Friderici cives Moguntinenses archiepiscopum suum in ecclesia sancti Jacobi crudeliter occidunt
Nordhof. 1160. in die sancti Johannis. Item rex Alapie cepit Edissam civitatem, que in Genesi dicitur Arath, Francosque ibi ca-
Mart. Pol. c. 98. imp. ptos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum vero civitatis quasi ducem gregis cum omni clero, qui Cristum noluerunt abnegare, in media urbe coram se decollari precepit. Sic igitur Edissa civitas, que ab Abagaro rege ipsius orthodoxo, cui Cristus ante passionem suam, sicut in ecclesiastica legitur hystoria, scripsit epistolam, et deinde per apostolum Thomam Cristo dedicata fuerat, tunc primum a gentibus prophanatur et possidetur, novorum martirum sanguine
Vinc. 28, 83. purpurata †. Egkardus[2] dicit sic: Edissa Mesopothamie civitas, in qua Thome et Thadei apostolorum corpora fuerunt,
cf. a. 1143. et que sordibus ydolatrie numquam polluta erat, ex quo primitus ad cristianismum conversa est, a Turcis obsessa, capta est.

1159. Nono anno suo Fridericus imperator cum Alexandro papa pessime concordare cepit. Unde et conventus Sancti Ana-
Mart. Pol. stasii et abbas Sancti Pauli per imperatorem ejectus est. Alexander autem per tribulationes multas ad regem Francorum
c. 179. pont. confugit. Propter quod Fridericus imperator regem Francorum, congregato exercitu validissimo, duos secum reges habens,
ibid. c. 98. imp. scilicet Dacie et Bohemie, nitebatur, veniens in Burgundiam, totaliter exstirpare. Sed Anglorum rege regi Francorum auxiliante, imperator nichil profecit. Fuit autem[c] annus Domini 1163., quando Alexander papa venit in Franciam et concilium Turonense celebravit. Post ivit Senonis, et per annum cum dimidio mansit ibidem, et post Romam reversus
ibid. cum honore suscipitur. Martinus sic: Alexander III., celebrato concilio Turonensi sollempni, per mare ad Urbem
c. 180. pont. rediens, cum Messane applicuisset, rex Willerus, non solum quia papa, sed etiam ipsum dominum, a quo tenebat regnum, recognoscens, cum debito honore prosecutus est. Retrospicias ad principium capituli 'Henricus V'.

1164. Quartodecimo anno Friderici completi sunt ab adventu Anglorum in Britanniam majorem anni 688[d], a baptismate
Vinc. 30, 15. 16. eorum 561[e], ab introitu Normannorum 100[f]. Et anno sequenti Fridericus imperator, dum Romam obsidet, omnisque pene exercitus ejus peste perit, cum paucis ad propria mestus redit. Et anno sequenti pestilentia moriuntur omnes pene
cf. a. 814. peregrini nostri Ierosolimitani. Item hoc anno Fridericus imperator gloriosus in natali Domini sollempnem curiam apud Aquisgrani celebrans, pro canonizatione imperatoris sanctissimi Karoli Magni, ad petitiones Henrici regis Anglorum sedulas, per auctoritatem domini Pascalis pape et ad consilium principum universorum imperii tam ecclesiasticorum quam secularium, ad laudem et gloriam nominis Cristi, ad corroborationem imperii Romani et ad salutem consortis sue Bea-

* Adrian. p. moritur — suscep. *ap. Corn. p. 715. 6. ann. Fred., paucis additis.* ** hic vicit quatuor — adhaesit *ap. Corn. p. 716. 6. ann. Fred.* † cives Mogunt. — purpurata *ap. Corn. p. 717. 7. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Eggh.

[a] unde 2. [b] Anagniam 1 [c] *om.* 2. [d] sexaginta unus *ex corr. manus* 1* *in* 1. [e] *in* 1. *ex corr. manus* 1*. [f] *ex corr. manus* 1* *in* 1.

[1] *Fridericum* legas. [2] falso; haec in Cont. Praem. Sigiberti a. 1145. leguntur; ex qua ap. Vinc. 28, 83.

tricis imperatricis et filiorum suorum Friderici et Henrici, cum magna frequentia principum et copiosa multitudine cleri et populi in ymnis et canticis spiritualibus, cum timore et reverentia ipsum corpus Karoli dicti sanctissimum levavit, canonizavit [1] et exaltavit 4. Kal. Januarii, sicut superius anno 14. Karoli Magni dictum est. Temporibus illis adhuc non fiebat per papam tantum canonizatio sanctorum. Attendas inferius annum 5. Henrici VI [2]. Item tempore quo Karolus Magnus de tumba levatus est, Henricus Leo dux inclitus super basim erexit leonis effigiem in Brunswic, scilicet anno Domini 1166., quasi collossum suum, cum ipse Leo vocaretur * [3].

1167. Vinc. 30, 17.

Decimo et septimo anno Friderici in partibus orientis et terra promissionis, exigentibus peccatis hominum, terremotus multas urbes, ecclesias, opida et villas subvertit, et innumera millia populorum hyans terra deglutivit et edificiorum casu mortuos [a] operuit. Inter ceteros autem quidam Herimannus genere Viennensis, dum esset in castro Ursatio [b] juxta Anthyochiam in ecclesia sancti Petri, et videret choruscationes, fulgura et tonitrua et hyatus terre, et videret, quod ex hiis dumtaxat qui erant in ecclesia plus quam 140 terra vivos deglutiret, ipse quoque collotenus jam delapsus, piissimam virginem matrem Dei apud Rodzemadim [c] patrocinantem invocat, et exauditur. Nam cum circumquaque morientes rugirent et ad interiora terre ruerent, hic, licet a terra coartaretur et pene suffocaretur, auxilio tamen virginis benedicte a terra extractus evasit **. Contigit autem hoc factum horrendum in natali apostolorum Petri et Pauli circa horam 6. Item eodem anno in Sycilia urbs Cathania ante horam primam terremotu subvertitur, et episcopus et clerus et abbas de Myleto cum 40 monachis et omnis populus circiter 15000 morte pereunt repentina. Plura etiam castella in Sycilia hora ipsa cum innumerabili populo concussa sunt ***. Item hoc anno magna pars Anthiochie terremotu ruit, Jerusalemque valde contremuit, sed non periit ****.

1168. Mart. Pol. c. 180. pont. Chr. Egm. 1167.

Decimo octavo anno Friderici Alexander papa, ad Urbem rediens, episcopum Papie crucis et pallii dignitate privavit †, ut dictum est. Item inundatio maris magnam partem Frisie subvertit. Item anno sequenti in villa Ekmunda natus est agnus unum caput habens et duas partes posteriores, sex pedes et duas caudas, et creditum est a quibusdam, per duas agni partes Hollandiam et Frisiam significari, que ad unum comitem quasi ad unum caput pertinentes, caudis [d] inter se plerumque dividuntur ††. Portentum enim aliquid portendere et significare consuevit.

1170. Vinc. 30, 21.

Vicesimo anno Friderici, qui est Domini 1170., sanctus Thomas Cantuariensis tricesimo die postquam in Angliam est reversus, ab impiis Henrici regis Anglorum ministris circa vespertinam horam occiditur in ipsa ecclesia Cantuariensi non longe ab altari, et glorioso martirio factus est sacrificium vespertinum. Cujus meritum apud Deum tam inusitata quam innumera miracula contestantur.

1171. Vinc. 30, 21.

Vicesimo primo anno Friderici, ut dicitur in cronicis, acies ignee apparuerunt in celo de nocte 3. Ydus Februarii. Item Noradynus rex Turcorum obiit anno proximo sequenti, et Saladynus, genere humilis, sed consiliis et armis strennuus, regnum occupat. Exheredat enim filios Noradini, Egyptum aggreditur, Babylonem et Chaheram regni caput pervadit, regem, quem alii Mulenem vocant, alii Cabphany [e], perimit, omnem styrpem regiam exterminat, ac regnum Syrie et Egypti sub una redigit potestate †††. Item floruit eo tempore magister Petrus dictus Comestor, primus Parisiensium magistrorum. Hic hystoriam que dicitur Scolastica vigilanter et utiliter ordinavit. ibid. c. 1.

1173. Vinc. 30, 21.

Vicesimo tertio anno Friderici Robertus prepositus de Area a ribaldis occiditur, procurante, ut ajunt, necem ejus Jacobo de Anesnis, inclito milite. Hic Robertus duos episcopatus regebat, et Atrebatensem et Tornacensem, filius fabri cujusdam rustici Carnotensis. Qui, ut ajunt, familiari demone utebatur, per quem ad tantos honores devenerat ††††. Item

* Henricus Leo — vocaretur *ap. Corn. p. 741. 15. ann. Fred.*, sec. chron. Sax. ** in partibus orientis — evasit *ap. Corn. p. 732. 13. ann. Fred.* *** in Sycilia — sunt *ap. Corn. l. l.* **** magna pars — periit *ap. Corn. p. 751. 21. ann. Fred.*, *sed falso* sec. Martin. † Alex. p. — privav. *ap. Corn. l. l.*, *falso autem* sec. Wilh. †† in villa Ekmunda — divid. *ap. Corn. p. 743. 18. a. Fred.*, *sed falso* sec. Wilh. ††† Noradynus — potestate *ap. Corn. p. 750. 21. a. Fr.* †††† Robertus — devenerat *ap. Corn. p. 743. 16. a. Fred. et p. 751. 22. a. Fr*, *sed falso* sec. Eggh.

[a] morituros *Vinc.* [b] Cursario *Vinc.* [c] Rochemador *Vinc.* [d] discordiis *Chr. Egm.* [e] Capham *Vinc.*

[1] per Reinaldum archiepiscopum Coloniensem. Cf. de hac canonisatione Acta SS. Bolland. d. 2. Jan. Beeck, Aquisgranum p. 78. et additament. — Exaltatus est Karolus d. 29. Decbr. a. 1165. Cf. notam ad a. 814. supra p. 45. [2] falso; legas Friderici II. (a. 1215). [3] Cf. de hac effigie Rehtmeyer in suo chronico p. 342 sqq. et videas eam delineatam in Orig. Guelf. Tom. III, p. 68. Anno 1616. haec aenea statua, quum ruinam minaretur, a duce Friderico Ulrico constituta est eo loco, ubi hodieque conspicitur.

Vinc. l. 1. florebat hoc anno Mauritius Parisiensis episcopus. Qui ob industriam et litteraturam de infimo statu magne paupertatis ad
pontificalis dignitatis apicem est evectus. Nam etiam cum esset junior, pauper et mendicus, elemosinam postulatam
noluit accipere, hoc pacto ut numquam foret episcopus. Hic inter alia opera sua preclara a fundamentis instruxit eccle-
Mart. Pol. siam, cui preerat*. Item Henricus rex Anglorum propter necem sancti Thome Cantuariensis misit nuntios sollempnes
c. 98. imp. ad papam Alexandrum, ut pro ipso jurantes in animam suam, ipsum de facto dicto excusarent. Sed papa in civitate
Tusculana legatis hiis auditis, misit duos cardinales in Gallias, ut innocentiam regis investigarent. Coram quibus rex
juravit, quod numquam de consilio suo vel jussu beatus Thomas fuerit interfectus; sed quod occasione turbationis, quam
erga ipsum habuerat, fuerit occisus. Pro quo rex idem mox obtulit 200 milites ultra mare per annum ibidem moraturos
mittere, se ipsum cruce signans infra triennium transfretaturus**.

1174. Vicesimo quarto anno Friderici sanctus Thomas Cantuariensis ab Alexandro papa canonizatur. Item Fridericus
Vinc. 30, 21. imperator Lombardiam petit ad obsidendam civitatem Palea, que nunc Alexandria dicitur***. Item hoc etiam anno
Mart. Pol. Fridericus imperator post multas persecutiones Alexandro pape per eum factas, congregato Venetiis sollempni concilio
c. 98. imp. 82 episcoporum, de pace et reconciliatione cum papa tractavit. Quod tandem feliciter ad plenum consummatum est. Et
Vinc. 30, 21. scisma, quod per annos 16 duraverat, depulsum est, et unitas ecclesie reformata. Cumque legatur, ecclesiam Romanam
multis scismatibus fuisse discissam, isto tamen nullum vehementius incanduit.

1175. Vicesimo quinto anno Friderici Alexander iterum Rome concilium celebravit, ex diversis mundi partibus innume-
Vinc. 30, 21. 22. rabili conventu facto, tam episcoporum quam abbatum. Item ex cronicis Francorum: Hoc etiam anno
Philippus, regis Francorum Lodwici filius 14 annorum, coronatur in regem adhuc vivente patre, jam circiter septua-
genario, qui regnaverat annis plus quam 40. Sed paralisi pregravatus filium coronari fecit. Regnavit autem Phy-
lippus Francorum 39. annis 50. In cronicis Francorum dicitur annis 44. Hic juramenta tantum ex-
horruit, quod etiam, si fortuito miles vel alius ludens in taberna vel alea etc. eo presente jurabat, statim illum in flumine
vel lacu aliquo proici fecit, et per edictum statuit, hoc in posterum firmissime observari†.

1176. Vicesimo sexto anno Friderici Alexander papa Fridericum imperatorem Romanorum et Emanuel imperatorem Con-
Mart. Pol. stantinopolitanum, et Wilhelmum Syculum et Lombardos ad concordiam revocavit. Item hoc anno sancta Hildegardis
c. 180. pont. de tempore muliebri prophetavit in hunc modum: 'Anno, inquit, post incarnationem Cristi 1196. apostolorum doctrina et
Vinc. 30, 21. ardens justitia, quam in cristianis et in spiritualibus constituerat Deus, tardare et in hesitationem verti incipiet. Sed hoc
muliebre tempus non tam diu durabit, quam diu hucusque perstitit'.

1177. Vicesimo septimo anno Friderici multa sanctitatis gratia florebat Hugo venerabilis abbas Bonevallis[a]. Ad istum
Vinc. 30, 36. columba nive candidior volans et in aure ejus rostrum suum figens, dixit ei verbis humanis: 'In nomine Patris et Filii et
Spiritus Sancti, para te, para te, para te; mandat tibi sanctus Bernardus, ut vadas facere pacem inter papam et impera-
torem Romanorum'. Quod et factum est††. Sed istud contigit anno istius 24., ut dictum est.

1178. Vicesimo octavo anno suo Fridericus imperator Mediolanensibus offensus hostili validissimaque
Mediolanum obsidione cingit. In hac obsidione fuerunt inter principes innumeros Henricus
Leo, de quo jam dictum est anno hujus 6., et archiepiscopus Coloniensis 42. Reynoldus[1].
Mart. Pol. Qui corpora trium magorum, olim de Perside Constantinopolim ab imperatore translata, et post a sancto Eustorgio Medio-
c. 98. imp. lanum miraculose transvecta, destructo Mediolano per Fridericum istum, Coloniam transmisit cum duobus martiribus
cf. Nordhof. Nabore et Felice. Iste Reynoldus prius fuerat Hildensemensis prepositus[2], et fuit vir omni pro-
cat. arch. Col. bitate conspicuus. Factus autem[3] archiepiscopus Coloniensis, ad agendum festum epiphanie 10
p. 7. marcas singulis annis instituit, et totidem in cena Domini in subsidium pauperum addidit. Item
assumptionem sancte Marie per octavam celebrari instituit. Item cum Friderico imperatore pro-
fectus in Ytaliam, cum parva manu militum 40000 Romanorum apud Tusculanum prostravit,
cepit et fugavit. Item Reynoldus cum moram faceret in Lombardia, contra adversarios suos

* florebat h. a. — preerat *ap. Corn. p. 730. 11. ann. Fred., sed mutato ordine.* ** Henr. r. Angl. — transfret. *ap. Corn. p. 747. 18. ann. Fred.* *** Frid. imp. — dicitur *ap. Corn. p. 751. 24. ann. Fred.* † Philippus regis Fr. — observari *ap. Corn. p. 752. 24. ann. Fr., sed falso* sec. Wilh. †† multa sanctitatis — est *ap. Corn. p. 747. 18. ann. Fred.*

[a] Lonevallis 1. 2.

[1] Comes de Dassel, archiepiscop. a. 1156—1167. Cf. Ficker, Reinald v. Dassel, Reichskanzler und Erzbisch. v. Cöln. Köln 1850. — Reliquiae trium magorum translatae sunt Coloniam a. 1164. [2] a. 1149. [3] m. Febr. vel Mart. a. 1156.

absens tantam virorum fortium multitudinem convenire precepit in campis Andrinaci [1], quantam ex Theutonicis nemo vidit prius. Iste Reynoldus cum septem annis presul laudabiliter militasset, in vigilia assumptionis sancte Marie [2] valida febre correptus, prope Romam obiit. Carnes autem ejus et viscera ibidem, sed ossa Colonie in ecclesia sancti Petri sepulta sunt. Igitur Mediolanenses, ut dictum est, per Fridericum obsidentur. Et [3] in contemptum ejus imperatricem super asinam ponunt, faciem ejus ad caudam asine vertunt, ipsam caudam pro freno ad manus dantes eidem, ad exercitum imperatoris eam turpiter emittunt. Quanto [a] autem horrore et quanta anxia reverentia suscepta fuerit ab exercitu imperatrix sic dehonestata, quia difficulter explicaretur, subticeo. De asina tamen deponi noluit, nisi per imperatorem prius sic videretur. Venit ad imperatoris presentiam. Ipse ut vir prudens dissimulat subridens eamque consolatur. Obsidionem urget furibundissime, et incessanter instat. Et urbem illam maximam Mediolanum obsidionis istius anno 7. capit. Cumque furiis nimis exasperatus totum, quidquid vivebat in ea urbe, morti dare satageret, principes mortes et sanguinem tantum et innocentum plurimorum exhorrescentes, imperatorem tandem precibus et suasionibus ad misericordiam flectunt hoc pacto, quod, quicumque cujuscumque sexus, etatis vel conditionis de Mediolano existens vivere vellet, asine ad palum firmissime ligate et cauda sua levata in vulvam ejus ficum manu poneret et nasum suum ano asine infigens ficum dictam de vulva asine dentibus suis extraheret et abvoraret. Quod cum plurimi recusantes mox trucidarentur, alii omnes, quilibet alium prevenire querens, quia furorem imperatoris pavescebant, genua ad asine posteriora flectentes, avidius exsequebantur. Quod ab hora prima usque post meridiem perduravit, et tunc, cum jam aliquot millia sic ficus abvorassent, rex misericordia tactus, reliquis parcendum per preconem clamavit. Omnes tamen successive et processionaliter bini et bini coram imperatrice proni cadentes in terram, misericordiam ejus querunt et inveniunt*. Urbem autem ipsam Mediolanum imperator funditus evertit mense Martii [4]. Siquidem muri ejus altissimi funditus sunt suffossi ceteraque in cinerem redacta. Sed de ficubus hiis et asina nichil dicunt quidam, reputantes hoc solum esse dictum vulgare. Ab antiquissimis temporibus probrosum fuit, digitum alicui per modum ficus ostendere, sicut Democritus fortunam contempnens digitum ad eam extendebat, ut dictum est in etate 2. capitulo 'Fortuna' [b]. (cf. Juv. sat. X, 53.) Ex libro de magnalibus Mediolani cap. 5. dicitur sic: Princeps sceleratissimus Fridericus I. imperator, destructo Spoleto, infinitum exercitum congregat. Septem annis urbem Mediolanensem obsidet et inquietat. Habuit in exercitu 15000 equitum vel idcirca et pedites infinitos. Erant cum eo fere omnes Lombardi et alii quam plurimi duces, marchiones, comites, archiepiscopi, episcopi, abbates et gentes alie quam plures. Cives Mediolanenses, quamdiu potuerunt, acriter restiterunt. Sed victualium penuria et fame coacti, data spe quod civitas non destrueretur ab imperatore, quod quidem universi principes ejus firmiter promittebant, anno Domini 1172. [5] primo die Martii sese ac civitatem Deo et imperatori dediderunt**. Qui murum civitatis altissimum et edificia prorsus delevit et annis quinque continuis angustiosis oneribus crudeliter oneravit. Trium magorum corpora, que in civitatem nostram anno 314. Domini beatus Eustorgius ab urbe Constantinopolitana transvexit, proch dolor! in Coloniam Theutonie civitatem inclitam per Rey-

* igitur Mediolanenses — inveniunt *ap. Corn. p. 728. 729., sed pluribus omissis et mutato ordine.*
** cives Mediol. — dediderunt *ap. Corn. p. 729.*

[a] quanta 2. [b] *verba* etate — fort. *in* l. *ex corr. manus* 1* *in rasura.*

[1] Andernach, m. Maio a. 1164. [2] d. 14. Aug. a. 1167. [3] Narrationem hanc tradunt etiam Trithemius, chron. Hirsaug. Tom. I, p. 447. Lehmann, chron. Spirense lib. V. c. 57. et al. [4] d. 26. Mart. a. 1162. [5] erat a. 1162.

noldum Coloniensem archiepiscopum transvehi permisit. O Mediolanum, o civitas inclita, tantarum reliquiarum thesauro spoliata, tanto servitutis opprobrio prostrata, ubi nunc est murus altissimus et accuratissimus, qui te undique circuibat, ubi turres mirabiles, ubi solatia solita, ubi tropheorum et triumphorum jactantia? Tua nunc saltem radicitus est arrogantia depressa. Post annum quintum captionis sue urbs hec a servitutis vinculo relaxatur et reflorere incepit renovata *. Ex eodem libro c. 1.: Urbs Mediolanum in spaciosa fertilique planitie sine paludibus quibuscumque sita est inter duo flumina equaliter inde distantia Tycinum et Adduam, in aeris bona temperie, vocataque fuit antiquitus Alba. Quam Galli condentes, regionem Galliam Cisalpinam nominaverunt. In unaquaque fere domo Mediolani fons est, qui dici potest puteus aque vive. Sunt enim in urbe tota plures sex millibus vivorum fontium, dubio quolibet procul pulso, et in comitatu plurimi, ubi etiam bladi, vini, leguminum, fructuum, arborum, feni etc. copia invenitur. Ex eodem libro c. 2.: Sunt in Mediolano late platee, pulchra palatia, domus frequentes continue, non disperse, et decenter ornate; ostia cum januis, que ad vias communes exitum habent, circa 13000 sunt inventa; in qualibet quasi domo familie multe. Civitas circularis est; fossata pulcherrima et latissima scilicet 38 cubitorum, non paludosa vel stagnata, sed aqua viva, jocunda, piscibus et cancris fecunda, civitatem undique circueunt. Que murus mirabilis inter se et aggerem interiorem concludit. Cujus muri circuitus diligentissime mensuratus 10 millium et centum 40 unius cubitorum veraciter est inventus. Extra murum tot sunt hospitia suburbana, quod uni civitati bone sufficerent. Porte civitatis 16, sex majores et 10 minores. Ecclesie sanctorum in urbe circa 200 cum altaribus 480. Item in civitate 36 ecclesie in honorem virginis benedicte Marie, in comitatu ejus plures quam 240 sunt principaliter fabricate. Campanilia in civitate in modum turrium fabricata sunt circa 120. Sunt extra civitatem in dyocesi sanctorum ecclesie 2050 et ultra cum pluribus 2600 altaribus. Ex eodem libro c. 3.: In civitate Mediolano et in ejus districtu sunt viri ad bella valentes ut plurimum plures 200000 numero preter monachos, canonicos, religiosos et alios clericos cum familiis suis, quorum numerus uni provincie sufficere videretur. Equites bello aptos facere potest hec civitas 8000. Sunt in urbe pro nunc utriusque juris periti 120, notarii plures 1500, medici periti 27, cyrurgici 150. Furni in civitate 300 communes preter furnos privatos et monachisque religiosisque sexus utriusque deservientes 100 et amplius, ut videtur. Tabernarii vinum vendentes sunt procul dubio plures quam 1000, carnifices plures 140, piscatores ultra 400, receptores hospitum circa 150. Sunt etiam in civitate tam in ecclesiis quam in cimiteriis earum magnifice sepulture, urne scilicet lapidee plures 2000; quarum alie sunt marmoree, alie de silice vel ex alio lapidis genere fabricate; singule tamen ex singulis coopertoriis ejusdem generis consistentes. Ex eodem libro c. 4.: In vineis Mediolanensium quatuor hominibus utilia videbis in copia: primum super vites crescit vinum; secundum de arboribus, quibus vites alligatur, fructus colliguntur; tertium ex vitibus et arboribus annuatim putatis ligna pro ignibus habentur; quartum quia sub vitibus et arboribus fit bladum. Item cum carnibus ejusdem urbis examinavi, computatis diebus carnium, pro cristianis circa 70 boves in civitate cottidie mactantur. Quot autem sues, oves, arietes, agni, hedi et aliorum generum quadrupedes tam silvestres quam domestice singulis diebus ibi jugulentur et volatilium diversorum, pre multitudine dicere non valeo. Item a piscatoribus in veritate compertum est, quod a carnisprivio usque ad festum sancti Martini estivalis plures 7 cancrorum modiis in civitate tantummodo cottidie comeduntur, et est modius magnus 8 sextariorum. Molendina sunt in illo districtu plura 900, quorum rote sunt 3000. Ex eodem libro c. 5.: Cum exercitus fieri

* murum civ. altissim. — renovata *ap. Corn. p. 747. 18. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc.

debet, offertur a communi alicui de nobilissimo vicecomitum genere, qui dignior videatur, vexillum urbis principale album cum vipera Indico figurata colore quendam Sarracenum rubeum deglutiente. Item c. 6.: Romani super portam Romanam Mediolani aliquando scripserunt hos quinque versus:

Dic homo qui transis, dum porte limina tangis:
Roma secunda vale, regni decus imperiale,
Urbs veneranda nimis, plenissima rebus opimis,
Te metuunt gentes, tibi flectunt colla potentes.
In bello Thebas, in sensu vincis Athenas [1].

Siquidem antiquitus Roma secunda vocata est hec urbs. Item c. 8.: Beatus Barnabas apostolus, anno 4. prius quam beatus Petrus apostolus in urbe Roma sedem locaret, factus est civitatis Mediolanensis episcopus, anno videlicet 13. post dominicam passionem, et in episcopatu suo 7 annis hic sedit. Post beatum Barnabam hucusque 91 archiepiscopi fuerunt in Mediolano, quorum 31 in sanctorum confessorum numero sunt ascripti. Officium Ambrosianum ante officium Romanum annis 230 fuit compilatum. De Mediolano tres pape fuerunt, Alexander II., Celestinus IV. et Urbanus III., et duo Romanorum imperatores, Valerianus et Galienus, cardinales 6. Ibidem c. 5.: Fuit autem Mediolanum a Gallis conditum anno post Urbem conditam 364., ante nativitatem vero Domini 403.*, hoc est anno Mennonis 17.

Vicesimo nono anno Friderici Phylippus rex Francorum et totus populus vidit hostiam consecratam sanguine pro- 1179.
fluentem, et corporale in tribus locis, in quibus transponebatur, rubore purpuratum, et post videt eandem hostiam in Vinc. 30, 24.
forma carnis livide **.

Tricesimo anno Friderici Alexander papa moritur, prius tamen imperatori Friderico reconciliatus. A quo et crucem 1180.
acceperat. Cui Humbaldus Ostiensis succedit, qui Lucius III. dictus est, et fuit papa 161. Sedit autem annis 4, Mart. Pol.
mensibus 2, diebus 18. Et anno huic proximo Lucius papa ex Urbe pellitur, multique ex suis perturbantur et c. 181. pont. Vinc. 30, 24.
excecantur. Multi super asinos aversis vultibus ponuntur et eiciuntur †, papa vero Veronam pervenit. Item Salahadinus Ierosolimam adiit, loca plurima profligat, repulsus abscedit.

Tricesimo secundo anno Friderici Phylippus rex Francorum, gravatus de intollerabili fetore platearum Parisius, et 1182.
nitens nomen antiquum urbis auferre, vicos omnes et vias totius urbis precepit fortibus et duris lapidibus sterni. Vinc. 30, 38.
Siquidem antiqui urbem ipsam Lutetiam a luti fetore vocaverunt; sed posteri nomen hoc propter fetorem abhorrentes, a Paride Alexandro, filio Priami, eam nominaverunt ††.

Tricesimo tertio anno Friderici Phylippus idem de regno suo Judeos expellit. Ex cronicis Francorum: 1183.
Maxima siquidem multitudo Judeorum habitabat Parisius. Qui de diversis partibus orbis ob diuturnitatem pacis illuc con- Vinc. 30, 24. 25.
venerant, et in tantum ditati erant, quod fere medietatem urbis sibi vendicarent. Servos et ancillulas cristianas in domibus suis habebant. Qui etiam cum eis judayzabant. Cives quoque, milites et rusticos de suburbiis et opidis et villis supra modum usuris gravabant. Sed et vasa sancta nomine vadii tenentes, offas vini de calicibus comedebant et cum eis bibebant. Quidam etiam ex eis crucem auream et librum ewangeliorum auro et gemmis deornata, cum aliis vasis, ab officialibus regis scrutari timentes, in cloacam, ubi ventrem purgare solebant, proch dolor! vilissime projecerunt. Exiit igitur edictum a rege, ut omnes Judei de regno suo exirent. Unde quidam eorum convertuntur ad fidem Cristi. Quibus omnes possessiones suas concessit rex. Quidam autem prelatos et barones muneribus et promissis corrumpunt, ut animum regis a proposito revocarent. Sed frustra. Igitur anno Domini 1183., etatis regis Phylippi 23., regni vero 9., capti sunt omnes Judei per totam Franciam in synagogis suis in sabbato, et primo quidem exspoliati sunt vestibus et auro et argento. Eisque ejectis et possessionibus eorum immobilibus ad fiscum regis devolutis, rex omnes eorum synagogas, quas scolas vocabant, mundari jussit, et eas contra voluntatem omnium principum, ecclesias Deo dedicari ibique altaria consecrari fecit, ut ubi prius Cristus more Judeorum blasphe-

* fuit autem — 403. *ap. Corn. p. 748. 18. ann. Fred.* ** Phyl. r. Fr. — livide *ap. Corn. p. 768. 30. ann. Fred.* † Luc. p. ex Urbe — eiciuntur *ap. Corn. p. 764. 28. ann. Fred., sed falso* sec. Mart. †† Phyl. r. Fr. — nominav. *ap. Corn. p. 774. 31. ann. Fred.*

[1] Iidem versus ap. Galvan. Flamm., manipul. flor. c. 22., in Murator. script. Tom. XI, p. 552.

Vinc. 30, 39. mabatur, ibidem a clero et populo laudaretur *. Ex cronicis: Legati mittuntur a Bele rege Ungarie, Pannonie, Cromatie, Auaritie, Dalmatie et Rame[a] ad regem Phylippum, ut daret ei uxorem sororem suam Margaretam, quondam Anglie reginam, Henrici junioris defuncti relictam, sub quo beatus Thomas Cantuariensis passus est. Philippus annuit legatisque dona regalia dedit **.

1184. cf. Nordhof. cat. arch. Col. p. 8.

Tricesimo quarto anno Friderici Mediolanum ab ipso capitur et subvertitur, ut dictum est anno istius 28. Et corpora trium magorum Coloniam sunt translata. Et Phylippus[1] 43. archiepiscopus Coloniensis cepit, et annis 14[b] sedit princeps gloriosus. Iste cum esset prepositus major in Leodio et decanus major in Colonia sub Reynoldo archiepiscopo inclito, qui temporibus illis moram in Lombardia faciebat, illum exercitum magnum, de quo dictum est anno istius 28., studio et labore suo in campis Andernaci congregavit. Item castrum Ryneke perfecit factus archiepiscopus et castellanis munivit. Item ducatum Angarie[2], qui et Westphalie dicitur, quo dux Henricus Leo privatus fuerat, a Friderico imperatore 5000 marcarum et servitio suo corporali fortissimo et multiplici comparavit sibi suisque successoribus, et pontificali dignitati sibi suisque successoribus perpetualiter incorporavit. Voluit autem de consilio ducatum hunc emere pretio tantillo potius, quam in beneficio accipere, propter majorem facti firmitatem. Item Phylippus hic construxit de novo castrum Peremont[3] super Wiseram in allodio, quod ipse pecunia sua comparaverat et beato Petro donaverat. Item curtem in Susatia[4] decenter edificavit. Similiter et curtem in Rekelinghusen, curtem in Huchelinghoven juxta Nussiam[5], curtem in Brule[6], curtem in Lechenich, curtem in Rudino[7], castrum Aspele juxta Rees: hec omnia edificavit. Item emit castra multa, scilicet Wassenberch[8], Rydeke, Deest, Olebugge, Are, Kempenich, Burgethem, Blankenberch, Wide lantgravii, Nuwenborch, Froisbrecht, Thekeneborch, Dale, Wischene[c], Oye, Haggene, Ytere et alia plura. Invenitur autem, quod in castris et allodiis pro ecclesia circa 50000 marcarum erogavit. Proprietatem autem istorum castrorum tradidit beato Petro. Sed dominis terrarum tradidit quedam ex eis jure feodali possidenda[9]. Item Phylippus hic Henricum, filium Friderici imperatoris, unxit in regem Aquisgrani †. Item illum famosum ducem Henricum Leonem, de quo anno 6. dictum est, qui episcopatum Coloniensem et suffraganeorum suorum violentavit, bello petit, et per expeditiones multas et exercitus robustissimos adeo contrivit et viribus destituit, quod imperator Fridericus, qui prius eum invadere formidaverat, ipsum ducatu et Bayoarie et Saxonie vel Angarie vel Westphalie potenter exuit et terram abjurare coegit, ut dictum est. Item hic Phylippus archiepiscopus Phylippum regem Francorum et Baldwinum comitem Hannonie terrore suo coegit, quod ipsi terras suas proprias longe lateque incendiis vastaverunt, ne ipse Phylippus cum exercitu posset ad eas pervenire. Item idem Phi-

* maxima siquidem multitudo — laudaretur *ap. Corn. p. 783. 34. ann. Fred.* ** legati mitt. — dedit *ap. Corn. p. 772. 31. ann. Fred.* † Et Phylipp. 43. — Aquisgr. *ap. Corn. p. 753. 25. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc., *paucis omissis et mutato ordine. Cf. p. 767. 783.*

a Rammae *Vinc.* b 24 *Caes. Heist. Cat. episc. Col. Recte!* c dale wischene *sine interpunctionis signo* 1.

1 de Heinsberg, archiepisc. a. 1167—1191. Cf. Keussen, de Philippo Heinsberg. Diss. hist. Crefeld 1856. 2 V. Friderici diploma notissimum Pertz, M. G. H. Leg. T. II, p. 163. Seibertz, Urkundenbuch Tom. I, p. 112. Lacomblet, Urkundenb. T. I, p. 331. Erhard, Reg. Westfal. Urk. Nro. 407. 3 Pyrmont; sed non adjacet Wiserae. 4 Soest. 5 Neuss. 6 Brühl prope Bonnam. 7 Rüden s. Rüthen. 8 haud procul a fluviolo Roer, in praefectura Heinsberg gubernii Aquisgranensis. 9 Verba *item castrum Ryneke — possidenda* legimus ex Nostro vel ex Nostri fonte in Jacobi de Susato chron. episc. Colon. ap. Seibertz, Quellen der westfäl. Gesch. I, p. 182. — De his cf. Gottfrid. Colon. a. 1188. Caesar. Heisterb. cat. episc. Colon. ap. Boehmer, Fontes T. II, p. 278. Ledebur, Gesch. d. Stadt u. Herrschaft Vlotho p. 109—114.

lippus in festo palmarum sollempnem curiam Colonie tenuit[1]. Cui Phylippus comes Flandrie, Lodwicus lantgravius Thuringie, episcopi Monasteriensis et[a] Eystensis[2] et omnes nobiles terre ac circiter 4000 militum intererant. Unde indignatus Fridericus imperator, oblitus servitiorum ipsius gloriosissimorum, contra ipsum Phylippum episcopum cum rege Francorum est confederatus. Item Fridericus imperator contra Phylippum hunc pontem per Mosellam fieri jussit. Quem adjutorio Dei Philippus ipse vi rupit et omnes machinationes ejus elisit*. Tandem Fridericus imperator et Phylippus Coloniensis reconciliantur[3]. Ex cronicis: Hoc etiam anno Henricus, Vinc. 30, 40.
imperatoris Friderici filius, a patre preficitur Italie. In uxorem ducit Constantiam, filiam Rogeri regis Sycilie. Inter ipsum
et papam simultas oritur, ita ut pape apud Veronam moranti quoquam progrediendi facultas denegetur et itinerantibus Mart. Pol.
injurie plures inferantur. Item Urbanus III., natione Mediolanensis, papa 162., sedit anno uno, mensibus 11. c. 182. pont.

Tricesimo quinto anno Friderici Philippus rex Francorum Deo vovit, quod omnes vestes suas, quamdiu viveret, 1185.
pauperibus intuitu Dei daret, malens nudum Cristum in pauperibus vestire, quam hystrionibus et adulatoribus vestes Vinc. 30, 41.
dando peccatum incurrere, quia histrionibus dare est demonibus immolare**. Item Jerusalem et Acaron, que et ibid. c. 43.
Ptolomais, et Ascalon capiuntur, cesis cristianorum plus quam 60000 plurimisque captivatis. Et preter Tyrum et Tripolim et Anthyochiam et alia quedam castra fortissima, que numquam obtinere potuit, Salahadinus totam sibi terram promissionis subjugavit. Igitur Salahadinus, habito celebri tropheo, in Damascum meliora de preda ferri precepit. Ydibus ibid. c. 44.
siquidem Octobris, obsidionis die 14., feria 6. Jerusalem capitur, et mox campane in metallum resolvuntur. In basilicis jumenta stabulantur et sordes quelibet perpetrantur. Ecclesiam sancti sepulchri auro multo redimunt Suriani. Templo Domini miram venerationem exhibent Turci. Dedita est autem Jerusalem Salahadino ita, quod ab eo qui 10 annos excesserat 10 aureos et 5 a mulieribus accipiat, et ab illis qui infra decennium sunt duos. Capta est autem Jerusalem post annos 88, ex quo a Turcis exuta fuit, et tantumdem fere temporis possessa a nostris, quam prius et a Turcis, pontificante tunc papa Urbano et nunc etiam Urbano. Qui cum rem tam flebilem audisset, nimis indoluit, et ex animi dolore languescens post breve tempus decessit. Et in urbe Ferraria, qua nuper advenerat de Verona, tumulatur.
Item eodem anno astrologi orientales et occidentales, Judei scilicet et Sarraceni, et etiam cristiani, miserunt litteras per ibid. c. 41.
diversas mundi partes, predicentes et absque dubio asserentes, in Septembri futuram validorum ventorum tempestatem ac terremotum ac mortalitatem hominum, seditiones etiam et discordias et regnorum mutationes. Sed eos fuisse mendaces, ostendit subsequens rerum eventus.

Tricesimo sexto anno Friderici Henricus Leo vadit in Angliam in exilium, ut dictum est anno sexto 1186.
istius. Item Gregorius VIII., natione Beneventanus, papa 163., sedit[4] mense 1, diebus 17. Ex cronicis: Mart. Pol.
Hic vir litteris facundiaque clarus, sed et puritate vite et integritate animi preclarior suique vehemens fuit castigator. In c. 183. pont.
primis etiam ad subventionem Jerusalem totis inhyat animis, et ad concitandos principes populosque per occidentis pro- Vinc. 30, 44.
vincias tam legatos quam litteras destinat, qui et cladem orientalium[b] exponant et penitentiarum absolutionem profecturis Jerusalem promittant. Sed, proch dolor! in suo mox exortu flos decorus exaruit, quia post duos menses apud Pysas moriens, ibidem sepultus fuit. Cui Clemens III. successit[5], papa 164. Sedit autem annis 3, diebus 16. Item Mart.P.c.184 pt.
hoc anno abbas Joachim imperatori Henrico, Phylippo regi Francie, Rychardo regi Anglie, requirentibus ab ipso de pere- ib. c. 98. imp.
grinatione in Terram Sanctam, quam intendebant, predixit, quod parum proficerent, eo quod nondum tempus advenisset. Hic abbas Joachim[6] in Calabria plures libros super Jeremiam et Apocalypsim et de oneribus prophetarum conscripsit.
Item hoc anno Fridericus imperator ad vindicandas Jhesu Cristi injurias Ierosolimitanam peregrinationem cruce si- Nordhof. 1187.

* hic Phyl. arch. Phylippum — elisit *ap. Corn. p. 783. 34. ann. Fred., sed falso* sec. Wilh.
** Phil. r. Fr. — immolare *ap. Corn. p. 784. 35. ann. Fred.*

[a] *om.* 2. [b] orientalem 2. *Vinc.*

[1] Abel (in Allgem. [Kieler] Monatsschrift, Jahrg. 1852, p. 448.) opinatur, hanc curiam a. 1187. habitam esse, quo anno dominica palm. erat d. 22. Mart. Sed eodem anno alteram imperator ibidem celebravit, quae cum hac commutanda non est. Cf. de hac Hugo, Ann. Praemonstr. II, probat. p. 523.
[2] Abel, Philipp der Hohenstaufe p. 273 not. ait: 'sollte hier vielleicht *et Mettensis* zu lesen sein? Dass Bertram von Metz um jene Zeit in Köln sich aufhielt, wissen wir'. [3] a. 1188. [4] elect. d. 21. Octob. a. 1187. Ferrariae, consecr. d. 25. Octbr., obiit d. 17. Decbr. a. 1187. [5] elect. d. 19. Decbr. a. 1187., consecr. d. 20. Decbr., obiit m. Martio a. 1191. [6] Cf. a. 1215.

Vinc. 30, 45. gnatus[1] aggreditur cum inestimabili populo, liberare Terram Sanctam intendens. Item reges Philippus Francorum et
Henricus Anglorum instinctu Spiritus sancti crucem accipiunt. Item archiepiscopi Rothomagensis et Cantuariensis, episcopi
etiam Belvacensis et Carnotensis, item comites Florentius Hollandie et Otto Gelrie, dux Burgundie et comes
Campanie, et alii comites, barones, milites et alii innumeri cruce signantur.

1187. Tricesimo septimo anno Friderici profectio fit in Terram Sanctam. Ex cronicis: Fredericus imperator cum filio
Vinc. 30, 51. 48. suo, duce Suevie, transmarinum iter arripiunt, et[a] per mare[b], per terras adeunt transmarinos cum multitudine infinita,
rerum omnium affluentia instructa. De Frisia et Dacia naves 50 federate pariter eandem peregrinationem arripiunt. De
Flandria quoque 37 rates cum apparatu grandi secute sunt. Sed et de Francia et de Campania etc. Igitur Achon obsident.
Salahadinus cum multis millibus occurrit. Nostri aggeres in gyro exstruunt castrorum, et sic tutiores existunt,
multas calamitates vel per hostium incursus vel per aeris intemperiem et inclementiam vel propter victualium indigentiam
tolerantes. Miranda proinde ac perpetuo memoranda imperatoris illustris et virorum illustrium illorum constantia,
que tot malis obsita non defecit, sed permansit infracta. Item rege Sycilie mortuo sine herede, Syculi faciunt regem
Tancredum. Et Henricus, imperatoris filius, se dicit heredem esse ratione uxoris sue, sororis dicti regis, et etiam ex pacto
promissionis. Sicque mors regis Sycilie inestimabile detrimentum intulit omnibus. Fridericus etiam imperator, singultuosis
fletibus deplorandus fidelibus, obiit[2] inter Nyceam Bythinie urbem et Anthyochiam, non minimam cristianis
relinquens mestitiam. Iste nempe miles strenuissimus[c] soldanum Yconii, qui ei promissum non solvit, persecutus
est, castra ejus diripuit et Turcos debellavit. Denique fluvium transiens equo cecidit, et vix extractus, paulo post obiit.
'Vinc. l. l. Moriens autem exercitum infinite et inestimabilis virtutis et multitudinis filio suo duci Suevie, alii libri'
habent Bohemie, reliquit. Qui cum paucis de terra Turcorum evadens, cum illis Actium venit, ubi et ipse breviter
Mart. Pol. naturali lege vitam finivit. Martinus sic: Fridericus imperator per terram, non per mare, ad liberationem Terre
c. 98. imp. Sancte procedens, cum esset in Armenia, in parvo fluvio submergitur. Filius autem ejus, quem secum duxerat, corpus
Vinc. 31, 142. ejus detulit usque Tyrum. Ibique sepulto, cum Ptolomaida obsideret, obiit. Egkardus[3]: In regno Turquie nobilissimo
et opulentissimo civitates centum sunt, exceptis castris, villis et casalibus[d]. Inter quas est Meledeme, que fuit patris
sancti Georgii. Una etiam dicitur Labygarme, ubi Fridericus imperator contrivit plus quam 200000 Turcorum, et tunc
acquisivit Yconium. Sed cum inde Jerusalem pergeret, in flumine Delsaleph submersus est. Cui a quodam incluso predictum
erat, quod aquis suffocatus interiret. Propter quod etiam non per mare, sed per terram quantum poterat versus
Terram Sanctam iverat, ut dictum est. Veniens itaque ad quendam decursum aquarum, delectatus earum limpiditate,
sudoremque ex labore contractum abluere volens, peritia natandi confisus, aquis se commisit. Abstractusque repente valido
impetu et allisus lapidi sub aquis latenti, miserabili genere mortis interiit, singultuosis semper gemitibus deplorandus.
Corpus ejus Anthyochiam delatum in basilica sancti Petri honore dignissimo tumulatum est. Ibidem etiam Florentius
Chr. Egm. 1190. comes Hollandie decimus languore correptus obiit. Cui filius ejus Thydericus in comitatu successit*.

## *Capitulum 91.*

Henricus VI., filius Friderici imperatoris, Romanorum 95. a Julio, cepit anno Mundi 5150.,
Vinc. 30, 51. Urbis 1939., Domini vero 1188., imperii Theutonicorum 388., et imperavit annis 7, alia littera' habet 8.
'M. P. c. 99. imp. Iste strennuus fuit in agendis, acer in hostes, et tamen omnibus accedentibus ad eum largus et munificus. Cum isto
Vinc. l. l. Phylippus archiepiscopus Coloniensis, qui eum prius Aquisgrani unxerat in regem Romanorum, Romam ivit, ipsumque
Mart. Pol. ibi secundo anno regni sui imperatorem a Celestino papa consecrari fecit. Item eodem mense archiepiscopus cum
c. 99. imp. imperatore Apuliam ingreditur cum exercitu suo, et eodem mense traditum est regnum Tusculanum Romanis ab imperatore,
et destructum est ab eis**. Eodem anno cepit illud castrum fortissimum Rockedarche cum multis aliis castris et opidis,
et Neapolim obsedit per tres menses. Ibique exercitum ejus tanta infirmitas invasit, quod omnes fere mortui sunt, ita quod
cf. Gest. imperator cum paucis languens revertebatur. Phylippus etiam Coloniensis ibidem diem clausit extremum.
arch. Col. Cujus ossa Coloniam delata, in ecclesia sancti Petri, cui ipse fideliter servierat, juxta tumbam
antecessoris sui Reynoldi honorifice reconduntur.

* Egkard. in regno — successit *ap. Corn. p. 792. 35. ann. Frid., sed quaedam addidit et erravit cum Nostro dicens:* Egghard. in chr. ** iste strennuus — ab eis *ap. Corn. p. 794.*

[a] et per *in* 1. *per correct. manus* 1*. [b] et *add.* 2 [c] *ita hoc loco* 1. [d] casallibus 2.

[1] Moguntiae d. 27. Mart. a. 1188. [2] a. 1190. [3] falso; legatur *Vincentius.*

cod. f. 170.

ad fidē x̄anā. ⁊ glām nōis dnī nr̄i jhū
ē dilatandā ⁊ magn̄ificādā. cū pagāis di
micatur⁹. Premisit aūt aute se p̄ viā. ad
duas. pl⁹ mīn⁹ ve dietas. cū thauro nig
no. viros strēnuos. milites ⁊ alios. in
armis electos. c̄ca. ccc.ᵗᵒˢ cū famlis ⁊ ser
uitorib; corde. Jsti p̄ t̄ras oēs. ⁊ p̄ west
phaliā. pacifice trāseūtes. tādē paderbor
ne p̄ueniūt. secūtate. ū ducatu eciā3. 𝔨
virib; ⁊ pō p̄qrētes. Transit⁹ āglicor ad
Johānem de patberge. hunoldū de
pletenbrecht. comitē de
tecklēch ⁊ alios aliq̊t g̅ssatores ⁊ vispiliōes.
de viis ⁊ ag̊s. furtis bellor p̄das abagē solito⁹.
deducūt. Q⁹ stāt̄ audientes clāssiam ju
uētute p̄donū ⁊ latrūclor westphalie ꝯ
gg̊ār. anglicos de padborne exeūtes. p̄

Primo anno Henrici Phylippus rex Francorum, ordinato regno, peraque et baculo peregrinationis acceptis in ecclesia 1188.
beati Dyonisii ab archiepiscopo Wilhelmo, iter transmarinum arripuit, et Januam venit. Similiter rex Anglie Rychardus Vinc. 30, 50.
cum suis apud Massiliam[a] mare intravit. Processeruntque duo reges cum agmine infinito et incredibili apparatu. Et Phy-
lippus rex Francorum transiens mare in Martio, prospero vento venit in Achon in vigilia pasche, ubi invenit exer-
citum nobilem imperatoris Friderici jam mortui, qui jam longo tempore fuerat in obsidione Achon. A quibus
cum gaudio et multis lacrimis quasi angelus Domini receptus est. Insultum tamen nullum fecit in Achon ante adventum
regis Anglorum. In Augusto autem Rychardus rex Anglie cum suis mare transiens, venit ad insulam Cyprum, ubi quen-
dam pseudoimperatorem eidem insule dominantem invenit, ipsamque insulam cum imperatore ejus et filia illius cepit,
omnesque thesauros ipsius asportavit, et insulam de suis hominibus munivit. Proficiscens autem obviam habuit navem
unam Salahadini, que veniebat in succursum Achon civitati, miro modo munitam. In qua erant infinite phyale plene igne
Greco et baliste 250 et arcuum et armorum copia maxima bellatoresque fortissimi. Qui omnes a rege Anglie et suis
interfecti sunt. Et navis confracta periit. Et procedentes veniunt Achon, et cum inestimabili tripudio recipiuntur a nostris.

Secundo anno Henrici Clemens papa obiit. Cui successit Celestinus III., natione Romanus, papa 165., et sedit 1189.
annis 6, mensibus 8, diebus 11. Hic die pasche consecratus in papam, in crastino Henricum VI. regem Romanorum, Vinc. 30, 51.
filium Friderici, consecrat imperatorem. Item eodem anno comes Theobaldus Francie senescallus et comes Mart. Pol. c. 185. pont.
Clarimontis et comes Perticensis et dux Burgundie et Philippus comes Flandrie in obsidione Achon mortui sunt. Et Vinc. 1. 1.
quia comes Flandrie heredem alium non habuit, terra sua ad Baldwinum nepotem suum, filium comitis Haennensis, de-
voluta est. Qui postmodum factus est imperator Constantinopolitanus. Igitur Symachosius et Cathacosius satrape ibid. c. 52.
Salahadini tandem ingenti vi armorum coguntur, ut civitatem Achon cristianis tradant. Et sub juramento sue legis pro-
mittentes, quod veram Domini crucem, quam Salahadinus habebat, et omnes captivos cristianos, quos in tota terra sua
invenire possent, regibus Francie et Anglie restituerent, tantum corporibus suis salvis dimittuntur. Achon igitur 3. Ydus
Julii recepta est a nostris post decursum fere biennium, ex quo per Fridericum imperatorem ceperat obsideri. Quo audito,
super hostes irruit timor et tremor, et Ascalonem et cetera castella, que de manu nostrorum rapuerant, diruunt vacuaque
dimittunt. Cristiani vero victualia in Achon inventa cum gaudio inter se diviserunt. Phylippus autem rex Francorum,
more gentis sue laborem ex mollitie refugiens, contra voluntatem procerum suorum a Terra Sancta recessit, et rediit in
Franciam, exercitumque suum duci Burgundie commisit. Sed rex Anglorum Rychardus trans mare remanens, compellavit
captivos, ut redderent, quod promiserant, scilicet crucem dominicam et captivos cristianos. Quod quia non potuerunt ad
effectum perducere, rex iratus 5000 ex eis et amplius decollari fecit, retentis majoribus et ditioribus, a quibus innumeram
pecunie summam pro redemptione accipiens, liberos eos abire permisit. Insulam autem Cypri, quam in transitu suo
ceperat, pro 25000 marcarum argenti templariis vendidit, et postmodum eis ablatam Gwidoni quondam Ierosolimitano
regi iterum vendidit. Civitatem Ascalonem multo auri pretio paganis petentibus funditus evertit. Item eodem anno ibid. c. 53.
pridie Ydus Martii apud Vegentum[b] in Pertico militum acies ex aere descendentium in terram vise sunt, ibique facta inter
se mirabili pugna, subito evanuerunt. Item Phylippus rex Francorum, audita cujusdam cristiani morte ignominiosa a
Judeis sibi illata, cristiane religioni compatitur. Comitissa siquidem castri Braya, muneribus Judeorum corrupta, tradiderat
eis quendam cristianum, cui falso furtum imponebant et homicidium. Hunc igitur, antiquo odio commoti, manibus a tergo
ligatis, spinisque coronatum, per totam villam fustigantes duxerunt et post patibulo suspenderunt. Quod cum audisset
rex Phylippus, familiaribus suis ignorantibus quo iret, subito iter arripuit; apud Brayam velocissime veniens, comprehen-
sisque Judeis, 80 et amplius comburi fecit*.

Tertio anno Henrici rex Anglorum Rychardus ad terram suam redire[c] disponens, Henrico nepoti suo juveni Cam- 1190.
panie comiti exercitum suum tradidit, totamque terram transmarinam, quam tunc jam cristiani tenebant, ei dimisit. Et Vinc. 30, 54.
ingressus mare, naufragium patitur, et cum paucis evadit. Eundemque Lupoldus[d] Austrie dux, observata strata, et positis
ubique custodibus, inventum domo despecta captivavit, et omnibus bonis spoliatum Henrico imperatori tradidit. A quo
injuste fere per annum et dimidium detentus, multisque expensis et variis exactionibus gravatus, tandem datis 200000
marcarum argenti pro redemptione, per mare in Angliam transvectus est. Timebat enim transire per Franciam, quia regem
Francorum suspectum habebat. Igitur Henricus comes Campanie, de quo jam dictum est, videns Terram Sanctam
desolatam, pietate motus, maluit ibi cum suis in labore remanere, et si locus se offerret, animam suam pro Cristo ponere,
quam ad terram suam cum rubore redire. Quod videntes milites templi et hospites[e] et peregrini, qui ibi erant, scilicet
ejus in Domino constantiam, ipsum in regem urbis sancte unanimiter elegerunt, et filiam Ierosolimitani regis ei dederunt.
Ex cronicis de Marka: Hoc etiam anno in vigilia beate Katerine Albertus episcopus Leodiensis, frater ducis Brabantie, Nordhof. 1193.

* comitissa siquidem — fecit *ap. Corn. p. 799. 2. ann. Henr.*

[a] Messanam *Vinc., sed falso.* [b] Nongentum *Vinc.* [c] ire 2. [d] *recepi ex Vinc*, Sapuldus 1. 2. [e] hospitalis *Vinc.*

Vinc. 30, 51. comite de Hostedon procurante et imperatore Henrico favente, Remis occiditur. Egkardus[1] sic: Eodem anno episcopus
Leodiensis a facie imperatoris fugiens, dum apud Gwilhelmum archiepiscopum Remensem moraretur, ab ejusdem Henrici
ibid. c. 40. legatis occisus est, quia contra voluntatem ejus canonice fuerat electus et consecratus*. Item Henricus imperator
Constantiam, filiam regis Sycilie Rogerii, accepit in consortem.

1191. Quarto anno Henrici Salahadinus obiit apud Damascum. Qui cum sciret sibi mortem imminere, signiferum suum
Vinc. 30, 54. vocavit dicens: 'Tu, qui soles vexilla mea ferre per bella, fer vexillum mortis mee, scilicet pannum vilem, per totam Dama-
scum super lanceam clamitando: Ecce rex Orientis moriens non fert secum nisi hoc pallium vile'; et sic mortuus est.
Successerunt autem ei duo filii, Zafadinus super Syriam et Mezalinus super Egyptum. Verumptamen inter eosdem et
Nordhof. 1193. Zafadynum, qui fuerat Salahadini frater, de regno diutius concertatum est**. Item Adolfus de Marka fit archiepi-
ibid. 1194. scopus Coloniensis***. Item Fridericus II., futurus Romanorum imperator, hoc anno nascitur. Qui per matrem suam
Constantiam fuit heres Apulie, Calabrie Sycilieque.

1192. Quinto anno imperii sui Henricus imperator totam Apuliam et Calabriam et Syciliam, que jure hereditario ex parte
Vinc. 30, 56. uxoris eum contingebant, imperio suo subjugavit****. Quas etiam terras de consilio principum et assensu conjunxit imperio,
Nordhof. 1194. in finem, quod imperium suis heredibus fieret hereditarium. Item in pago Belvacensi lapides quadranguli ad quan-
Vinc. 1. 1. titatem ovorum mixtim cum pluvia de celo cadentes, arbores, vineas et segetes penitus destruxerunt. Ville quoque in
pluribus locis a fulminibus destructe et combuste sunt. Corvi etiam quam plures cum hujusmodi tempestate visi sunt
in aere, de loco ad locum volantes, et cum rostris suis vivos carbones portantes ac domos incendentes. Sed et utriusque
sexus homines ictu fulminum interierunt. In episcopatu etiam Laudunensi castrum quoddam, scilicet Calvum montem,
Mart. Pol. fulmina destruxerunt. Et in anno sequenti fames valida subsecuta est. Item Henricus imperator Tancretum, filium
c. 99. imp. Tancreti regis Sycilie, cum matre sua Margareta, et regem Epyrotarum secum in Theutoniam duxit captivos †.

1193. Sexto anno Henrici rex Moabitarum cum multitudine infinita Hyspaniam intravit et terras cristianorum vastavit.
Vinc. 30, 57. Cui Hildefonsus rex Castelle cum exercitu occurrit. Et pugna commissa, victus ab eis, cum paucis evasit. In quo bello
plus quam 50000 cristianorum cesa fuisse dicuntur ††.

1194. Septimo anno Henrici subita et nimia aquarum et[a] fluminum inundatio facta est, pluribus in locis villas destruxit,
Vinc. 30, 57. 58. et homines in eis habitantes extinxit, pontes etiam fluminis Secane confregit. Item Mauritius episcopus Parisiensis
obiit. Hic quatuor abbatias fundavit, et moriens rotulum cum hac scriptura: '*Credo quod redemptor meus vivit*' etc. super
pectus suum extendi precepit, ut quilibet legere posset; et hoc ideo, quia tempore suo heresis quorundam de resurrectione
corporum pullulavit †††.

1195. Octavo anno Henrici Celestinus papa moritur[2]. Cui Innocentius III.[3], natione Campanus, papa 166., succedit, et
Mart. Pol. sedit annis 18, mensibus 4, diebus 23. Hujus facta testimonium de eo perhibent. Siquidem fecit hospitale sancti
c. 186. pont. Spiritus, ecclesiam sancti Syxti renovavit. Composuit decretales et sermones et librum de miseria et[b] conditione humani
generis, et alia gloriosa plurima. Item dedit singulis ecclesiis Urbis unam libram argenti pro singulis calicibus earum,
ib. c. 99. imp. non habentibus calices argenteos, tali pacto, quod vendere eos non possint. Item hoc anno[4] imperator Henricus
Pannormi moritur, et exoritur dissentio inter principes Theutonie, quibusdam Ottonem Saxonem, quibusdam Philippum,
fratrem Henrici imperatoris, tertium Friderici primi filium, eligentibus ††††. Item hoc anno Hen-
ricus Leo dux inclitus obiit, ut dictum est capitulo 90. anno sexto.

## *Capitulum 92.*

Phylippo duci Suevie, fratri Henrici imperatoris, et Ottoni Saxoni locus a Julio datur in im-
Grat. decr. perio 96.- Hii duo sunt, de quibus facta est decretalis extra de electione cap. *Venerabilem*. Inno-
I, tit. 6, c. 34. centius papa fuit adversarius Phylippi propter Henricum imperatorem, fratrem ejus, qui contra cristianam religionem in
M. P. c. 99. imp.

* Albertus ep. — consecr. *ap. Corn. p. 801. 4. ann. Henr.* ** Salahadinus — est *ap. Corn. l. l.* *** Adolfus — Colon. *ap. Corn l. l., sed falso* sec. Eggh. **** Henr. imp. — subjugav. *ap. Corn p. 803.* † Henr. imp. Tancr. — capt. *ap. Corn. p. 800. 2. ann. Henr.* †† rex Moab. — dic. *ap. Corn. p. 804. 6. ann. Henr.* ††† Mauritius — pullul. *ap. Corn. p. 806. 7. ann. Henr.* †††† imp. Henr. P. — eligent. *ap. Corn. p. 813. 10. ann. Henr., sed falso* sec. Vinc.

[a] *om.* 2. [b] *pro* miseria et *ap. Mart. P. rectius* misera.

[1] falso; legatur *Vincentius.* [2] d. 7. Janr. a. 1198. [3] elect. d. 8. Janr. a. 1198., obiit d. 16. Jul. a. 1216. [4] d. 28. Septb. a. 1197.

regno Sycilie archiepiscopos et episcopos trucidaverat, et contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Mart. Pol. l. l.
Propter quod ipsum et omnes fautores ejus excommunicavit*. Ottoni vero duci Saxonie viriliter adhesit, et ipsum Aquisgrani in regem Romanorum coronari fecit. Philippus autem dux Suevie magnam habuit pro se partem Theutonicorum. Sed tandem dolose a lantgravio Phylippus est interfectus. Ex cronicis Hollandie sic: Hoc anno Henricus imperator Chr. Egm. 1197.
obiit, et facto conventu principum de regni administratione, duci Suevie Philippo unanimiter omnes assenserunt, ita quod filius Henrici imperatoris Fridericus, puer quinquennis, patri succederet, et Phylippus dux imperialia disponeret et regeret. Quod ut firmius haberetur, factus est secundus conventus. Ad quem quia Adolfus archiepiscopus Coloniensis non advocatus defuit, seminarium discordie et scismatis imperio Romano submisit. Siquidem adunatis sibi principibus, quos habere potuit, Ottonem Saxonem Aquisgrani intronizat**, cum tamen prius partibus ducis Suevie Phylippi favisset. Cui nichilominus electores omnes reliqui cum pluribus nobilibus adhesere. Ex cronicis Saxonum: Otto, filius secundus Henrici Leonis[a], existens in Pyctavia, quam terram ex parte matris obtinuit, electus est in regem Romanorum ab Adolfo Coloniensi archiepiscopo, et ab Innocentio imperator coronatus, licet alii principes prius elegerint Phylippum, fratrem Henrici imperatoris, quem† juverunt Saxones, Bayoarii, Suevi, Bohemi, Francones, et a domino Tarentino[1] est consecratus. Tunc dux Bohemorum in regem Bohemie est provectus[2]. Prius enim ducatus erat. Qui dux ante Phylippum gladium portabat, sicut nunc rex Bohemie ante alium regem Romanorum. Philippus Coloniam ire volens, ab Ottonianis prohibitus, rediit ad propria. Post Phylippus Brunswic circumvallavit[3]. Sed ab amicis Ottonis recedere cogitur. Rex Bohemie Philippum, qui fecit eum regem de duce, deserens, cum Hermanno lantgravio Thuringhie pro Ottone tam Thuringyam quam Misnam usque Hallis devastavit[4]. Post hec Philippus Wizzensem[b] [5] civitatem obsedit[6]. Unde lantgravius ab eo fugiens, ab Eckero, primo Bohemorum rege, angustiatus, redire ad suam gratiam est compulsus[7]. Otto autem, ut Goslariam in arto poneret, castrum Herlingheborch[8] edificavit. Deinde Adolfus de Marka Coloniensis archiepiscopus, prece et pretio, mediante comite Juliacense, inductus, Ottonem insciis Coloniensibus deseruit, ut dictum est ante primum annum Friderici I. Propter quod ab Innocentio Adolfus Coloniensis deponitur, et Bruno prepositus Bunnensis sibi substituitur. Phylippus rex Coloniam intrat, Brunonem episcopum capit et Herbipoli captivum tenuit[9]. Papa Hugonem[10] et Leonem cardinales mittit[11], ut Phylippum et Ottonem concordinarent[c]. Qui nichil proficientes, a Philippo honorati muneribus, redierunt. Phylippus siquidem maximam partem imperii obtinuit. Otto vero regem Anglie Rychardum avunculum, ab Henrico imperatore captivatum et exactionatum, ut anno tertio Henrici VI. dictum est, et comitem Flandrie habuit. Rex etiam Francorum Phylippus dicto Philippo regi Romanorum et duci Suevie confederatus est. Duravit autem istud scisma usque ad annum Domini 1208.[d] inclusive†. Tunc enim Philippum exercitum in Bavenberch congregantem circa festum Johannis baptiste[12] Otto de Wetelheybach palatinus interfecit proditiose. Et eo tumulato, pars Ottonis prevaluit. Igitur post mortem Philippi Otto in Halberstad[13] a Saxonibus et Thuringhis iterum eligitur. Deinde in Frankenford a Franconibus, Suevis et Bajoariis unanimiter recipitur[14],

* Innocentius p. — excommunicavit *ap. Corn. p. 814.* ** Henric. imp. obiit — intronizat *ap. Corn. p. 814.* † quem juverunt Saxones — inclus. *ap. Corn. p. 814., paucis mutatis, sed falso* sec. Eggh. *et* sec. Vinc.

[a] Leonis existens. in P. 1. [b] Wizzenze *linea supra littera* e *e corr. addita* 1. [c] *ita* 1. 2. [d] 1212. *Corn.*

[1] ab archiepiscopo de Tarantaise in Sabaudia (Savoyen). [2] a. 1198. [3] a. 1200. [4] a. 1203. [5] Weissensee in Thuringia. [6] a. 1204. [7] d. 17. Septbr. [8] Harlingeburg, a. 1204. [9] Eundem captivitatis locum habet Arnold. Lubec. VII, 6. 7; chronogr. Weingart. ap. Hess, monument. Guelf. p. 74: 'in castro Amedes in Retia Curiensi'; chron. Sanpetr.: 'in Trifels'. [10] est Hugolino Ostiensis; fere omnes scriptores Germanici exhibent nomen falsum Hugo. [11] a. 1207. [12] d. 21. Juni a. 1208; al. 'in die s. Albani'. [13] d. 22. Septb. a. 1208. [14] d. 11. Novb. a. 1208.

et imperii insignia sibi presentantur[1]. Post in terra Plisnensi recepit Otto patrimonium Rabodonis cum castris Lisint et Koldiz. Post Beatricem, filiam Phylippi, cum dispensatione consanguinitatis recepit cum multis divitiis in uxorem[2]. Post Romam vadit ad coronam imperii. Innocentius papa sibi in Viterbio occurrit. Romam simul vadunt. Innocentius eum imperatorem coronat. Otto vero coronatus 3 annis imperavit gloriose. In Brunswic sepultus est[3]. Hic impe-
Mart. Pol. c. 100. imp. rator in cronicis Saxonum multipliciter et in multis commendatur. Sed Martinus dicit sic: Isti Ottoni propter maleficia sua non fuerunt anni attributi. Accepta enim corona, statim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie, auferens illud Friderico regi Sycilie. Unde papa excommunicavit[4] eum. Quarto anno imperii sui Fridericum II. imperatorem principes elegerunt. Qui veniens navigio usque Romam, a domino papa et a populo Romano honorifice est receptus. Veniens autem in Theutoniam contra Ottonem, ibi mirifice triumphavit. Cepit igitur istud scisma anno mundi 5158., Urbis 1947., Domini 1196., imperii Theutonicorum 396., et annis 13 inclusive duravit, scilicet usque ad annum Domini 1208.

1198. Tertio igitur anno istorum apud Rosetum in Bria[a] in sacrificio altaris vinum visibiliter mutatum est in sanguinem
Vinc. 30, 60. et panis in carnem *. Item Vermendesio miles quidam, qui mortuus fuerat, revixit, multaque futura multis predixit, et postea etiam sine cibo et potu longo tempore vixit. Item Judei contra omnium opinionem per Phylippum regem Francorum Parisius revocantur, et Philippus ipse ecclesias Dei graviter persequitur **.

1199. Quarto anno eorum a Francis et Venetis capta est[5] Constantinopolis. Martinus: Que est urbs de majoribus
Mart. Pol. c. 99. imp. mundi urbibus una ac in magnificentia prima. Cujus captionem etiam per plures dies plerique civitatis incole non credebant, tum propter civitatis fortitudinem, tum etiam propter antiquam quam habebant prophetiam. Prophetatum siquidem erat, quod deberet capi per angelum. Et ita eam capi per hominem non credebant. Sed hostibus per murum, ubi
Vinc. 30, 61. angelus pictus erat, intrantibus civitatem, se per equivocationem deceptos agnoverunt. Urbe igitur capta, Veneti et Franci Baldwinum comitem Flandrie ibidem imperatorem constituerunt †.

1200. Quinto anno istorum in ascensione Domini reformata est pax inter reges Francorum et Anglorum, et sequenti feria
Vinc. 30, 66. secunda[6] Lodewicus, regis Francorum unigenitus, Blankam, Hildefonsi regis Castelle filiam et regis Anglie neptem, in uxorem duxit. Pro quo matrimonio rex Anglie Johannes omnes munitiones et urbes et castra totamque terram, quam rex Francorum ceperat, prefato Lodewico et heredibus suis quitavit. Totam etiam terram cismarinam post decessum suum, si ipsum sine herede legitimo mori contingeret, concessit eidem ††.

1201. Sexto anno in Anglorum urbe Salaberia quidam advocatus, ut dicit Wilhelmus[7], furiis atrocissimis nequitiarum suarum in omne nefas contra sexum utrumque, conditionem omnem et etatem, ut libuit, actus, nec Deum timuit, nec hominem verebatur. Qui tandem, quamquam sero mortuus et in cimiterio sepultus, per tres ferme menses urbem dictam totam tam monstruosis et formidolosis tumultibus et grassationibus exagitavit, tantisque periculis, horroribus et angoribus exterruit, ut singulis noctibus ad horam post crepusculum in nulla platea vel vico quicquam, vel homo, vel brutum, vel instrumentum quodcumque, in domibus vero vix aliquid salvari posse videretur. Siquidem homo vel brutum, si occurrisset, lacerabatur, aliud quidquid in via obstitisset, totum atterebatur et demoliebatur. Quid et propter quid esset, ignorabatur. Sed quod initium a cimiterio et terminum ad ipsum haberet, perpendebatur. Circa finem tertii mensis luna plena et aere sereno juvenis animosus in fenestra turris ecclesie contra noctem se locavit, de qua totum cimiterium distincte videre poterat, et circumspexit diligenter. Hora consueta sepulchrum advocati dicti velociter aperitur ut cista[b]. Cum opertorio sublevato advocatus erigitur, pannos exuens et complicans, ad angulum sepulchri ponit. Sepulchrum exit, cimiterium transit. A canibus totius civitatis, ibi jam propter consuetudinem congregatis et eum exspectantibus, latratibus et morsibus excipitur, ipso per utramque manum se defendente, et nunc unum nunc alium, quem rapuisset, lacerante. Interea

* apud Rosetum — carnem *ap. Corn. p. 817. 2. ann. Ott.* ** Judei — persequitur *ap. Corn. p. 824. 5. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. † a Francis — constit. *ap. Corn. p. 817. 2. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *et paucis mutatis.* †† in ascensione — eidem *ap. Corn. p. 827. 6. ann. Ott., sed falso* sec. Wilh.

a Bugia *Corn.* b cista cum o. sublevato. Advocatus 1.

1 a Conrado de Scharfenberg episc. Spirensi. 2 in Nordhausen d. 7. Aug. a. 1212. Illa obiit 4 diebus post. 3 obiit d. 19. Mai. a. 1218. 4 d. 18. Novb. a. 1210. 5 d. 12. April. a. 1204. 6 d. 23. Mai. in Goloton intra Vernon et Andelys. 7 Haec ex Wilhelmo Malmesberiense hausta esse non possunt; neque apud Vincentium ea inveni, sed alibi me legisse memini.

juvenis de turri descendens, de sepulchro pannos cadaveris dictos aufert, et ad locum suum revertitur, observare volens, quid futurum sit. Cadaver illud maledictum, actum a dyabolo, per vicos urbis omnes et plateas singulas discurrens, canibus corrixando, post ad sepulchrum rediens et pannos suos non inveniens, olfaciendo more canis circuit et querit. Post juvenem cum pannis in turri sedentem torve respiciens, appropinquat turri, et sicut lacerta murum turris ascendit. Juvenis per funem campane de turri se dimittit, ad altare majus currit, pannos dictos super altare et se super pannos ponens, crucem, que dicitur Recruce, rapit ad se defendendum a dyabolo. Cadaver ad fenestram turris venit, per eundem funem descendit, ad altare currit, pannos suos inquirens. Sed cruce sibi per juvenem, ad quamcumque partem accessisset, objecta, prepeditur. Cumque cadaver et juvenis diu sic colluctarentur, custos ecclesie tandem ad officium matutinum pulsat, et cadaver a demone dimissum coram altari cadit, ecclesiam totam intollerabili complens corruptione et fetore. Juvenis alienatus a sensibus pre timore, quemcumque vidisset, sedens adhuc super pannos dictos in altari, quasi demonem exhorruit, crucem opponens eidem. Post ad lectum suum deportatur, et diu languens, tandem, sed non plene, curatur. Et omnia per ordinem enuntiat. Cadaver autem de civitate tractum, in turpi loco comburitur, et quassatio cessavit *.

Septimo anno die Maii 30. fit terremotus, et vox terribilis auditur, magnaque pars urbis Achonensis cum palatio 1202.
regis corruit, multusque populus periit. Tyrus pene omnino subvertitur, Archas opidum munitissimum ad solum usque Vinc. 30, 68.
diruitur, Tripolis maxima pars ruit, et plebs plurima suffocatur, Antarodos autem illesa servatur; in qua beatus Petrus
apostolus primam basilicam Dei genitricis construxisse dicitur. Dehinc terre sequitur sterilitas hominumque mortalitas.
Item hoc anno, scilicet Domini 1202., sicut a pluribus traditur, Tartarorum dominium initium habuit. Isti enim sub Mart. Pol.
montibus Indie in regione Tartaria constituti, dominum suum regem Indie, David nomine, filium Johannis presbiteri, occi- c. 99. imp.
dentes, ad depopulationem aliarum terrarum processerunt. Egkardus[1] sic: Tartari regem David dominum suum, pres- Vinc. 30, 69.
biteri Johannis quondam dominatoris et imperatoris Indie filium, conspirantes contra eum, dolose circumveniunt et capiunt
et cum tota familia sua preter unicam suam filiam membratim detruncant; et sic de Tartaria exeunt in destructionem
populorum. De Johanne presbitero dicit Galvilensis[a] episcopus[2] in relatione de Syria: Johannes Rec. Gal. ep.
presbiter, ultra Persidem et Armeniam in extremo orientis habitans, rex et sacerdos, cum gente sua cristianus est, sed
Nestorianus. Hic reges Persarum et Medorum petens, Egbatanam sedem regni eorum expugnavit, triduoque compugnantes
cruentissima cede, Johannes victor exstitit. Fertur eum de antiquo magorum esse genere, quorum mentio fit in ewangelio.
Eisdemque quibus et illi gentibus imperans, tam gloriosus est, ut non nisi sceptro smaragdyno uti dicatur. Ex
epistola Johannis presbiteri regis Indie ad Emanuelem Grecorum imperatorem[3]: Presbiter Johannes Joh. epist.
potentia Dei et virtute domini nostri Jhesu Cristi rex regum et dominus dominantium amico nostro Emanueli. Accipe hyercam in nomine nostro et utere, quia libenter utimur lechito tuo. Si ad dominationem nostre mayestatis venire volueris, majoris et dignioris nostre domus dominum te constituemus. Si redire volueris, locupletatus redibis. Si excellentiam nostram cognoscere volueris, sine dubitatione crede, quod ego presbiter Johannes, dominus dominantium, precello in omnibus divitiis, que sub celo sunt, et virtute et potentia omnes reges universe terre. In tribus Indiis est dominatus magnitudinis nostre. Septuaginta due provincie nobis sunt. Quarum pauce sunt cristianorum; et unaqueque habet regem per se. Qui omnes sunt nobis tributarii. In terra nostra nutriuntur et oriuntur elephanti, dromedarii, cameli, ypothami, cocodrilli[b], panthere, onagri, leones albi et rubei, ursi albi, merule albe, cycade mute, gryphones, tygrides, lamie, hyene, equi agrestes[c], asini agrestes, boves agrestes, homines agrestes, fauni, satyri, pygmei, cephali, gygantes cubitorum 40, cyclopes et avis fenix. Terra nostra melle fluit et aqua[d] habundat. In aliqua terra nostra

Nulla venena nocent, nec garrula rana coaxat,
Scorpius nullus ibi, nec serpens serpit in herba.

Indus[e] fluvius de paradyso exiens, quandam provinciam nostram diversis meatibus rigat, et inveniuntur ibi gemme

* in Anglor. urbe — cessavit *ap. Corn. p. 829. 7. ann. Ott.*

[a] Gabulensis *Otto Fris.* [b] *om.* 2. [c] 2. *hoc loco immittit:* fauni, satyri. [d] lacte *Corn.* [e] Nilus *Corn.*

[1] falso; legatur *Vincentius.* [2] Hic ad Eugenium III. pontificem ex Syria legatus Armeniorum venit. Cf. ejus relationem ap. Ottonem Fris. VII, 33. [3] Epistola exstat in Assemani biblioth. orient. Clementino-Vaticana Tom. III, pars II, p. 490 sq. Mosheim, histor. Tartarorum eccles. Append. p. 29, Nro. IV. Sed Assemano duce abbreviata est. Reperitur Mptum in biblioth. Vaticana cod. regio Alexandrino 657. a fol. 37., ed. Jubinal in Rutebeuf, oeuvres II, p. 444. Ad Emanuelem Comnemum hanc litteram esse datam, docet Albericus, chron. ad a. 1165., in Leibnitii access. hist. pag. 345. et d'Achery, spicil. vet. aliq. script. Tom. III, p. 627. — Ceterum cf. quae dixit de hac fabula Grässe in Lehrbuch einer Literärgeschichte, 2. Abtheil., II. Hälfte, p. 767 sqq.

Joh. epist. smaragdi, saphyri, carbunculi, topazii, crisoliti, onychini, berilli, ametisti, sardii etc. In alia provincia nostra pyper universum nascitur. Quod cum maturescit, veniunt universi cum palea et aliis focalibus, nemus, quod est plenum serpentibus, succendentes; serpentibus mortuis, universi pyper colligunt de arbusculis combustis. In aliqua provincia nostra juxta torridam zonam sunt vermes, salamandre, non potentes vivere nisi in igne, et faciunt pelliculas circa se sicut vermes, qui faciunt sericum. De hac pellicula vestes habemus et pannos ad omnem usum excellentie nostre. Qui panni non lavantur nisi in igne fortiter accenso. In auro, argento, lapidibus pretiosis, in omni genere animalium et in numero gentium non credimus habere parem sub celo. Nullus pauper habitat inter nos. Nec fur, nec predo invenitur apud nos, nec adulterium, nec avaritia. Quando ad bella procedimus, 14 cruces magnas et precelsas, factas de auro purissimo et lapidibus pretiosis, in singulis plaustris loco vexillorum ante faciem nostram portari facimus. Et unamquamque ipsarum secuntur 10000 militum et 100000 peditum armatorum, exceptis illis, qui sarcinis et curribus et[a] inducendis victualibus pro exercitu deputati sunt. Quando vero simpliciter equitamus, majestatem nostram precedit crux lignea, nulla pictura, neque auro vel gemmis ornata, ut semper memores simus passionis domini nostri Jhesu Cristi, et vas aureum plenum terra, ut cognoscamus, quia caro nostra in suam redigetur originem, id est terram. Portatur etiam ante nos aliud vas argenteum, plenum auro, ut omnes intelligant, nos esse dominum dominantium universe terre. Singulis annis visitamus corpus sancti Danielis prophete cum magno exercitu in Babylone deserta, et omnes sumus armati propter Tyros etc. Apud nos capitur piscis, quo tingitur purpura. Palatium, quod inhabitat sublimitas nostra, simile est palatio, quod edificavit sanctus Thomas Gundoforo regi Indorum. Laquearia, tygna et epistilia sunt de lignis cethym, tectum de ebeno, ne aliquo casu possit comburi. In extremitatibus super culmen palatii sunt duo poma aurea. In unoquoque sunt duo carbunculi, ut aurum splendeat in die et carbunculi luceant in nocte. Majores porte palatii sunt de sardonico immixte cornu cerastes, ne aliquis cum veneno latenter possit intrare; cetere ex ebeno; fenestre de cristallo. Mense, ubi curia nostra comedit, alie sunt ex auro, alie ex ametisto. In palatio meo de nocte lumen non accenditur, nisi quod nutritur de balsamo. Lectus noster est de zaphyro propter virtutem castitatis. Mulieres nostre speciosissime[b] non accedunt ad nos, nisi quater in anno cura procreandorum filiorum, et sic a nobis sanctificate recedunt. Semel in die comedit curia nostra. In mensa nostra cottidie comedunt 30000 hominum preter hospites. Hec mensa est de pretioso smaragdo[c], quam sustinent due columpne de ametisto. Hujus lapidis virtus neminem ad mensam sedentem permittit inebriari. Item singulis mensibus serviunt nobis 7 reges, unusquisque illorum in ordine suo, duces 62, marchiones 100, comites 370, exceptis qui diversis officiis deputati sunt. Abbates etiam secundum numerum dierum anni serviunt nobis in capella nostra, et singulis mensibus redeunt ad propria, et alii totidem singulis kalendis ad idem officium capelle revertuntur. Pater meus ob sanctitatem et justitiam ejus vocabatur Quasi deus. Cui dictum est in sompnis: 'O Quasi Deus, surge, fac fieri palatium filio tuo tibi[d] nascituro, qui erit rex omnium regum terrenorum et dominus dominantium universe terre'. Cum evigilaret pater meus, valde perterritus est, et ecce vox alta, quam etiam omnes qui secum aderant audierunt, dixit: 'O Quasi Deus, fac quod preceptum est tibi, noli hesitare!' Igitur palatium fieri jubet. In fundamento et parietibus ejus non sunt nisi lapides pretiosi, et aurum liquatum optimum pro cemento. Tectum est de saphyris lucidissimis et preclarissimis topaziis, ut saphiri instar celi et topazii instar stellarum sint. Pavimentum est de magnis tabulis cristallinis. Nulla distinctio vel camera est intra palatium. 50 columpne de auro purissimo sunt in eo. Longitudo uniuscujusque columpne 60 cubiti, grossitudo est quantum 5 homines suis ulnis possunt cingere. Unaqueque habet in[e] cacumine suo unum carbunculum adeo magnum, ut est magna amphora, et cetera multa sunt ibi. Hoc est palatium aliud a primo. Dictus est autem hic rex potentissimus presbiter propter hanc causam[1]. Dapifer ejus est primas et rex, pincerna ejus est archiepiscopus et rex, camerarius episcopus et rex, marscalcus[f] rex et archimandrita, princeps equorum rex est et abbas. Ideoque altitudo Johannis se vocari eis nominibus non est passa. Elegit et minori nomine propter humilitatem nuncupari*. Et cetera. Nos hec aliorum auctoritate diximus, fidem auctores vendicent.

1203. Octavo anno Phylippi et Ottonis Petrus rex Arrogonie, comes Barcinone et dominus Montis Pessulani, regnum suum
Vinc. 30, 91. obtulit Innocentio pape, illudque sibi et successoribus suis in perpetuum pro remedio anime sue ac progenitorum suorum constituit censuale, ut annuatim de camera ipsius regis 250 vasse[g] mutine apostolice sedi reddantur, et ipse ac successores ejus eidem specialiter fideles et obnoxii teneantur. Ex cronicis Hollandie: Hoc anno Thydericus comes Hollandie

* de Johanne presbitero — nuncupari *ap. Corn. p. 819—822.*

[a] *om.* 2. [b] *e corr.* 1. [c] smarado *post corr.* smaragdo 1. [d] *om.* 2. [e] suo *etiam hic inseruit sed delevit* 1. [f] *e corr.* 1. [g] nasse votive *vel* misse mutine *Vinc. ed.*

[1] Verba *dapifer ejus — nuncupari* desumpsit Henricus alia ex litera, quae huic ap. Asseman. praecedit.

nonus[1] obiit. Cui post tumultum magnum frater ejus Wilhelmus successit. Siquidem Alheydis comitissa, uxor Thyderici Chr. Egm.
comitis, volens comitatum a Wilhelmo abstrahere, filiam suam Lodewico comiti de Loen, moriente Thiderico, contradidit. p. 175.
Wilhelmus in orientali Frisia a fratre sibi concessa existens, cum rem gestam intelligeret, tristis in Hollandiam furtive rediit, et latenter in Flarding venit, viliter indutus. Ubi a Selandensibus, qui eo advecti ipsum prestolabantur, gratanter recognitus et officiosissime receptus est, et in Zyrixe[a] cum gaudio ductus et in dominum mira utriusque sexus exultatione confirmatus *. Item beatus Dominicus, ordinis fratrum predicatorum magister et institutor, fuit natione Hyspanus de
villa que dicitur Kalaroga Oxomensis dyocesis, vir scientia Dei plenus, vita sincerus, religione perspicuus. Incepit Brev. chron.
autem ordinem predicatorum mente concipere et voto tractare in partibus Tholosanis, a primordio computando, quo primum mag. gen. ord. fr.
Tholosam advenit, anno Domini 1203., pontificatus domini Innocentii III. anno nono. Siquidem 12 abbates Cysterciensis praed. c. 1.
ordinis cum uno apostolice sedis legato mittuntur ab hoc Innocentio papa in terram Albigensium, ut fidem catholicam predicarent et heretica venena pro viribus propulsarent. Quibus de Hyspania Dydacus Oxomensis episcopus, habens in comitatu suo fratrem Dominicum, pro hereticis convertendis adjungitur. Post biennium autem redeuntibus ad propria legato sedis apostolice et 12 abbatibus dictis et domino Dydaco Oxomensi episcopo, beatus Dominicus solus cum paucis sibi adherentibus perseveravit ibidem indefessa continuatione predicationis et impugnatione heresis quasi per annos 10, videlicet usque ad tempus Lateranensis concilii, quod celebratum fuit anno Domini 1215. sub eodem Innocentio mense Novembri. Profectus est itaque beatus Dominicus cum Fulcone episcopo Tholosano ad concilium. Cum quo adiit[b] dominum Innocentium papam, petens, ut sibi dignaretur confirmare ordinem, qui predicatorum diceretur et esset. Qui cum non statim acquiesceret, nocte visum est eidem pontifici in sompnis, quod Lateranensis ecclesia gravem ruinam subito minaretur. Quod dum timens aspiceret, ex adverso vir Dei Dominicus occurrebat, humerisque suppositis totam illam casuram fabricam sustentabat. Evigilans autem et visionem intelligens, petitionem viri Dei hylariter acceptavit, hortans, ut ad fratres suos rediens regulam aliquam approbatam sibi eligerent, et sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. Erant autem fratres numero circiter 16. Quos convocans apud Prulianum, invocato primum Spiritu sancto, regulam beati Augustini, doctoris et predicatoris egregii, ipsi pariter et re et nomine predicatores futuri unanimiter elegerunt, quasdam artioris vite consuetudines, quas sibi per formam constitutionum observandas statuerunt, insuper assumentes. Electa autem regula rediens Romam beatus Dominicus, apud Perusium dominum Innocentium defunctum invenit et Honorium III. in papam electum, a quo ordinis confirmationem impetravit. Anno itaque Domini 1216. 9. Kal. Januarii in crastino beati Thome apostoli apud Sanctum Petrum confirmatus est ordo predicatorum, pontificatus domini Honorii III. anno primo **.

Nono anno Phylippi et Ottonis Philippus rex Francorum multas reliquias pretiosissimas, quas imperator Baldwinus
de sancta capella in Constantinopoli, que dicitur Os leonis, acceperat, contulit ecclesie beati Dyonisii. Quas conventus 1204.
cum processione et laudibus, nudis pedibus occurrens, devote suscepit. Vinc. 30, 92.

Decimo anno istorum Colonia per Phylippum regem Romanorum capitur. Otto siquidem adversarius sibi electus
in Colonia fuit hoc tempore. Nam ei sola Colonia favebat. Philippus igitur urbem obsidet. Cives egrediuntur, sed repel- 1205.
luntur, et sic Ottone fugato, Colonia capitur. Et sequenti anno Satellia civitas munitissima capitur a paganis cum Vinc. 30, 92.
maximo nostrorum dampno. ibid. c. 100.

Duodecimo anno eorum sanctus Franciscus Rome deguit, de ordine quodam paupere instituendo mente pertractans.
Quem beatus Dominicus inveniens in ecclesia, et per visionem agnoscens, factus est cum eo anima una et cor unum in 1207.
Domino, ut dicetur infra anno quinto Friderici II. Item hoc anno Phylippus rex Romanorum per Ottonem Brev. chron.
palatinum, ut dictum est hoc capitulo, turpiter et proditiose perit occisus. Cujus uxor, filia Cursach[c] impe- mag. gen. ord. fr. praed. c. 2.
ratoris Grecorum, pre dolore moritur. Et pars Ottonis elevatur. Vinc. 30, 101.

Tertiodecimo anno Otto IV. coronatur imperator per Innocentium papam contra voluntatem Philippi regis Franco-
rum, et contradicentibus pro maxima parte Romanis, multis etiam ex magnatibus imperii dissentientibus. Hujus Ottonis 1208.
pater Saxo Henricus Leo pro crimine lese mayestatis ab imperatore Friderico convictus et universorum baronum Vinc. 30, 106.
imperii judicio condempnatus atque a ducatu fuerat in perpetuum dejectus †, ut dictum est. In ipsa autem coronatione papa ab Ottone jusjurandum exegit de patrimonio et jure beati Petri indempniter ipsi et ecclesie Romane in pace

* Petrus rex — confirmatus *ap. Corn. p. 832. 9. ann. Ott., sed falso* sec. Vinc. *et* sec. Wilh. ** b. Dominic. ordinis — primo *ap. Corn. p. 832. 833. 9. ann. Ott., sed paucis additis.* † hujus Ott. pater — dejectus *ap. Corn. p. 839. 13. ann. Ott.*

[a] Zirixze 2. [b] adhuc *alia mana corr.* adiit 1. [c] Tursach *Vinc.*

[1] legas: *undecimus.*

Vinc. l. l. dimittendo et contra quoslibet defendendo. Quo facto, contra juramentum venit ipso die. Sicut enim dudum animo conceperat, castra et munitiones occupavit, que juris beati Petri erant, Racofonum, montem Flasconis ac pene totam Romaniam. Inde transiens in Apuliam, oppugnavit terram Friderici, filii imperatoris Henrici VI., cepitque multas urbes et castella in regno Apulie. Quod totum est de feodo beati Petri. Retrospicias ad cap. 90. annis tertio et nono. Cumque ea, que occupaverat imperator Otto, nullatenus vellet resignare, quin etiam a suis, quos in castris posuerat, Romipetas spoliari faceret, papa, communicato fratrum consilio, excommunicationis in eum sententiam promulgavit. Deinde cum nec sic resipiscere vellet, sed magis ecclesie res occuparet, papa omnes subditos ejus a fidelitate ipsius sub anathematis interminatione prohibuit, scilicet ne quis eum imperatorem haberet aut nominaret. Sicque principibus ab eo recedentibus, Fridericus II. in regem eligitur. Fuit sane annus Domini 1208.[1], quando Otto coronatus est imperator, et annus ejusdem 1211.[a], quando Fridericus II. fuit electus *. Tertio anno post coronationem Ottonis, qui est annus Domini 1210., catholici Mynerbiam obsident et capiunt. Daturque optio, ut qui voluerit heresim abjurare, libere recedat. Ibique circiter 180 inventi sunt, qui potius comburi quam heresim abjurare elegerunt. Terme castrum fortissimum obsidetur. Obsessi autem longa obsidione fatigati, dum noctu fugiunt, ab excubiis intercepti, quotquot reperiuntur, gladiis obtruncantur. G.[2] de Piperionibus hereticus tres sacerdotes et 50 catholicos alios incendit.. Qui post triduum inusti reperti sunt. Parisius de heresi 14 homines, quorum etiam aliqui
ibid. c. 107. sacerdotes erant, convincuntur. Ex quibus 10 incendio traduntur et 4 includuntur Item Parisius Amalricus hereticus de territorio Carnotensi oriundus constanter affirmat, quod quilibet tenetur credere se esse membrum Cristi, et hoc unum esse de articulis fidei, sine qua non potest homo salvari. Post mortem autem ejus ex seminariis doctrine sue surrexerunt quidam inauditos errores confingentes, puta quod Patris potestas duravit, quamdiu viguit lex Mosayca, et post potestas Filii usque ad tempus predicationis eorum, et tunc omnia sacramenta nove legis finem habere, et tunc Spiritus sancti tempus incepisse. Et in hoc tempore unumquemque per gratiam Spiritus sancti tantum interius, sine aliquo exteriori actu, inspiratum, salvari posse. Caritatisque virtutem sic ampliabant, ut id quod alias peccatum esset, si fieret in caritate, jam non esse peccatum, dicerent. Unde et stupra et adulteria et alia talia committebant. Itaque secte istius plures, scilicet sacerdotes et clerici et layci utriusque sexus, detecti et capti, Parisius sunt adducti; et concilio congregato, convicti et condempnati, ab ordinibus degradati et curie traditi et extra portam jussu regis cremati sunt. Mulieribus autem et simplicibus per alios corruptis pepercerunt. Ossa autem et cineres Almarici[3] heresiarche de cimiterio eiciunt
ibid. c. 108. et per[b] sterquilinia disiciunt. Vincentius in speculo: Hiis temporibus fuit Helynandus Frigidi montis monachus in territorio Belvacensi, vir religiosus et facundia disertus, qui cronicam diligenter ab initio mundi usque ad tempus suum in maximo quodam volumine digessit **.

## *Capitulum 93.*

Fridericus II., filius Henrici quondam imperatoris, filii Friderici I., rex Sycilie, Romanorum a Julio 97., cepit anno Mundi 5173., Urbis 1962., Domini 1211., imperii Theutonicorum 411., et
Vinc. 31, 1. 44 annis imperavit. Principes siquidem Theutonie non diligentes Ottonem imperatorem, suggerente Phylippo rege Francorum, qui Phylippo regi Romanorum adheserat et Ottonis fuerat adversarius, Fridericum istum unanimiter elegerunt imperatorem. Quod papa Innocentius licet satis vellet, tamen ad tempus dissimulabat propter rerum novitatem, et quia progeniem suam non amabat. Secundum alios Fridericus a principibus est electus in regem Innocentio papa nolente et contrarium quantum potuit agitante, quia Fridericus I. avum suum corde toto
Mart. Pol. detestabatur et odivit, timens istum sicut alios futurum ecclesie persecutorem†. Martinus dicit sic:
c. 101. imp. Hic Fridericus ab infantia per ecclesiam tamquam per matrem educatus et ad imperii fastigium Ottone dampnato promotus,
Nordhof. p.388. ecclesiam Dei non fovit tamquam matrem, sed tamquam novercam quantum potuit laniavit. Ex cronicis de Marka: Dominica adventus Domini prima Fridericus juvenis rex Sycilie, favente rege Francorum Phylippo, in Frankenvord contra

* in ipsa autem coron. — electus *ap. Corn. p. 839. 14. ann. Ott., sed paucis mutatis.* ** hiis temporibus — digessit *ap. Corn. p. 835. 12. ann. Ott.* † principes siq. Theut. — persecut. *ap. Corn. p. 840.*

[a] 1215. *Corn.* [b] sub 2.

[1] legas ann. 1209., quem etiam Vincentius praebet. Corn.: 1203. [2] i. e. Guilelmus, secundum Vincent. [3] sic in omnibus codicibus; sed legas *Amalrici.* Hoc nomen Henricus nonnisi semel recte descripsit. Cf. a. 1215, ubi eadem forma.

Ottonem, jam excommunicatum per Innocentium III. et depositum, in regem sollempniter eligitur. Post hec orta dissen- Nordh. 1. 1.
tione inter regem Francie et regem Anglie, dicti Ottonis avunculum, cui Ferrandus Flandrensis et Reynardus Boloniensis
comites adheserunt, Otto dictus auxiliari volens avunculo suo regi Anglie, cum multis Theutonicis mense Julio apud
Bovines bellum contra regem Francorum committunt. Otto vincitur, comites dicti capiuntur. Strennui quoque milites
Theutonici Bernhardus de Horstmar et Gerhardus de Randenrode capti sunt ibidem. Post Fridericus rex contra Hen-
ricum ducem Brabantie, cujus filiam Mariam Otto dictus duxerat uxorem, movet exercitum, transiens per Mosam. Sed
accepto obside primogenito ducis, rediit. Nec tunc Aquis coronatus est. Egkardus[1]: Fridericus II. a principibus Mart. Pol.
Theutonie in Frankenvord absens electus in regem Romanorum et ab eisdem de Sycilia vocatus, venit Romam, et a Ro- c. 100. imp.
manis honorifice susceptus est. Inde per mare descendens, venit Januam, et ibi quoque cum gaudio maximo et honore Vinc. 31, 1.
suscipitur, adjuvantibus Bonefacio marchioné Montisferrati[a] et civibus Papiensibus et Cremonensibus et omnibus fere
Lombardie civitatibus, preter Mediolanum, que odivit eum propter avum suum Fridericum I. Transiens
quoque et Alpes, intravit Theutoniam, et venit Constantiam, ad quam urbem Otto imperator jam familiam suam trans-
miserat, ipsa die eo venturus. Sciebat enim de adventu Friderici. Adveniens igitur Otto prope Constantiam ad tres
leucas, viriliter repulsus est. Dicitur autem, quod, si Fridericus per tres horas moram fecisset, Theutoniam numquam in-
trasset. Otto a Constantia sic repulsus, accessit Brisach. Cujus opidi cives, qui contumeliis et injuriis ab hominibus
Ottonis afficiebantur eorumque filie et uxores ab eis violabantur, non minore dedecore, quam a Constantiis imperator est
repulsus, ipsum ejecerunt. Fridericus autem et ab hiis et ab aliis imperii nobilibus est receptus *.

Primo anno Friderici apud Vallem Coloris ipse Fridericus imperator et Phylippus rex Francorum cum filio suo 1211.
Lodwici percusserunt inter se fedus amicitie perpetuum. Item eodem anno Phylippus totam urbem Parisius circum- Vinc. 31, 1.
sepsit in circuitu. Item eodem anno rex quidam Sarracenus nomine Memmilinus, i. e. rex regum, collecto exercitu ibid. c. 2.
paganorum infinito, fines Hyspanie invadit contra cristianos. Qui in fide Cristi et nomine ejus contra eum pugnantes, vi-
cerunt illum. Fuit autem inter victores rex Arragonum, miles probatissimus. Qui etiam in signum victorie Romam misit
lanceam et vexillum Memmilini. Que adhuc in ecclesia beati Petri posita sunt in loco eminenti. Item eodem anno a
nostris Lavallum obsidetur, et innumera multitudo nostrorum juxta castrum quod dicitur Mons gaudii trucidatur.
Super quorum corpora globum igneum de celo descendere multi viderunt. Episcopi vero et abbates conveniunt. Et cimi-
terio dedicato, sepeliunt corpora mortuorum. Capiturque Lavallum. Obsidetur et aliud castrum[2] inexpugnabile, et post
longam obsidionem custodes castri salvis rebus et corporibus castrum reddunt. Milites 74 in castro reperti suspendio
perimuntur. Rogus exstruitur. Optio datur. Et multi malunt comburi, quam deserere sectam pravam. Cohortantesque se
mutuo, continuo rogum intrant. Domina castri Gyranda, que de fratre vel filio suo concepisse se dicit, in puteum
proicitur, et acervus lapidum super eam protinus cumulatur. Item apud Lemonicas matrona quedam nobilis moritur
et sudario involuta reservatur. Et dum exsequie preparantur, resurgens de morte dicit, beatam[b] Mariam Magdalenam
sibi labia tetigisse et se statim spiritum resumpsisse. In festo vero ejusdem festina venit Vizeliacum cum sudario et
multis testibus[c] sue mortis.

Secundo anno Friderici Phylippus rex Francorum mimos fugat de curia sua, aliis principibus dans exemplum. 1212.
Item idem rex cepit Casellum et Ypram et totam Flandriam usque Brughis, et habita voluntate sua de Brughis, obsedit Vinc. 31, 5. 6.
Gandavum[d]. Classis autem ejus mansit in portu prope Brughis nomine Dam. Ferrandus autem comes Flandrensis et
comes Boloniensis et comes Salesberiensis etc. cum potentia magna naves ejus occupant, que erant numero 1700. Quo
audito, rex Philippus, obsidione Gandavi[e] intermissa, istis occurrit, multisque occisis et submersis, plures captivos abduxit.
Totam autem in circuitu regionem incendio consumpsit. Et receptis obsidibus de Gandavo, Ypra, Brugis, Insula, Duaco, in
Franciam rediit. Porro Gandavi, Ypre, Brughis obsides pro 30000 marcis argenti in pace reddidit. Insulam vero
propter malitiam habitantium in ea funditus evertit. Casellum semidirutum relinquit, Duacum in manu sua retinuit.

Tertio anno Friderici Mediolanite, qui semper totum genus Friderici Magni odio immortali persecuti sunt, a Pa- 1213.
piensibus, fidelibus Friderico isti et avo suo Friderico Magno imperatoribus, bis victi sunt, Domino variarum heresium[f] Vinc. 31, 7.
crimen in eis vindicante et favorem illicitum, quem ipsi Ottoni deposito impendebant. Item eodem anno, qui fuit
regis Anglie Johannis 13., idem Johannes spontanee de communi consilio baronum suorum obtulit ac libere concessit

* Frider. II. a princip. Theut. — receptus *ap. Corn. p. 840. 841.*, *sed falso* sec. Mart. *et discisso ordine.*

[a] Ferrariensi *Corn.* [b] *om.* 2. [c] vestibus 1. [d] Gandanum 1. [e] Gandani 1. [f] heresū 1.

[1] falso; sequentia partim ap. Martinum Pol., partim ap. Vincentium leguntur. [2] *Pennes Agenois*, add. Vinc.

Vinc. l. l. Deo et apostolis ejus Petro et Paulo ac sancte Romane ecclesie et domino pape Innocentio III. ejusque successoribus regnum Anglie totumque regnum Hybernie cum omni jure ac pertinentiis suis pro remissione peccatorum suorum et totius generis sui vivorum et defunctorum. Et fecit ac juravit homagium pro predictis regnis Deo ac predictis apostolis et Innocentio pape, ut ea de cetero tamquam feodotarius reciperet ac teneret ab ipso papa ejusque successoribus; cum tamen hec omnia ad imperium Romanorum de plano pertineant. Ad cujus indicium statuit idem Johannes, ut de propriis redditibus predictorum regnorum pro omni servitio et consuetudine, salvo per omnia denario beati Petri, ecclesia Romana mille marcas percipiat annuatim, videlicet in festo Mychahelis 500, et in pascha 500, septingentos quidem pro regno Anglie et 300 pro regno Hybernie, salvis sibi et heredibus suis justitiis et libertatibus atque regalibus ibid. c. 9. suis. Item hoc anno Symon comes Montisfortis, paucos secum habens, per regem Arragonie cum infinita multitudine obsessus est mense Septembri in terra Albigensium, contra quos exiverat. Fuit autem obsessus in castro quod vocatur Morellum. Symon cum suis, invocata[a] Spiritus sancti gratia, egrediuntur, et de obsessoribus inaudito miraculo ad 17000 percusserunt, et regem Arragonum occiderunt. Ipsique de numero suo parvo nonnisi octo peregrinos perdiderunt. Fuerunt siquidem secum peregrini cruce signati contra Albigenses hereticos, quia, elapso jam quinquennio, cum infiniti populi cruce signati in partes illas ad debellandam heresim, nuptias detestantem et carnes comedi prohibentem, aliaque fidei contraria asserentem, accincti fortitudine devenissent, urbemque Byterrim opulentissimam cepissent, 70000 hominum et amplius in ea trucidatis, ac funditus evertissent, inde quoque urbem Carcasonam debellassent, repatriare volentes, invocata gratia Spiritus sancti, istum Symonem Montisfortis comitem de communi consensu elegerunt, ut preesset catholico Cristi exercitui et toti terre illi. Qui urbes et castella debellans et hereticos seva morte interire cogens, multa Dei prelia, peregrinos secum habens, gessit et multas victorias miraculose consecutus est.

1214. Quarto anno Friderici Otto imperator contra Phylippum regem Francorum in Flandria virtute mirabili pugnavit. Vinc 31, 58. Sed Franci jam subdeficientes, equum Ottonis in capite vulneraverunt, unde equus furens se gyravit, a campo recedens. Cumque Ottonem fortissimi quique sequerentur ob custodiam, antequam alium equum acciperet imperator, invaluerunt Franci, capientes et occidentes quam plures in campo, ut prius dictum est. De hoc bello multi multa mentiuntur.

1215. Quinto anno Friderici in die beati Jacobi ipse Fridericus rex Aquis coronatur. Ibi crux predicatur. Quam Fride-Nordhof. 1215. ricus suscepit. Item Innocentius papa generale concilium, quod Lateranense dicitur, Rome celebravit. Ad istud Vinc. 31, 64. 65. concilium ivit beatus Dominicus cum Fulcone Tholosano episcopo, ut octavo anno Philippi et Ottonis. Jacobus Jac. pass. p. 206. in passionali: Hoc tempore beatus Dominicus nocte orans vidit in spiritu Cristum in aere et tres lanceas, quas manu tenebat, contra mundum vibrantem. Cui mater ejus occurrens et ad genua ejus procidens oravit, ut justitiam suam misericordia temperaret, addiditque: 'Habeo fidelem nuntium et servum et strennuum pugilem. Qui ubique discurrens, totum tibi mundum subjugabit. Alium quoque servum sibi in adjutorium dabo, qui secum similiter decertabit'. Cui filius: 'Vellem videre eos, de quibus loqueris'. Produxit igitur virgo sanctum Dominicum. Ac Cristus: 'Vere bonus et strennuus et studiosus pugil est iste'. Obtulit secundo beata virgo sanctum Franciscum. Quem ut primum Cristus commendavit. Sanctus ergo Dominicus in visione dicta socium suum diligenter considerans, quem ante non viderat, sine indice recognovit, et in amplexus ejus et oscula sancta ruens, ait: 'Tu es socius meus, tu pariter curres mecum. Stemus simul, et nullus adversarius prevalebit'. Visionemque predictam sibi per ordinem enarravit. Et ex tunc factum est eis cor unum Mart. Pol. c. 186. pont. et anima una in Domino. Quod et apud posteros mandaverunt perpetuo observari*. Martinus sic: Anno pontificatus sui 18. mense Novembri Innocentius in basilica Lateranensi, que Constantiana vocatur, celebravit concilium generale pro subsidio Terre Sancte, et pro statu universalis ecclesie multa utilia constituta sunt et promulgata. In quo concilio cum patriarchis, episcopis, archiepiscopis et aliis prelatis fuerunt, ut dicatur in summa, 1315[b]. Egkardus[1] sic: Tunc etiam statutum est per Innocentium III., quod canonizatio sanctorum fieri non debet nisi Greg. decr. III, tit. 45, c. 2. per summum pontificem, ut Extra de reliquiis et veneratione sanctorum cap. *Cum ex eo.* Prius Mart. Pol. c. 186. pont. enim quelibet ecclesia sanctos suos cathalogo sanctorum asscripsit, ut sibi videbatur[2]. Tempore quoque concilii Lateranensis Innocentius ecclesiam sancte Marie trans Tyberim consecravit. Demum cum propter sub-

* Innoc. papa generale — observari *ap. Corn. p. 845. 1. ann. Frid.*

[a] invocato 1. 2. [b] 1215. *Mart. P.*

[1] falso; sed cui tribuenda sint verba, explorare non potui. [2] Sed hoc jam fecerat Alexander III. in concilio Romano quod Lateranense III. dicitur et a. 1179. celebratum est; ibi enim jus designandi et nominandi eos, qui pro sanctis coli possent, conciliis et episcopis eripuit et canonizationem quam dicunt inter causas majores, id est illas quae ad pontificem unice pertinerent, retulit.

ventionem Terre Sancte inter Pysanos et Januenses et Lombardos facere pacem intenderet, in itinere ad hoc constitutus, apud Perusium defunctus est, ibique in ecclesia sancti Laurentii tumulatus. Hic libellum abbatis Joachim, quem contra magistrum Petrum Lombardum composuit [1], dampnavit. Dampnavit Almaricum [2] quendam Carnotensem cum sua doctrina; sicut habetur Extra de constitutionibus cap. *Dampnamus* * [3]. Qui Almaricus asseruit, ydeas, que sunt in mente divina, et creare et creari. Dixit etiam, quod ideo finis omnium dicitur Deus, quia omnia reversura sint in eum, ut in eo immutabiliter quiescant; et unum individuum atque incommutabile in eo remanebunt. Dixit enim, Deum esse essentiam omnium creaturarum, et esse omnium. Dixit etiam, quod in caritate constitutis nullum peccatum imputatur. Unde sub tali pietatis specie sequaces ejus omnem turpitudinem libere committebant. Asseruit etiam, quod, si homo non peccasset, in duplicem sexum [a] partitus [b] non fuisset, nec generasset, sed eo modo, quo sancti angeli multiplicati sunt, multiplicarentur et homines. Et post resurrectionem uterque sexus adunabitur; sicut, ut asserit, prius fuit in creatione. Et talem dixit, [Cristum [c]] fuisse post resurrectionem. Qui omnes errores inveniuntur in libro [4] qui intytulatur Pamphyseon. Qui ponitur inter libros Parisius dampnatos. Qui dicitur 'liber Almarici'. Qui Almaricus combustus fuit [5] Parisius cum sequacibus suis. Retrospicias ad annum tertium post coronationem Ottonis istius. Invenitur etiam liber qui dicitur Ewangelium eternum vel doctrina Joachim [6], erroribus plenus. De quo breviter hec extrahuntur. Errores prime partis ewangelii, que appellatur Preparatorium in ewangelium eternum. Primus est, quod ewangelium eternum, quod idem est quod doctrina Joachim, excellit doctrinam Cristi et omne vetus et novum testamentum. Secundus est, quod ewangelium Cristi non est ewangelium regni, ac per hoc nec edificatorium ecclesie. Tertius est, quod novum testamentum est evacuandum, sicut vetus evacuatum est. Quartus est, quod ewangelium Cristi non durabit in virtute sua, nisi per sex annos proximo futuros, id est usque ad annum Domini 1260., id est usque ad annum Rychardi regis Romanorum sextum. Ex quo claret, quod liber iste anno Friderici II. ultimo vel 49. publicatus est. Quintus error est, quod illi, qui erunt ultra tempus predictum, non tenentur recipere novum testamentum. Sextus est, quod ewangelio Cristi aliud ewangelium succedit, et ita per contrarium sacerdotio Cristi aliud [d] sacerdotium succedet. Septimus est, quod nullus simpliciter est ydoneus ad instruendum homines de spiritualibus, nisi illi qui nudis pedibus incedunt. Secunda pars, que appellatur Concordantia [e] veteris et novi testamenti sive Concordantia [e] veritatis, continet hos errores. De primo libro hujus partis extrahitur iste, quod quantumcumque Dominus affligat Judeos in hoc mundo, tamen aliquos reservabit, quibus benefaciet in fine, etiam manentibus in Judaismo, et quod in fine liberabit eos ab omni impugnatione hominum, etiam in Judaismo manentes. Secundus est, quod ecclesia nondum peperit nec pariet filios ante finem

Vinc. l. l.

Greg. decret. I, tit. 1. c. 2.

* tempore quoq. concilii — dampn. *ap. Corn. p. 845.*

[a] sexus 2. [b] perditus 1. 2. [c] *recepi ex Mart., om.* 1. 2. [d] al. *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [e] concordia *Corn.*

[1] Ejus titulus est: de unitate seu essentia trinitatis. [2] Cf. notam ad a. 1208. in fine. [3] Tenor bullae etiam ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1215., nro. 8. [4] *Johannis Scothi* addit Nicol. Trivet in suo chronico ap. d'Achery, Spicileg. T. VIII, p. 559. Itaque Joh. Scotus Erigena in suis commentar. sup. physica illos errores a Martino Pol. traditos exposuerat. [5] Secundum Vinc. Bellov. 30, 107 obiit, sed ejus ossa cum decem sequacibus die 20. Decbr. a. 1210. combusta sunt. Cf. a. 1208. circa finem. [6] Cf. praecipue de hoc viro A. G. Rudelbach, Hieronymus Savonarola und seine Zeit p. 297 sqq. Hamb. 1835. De libro 'evangelium aeternum' vide du Plessis d'Argentré, Collect. judiciorum de novis erroribus T. I. J. G. Engelhardt, kirchengeschichtliche Abhandlungen. Erlangen 1832. Gieseler, Lehrbuch der Kirchengesch. Tom. II, 2, p. 353 sqq. ed. 4.

regni imperialis, quod finietur post sex annos proxime sequentes. Et per hoc datur intelligi, quod religio cristiana, que jam multos peperit vocatos ad fidem Cristi, non est ecclesia. De secundo libro ejusdem partis errores isti trahuntur. Primus est, quod ewangelium Cristi neminem ducit ad perfectum. Secundus est, quod adveniente ewangelio Spiritus sancti, sive clarescente opere Joachim, quod dicitur Ewangelium eternum sive Spiritus sancti, evacuabitur ewangelium Cristi. Tertius est, quod spiritualis intelligentia novi testamenti, etsi judicat, temerarium est judicium, et non est acquiescendum judicio ejus, et quod ipsa Romana ecclesia animalis est, non spiritualis. Quartus est, quod tertius ordo electorum, qui secundum eundem librum est ordo religiosorum, non tenetur se exponere morti pro defensione fidei ac pro conservatione cultus Cristi in aliis hominibus. Quintus est, quod recessus ecclesie Grecorum a Romana ecclesia fuit de Spiritu sancto, ac per hoc datur intelligi, quod viri spirituales non tenentur obedire ecclesie Romane, nec acquiescere ejus judiciis, etiam in hiis que Dei sunt. Sextus est, quod papa Grecus magis ambulat secundum spiritum quam papa Latinus, et per hoc magis est in statu salvandorum, et quod magis est ei adherendum quam pape Romane ecclesie. Septimus est, quod, sicut Filius operatur salutem populi Latini sive populi Romani, quia ipsum representat, sic Spiritus sanctus operatur salutem populi Greci, quia ipsum representat, ac per hoc datur intelligi, quod Pater salvat populum Judaycum, quia ipsum representat. Octavus est, quod, sicut veniente Johanne baptista ea que preterierunt reputata sunt vetera propter nova supervenientia, ita adveniente tempore Spiritus sancti sive tertio statu mundi, ea que precesserunt reputabuntur vetera propter nova, que supervenient. Per quod datur intelligi, quod novum testamentum reputabitur vetus et proicietur. De tertio libro hujus partis unus error extrahi potest, videlicet quod Spiritus sanctus accepit aliquid ab ecclesia, sicut Cristus, in quantum homo, a Spiritu sancto. De quarto libro ejusdem partis in primo tractatu inveniuntur errores duo. Primus est studium enumerandi et concordandi carnales genealogias, que fuerunt in primo statu mundi, et spirituales status secundi
I. Thim. 1, 4. mundi contra apostolum dicentem I. Thymo 1.: 'Rogavi te, ut denuntiares quibusdam, ne aliter docerent nec intenderent fabulis et genealogiis interminatis, que questiones prestant magis quam edificationem Dei, que est in fide'. Secundus est studium manifestandi momenta et tem-
Act. 1, 7. pora eorum, que venient in secundo statu mundi contra illud Act.: 'Non est vestrum nosse tempora vel momenta' etc. In secundo vero tractatu ejusdem libri errores inveniuntur duo. Primus est, quod Cristus et sancti apostoli ejus non fuerunt perfecti in vita contemplantium[a]. Secundus est, quod activa vita usque ad Joachim fructuosa fuit, sed modo fructuosior non est. Contemplativa vero ab ipso Joachim fructificare cepit, et ammodo in perfectis successoribus ipsius perfectius manebit. Et per hoc datur intelligi, quod ordo electorum, ad quem pertinet activa vita, ammodo non fructificabit in edificatione et conservatione ecclesie, sed ordo monachorum ammodo in hiis fructificabit. De quinto libro ejusdem partis in tractatu de septem diebus inveniuntur quatuor valde suspecta et diligenter examinanda[b]. Primum est, quod aliquis de ordine religiosorum futurus est, qui preferetur omnibus ordinibus dignitate et gloria, et in quo implebitur pro-
Ps. 71, 8. missio Psalmi dicentis: 'Et dominabitur a mari usque ad mare'. Secundum est, quod ille ordo, in quo implebitur dicta promissio Psalmi, tunc convalescet, quod ordo clericorum desinet parere. Tertium est, quod ordo parvulorum est ille ordo, in quo implebitur dicta promissio. Quartum est, quod, sicut in primo statu commissum fuit regimen totius ecclesie a patre aliquibus de ordine conjugatorum, in quo auctorizatus fuit ille ordo, et in secundo statu commissum fuit aliquibus de ordine clericorum a Filio, in quo ab ipso glorificatus fuit ille ordo, sic in tertio statu

[a] *ita* 1. 2. *fortasse:* contemplativa. [b] quatuor — examinanda *desunt in* 2.

committetur alicui vel aliquibus de ordine monachorum a Spiritu sancto, in quo ab ipso Spiritu ille ordo clarificabitur. Item in eodem quinto libro in tractatu de Job invenitur unum valde suspectum, videlicet quod nulli, qui presunt collegiis monachorum, diebus istis cogitare debent de recessu a secularibus et parare se ad revertendum ad antiquum populum Judeorum. Item ibidem in tractatu de Joseph et pincerna, cui sompnium apparuit, invenitur, quod predicatores, qui erunt in ultimo statu mundi, majoris erunt dignitatis et auctoritatis quam primitive ecclesie apostoli *. Item in eodem tractatu de tribus generibus hominum, videlicet Israelitis, Egyptiis, Babyloniis, invenitur, quod predicatores et doctores religiosi, quando infestabuntur a clericis, transeant ad infideles, et timendum est, ne ad hoc transeant, ut congregent eos in prelium contra Romanam ecclesiam juxta doctrinam beati Johannis in Apocalypsi 16. cap. Notandum est, quod pluribus videtur liber iste, qui dicitur Ewangelium eternum, non fuisse Joachim, sed aliquis vel aliqui moderni temporis composuerunt illum. Item in eodem libro invenitur, quod sacramenta nove legis evacuabuntur in tertio statu mundi, quia per evacuationem sacramenti altaris infert evacuationem aliorum sacramentorum. Item ibidem in tractatu de hystoria Judith invenitur, quod sacramenta nove legis non durabunt ammodo nisi per sex annos. Hec ex Ewangelio eterno.

Hujus etiam Innocentii temporibus Livonia pro parte conversa est ad fidem. Item h o c a n n o iterum Otto imperator Mart. Pol.
de Colonia in Saxoniam recedere compellitur per Fridericum. Qui illuc eum secutus, dominos Saxonicos sibi subegit. c. 186. pont.
R e t r o s p i c i a s a d a n n u m P h y l i p p i e t O t t o n i s d e c i m u m. Nordhof. 1215.

Sexto anno Friderici Honorius III., natione Romanus, p a p a 1 6 7., sedit annis 10, mensibus 7, diebus 23. Hic 1216.
apud Perusium electus est. Item apud Sanctum Laurentium foris muros Petrum Anthysiodorensem comitem in impe- Mart. Pol.
ratorem Constantinopolitanum coronavit. Item in basilica sancti Petri Fridericum regem Sycilie in imperatorem Roma- c. 187. pont.
norum coronavit, et post excommunicavit eundem, et subditos ejus a fidelitate ipsius absolvit. Item idem Honorius
anno pontificatus sui primo ordinem fratrum predicatorum confirmavit, beato Dominico Hyspano, ejusdem ordinis fundatore,
procurante. Quem Innocentius papa, miraculo sibi divinitus ostenso, confirmare decreverat; sed morte preventus non
poterat. Voluit autem papa ordinem hunc et esse et dici ordinem fratrum predicatorum. Beati siquidem patres Domi-
nicus et Franciscus, novorum ordinum, scilicet predicatorum et minorum, institutores, sub Innocentio papa III. cursum
suum in Domino inchoaverunt et sub ejus successore Honorio consummaverunt. Celebrato concilio Lateranensi, summus Hist. brev.
pontifex Innocentius III. ordinans quedam circa negotium fidei in partibus Tholosanis agenda [a], decernensque super hiis ord.fr.praed.c.3
scribere beato Dominico et hiis qui cum eo erant, accito notario, dixit ei: 'Sede, scribe super hiis fratri Dominico et
sociis ejus in hec verba'. Et stans paululum: 'Noli, inquit, sic scribere, sed hoc modo: Fratri Dominico et cum eo
predicantibus in partibus Tholosanis'. Statimque aliquamdiu plus considerans: 'Sic, inquit, scribe: Magistro Dominico
et fratribus predicatoribus' etc., et surrexit. Sic dixit dominus, et sic scripsit notarius. Nutu Dei tunc presens aderat
Rome sanctus pater. Qui, audito verbo vicarii Jhesu Cristi, gavisus est valde. Nam deinceps in curia et ubique ipse et
filii sui ceperunt se fratres predicatores vocare et ab aliis sic appellari. Verum quia habitus ordinis magis videtur ibid. c. 4.
celitus ostensus quam industria humana inventus, nunc videndum. Beatus enim Dominicus et alii primitivi fratres ali-
quamdiu superpelliciis usi sunt ad modum regularium canonicorum. Demum magistro Reynaldo decano sancti Aniani
Aurelianensis super ordinis ingressu cum beato Dominico conferente, eidem magistro graviter decumbenti, desperantibus
medicis, nocte quadam beata Virgo ei apparens, salutari unctione perunctum sanavit, eique habitum ordinis ostendens,
ait: 'En habitus ordinis tui'. Qua revelatione patefacta, fratres ordinis habitu celitus signato uti ceperunt. Venerabilis
etiam abbas Joachim, Floriacensis ordinis institutor, fratribus suis habitum, quem dictus magister Reynaldus a beata Virgine
acceperat, prophetice demonstrans, in quodam monasterio sui ordinis depingi fecit in Calabria, dicens: 'Cito surget in
ecclesia Dei ordo novus docentium, cui preerit unus major, et cum eo et sub eo erunt 12 prefatum ordinem regentes;
quia sicut Yacob patriarcha cum 12 filiis ingressus est Egyptum, sic ipse cum illis 12 in illo ordine post illum majo-
ribus ingredietur et illuminabit mundum. Parcat illis Dominus, qui causam et occasionem dederunt, ut per provinciarum
divisionem hic propheticus et apostolicus numerus ab ordine tolleretur'. Divina preterea providentia beatum virum ibid. c. 5.
Dominicum, secundum quod de beato Job [*] scriptum est: 'Scies quod multiplex erit semen tuum et progenies tua ut [*] cap. 5.

* qui Almaricus asseruit, ydeas — apostoli *ap. Corn. p. 848—51. 4. ann. Fred. paucis omissis.*

[a] in p. Th. ag. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in loco raso.*

Hist. praed. l. 1. herba terre', nobili prole fecundavit. Dispergente namque beato Dominico fratres suos tamquam quosdam radios, immo quedam luminaria, ubique terrarum ceperunt submittere corda et corpora sua jugo Cristi, decani, prepositi, archidyaconi, abbates, priores, cantores, monachi, canonici et canonici regulares et diversarum facultatum doctores et alie persone vita et scientia eminentes. Et infra breve tempus provincias omnes ultra mare et citra fratribus ordinis ornaverunt et
Nordhof. 1220. civitates ac villas magnas ecclesiis et collegiis impleverunt *. Item hoc anno Fridericus rex celebrem curiam Frankenvord tenens [1], procuravit, per omnes principes fidelitatem Henrico filio suo puero prestari. Quem Enghelbertus episcopus Coloniensis Aquis in regem coronat, ipsumque et totum regnum suscipit in tutelam. Sicque ordinatis Theutonie negotiis, Fridericus post festum sancti Johannis Ytaliam ingreditur cum virtute magna. Et in die beate Cecilie in urbe Roma per Honorium papam imperator coronatur ** [2].

1217. Septimo anno Friderici exercitus Domini cum tribus regibus, scilicet Jerusalem et Ungarie et Cypri, et duobus
Vinc. 31, 79. ducibus, Austrie et Bayoarie, magnaque militia Theutonicorum, qui in auxilium Terre Sancte venerant, et aliis quam plurimis ab Acon profecti sunt, montem Gelboe ad dextram habentes; adversario autem fugiente, Yordanem transeunt, ubi corpora lavant, per biduum quiescunt, copiam victualium et pabuli reperientes. Deinde super litus maris Galylee manserunt, Bethsaydam civitatem Andree et Petri viderunt, et loca, ubi Cristus discipulos vocavit, ubi super mare siccis pedibus ambulavit, turbas in deserto pavit, montem ascendit orare, et locum, ubi cum discipulis post resurrectionem
ibid. c. 81. manducavit. Et sic per Capharnaum, infirmos suos et pauperes in jumentis portantes, reversi sunt Achon. Rex Ungarie cum magno exercitus Domini dampno turpiter cum suis ad patriam rediit. Hoc etiam anno Gallici turpiter fugientes deleti sunt. Unde versus:

Septimus et denus annus cum mille ducentis
Naufragium France conspexit in equore gentis.
Eripuit paucos fuga, sed multos mare mersit,
Ense cadunt vel vincla gerunt, quibus unda pepercit.

1218. Octavo anno Friderici mense Martio applicare ceperunt ad portum Acon coghones cruce signatorum ex pro-
Vinc. 31, 83. vincia Coloniensi, cum aliis paucis tamen de Bremensi et Treverensi provinciis. Excitata enim fuit provincia Coloniensis per signa, que apparuerunt in celo, ad crucem sumendam. Nam in provincia Coloniensi, in dyocesi Monasteriensi, in villa Bedom Frisie, in mense Majo, 6. feria ante pentecosten, cum predicaretur crux ibidem, triplex forma crucis apparuit in aere: due candide, quarum una ad aquilonem et alia ad meridiem apparuit, sine effigie humana, tertia media inter has, et situ et colore habens crucis patibulum et figuram hominis in eo suspensam, elevatis brachiis et extensis cum infixione clavorum in manibus et pedibus, et capite inclinato. Secundo apparuit crux cerulea in villa Frisie Stuthecusen tempore predicationis. Tertio apparuit in Toccum in dyocesi Trajectensi, in qua beatus Bonifacius martirio fuit coronatus. Movebatur autem paulatim ab aquilone ad meridiem. Credimus autem, duas ultimas apparitiones fuisse ad confirmationem
ibid. c. 85. prime. Istis igitur excitata provincia Coloniensis, studio magno et sumptibus fere 300 naves preparavit †. Ex cronicis: Item hoc anno Symon comes Montisfortis in obsidione Tholosana percussus lapide interioris petrarie, in crastino nativitatis sancti Johannis baptiste moritur [3], miles honestus, magnanimus et catholicus. Istud in spiritu previderat beatus Dominicus. Vidit enim dormiens quandam arborem quantitate proceram, ramorum expansione diffusam densarumque frondium venustate perpulcram, et in ramis ejus quiescentem avium multitudinem copiosam. Post paululum arbor corruit, et omnis ille cetus volatilium dispersus aufugit. Intellexit autem beatus Dominicus, vir spiritu Dei plenus, comiti Montisfortis, magno principi pupillorumque tutori, mortem imminere, sicut et rei postmodum probavit eventus ††. Item hoc anno Phylippus rex Francorum constitutiones quasdam fecit generales: primo quod nullus Judeus in vadium recipiat ornamentum ecclesie; secundo ut nullus tradat alicui religioso pecuniam, nisi de consensu capitanei sui et cum litteris patentibus prelati et capituli sui; tertio ut nullus cristianorum vendere compellatur hereditatem aut etiam redditus suos propter debita Judeorum, immo etiam due partes hereditatis seu reddituum debitoris et plegii [a] assignentur Judeo, ac deinceps non currat debitum, et ut [b] debitum non currat ultra annum a mutuo facto; quarto ut libra non lucretur

* ap. S. Laurentium — impleverunt *ap. Corn. p. 845—847., sed paucis mutatis in initio et falso* sec. Vinc. ** Frid. rex — coronatur *ap. Corn. p. 851. 5. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc. † m. Martio applicare — preparavit *ap. Corn. p. 853. 7. ann. Fred., sed pluribus omissis et mutatis.* †† Symon comes — eventus *ap. Corn. p. 855. 8. ann. Fred.* sec. Vinc.

[a] plagii 1. [b] ultra 1.

[1] m. April. a. 1220. [2] d. 20. Novbr. a. 1220. [3] Mortuus est d. 25. Jun. a. 1217.

nisi duos nummos in qualibet septimana; quinto ut propter hoc non capiatur corpus debitoris, aut animalia, carruce, vel Vinc. l. l.
culcitre, seu alia domus utensilia. Item circa idem tempus lacus sancti Laurentii subito erupit, et per Gratiano-
polim et vallem Maurienne in Ysaram et Rodanum decidens, multa hominum millia submersit multasque terras alluvione
destruxit. Item Honorius papa hoc anno, petente priore fratribusque Vallis Scolarium, confirmavit constitutiones eorum. ibid. c. 123.
Jam enim predicti fratres, scilicet Vallis Scolarium, aliquanto tempore antea certam vivendi formam juxta beati Augustini
regulam observandam elegerant, et de approbatis religionibus quasdam institutiones assumpserant. Quas Honorius confir-
mavit. Incepit autem hunc ordinem quidam Gwilhelmus, qui scolaris fuit Parisius, et postmodum in Burgundia rexit,
et tandem cum quibusdam scolaribus suis ad heremum convolavit, et formam vivendi paulatim, ut dictum est, ex
diversis religionibus sibi suisque collegit *.

Nono anno Friderici Jerusalem destructa est a filio Saphadini intus et foris. Muri enim cum turribus redacti sunt 1219.
in acervos lapidum preter templum Domini et turrim David. De sepulchro glorioso destruendo consilium habuerunt Vinc. 31, 86.
Sarraceni. Sed huic temeritati nemo manus apponere presumpsit propter loci reverentiam. Quia credunt, Cristum Jhesum
de Maria virgine conceptum et natum, et sine peccato vixisse, et plus quam prophetam fuisse, cecos illuminasse, leprosos
mundasse, mortuos suscitasse; et ipsum ad celos ascendisse, non discredunt, ut scribitur in eorum Alchorano. Item ibid. c. 88.
hoc anno Nonis Novembris a cristianis capta est Damiata[a] sine deditione, sine defensione, sine violenta depredatione,
cum tumultu, ut soli Deo asscribatur victoria. Soldanus autem confusus castra sua combussit et fugit. Civitas siquidem ibid. c. 87.
Damiata obsidione longa, ferro, fame pestilentiaque graviter et ultra quam scribere queam fuit afflicta. Unde cristiani ibid. c. 88.
ipsam captam ingressi, plateas ejus invenerunt stratas cadaveribus mortuorum. Preter eos, qui vivi comprehensi sunt in ibid. c. 89.
Damiata, [mortui[b]] promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad 30000 vel amplius, quos sine ferro
vel igne percussit Dominus. Ingredientibus civitatem occurrit fetor intolerabilis. Mortui vivos interfecerunt, vir et uxor,
pater et filius, servus et dominus se mutuis fetoribus interemerunt. Nec solum platee mortuis erant plene, sed in
domibus et cubiculis et lectis jacebant defuncti. Infantes ad ubera matrum pendentes inter amplexus morientium oscita-
bant. Denique 80000 fere, sicut captivis referentibus agnitum est, a tempore quo perfecta est obsidio perierunt
in civitate, exceptis eis qui sani vel languidi inveniebantur, quasi ad 3000 et amplius. Quorum quidam mortui sunt
post civitatem victam, quidam magno pretio venditi, quidam baptizati sunt Cristo donati. Damiata civitas naturali ibid. c. 88.
situ loci multum fuit munita, clavis et antemurale totius Egypti, inter Ramesse et campum Thaneos sita, in terra
Gessen, fuitque triplici muro gradatim cincta, sic quod exterior fuit humilior, medius altior, sed interior eminentior ibid. c. 89.
utroque. In medio muro 28 turres principales erant, binas vel trinas testudines[c] continentes. Et sic Damiata ibid. c. 88.
inclita, in regnis famosa multum in superbia Babylonis, in mari dominatrix, cristianorum spoliatrix, capta est. Invenie- ibid. c. 90.
bantur[d] etiam in ea aurum et argentum multum nimis, panni serici multi, vestes pretiose cum varia suppellectili, perle, ibid. c. 91.
poma ambre, fila aurea et varia phylacteria. Item eodem anno cristiani capiunt castrum Thanis. Quod a fluvio
Thanis denominato appellatur. Sarraceni siquidem, visis exploratoribus cristianorum, putantes exercitum totum venire,
seratis portis fugerunt. Fuit autem castrum illud fortissimum, septem turres testudinatas habens, duplici fossato et du-
plici muro cinctum, lacum habens in circuitu sui diffusum, piscosum valde, sic quod de piscariis ejus soldano solvebantur
annuatim 4000 marcarum. Avibus et salinis[e] habundavit. Hec est Thanys, de qua Ysaias*: 'Stulti principes Thaneos, *19, 11.
sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens'. In hac lapidatus fuit Jheremias. Sic igitur ad persua-
sionem Innocentii pape factam in concilio Lateranensi de militia cristiana introducenda in terram Egypti, ut anno istius ibid. c. 83.
quinto dictum est, reges, patriarche, episcopi, duces et alii sine numero cristiani, inter quos etiam provincia Coloni-
ensis cum 300 fere coghonibus erant, primo Achon veniunt, et post ad portum maris Damiate applicantes, Damiatam
capiunt et castrum Thanis. Cumque primo venissent ad portum Damiate et pauci equites Sarraceni excurrerent ad portum, ibid. c. 84.
quidam Friso, fixo dextro genu in terra, et sinistra manu circumferens ancile, dextra spiculum vibravit ferreum. Intuetur
Sarracenus, estimans eum ludere. Sed subito Sarracenus eques cum equo percussus, corruit in terram.

Decimo anno Friderici Damiata multis et sumptuosis laboribus capta, et per annum vel amplius a cristianis pos- 1220.
sessa, postmodum, Pelagio cardinali et legato, templariis et hospitalariis totoque exercitu cristianorum, excepto rege Vinc. 31, 94.
Johanne, qui ob quandam discordiam inter ipsum et legatum motam ab exercitu recesserat, a soldano per infortunium
captis et graviter afflictis, pro redemptione eorum et omnium cristianorum captivorum, qui erant sub potestate soldani,
reddita est paganis. Item hoc anno Tartari terram, que dicitur Georgia, intraverunt eamque vastare ceperunt. Et in ibid. c. 95.
Tripholi civitate Georgie 7000 hominum peremerunt. Propter quod etiam 7000 homines pedibus erectis capitibusque sup-
positis in septem locis eminentibus et diversis infixerunt. Tartari siquidem in signum victorie unum de mille occisis quasi

* Honorius p. hoc anno — collegit *ap. Corn. p. 852. 6. ann. Fred.*

a Damiaca 1. *et ita semper.* b *om.* 1. 2. c testitudines 1. d inveniebatur 1. e feris *Corn.*

Vinc. 31, 96. millenarium taliter erigere consueverunt. In hac etiam civitate parum ante Tartarorum adventum supra 7000 homines
occisi fuerunt. Fuit autem Georgia antiquitus Anthiocheno patriarchatui subjecta cum Armenia et Capadocia sive Turquia.
Post Georgiam intraverunt Tartari majorem Armeniam eamque vastaverunt sibique subjecerunt. In hac Armenia est civitas
nobilis, que Any[a] vocatur, ubi sunt 1000 ecclesie et 100000 familie sive domus inhabitate. Quam Tartari ceperunt in 12
ibid. c. 97. diebus. Prope Any[a] est mons Arath, ubi requiescit archa Noe. Et in pede montis illius est prima civitas, quam edifi-
ibid. c. 94. cavit idem Noe, et vocatur hec civitas Ladinine[b]. Dicit hic Egkardus[1], quod ante Damiatam perditam princeps
Damasci destruxit Sapheth, castrum firmissimum, quod quondam fŭerat templariorum. Nuntii quoque imperatoris Fri-
derici, deferentes litteras ejus cum aureis bullis, exercitum Dei superveniunt, adventum imperatoris enuntiantes. Supervenit
Mart. Pol. etiam de Ytalia militia copiosa. Fridericus siquidem imperator, dudum cruce signatus, durante sententia excommunicationis,
c. 101. imp. mare transivit, majorem desolationem quam consolationem Sancte Terre relinquens secundum Martinum.

1221. Undecimo anno Friderici, qui est Domini 1221., 8. Ydus Augusti beatus pater Dominicus beato fine quievit in
Vinc. 31, 113. Domino. Cujus exsequiis interfuit dominus Hugolinus Ostiensis episcopus et apostolice sedis in Lombardia legatus, post-
modum vero papa Gregorius IX., corpusque ejus sacrosanctum cum digna devotione per semetipsum in ecclesia fratrum
Bononie, ubi migravit, sepulture mancipavit*. De miraculis ejus et vita, et almi confessoris beatissimi
*p. 294. Francisci, fundatoris ordinis fratrum minorum et patris eorundem, videas Jacobum* in passionali.
Vinc. 31, 124. Item ex cronicis: Hoc etiam anno Wilhelmus episcopus Nyvernensis, peritus utriusque juris, qui tempore maxime
caristie 2000 pauperum cottidie pavit, in vigilia ascensionis dominice migrat ad Cristum. Item sanctus Thomas
de Aquino nascitur.

1222. Duodecimo anno Friderici Johannes Ierosolimitanus propter amissionem Damiate et suorum debilitationem trans-
Vinc. 31, 125. fretat, auxilium petiturus[c]. Et Fridericus imperator filiam unicam regis ejusdem ducit uxorem per verba de presenti, et hoc
juramento affirmat coram papa Honorio.

1223. Tertiodecimo anno Friderici Phylippus rex Francorum 39. obiit, anno regni sui 50., et in ecclesia beati Dyonisii
Vinc. 31, 125. sepelitur. Mirabile fecit testamentum, quia Johanni regi Ierosolimorum legavit 100[d] libras Parisienses, et totidem tem-
plariis, totidem hospitalariis assignavit. Multos in regno comitatus acquisivit, scilicet Viromandensem, Claremontensem,
Bellomontensem, Pontinensem, Alenconnensem, Cenomannensem, Turonensem, Andegavensem et Pictavensem**. Item
hoc anno imperatoris Friderici nuptie predicte sollempniter celebrantur[2].

1224. Quartodecimo anno Friderici Lodewicus XI., rex Francorum 40., filius Phylippi, cepit, et tribus annis regnavit.
Vinc. 31, 125. Fuit autem 37 annorum, cum regnare cepisset. In isto rediit regnum ad styrpem Karoli imperatoris, quia mater ejus fuit
c. 126. filia Baldwini comitis Hannonie[e], qui fuit de sanguine Karoli Magni***. Item eodem anno Amalricus comes Montis-
fortis a partibus Albigensium redit ad patriam propter inopiam victualium, relinquens Carcasonam urbem munitissimam et
alia etiam castra, que cum labore maximo et sumptu inestimabili et amissione gentium fuerant acquisita et per annos 14
a catholicis possessa †.

1225. Quintodecimo anno Friderici quidam fingens se esse comitem quondam Flandrie Baldwinum et imperatorem Con-
Vinc. 31, 127. stantinopolitanum, venit in Flandriam in habitu peregrino. Cui multi nobiles et ignobiles favebant, quia intersignia multa
dicebat, quod esset idem Baldwinus, resistentes autem viriliter debellabat. Tandem fraus detegitur, et comitisse Flandrie
traditus, diversis penis affectus, per ipsam ultimo, id est jussu suo, in patibulo suspenditur ††. Item ex cronicis
Nordh. chr. de Marka: Quintus de Altena Adolfus, Friderici filius, qui fuit comes de Marka primus, sibi providens, super Lippiam et
p. 386. Orsnam fluvios construxit opidum Ham †††, scilicet anno Domini 1225. in die cinerum, et super Ruram fluvium, ubi Ysen-
berch dirutum fuit, Blankensten[f] edificavit anno sequenti in die Pancratii[3]. Dapifer comitum istorum fuit Bernhardus
Bitter 25 annis, et multum ampliavit dominium. Castrum de Marka obtinuit a quodam Rabodone, villas Untorpe, Unna,
cf. ib. p. 387. curiam Havesborch et Blankensten construxit. Et exhinc de Marka dicti sunt ††††. Post hunc Henricus dux Limborgensis,

* cujus exsequiis — mancip. *ap. Corn. p. 856. 9. ann. Fred.* ** Philippus rex — Pictav. *ap. Corn. p. 860. 13. ann. Fred., sed falso* sec. Wilh. *** Lodewic. XI. — Magni *ap. Corn. l. l.* † Amalric. comes — possessa *ap. Corn. p. 861. 13. ann. Fred.* †† quidam fingens — suspend. *ap. Corn. p. 861. 14. ann. Fr.* ††† Adolfus — Ham *ap. Corn. p. 857. 11. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc. †††† quintus de Altena — sunt *ap. Corn. p. 861. 15. ann. Fr., sed falso* sec. Vinc.

[a] Ani 2. Am *Vinc.* [b] Laudume *Vinc.* [c] in Galliam *addit Vinc.* [d] 100000 *Vinc.* [e] Hannonie 1. [f] Blankensteyn 2.

[1] falso; legatur *Vincentius.* [2] m. Novbr. a. 1225. Brindisi. [3] d. 12. Mai. a. 1227.

qui filium dicti Friderici de Ysenberch comitis et sororis sue cum ipsa sorore susceperat conservandos et nutriendos, qui Northof. l. l.
dux etiam tunc erat comes de Monte, querens pro avunculo suo aliquid de hereditate paterna recuperare, exercitu maximo[a]
congregato, super fluvium Lene castrum construxit, et Limborch, nomine castri sui Limborch, appellavit. Et exinde comi-
tibus de Monte castrum Limborch patere debet ad exeundum et redeundum. Hic Adolfus primus comes de Marka de p. 388.
sorore comitis Gelrie filios suscepit Everhardum, qui in torneamento apud Nussiam mortuus est, et Enghelbertum et
Gerhardum et Ottonem. Gerhardus fit episcopus Monasteriensis[1]; Enghelbertus fuit comes de Marka secundus. De quo
infra quinto anno Rodulfi regis Romanorum. Retrospicias ad capitula Lotharius II. et Fridericus I.

Sextodecimo anno Friderici rex Francorum Lodewicus cum multis nobilibus cruce signatis contra Albigenses proce- 1226.
dentes, cum venissent Avinionem, urbem inexpugnabilem, per septem jam annos excommunicationi subjectam propter heresim, Vinc. 31, 128.
porte clauduntur, et rex transire non permittitur. Instruitur igitur obsidio. Sumptus fiunt inestimabiles. De catholicis
circa 2000 hominum moriuntur celorum ymbre et lapidum volatu et etiam infirmitate propria. Tandem Avinionenses,
datis 200 obsidibus de melioribus ville, jurant stare mandato ecclesie. Igitur jussu legati, rege imperante, fossata re-
plentur, 300 domus turrales, que in villa erant, et omnes muri circumquaque solo diruti coequantur. Rex inde movens
exercitum, per provinciam progreditur. Castra, civitates et fortericie omnes redduntur ei pacifice usque ad leucas quatuor
a Tholosa.

Decimo septimo anno Friderici rex Francorum Lodewicus obiit[2]. Cujus filius primogenitus Lodewicus XII., Fran- 1227.
corum 41., etatis annum 14. jam completurus, coronatur in regem Francorum. Item Ferrandus comes Flandrie, qui Vinc. 31, 129.
per 12 annos et menses 6 Parisius in captione regis detentus fuerat, multa redemptus pecunia liberatur*. Item 15.
Kal. Aprilis Honorius papa moritur et in ecclesia beate Marie sepelitur. Cui successit Hugolinus Ostiensis episcopus, et
Gregorius IX. appellatur. Iste Gregorius IX., natione Campanus, papa 168., sedit annis 14. Hic sententiam, quam Mart. Pol.
Honorius contra Fridericum imperatorem fulminaverat, roboravit. Per Raymundum ordinis predicatorum, penitentiarium c. 188. pont.
suum et cappellanum, ex pluribus voluminibus decretalium compilavit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti.

Decimo nono anno Friderici beatus Antonius de ordine fratrum minorum floruit, ex Hyspania oriundus, qui primo 1229.
dictus est Fernandus. In ordine sancti Augustini primo religionis habitum suscepit; deinde fratrum minorum habitum Vinc. 31, 131.
assumpsit. Veniens autem ad locum qui Sanctus Antonius dicebatur, se deinceps Antonium appellari rogavit, ut impor-
tunitates querentium se sub ignoto facilius nomine declinaret**. Tanti fervoris fuit in fide, ut circa ingressus sui pri-
mordia transiret ad Sarracenos, animo martirium patiendi. Rediens autem in Ytaliam per mare, cum fratribus quieti,
orationi, meditationi et simplicitati totus deditus est, et tandem apud Paduam, ubi diutius predicaverat, infirmatus, beato ibid. c. 133.
fine quievit anno Friderici imperatoris 21., qui est Domini 1231. Quievit autem feria tertia 13. die Junii. Et ibid. c. 136.
eodem tempore sancta Elyzabet lantgravia Thuringie ad Cristum migravit et a Gregorio canonizatur. Qui etiam anno ibid. c. 135.
pontificatus sui sexto beatum Antonium de ordine minorum cathalogo sanctorum ascripsit.

Vicesimo anno Friderici facta est Parisius dissentio inter scolares, in tantum ut dispersi quidam Remis, alii 1230.
Andegavis, alii Aurelianis, alii vero vel in Angliam vel in alias mundi provincias studii causa proficiscerentur. Ex cro- Vinc. 31, 137.
nicis Francorum sic: Magna dissentio inter clericos Parisius et burgenses exoritur. Burgenses clericos quosdam Gest. Lud. IX.
occiderunt. Propter quod clerici de Parisius per mundum dispersi sunt. Lodwicus rex cernens, quod studium litterarum, a. 1230.
quod primo venerat ab Athenis Romam, et post a Roma Parisius, nunc de Francia recessisset, graviter indoluit, et studio
quo potuit clericos Parisius revocans, fecit eis per burgenses satisfieri, et decenter eos foveri mandavit† per eosdem, ne
videlicet per elongationem studii et regnum dehonestaretur et burgenses questum tantum a scolaribus et cle-
ricis non haberent.

Vicesimo tertio anno Friderici rex Arragonum cepit insulam Majoritarum[3] et Valentiam civitatem, 1233.
ubi beatus Vincentius fuit passus ††, et inde expulsis Sarracenis, cristiano nomini dedicavit. Item
hoc anno Raymundus frater ordinis predicatorum composuit, ut dictum est, librum decretalium,
quo nunc utimur in judiciis et scolis. Item secundum Martinum Gregorius IX. Reate beatum Domi- Mart. Pol.
nicum inventorem et magistrum ordinis predicatorum, quem propria manu Bononie sepeliverat, canonizavit, anno scilicet c. 188. pont.

* rex Franc. — liberatur *ap. Corn. p. 863. 18. ann. Fr., sed falso* sec. Wilh. *et paucis additis.*
** b. Antonius — declinaret *ap. Corn. p. 864. 19. ann. Fr., sed falso* sec. Wilh. † magna
dissentio — mandavit *ap. Corn. p. 864. 19. ann. Fr., falso autem* sec. Vinc. †† rex Ar-
rag. — passus *ap. Corn. p. 865. 21. ann. Fr.*

[a] magno 2.

[1] Obiit d. 11. Aug. a. 1272. [2] d. 8. Novbr. a. 1226. [3] Hodie Majorka.

Domini 1233., a confirmatione ordinis anno 18. et a morte ejus anno 11. Item anno sequenti proximo 6. Kal. Junii Stedinghi [1], cruce contra eos ut hereticos predicata, trucidantur, ubi et fratres quidam ordinis predicatorum pro fide martyrio coronantur.

1235.

Mart. Pol. c. 188. pont.
Vicesimo quinto anno imperii sui Fridericus imperator patrimonium ecclesie in magna parte occupavit et papam Gregorium obsedit in Urbe. Papa vero videns Romanos pene[a] cunctos pecunia corruptos, accipiens capita apostolorum et processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum faciens, animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes contra imperatorem cruce signarentur. Quod imperator, qui jam Urbem se credebat intraturum, audiens, ab Urbe retrocessit.
Vinc. 31, 137.
Item hoc anno in Aquitania fames valida facta est, ut homines more jumentorum herbas campestres ederent. Et post facta est ibidem magna pestilentia, qua multi sacro igne accenderentur. Item suffocatus est comes Hollandie Florentius in torneamento juxta Corbejam mense Junio.

1236.

Vinc. 31, 137.
Vicesimo sexto anno Friderici Ydibus Februarii magister Jordanus, ordinis predicatorum magister et rector generalis, vita et doctrina mirabilis, ultra mare, quo ad predicandum Sarracenis ierat et ad loca sancta visitandum, in portu maris obiit. Siquidem inundante maris sevitia suoque impetu galeam, in qua[b] cum duobus fratribus et aliis 90 personis erat, ad litus propellente, pariter cum illis ab hoc seculo nequam beneficio mortis est ereptus. Dum corpora jacerent inhumata, ut testantur illi, qui de ipso naufragio evaserunt et qui sanctos propriis manibus sepelierunt, luminaria de celo super illos singulis noctibus effulserunt. Sed et cruces multe super illos et a multis vise sunt. Ad quod miraculum incole loci confluentes, tanti odoris fragrantiam hauserunt, ut juxta testimonium illorum, qui post visa miracula tres illos sepelierunt, usque post 10 dies odor nimius ab ipsorum manibus non recederet. Sed et per sepulture circuitum ejusdem suavitas odoris latius emanabat, usquequo fratres de Achon cum barcha venientes, illos in ecclesiam suam transtulerunt, ubi et dictus pater sanctissimus miraculis choruscat multaque multis beneficia prestat.
Bern. Guid. lib. de mag. ord. praed.
Ex cronicis ordinis predicatorum: Hic fuit secundus magister ordinis, natione Saxo de dominio de Dasle in dyocesi Hildensemensi [2]. Electus fuit in magistrum tertio capitulo generali Parisius celebrato anno Domini 1222. Erat autem tunc prior provincialis Lombardie. Temporibus suis ordo merito et numero multum fuit dilatatus: mille fratres et amplius manu sua fertur ad ordinem recepisse et habitum induisse. Hic litteras primus ad provincias a capitulo generali misit. Sub ipso fratres primo ad legendum Parisius licentiati sunt, et quia doctores egregii multi mox circa principium ordinem intraverant, duas scolas ibidem acceperunt. Annis fere 15 magister Jordanus ordinem optime rexit et direxit.
Brev. hist. ord. praed. c. 4.
Scripsit autem postillam gratiosam super apocalipsim, quam vidi, item super Priscianum minorem, item quedam geometricalia delicata. De hoc patre vide totam tertiam partem libri qui dicitur 'Vitas fratrum predicatorum'*.
Vinc. 31, 138.
Item hoc anno fratres predicatores et minores ad hoc ipsum officium a papa Gregorio vocati, sue predicationis exhortatione multos de Francia barones, milites, plebanos, clericos et laycos cruce signarunt in subsidium Terre Sancte. Qui tamen, annuente Gregorio papa[c], per annos 4 vel 5 passagium distulerunt. Hiis quoque temporibus orta iterum inter imperatorem et papam dissentione, imperator excommunicatus, contra Romanam ecclesiam insurgens, itinera quoque obsidens, Romipetis insidiatur. Ob hoc Jacobus Prenestinus episcopus, monachus albus, in Franciam
G. Lud. IX. p. 335.
legatus a papa petendi subsidii causa latenter dirigitur. Fridericus rem previdens, mandat per litteras Lodewico regi Francorum, quod personis ecclesiasticis regni sui et cunctis, quos predictus Jacobus secum Romam ducere vellet, ire libere tam per mare quam per terram penitus denegaret. Et ex tunc imperator mare terrasque diligenter fecit custodiri.
Vinc. l. l.
Jacobus igitur peracto negotio revertens, ab imperatore capitur. Sed et dominus Otto cardinalis, jam pridem in Angliam ab ipso papa missus, eodem tempore rediens, etiam ipse ab imperatore detinetur. Ipso quoque tempore papa concilium episcoporum et prelatorum aliorum Francie ad se vocatum per dictum Jacobum in mare perdit. Nam filius naturalis Friderici imperatoris vias maris observans, ipsos atrocissime invasit et post bellum asperum cepit et in diversis munitionibus incarceravit.
Vinc. 31, 139.
Egkardus sic[3]: Gregorius papa duos cardinales, scilicet Jacobum Prenestinum et Ottonem, pro subsidio ecclesie contra Fridericum legatos misit, unum in Franciam et alium in Angliam. Qui cum redirent ad curiam

* magister Jordanus — predicator. *ap. Corn. p. 865. 20. ann. Fr., paucis mutatis.*

[a] fere 2. [b] quo 1. [c] et *add.* 2.

[1] Cf. Scharling, de Stedingis. Hafniae 1828. 8. Hahn, Gesch. d. Ketzer im Mittelalter I, p. 403.
[2] Verba *natione — Hildensemensi* desunt ap. Quetif. — Martene et Durand., ampl. collect. Tom. VI, p. 531. pro iis praebent: *de provincia Saxoniae et ipse natione Saxo de villa quae dicitur Borterge dioecesis Moguntinae.* Lessmann, qui in Westfael. Kirchenblatt V. Jahrg. 1852. Paderborn. Nro. 17. 18. consulto de Jordano quaesivit, cum nominat Westfalum. Ille obiit d. 13. Febr. a. 1237. Ejus vita in Surii Acta SS. ad d. 13. Febr.
[3] falso; legatur *Vincentius*.

cum pluribus prelatis, per Manfredum et Pisanos capiuntur et crudeliter incarcerantur. Quorum litteris gemitibus plenis Vinc. l. l.
beatus Lodwicus receptis, petit ab amico suo imperatore Friderico, quod prelatos Francie, quos captivos detinebat, ob
preces suas redderet libertati. Imperator renuit sicque respondit: *Non miretur regia celsitudo, si prelatos Francie in* Gest. Lud. IX.
*angusto cesar tenet augustus, qui ad cesaris angustias trahebantur.* Beatus Lodewicus rescripsit eidem sic: *Tenuit* 1249. p. 336.
*hactenus indubitanter nostra fiducia, quod inter imperium et regnum nostrum longo tractu temporis nulla suboriretur*
*materia odium vel scandalum paritura, cum predecessores nostri reges Francorum universi usque ad tempora nostra*
*imperii sublimitatem zelaverint. Et nos, qui post ipsos Deo volente regnamus, in eodem proposito permanemus. Sed vos*
*unitatem pacis et concordie disrumpentes, prelatos regni nostri ad sedem apostolicam accedentes, cui tam ex fide quam*
*ex obedientia tenebantur, nec ejus poterant recusare mandata, in mari, quod, moleste ferimus, capi fecistis, et ipsos sub*
*gravi custodia detinetis. Nam sicut ex eorum littera didicimus, nichil contra imperialem celsitudinem cogitaverant, etiamsi*
*summus pontifex esset ad aliqua minus debite processurus. Unde cum in eis nulla vestri gravaminis causa inveniatur,*
*decet altitudinem vestram, dictos prelatos regni nostri debite restituere libertati. Provideat igitur imperialis prudentia et*
*ponat in statera judicii, quod rogamus, nec velit trahere locum a potentia vel voluntate. Nam regnum nostrum non est*
*adeo debilitatum, quod se permittat vestris calcaribus perurgeri.* Imperator hec intelligens et inimicitias sibi multiplicare
nolens, accepto prius a prelatis Francie sacramento, quod in malum suum nichil essent acturi, omnes eos pariter liberavit*.

Vicesimo octavo anno suo imperator Fridericus filium suum Henricum regem Theutonie, accusatum sibi de rebel- 1238.
lione, captum in Apuliam deduxit et carceris squalore suffocavit. Item tertius magister ordinis predicatorum Ray- Mart. Pol.
mundus, natione Cathalanus Barcinonensis, hoc anno in capitulo generali Bononie non presens eligitur. Hic constitutiones c. 101. imp.
fratrum per distinctiones et capitula ordinavit. Cumque per biennium ordinem gloriose rexisset, ad magnam suam in- Brev. hist. ord. fr. praed. p. 339.
stantiam propter debilitatem suam nimiam in alio capitulo Bononiensi fuit absolutus a magisterio**, anno scilicet Domini
1240. Ex cujus absolutione tanta est secuta turbatio, quod ob hoc statutum fuit, ne in posterum admitteretur absolutio
magistri, nisi propter impedimenta perpetua. Supervixit autem in conventu Barcinonensi annis 35, ubi et in Domino
quievit anno Domini 1275. in die epiphanie, multis choruscans miraculis. Iste decretales ordinavit, ut dictum est.

Tricesimo anno Friderici Gregorius papa multis et magnis tribulationibus undique pressus, postquam 14 annis 1240.
sederat in pontificatu, mense Augusto[1] migravit ad Cristum. Item hoc anno apud Cremonam facta tempestate maxima, Vinc. 31, 138.
cecidit lapis grandis, in quo erat crux et ymago Salvatoris expressa, desuperque scriptum aureis litteris: *Jhesus Naza-*
*renus rex Judeorum.* Cecidit autem in monasterio sancti Gabrielis. Quo in aqua liquefacto[a], inunxerunt monachi oculos
cujusdam fratris cecutientis, et statim clare vidit†.

Tricesimo primo anno ejus Celestinus IV., natione Mediolanensis, papa 169., sedit diebus 17. Iste prius fuit 1241.
episcopus Sabinensis, laudabilis vita et scientia. Sed quia senex et infirmus, cito moritur. Post ejus obitum sedes Mart. Pol.
Romana vacavit per 22 menses et dies 14 propter electorum inter se dissentionem. Fuit autem hic Celestinus prius c. 189. pont.
dictus Gaufredus. Item hoc anno a dominica post natale Domini usque ad exaltationem sancte crucis fuit siccitas magna, Vinc. 31, 138.
vinaque tam fortia creverunt, ut sine aqua commode bibi non possent. Item Tartari regnum Turquie nobilissimum c. 147. 142.
et opulentissimum simul omnes crudeliter invadunt et vastant. Siquidem prius per 20 annos regnum illud impugnaverant,
sic tamen, quod unus Bacho eorum vel duo contra illud insurgebant.

Tricesimo secundo anno Friderici bellum maximum fuit in Pyctavia inter reges Francie et Anglie. Item hoc anno 1242.
Kal. Junii passus est apud Avinionem ab hereticis Wilhelmus Armaldi de ordine fratrum predicatorum, Vinc. 31, 148.
et duo fratres secum, Bernhardus de Rupeforti et Garsias de Aura. Item hoc anno Tartari vastaverunt Polo- ibid. c. 149.
niam et Ungariam cum principe suo nomine Bacho. Acquisivit quidem rex Tartarorum per Bacho ducem in partibus aquilonis
Rusciam, Sugdaniam, Gazariam, Guttiam, Ziquiam, Alaniam, Apolloniam[b] ceteraque regna, et omnibus computatis erant
30. Ungariam etiam pro magna parte destruxit et usque ad fines Theutonie processit. Post quam debachationem in
Ungaria tanta fames invaluit, ut homines vivi mortuorum hominum cadavera comederent. Canes etiam et cattos et quid-
quid talium invenire poterant, edebant. Ex Egkardo[2] sic: Tartari simul omnes in unum congregati, cum regnum ibid. c. 147.
Turquie expugnassent, primam civitatem Turquie, que dicitur Arseron, obsederunt. Quibus dedita est civitas eo pacto,

* hiis quoque tempor. orta — liberavit *ap. Corn. p. 882. 26. ann. Fred., pluribus omissis vel mutatis.* ** tertius mag. ord. — magisterio *ap. Corn. p. 883. 27. ann. Fr., sed falso* sec. Vinc. † ap. Cremonam — vidit *ap. Corn. p. 885. 30. ann. Fr., sed falso* sec. Eggh.

[a] *pro* quo in aq. liq. *hab. Guil. Nang gest. Lud. p. 335:* quo de aqua in aquam; *Vincent* : et de aqua, in quam liquefactus est. [b] Appoloniam 2.

[1] d. 21. Aug. a. 1241. [2] falso; legas: *Vincentio.*

Vinc. l. l. ut nullus habitatorum civitatis illius aliqualiter lederetur, sed ut servi tenerentur. Sed Tartari civitatem intrantes, jura-
menta sua et pacta statim ruperunt, et omnes habitatores civitatis occiderunt. Dicitur autem, quod Arseron sit terra
Hus, in qua quondam beatus Job habitavit et regnavit. Simili fraude Tartari procedentes ad Ersengham[a] civitatem,
omnes Turcos habitatores ejus interfecerunt. Et inde procedentes iidem Tartari, usque ad Cesariam[b] Capadocie perve-
ibid. c. 149. niunt, omnia devastantes. Poloniam etiam et Ungariam et juxta mare Ponticum Rusciam et Gazariam cum aliis 31
regnis vastantes, usque ad fines Germanie pervenerunt. Cum autem Ungaros timerent, immolaverunt demonibus, petentes
responsum, utrum Ungariam transire deberent. Quibus demones: 'Ite securi, quia spiritus discordie et incredulitatis
precedet vos, quibus Ungari turbati non prevalebunt'. Sicque factum est; quia ante introitum Tartarorum rex et prin-
cipes, clerus et populus invicem dissidebant et ideo parare se noluerunt; sed pavore concussi hinc inde fugerunt, et
Mart. Pol. post sequitur pestilentia, ut dictum est. Martinus sic: Gens Tartarorum, occupatis orientalibus partibus et crude-
c. 101. imp. liter subactis, in duo agmina se dividentes, Poloniam et Ungariam intraverunt. Ibi campestri bello cum ipsis habito,
frater regis Ungarie dux Colmannus in Pannonia et in Polonia nobilis dux Slezie[c] Henricus occiditur. Reliquum vero
vulgus tam in viris quam in mulieribus, quos invenire potuerunt, in ore gladii exterminantes, sic terras illas et maxime
Ungariam redegerunt in solitudinem, ut pre fame pervalida matres puerorum suorum carnibus vescerentur, et plerique
Vinc. 31, 150. pulvere cujusdam montis pro farina uterentur*. Ex cronicis Francorum: Tartari Turcos bello contriverunt, et usque
ad Yconium civitatem regiam terram vastaverunt. Siquidem soldanus Turcorum, relictis tentoriis, fugit pre timore.
Habebat autem iste soldanus bigas 40[d] oneratas loricis, habebat circiter 3000 summariorum[1] suppellectilibus suis oneratos,
camelos quoque 30 bizantiis aureis spissis et latis ad palme latitudinem onustos, quorum unumquodque valebat 100
bizantios. Habebat et 300 summarios soldanus oneratos, quorum[e] quilibet portabat 40 soldanorum. Habebat etiam 3
scalas, in quarum una erant 6 gradus, in alia 4, in tertia 3. Erantque due prime, ut dicitur, argentee, tertia vero aurea.
Porro vas argenteum, de quo bibebat vinum soldanus cum suis, erat magnitudinis duorum modiorum et amplius. Vasa
quoque aurea et argentea diversimode fabricata ibi erant in multitudine tanta, quod implebatur ex eis domus una. Fertur
autem, quod thesaurus imperatoris Manuelis in Turquia perditus fuerit, et remansit ibi; ubi fuerunt 1000 currus auro et
argento onerati. Habuit etiam soldanus in exercitu suo 40000 lanceas, quarum[f] ferra sive cuspides erant ex auro**.
Retrospicias ad finem anni septimi capituli 92.

1243. Tricesimo tertio anno Friderici post biennem sedis Romane vacationem electus est in papam cardinalis Senebaldus
Vinc. 31, 152. et appellatus Innocentius IV. Hic non multo post electionem suam sedes cardinalium plures ex longo tempore vacuas
personis honestis ex diversis mundi partibus implevit, et ecclesiam a tempore beati Gregorii multis debitis obligatam
Mart. Pol. per industriam suam exoneravit. Martinus: Iste fuit natione Januensis, de comitibus Lavanie. Sedit autem, papa 170., per
c. 190. pont. annos 11 et menses 6. Lugduni canonizavit sanctum Edmundum confessorem, Cantuariensem archiepiscopum†. Apud
Perusium vero canonizavit sanctum Petrum Veronensem fratrem ordinis predicatorum, ab hereticis ob fidem interfectum.
Item sanctum Stanizlaum Cracoviensem[g] episcopum, occisum ab iniquo principe, canonizavit.

1244. Tricesimo quarto anno Friderici papa Innocentius fecit cardinales magistrum Odonem, cancellarium Parisiensem, et
Vinc. 31, 152. fratrem Hugonem de Cheliderio[2], priorem provincialem Francie, fratrem ordinis predicatorum. Qui primus postillator
exstitit, et totam bibliam egregie postillavit et excellenter in tantum, quod hucusque secundum
Brev. hist. o. pr. non habuit††. Scripsit siquidem super Genesim, super Exodum, super Numeri, super Leviticum, super Deuteronomio,
Quetif. I, p. 198. super Ruth, super Judicum, super Regum, super Paralipomena, super Esdram, super Neemiam, super Thobiam,
super Judith, super Hester, super Job, super Psalterium excellentissime, item super Parabolas, super Ecclesia-
sten, super Cantica, super Ecclesiasticum, super Sapientie, super Ysaiam, super Jeremiam, super Baruch, super Eze-
chyelem, super Danielem, super 12 prophetas minores, super Machabeorum, super Matheum, super Marcum, super Lucam,
super Johannem, super Actus apostolorum, super ad Romanos, super ad Chorinthios, super ad Ephesios, super ad Colo-
senses, super ad Philippenses, super ad Thimotheum, super ad Tytum, super ad Philomonem[h], super ad Tessalonicenses,

* gens Tartar. occupatis — uterentur *ap. Corn. p. 884. 29. ann. Fr., falso autem* sec. Vinc.
** Tartari Turcos — auro *ap. Corn. p. 886. 32. ann. Fr.* † Lugduni — archiep. *ap. Corn. p. 887. 33. ann. Fr.* †† papa Innoc. — habuit *ap. Corn. l. l.*

[a] Exsengham 2. Arsengam *Vinc.* [b] Cesaream 2. [c] Blesiae *Mart. P. ed.* [d] 40000 *Vinc.* [e] q. q. p. 40 s. *in margine supplevit* 1. *eadem manu.* [f] quorum 1. [g] Craconiensem 1. [h] Philomensem 2.

[1] i. e. saumariorum. [2] In hujus nomine scriptores variant; Vincent. eum vocat *de Theodorio*, Chronic. praedic. ap. Martenaeum l. l.: *de s. Caro*, Quetif.: *Hugo de s. Charo vel de s. Theuderio.* Proprie *Hugues de St. Chers.*

super ad Hebreos, super epistolam Jacobi, super epistolas Petri[a], super epistolas Johannis, super epistolam Jude, super Apocalipsim. Item scripsit super 4 libros Sententiarum. Scripsit etiam Speculum ecclesie. Et sicut temporibus primis solus Origenes, cum doctos vicerit omnes, ipse sui victor exstitit in Canticis canticorum, sic temporibus hiis solus Hugo, cum postillatores omnes excesserit, ipse se ipsum in ewangeliis, in psalterio et in Ysaia victor superivit, non tantum extensive, quatuor sensuum quemlibet latius et diffusius prosequendo, sed et intensive de quolibet gratiosius et impermixtius disserendo. Legis enim verba per legem explanavit, nec philosofica, nec alia quelibet intermiscens, nec musas poeticas vel meretriculas scenicas[b] interponens, Dei verbum adulterabatur. Averrois Avicennam redarguit, quod verba legis et verba philosofie miscuerit. Moyses* dixit: 'Non seres vineam tuam diverso semine, non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est'. Horatius** dicit in poetria, quod in doctrinis quorundam vitiose

hist. ord. pr. l. l. ibid. p. 201.

*Deut. 22, 9, 11.
**ad Pis. v. 15.

Purpureus, late qui splendeat, unus et alter
Assuitur pannus.

Sed hic beatus vir non abiit. Sed in lege Domini die nocteque meditatus, legem per legem exposuit. Nec est adhuc inventus similis, qui sic conservaret legem Excelsi. Unde et Excelsus honestavit illum in laboribus, et vere complevit labores illius. Non enim more locustarum interdum subvolavit, ut de uno saltaret in aliud, medio subderelicto, sed in tota biblia nichil intactum pretermisit, sicut et de Moyse Deuteronomio 31.[c] dicitur[d]: 'Locutus est Moyses verba carminis hujus, et ad finem usque complevit'. Vide inferius annum octavum Rychardi.

Deut. 31, 30.

1245.

Tricesimo quinto anno Friderici Innocentius papa post magnum tractatum cum imperatore de pace habitum, dum ipsius adversus ecclesiam contumaciam perpendisset, occulte Januensium auxilio devenit in Lugdunum[1]. Et celebrans concilium generale cum cardinalibus et sacro prelatorum conventu super excessibus imperatoris Friderici, ipsum die lune ante festum Marie Magdalene omni dignitate privavit, et omnes fidelitate sibi astrictos a confederatione vel etiam juramento fidelitatis apostolica auctoritate absolvit, firmiter inhibendo, ne quisquam dicto Friderico tamquam imperatori vel regi aliqualiter obediret, vel consilium, auxilium vel favorem prestaret; contrarium facientes denuntiavit excommunicationis vinculo subjacere. Item principibus Theutonie, ad quos de jure spectat imperatoris electio, denuntiavit[e] liberam eligendi potestatem, quia non haberetur imperator. Istius tam acuti processus pape contra imperatorem fuit causa maxima, sicut colligitur ex cronicis regum Francie: Prima, quia fidelitatem et juramentum, quod fecerat ecclesie propter regnum Sycilie sibi concessum per eum, et propter promotionem ad imperium, temerarie violavit, immo eos, qui homagium et fidelitatem ecclesie fecerant, absolvit et fecit dejerare et sibi sacramentum fidelitatis prestare. Secunda fuit causa, quia pacem inter se et ecclesiam factam et juramentis suis firmatam violavit, pluribus non erubescens perjuriis irretiri. Forma autem concordie et pacis fuit hec: Quod remitteret omnem offensam Theutonicis et Syculis et aliis quibuscumque, qui contra ipsum ecclesie adhesissent. Item quod non impediret, quin postulationes, electiones et confirmationes ecclesiarum aut monasteriorum per regnum et imperium libere fierent secundum statuta concilii generalis. Item quod tallye et collecte personis ecclesiasticis et rebus eorum deinceps non imponerentur. Item quod persona ecclesiastica de cetero civili vel criminali causa non conveniretur coram judice seculari, nisi super feodo, quod civiliter haberetur. Item quod templariis et hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis de dampnis ipsis per se vel suos irrogatis satisfaceret competenter. Sed omnium istorum nullum penitus servavit, quia de dictis hominibus et nobiles et ignobiles quam plures cum uxoribus et filiis eorum captivavit et bonis omnibus spoliavit, et nichilominus terras ecclesie impudenter invasit. Item ipso procurante 11 aut plures sedes archiepiscopales et multe episcopales et abbatie alieque ecclesie in regno et imperio usque ad dictum concilium vacaverunt, in grave ipsarum prejudicium et periculum animarum. In quibus non solum possessiones prout voluit fecit occupari, sed etiam calices, cruces, thuribula et alios thesauros sacros et pannos sericos fecit auferri, velut cultus nominis divini contemptor. Item clerici collectis et talliis affligebantur. Item clerici non solum ad seculare judicium trahebantur, sed etiam, ut asserebatur, subire duellum cogebantur, incarcerabantur, occidebantur et in patibulis in opprobrium clericalis ordinis cruciabantur. Item templariis et aliis in nullo satisfecit. Tertia causa fuit sacrilegium quoddam, quod perpetraverat. Nam cum Oddo Portuensis et Jacobus Prenestrinus cardinales episcopi et apostolice sedis legati et quam plures ecclesiarum prelati et clerici tam religiosi quam seculares irent ad papam pro concilio celebrando,

Mart. Pol. c. 190. pont. Gest. Lud. IX. 1245. p. 342.

[a] sup. ep. Pet. *om.* 2. [b] stenitas 1. [c] deut. XXXI. *in* 1. *ex corr. man* 1[a] *in rasura.* [d] *om.* 2. [e] annuit *Nang.* dedit *Corn.*

[1] d. 2. Decbr. a. 1244.

Gest. Lud. l. l. quod prius idem Fridericus jusserat convocari, ipsos in mari circa Pysas capi fecit, quibusdam eorum submersis, non-
nullis interemptis, aliis hostiliter fugatis, et reliquis bonis omnibus spoliatis, et de loco ad locum in regno Sycilie oppro-
briose deductis, et ibidem diris carceribus mancipatis. Quorum etiam quidam miserabiliter defecerant, inedia pressi et
squaloribus macerati. Quarta causa fuit pravitas heretica, de qua argumentis efficacibus non immerito suspectus habebatur:
primo quia, excommunicatus per dictos duos legatos et per Gregorium papam, contempnens, fecit sibi divina prophanari,
constanter affirmans, prefati pape sententiam se non vereri, et sententias, quas ipse contemptis clavibus ecclesie contem-
*Matth. 16, 19. pserat, cogebat alios non servare. Et sic illud privilegium ecclesie a domino Jhesu* traditum: 'Quodcumque ligaveris' etc.
Greg. decret. ipsi ecclesie vel diminuere vel auferre satagebat. Quod est hereticum, ut patet in decretis di. 22. capit. 'Omnes'.
I, di. 22. c. 1. Secundo quia Sarracenis conjunctus erat amicitia ipsorumque ritus amplectebatur et notabiliter illos secum habuit in ob-
Gest. Lud. l. l. sequiis suis cottidianis. Item uxoribus, quas habebat successive, more Sarracenorum eunuchos castrari fecerat et pro
custodia deputabat. Item nuntios et munera Sarracenis sepe miserat et vicissim ab eis cum hylaritate susceperat. Item
quod exsecrabilius est, cum esset in partibus transmarinis, facta compositione quadam cum soldano Babylonie, nomen
Mahumeth in templo Domini diebus et noctibus permiserat publice proclamari. Et post nuntios ejusdem soldani, qui
cristianis multa et intolerabilia mala intulerat, fecit ad excellentiam ejusdem soldani cum laudibus honorifice suscipi et
magnifice procurari. Item infidelium obsequia non renuit. Item cum contemptoribus ecclesie et scismaticis affinitatem et
amicitiam copulavit. Item ducem Bayoarie specialem devotum ecclesie, cristiana religione despecta, fecit per Assisinos,
ut firmiter asserebatur, occidi. Item Vastachio ecclesie inimico et excommunicato filiam suam tradiderat in uxorem *.
Item neglector fame sue et salutis non intendebat operibus pietatis. Ecce argumenta, propter que de heresi non immerito
Vinc. 32, 1. suspectus habebatur. Item eodem anno procuravit Innocentius papa Henricum Thuringie landgravium eligi in regem
Romanorum ** per principes Theutonie. Item eodem anno fecit circa fines Francie et Theutonie crucem hominibus
predicari, et similiter in Pannonia, ut irent contra Conradinum[a], imperatoris Friderici filium, in auxilium landgravii Thu-
ringie Henrici, in regem, ut dictum est, electi†. Item hoc anno papa misit quosdam de ordine
fratrum predicatorum et de ordine minorum ad predicandum Tartaris. Qui redeuntes, situm
terre, mores et actus et gesta Tartarorum fideliter descripserunt[1].

**1246.** Tricesimo sexto anno Friderici Henricus landgravius Thuringie moritur[2], qui rex Romanorum nomi-
Vinc. 32, 53. natus erat. Vincentius dicit, quod moriebatur anno Domini 1247., et ad procurationem pape Innocentii comes
Nordhof. 1245. Hollandie Wilhelmus est electus[3]. Hic urbem Aquisgrani, contra quam papa, quia fidem Friderico servare volens re-
stitit, crucem predicari fecerat, cum magno obsedit exercitu et eam ad deditionem compulit. Et per Wilhelmum Sabi-
nensem episcopum cardinalem coronatus est anno Domini 1248. mense Novembri. Et propter insolitam corona-
ibid. 1248. tionem rex a plerisque non nominabatur. Eodem tempore Henricus, frater comitis Gelrie, in favorem regis
Wilhelmi, cujus ipse filius sororis erat, factus est Leodiensis episcopus, et cum rege fuit in obsidione Aquensi. Regna-
vit autem Wilhelmus rex annis 9.

**1247.** Tricesimo septimo anno Friderici mense Junio apud Yconium in quodam palatio crux erat sculpta. Quidam au-
Gest. Lud. IX, tem joculator ibidem coram omnibus cum urso lusit; ursus vero, levato crure, super crucem illam minxit, statimque
p. 346. videntibus omnibus ibidem exspiravit. Cum autem Sarracenus quidam videret cristianos gaudere et Deum de isto mi-
raculo benedicere, doluit, et indignatus crucem contemptibiliter manu percussit, statimque cum manu tota brachium ejus
exaruit. Aliusque Sarracenus a potatione surgens et illam benedictionem cristianorum vilipendens et in contemptum cri-
stianitatis super crucem mingere volens, morte subitanea perit. Hec ex cronicis Francorum.

**1248.** Tricesimo octavo anno Friderici beatus Lodewicus rex Francie iter transmarinum arripiens, venit in Cyprum, et
Vinc. 32, 89. ibidem hyemavit. Rex quoque Cypri cum omnibus nobilibus et prelatis regni signum crucis assumentes, juraverunt, se
cum rege Francie contra Sarracenos profecturos. Ivit etiam cum rege Odo Tusculanus episcopus cardinalis apostolice
Gest. Ludov. IX, sedis legatus. Ex cronicis Francorum sic: Lodewicus rex Francie iter transmarinum arripuit, et ex tunc numquam
1248. indutus est squaleto vel panno viridi vel bruneto nec pellibus variis, sed panno nigro vel camelino vel perseo; nec

* Innocentius papa post magn. tractatum — uxorem *ap. Corn. p. 888. 889. 33. ann. Fred., sed falso* sec. Vinc. *et pluribus omissis.* ** eodem anno — Romanor. *ap. Corn. p. 889.* † fecit circa — electi *ap. Corn. p. 891. paucis omissis.*

[a] Conradum *Vinc. Corn.*

[1] Relationes de horum monachorum itineribus invenis in Vincent. Bellov. spec. histor. XXXII, c. 2—52. Cf. Bergeron, recueil des voyages faits en Asie dans le XII—XV. siècle. la Haye. 1735. 4. Tom. I. [2] in arce Wartburg prope Eisenach d. 17. Februar. a. 1247. [3] m. Octob. a. 1247.

calcaribus vel frenis auratis, sed tantum albis et ferreis, et sellis albis sine omni pictura ad equitandum utebatur. Ha- Mart. Pol.
buitque beatus Lodewicus in hac peregrinatione letum principium, sed tristem exitum. Cum enim terram transmarinam c. 101. imp.
intraret, fugerunt Sarraceni de Damiata, et ipse eam occupavit. Sed post paululum, pene omnibus suis amissis, et ipse Gest. Lud. IX. p. 353. 356.
captus est a Sarracenis, et pro redemptione sua et suorum omnium reddidit Damiatam et 8000 bizantiorum.

Tricesimo nono anno Friderici capta est civitas Damiata 8. die post festum sancte Trinitatis. Cum enim Lode- **1249.**
wicus rex Francorum portum intrasset, Sarraceni, qui erant in civitate, virtute Dei perterriti, nocte omnes in fugam versi Vinc. 32, 98.
sunt, civitatem circumquaque posito igne penitus relinquentes, ut dictum est. Erat siquidem Damiata tam ob[a] fluminis
interpositionem quam murorum et turrium fortium circumpositionem fortissima, sed multum, postquam alias capta fuerat,
infortunata. Unde dicebant multi, quod per vim expugnari vel capi nullo modo potuisset, nisi miraculose virtute divina,
quamdiu videlicet habitatores ejus victualia sufficienter haberent et manere vellent. Postea Lodewicus rex Francorum ibid. c. 100. 101. 102.
cum ceteris nobilibus a Sarracenis capitur, et reddendo Damiatam, cum cristianis omnibus de captivitate liberatur anno
sequenti proximo, scilicet anno Domini 1250., regni Lodewici 24.

Quadragesimo anno Friderici Ericus, inclitus Danorum rex, ab Abel fratre suo juniore, ut regnaret pro eo, in **1250.**
mari suffocatur. Et anno proximo sequenti dictus Abel, volens Frisones, qui dicuntur Strantvresen vulgariter, Mart. Pol.
subjugare, interimitur ab eisdem. Et nota, quod quidam scribunt*, Fridericum imperatorem hoc anno in c. 101. imp.
Apulia decessisse. Alii tamen dicunt, quod vixit usque annum Domini 1254. et post mortem Inno- *Mart. l. l.
centii pape adhuc potens viribus fuerit; unde et tunc intravit Apuliam cum exercitu magno, sed
statim post in Neapoli[b] moritur[1]. Martinus: Fridericus imperator Parmam sibi multum exosam obsidet manu Mart. l. l.
potenti. Depellitur, thesauros amittit cum rebus aliis, in Apuliam redit, graviter infirmatur, sine sacramentis et penitentia
in anathematis vinculo moritur. Quem infirmantem Manfredus, filius ejus naturalis, ambiens regni Sycilie dominium et
thesauros, uno secretario imperatoris conscio, timens ne convalesceret, cussino super faciem ejus posito, suffocavit, et
tandem per nefas regnum obtinuit; quousque Karolus, comes Provincie et frater regis Francie, per Urbanum IV. papam
vocatus, sub Clemente IV. veniens, ipsum Manfredum et vita et regno privat*[2].

Quadragesimo primo anno Friderici Wilhelmus rex Romanorum uxorem duxit filiam Ottonis ducis **1251.**
de Lunenborch et Brunswic**. In Burgundia imperiali per terram solutam a montibus circiter 5000 hominum Mart. Pol.
suffocati fuerunt. Nam unus mons maximus, ab aliis montibus se dividens, per plura miliaria cujusdam vallis transiens, c. 101. imp.
ad montes alios accessit, in valle omnes villas terra et lapidibus operiendo. Quo tempore etiam in Toleto Hyspanie
quidam Judeus, comminuendo unam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidis invenit concavitatem unam, nullam
penitus divisionem habentem neque scissuram; et in concavitate illa invenit unum librum, quasi folia lignea habentem.
Qui liber tribus linguis scriptus, videlicet Hebrayce, Grece et Latine, tantum de littera habebat, quantum unum psalterium.
Et loquebatur de triplici mundo, ab Adam usque ad Antricristum, proprietates hominum cujusque mundi exprimendo.
Principium vero tertii mundi posuit in Cristo sic: 'In tertio mundo filius Dei nascetur ex Maria virgine, et pro salute
hominum patietur'. Quod legens Judeus, statim cum tota domo sua baptizatus est†. Erat etiam in libro scriptum, quod
tempore Ferrandi regis Castelle debebat liber inveniri. Simile quid invenies anno primo Constantini VII.

Quadragesimo secundo anno Friderici frater Petrus Veronensis ordinis predicatorum pro fide martirio coronatur. **1252.**
Hic prior Cumanus existens, a domino Innocentio papa IV. inquisitor missus est contra hereticam pravitatem, et ab hereticis Brev. hist.
hoc anno passus Nonis Aprilis sabbato in Albis. Fuit autem cathalogo sanctorum ab eodem Innocentio eodem passionis ord. praed. c. 8.
sue anno, dominica prima quadragesime sequentis, asscriptus, que tunc contigit 8. Ydus Martii. Festum vero mutatum
fuit propter celebritatem dominice resurrectionis, que ut sepius tunc occurrit, et institutum est celebrari 3. Kal. Maji.
Passus est cum eo socius suus frater Dominicus, qui ibidem letaliter vulneratus, quinto die celum petivit sanguine laureatus††.

Quadragesimo tertio anno Friderici Gwido comes Flandrie, comes Gysnensis et comes Barensis **1253.**
devicti sunt et capti juxta Frisiam in Selandia et usque ad 4000 virorum interfecti. In cronicis

* Frider. imp. Parmam — privat *ap. Corn. p. 893. 2. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. *et paucis mutatis.* ** Wilh. rex — Brunsw. *ap. Corn. p. 894. 1. ann. Wilh., sed falso* sec. Wilh. *et addit:* Helenam nomine *etc.* † in Burgundia — est *ap. Corn. p. 895., sed* sec. Vinc. †† frater Petrus — laureatus *ap. Corn. p. 895. 2. ann. Wilh., sed falso* sec. Vinc. *et paucis additis, aliis omissis.*

[a] ex 1. [b] Neapoli 1.

[1] d. 13. Decbr. a. 1250., non autem Neapoli, sed Fiorentinae. [2] Verba *quem infirmantem — privat* desiderantur in Martini P. editione Basiliensi, sed leguntur in Coloniensi anni 1616. cap. 103. imp.

Nordhof. 1253. de Marka dicitur sic: Hoc anno in die beati Odalrici Flamminghi vincuntur in Selandia; ibi capiuntur et occiduntur
circiter 60000 hominum. Comes Barensis Theobaldus ibi oculum amisit et capitur a comite de Clyvo. Item Johannes IV.
Brev. hist. magister ordinis predicatorum feliciter obiit. Ex cronicis predicatorum: Quartus magister ordinis pre-
ord. praed. c. 9. dicatorum fuit frater Johannes Theutonicus, quondam episcopus Bosnensis in Ungaria. Hic electus fuit in capitulo
generali Parisius anno Domini 1242[1]. Hic provincialis Ungarie existens, fit episcopus. Cessionem impetrat. Post fit Lom-
bardie provincialis, post eligitur in magistrum. Sed renititur et episcopali se defendit exemptione. Sed per privilegium
domini Gregorii, quod tunc fratres propter hoc ipsum impetraverant, compulsus est officium suscipere. Hic vir Deo
plenus ac in omni virtute conspicuus fertur vivus et mortuus miraculis claruisse*. Cumque prefuisset annis 12 et
dimidio, migravit ad Dominum anno Domini 1253. in conventu Argentinensi pridie Nonas Novembris, et ob hoc non fuit
generale capitulum celebratum illo anno.

1254. Quadragesimo quarto et ultimo anno Friderici Innocentius IV. papa obiit apud Neapolim et ibidem sepelitur. Cui
Mart. Pol. successit Alexander IV., natione Campanus, papa 171., et sedit annis 7. Item hoc tempore Fridericus imperator
c.190.191.pont. Apuliam ingreditur cum potentia magna, ibique infirmitate correptus suffocatur, ut dictum est anno istius 40.
ibid. c. 101. imp. Gest. Lud. IX. Conradus vero, filius Friderici imperatoris de filia Johannis de Brena regis Jerusalem, mortuo patre suo, per mare venit[2]
p. 358. in Apuliam, ut Sycilie regnum occuparet. Et cum ibidem inciperet jam fortiter dominari, tam in persecutione ecclesie
quam populi usque ad ultimam diem suam genitoris sui vestigia secutus est. Qui cum 5[a] mensibus Neapolim obsedisset,
Mart. P. l. l. que prius Manfredi principis insultus per biennium passa fuerat, capte urbis muros et domos civium meliores funditus
destruxit. Sed sequenti anno sui introitus cum infirmari cepisset in Apulia, clistere, quod a medicis judicabatur fieri ad
ibid. c. 191. pont. salutem, veneno mixto intulit sibi mortem[3]. Hic reliquit filium Conradinum. Et Manfredus gerens se pro pedagogo
Conradini, nepotis Friderici imperatoris, mendaciter publicavit Conradinum mortuum, et sic sibi per nefas regnum et
coronam assumpsit. Quod factum quia in prejudicium pape fuit, primo excommunicatur, post contra ipsum magnus
Gest. Lud. IX. exercitus, sed in nullo proficiens, mittitur. Vide inferius annum Rychardi quintum. Item Wilhelmus comes
1255. p. 361. Hollandie rex Romanorum a Frisonibus occiditur. Ex cronicis de Marka: Anno Domini 1254. 5. Ydus Maji Wil-
Nordh. a. 1254. helmus rex Romanorum navali bello Frisones vincit et subjugat, circiter 5000 interfectis**. Eodem anno idem rex, ut
recuperaret ad usum comitis Hannonie sororii sui comitatum Hannonie de manibus domini Karoli, fratris regis Francie,
comitatum ipsum intrat cum exercitu magno. Sed inefficax revertitur. Eodem etiam anno idem rex a Frisonibus occiditur
Gest. Lud. IX. in conversione Pauli[4]. Quo mortuo et imperatore Friderico de medio sublato, principes imperii discordant in
1254. electione, alii Alfonsum regem Castelle, alii Rychardum, regis Anglie fratrem, eligentes†. Item hoc anno beatus
Lodwicus rex Francorum de transmarinis partibus est reversus. Siquidem post liberationem suam a captivitate remansit
in urbe Achon et aliis illius terre munitionibus fere per quinquennium ad regionis munimen, antequam repatriaret. Nec
illo quinquennio panem comedit otiosus, sed civitatis Acon et castelli Cayphas muros et turres, ubi ruerant, reparavit
impensis propriis, Cesaream, Joppen et Sydonem civitates muris et turribus cinxit, factisque quam plurimis signa devo-
tionis et humilitatis et sanctitatis ostendebat. Postquam autem in Franciam rediit, statuta multa pro regni melioratione
ibid. constituit. Oppressiones pauperum, acceptiones munerum, omnia verba que vergunt in contumeliam et contemptum Dei
1256. p. 362. vel matris sue benedicte vel sanctorum ipsius, ludos taxillorum vel alearum, fornicationes et frequentationem tabernarum,
ibid. p. 364. scolas deciorum, fabricas deciorum, meretrices publicas et cetera multa sub penis magnis inhibuit edicto publico. Post
edictum civis quidam Parisiensis in Deum blasphemavit. Quem rex statim candente ferro cauterizari fecit in labiis, tum
propter suum peccatum, tum ad exemplum aliorum††. Item dominus de Cociaco[b] pueros tres nobiles, cuniculos in
nemore suo sagittis insequentes, captos ante cause et etatis et generis cognitionem suspendi fecit. Quod rex audiens,
indoluit, et ad talionem dampnare volens maleficum, et cum pace regni non prevalens, tandem pro vita sua maleficus 10000
librarum dedit, duas capellas[c] ad perpetuo celebrandum pro pueris instituit. Pecuniam illam rex thesauris[d] suis non
addidit, sed scolas et dormitorium fratrum predicatorum[e] Parisius et ecclesiam fratrum minorum ibidem in integrum
ex ea construxit et consummavit†††.

* Johannes IV. magister — claruisse *ap. Corn. p. 899. 4. ann. Wilh.* ** Wilh. r. Rom. — interf. *ap. Corn. p. 900. 6. ann. Wilh., falso autem* sec. Wilh. † idem r. a Fris. — eligentes *ap. Corn. p. 902, paucis additis, aliis omissis, falso autem* sec. Wilh. †† h. anno b. Lodwic. — alior. *ap. Corn. l. l. paucis additis.* ††† domin. de Cocyaco — consum. *ap. Corn. p. 901. 6. ann. Wilh., sed falso* sec. Wilh.

[a] 3. *G. Lud* [b] Conciaco *G. L.* [c] capellanias *G. Lud.* [d] thauris *post corr.* thesauris 1. [e] Jacobitarum *G. Lud.*

[1] a. 1241. [2] a. 1251. [3] d. 20. Mai. a. 1254. [4] i. e. d. 25. Jan. a. 1256. prope Hoogwoude in vicinio de Medemlik. — Boehmer, Reg. Wilhelmi p. 36. hab. d. 28. Janr.

## *Capitulum 94.*

Rychardus comes Cornubie, frater Henrici regis Anglie, Romanorum post Julium 98., post mortem Fride- Gest. Lud. IX. 1256.
rici II. proximus, cepit anno mundi 5217., Urbis 2006., Domini 1255., a translatione imperii Romanorum
per Karolum Magnum in Theutonicos 455., et per annos 18 regnavit. Secundum quosdam* anno Domini *Nordhof. 1260.
1249., imperatoris Friderici 39., Wilhelmo rege per Frisones interfecto, ne quid juris perderent electores, convenerunt et
elegerunt Rychardum hunc in discordia cum Alfonso rege Castelle. Secundum cronica Francorum eodem
anno Fridericus imperator et Wilhelmus rex mortui sunt, et post eodem anno Richardus est
electus [1]. Iste favorem curie queritans, statim electus, ecclesie Romane duas civitates dono dedit,
scilicet Astensem [a] et Thaurinensem. Scisma autem inter Rychardum et Alfonsum duravit multis annis. Mart. Pol.
Temporibus istius Rychardi regis 'fecit Deus' [2] in ordine fratrum [b] predicatorum 'duo magna c. 191. pont.
mundi luminaria', beatum Thomam Aquinatem et dominum Albertum episcopum Ratisponensem:
'luminare majus, ut preesset diei; et luminare minus, ut preesset nocti' (Gen. I.). Sicut enim Gen. 1, 16.
Dominus semel locutus est duo (Psalm. XLI. [3]), sic et tunc fecit insignia duo. Melius est enim duo
bona simul esse quam unum solum. Unde et Genes. II. [c] Dominus dixit: 'Non est bonum homi- Gen. 2, 18.
nem esse solum; faciamus ei adjutorium simile sibi'. Eccles. IV.: 'Melius est duos esse simul quam Eccl. 4, 9—12.
unum. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Si dormierint duo, fovebuntur mutuo. Si quisquam
prevaluerit contra unum, duo resistent [d] ei'. Apostoli, volentes catervam apostolatus regalem in
numero duodenario restaurare, statuerunt duos (Act. I.). Querentes Cristum, cum resurrexerat, Act. 1, 23.
videre, currebant duo (Joh. XX.). Nec currerent nec ambularent duo pariter, nisi crederent sibi Joann. 20, 4.
hoc convenire (Amos III.). Duobus enim ambulantibus pariter in Emaus Cristus apparuit Am. 3, 3.
(Marc. XVI.). Dixerat enim (Math. XVIII.): 'Si duo ex vobis consenserint etc. in medio eorum Marc. 16, 12. Matth. 18, 19.
sum' etc. Tales duo fugarent 10000 (Deut. XXXII.). Sic ergo fecit Deus duo. Sed quid duo? Deut. 32, 30.
Duo luminaria, de quibus dici posset illud propheticum (Zach. IV.): 'Isti sunt due [e] olyve', vide- Zach. 4, 3. 4, 14.
licet fundentes oleum pro lampadibus; 'duo filii olei' et duo filii splendoris. Et Apoc. XI.: 'Hii Apoc. 11, 4.
sunt due [e] olyve et duo candelabra lucentia', que luceant omnibus, qui in ecclesie domo sunt
(Math. [f]), quia scilicet verbum vite, quod est 'lux vera, que illuminat omnem hominem venientem Joh. 1, 9.
in hunc mundum', contineant et sustineant; sicut 'due tabule' testimonii [g] (Exod. XXIV. et Deut. IX.); Ex. 32, 15. Deut. 9, 11.
et duo Cherubim aurea et resplendentia (Exod. XXV. et XXXVII. et 3. Reg. VI.). Fecit Ex. 25, 18.
igitur Deus duo luminaria, non tantum autem, sed et magna virtutibus, ut duo Cristi discipuli 37, 7. 8.
(Math. XXI.), duo fratres (Math. IV.), duo viri (Num. XI., Luce XXIV., Act. I.), duo funiculi 3. Reg. 6, 23. Matth. 21, 1; 4, 18
(2. Reg. VIII.), duo gladii (Luc. XX.), due virge, duo rostra, due spice (Zach. IV.), due co- Num. 11, 26.
lumpne (3. Reg. VII.), duo ostia in templo (Ezech. XLI.), due mense in vestibulo (Ezech. XL.), Luc. 24, 4. Act. 1, 10.
duo edi [4] optimi (Gen. XXVII.), duo utres vini (1. Reg. XXV.), duo versus malegranatorum 2. Reg. 8, 2.
(3. Reg. VII.), et duo cornua similia agni (Apoc. XIII.). Sequitur: 'luminare majus, ut preesset Luc. 21, 24. Zach. 4, 12.
diei, et luminare' etc. Quidam luminare majus dominum Albertum interpretarentur et Thomam 3. Reg. 7, 15.
luminare minus, quia Albertus et tempore major et prior fuerit et episcopali dignitate quam Ezech. 41, 23. Ezech. 40, 39.
Thomas; diem autem dicerent philosophiam naturalem et noctem theologiam, consequenter lo- Gen. 27, 9.
quentes, quia et hec ex principiis notis et alia ex principiis creditis procedat. Sed Thomam 1. Reg. 25, 18.
luminare majus et Albertum minus aptius accipimus. Quamquam enim dubio semoto sanctissi- 3. Reg. 7, 42. Apoc. 13, 11.

[a] Astensom 1. [b] *om.* 2. [c] *om* 1. [d] resistant 2. [e] duo 2. [f] *ita* 1. 2. *sed falso; lege:* Johann. — *in* 1. *praeterea lacuna pro numero addendo.* [g] testamenti 2.

[1] prope Francofurtum in die s. Hilarii in octava epiphaniae a. 1257. V. Boehmer, reg. imp. ab a. 1246—1313. Stuttg. 1844. p. 37. [2] Verba hic et in sequentibus '' indicata ex Bibl. sacra sumpta sunt. [3] et psalm. XLII. Henricus in animo habuit stropham (v. 6. et 12.) bis ibi scriptam. [4] i. e. hoedi.

mus fuit uterque, Albertus tamen cathalogo sanctorum nondum ascriptus est, sicut Thomas, et
Luc. 7, 28. ideo Thomas major est (Luce VII.). Consequenter autem diem theologyam et noctem philoso-
phiam naturalem dicimus, quia per hanc ut per diem macule vitiorum deteguntur, per hanc
Ars amat. I, 249. 252. autem ut per noctem non apparent. Ovidius:

Nocte latent mende vitioque ignoscitur omni;
Consule de mendis[a] corporibusque[b] diem.

Nec obstat, quod Albertus major et prior natu est, quia luna prior natu est quam sol; unde et
poete dicunt Dyanam, per quam luna, primo natam et ea obstetricante natum esse Phebum, fra-
trem ejus, per quem sol, id est luminare majus, accipitur. Prius enim animale est et post quod
spirituale. Quamquam autem dualitas hec accipiatur in bono, sicut etiam ex animalibus Deus
Gen. 7, 9. bina[c] et bina[c] conclusit in archa (Gen. VII.), et ex discipulis misit binos etc. (Luce X.), et
Luc. 10, 1. Joh. 8, 17. Joh. VIII. dicitur, quod duorum hominum testimonium verum est: tamen, quia binarius dicitur
infamis a quibusdam, tum quia primo recedit ab unitate, tum quia in unitate sua firma non est,
sed primo inter numeros omnes in duas partes equales divisibilis est, duobus dictis doctoribus
tertius ejusdem ordinis vel ejusdem quasi temporis superadditus est, scilicet dominus Hugo car-
Luc. 12, 52. dinalis postillator, ut sic duo in tres divisi videantur (Luc. XII.). 1. Joh. V.: 'Tres sunt, qui testi-
1. Joh. 5, 7. monium dant in celo, et tres sunt qui testimonium dant in terra'. 'In quibus tribus beneplacitum est
Eccl. 25, 1. spiritui meo' (Eccl. XXV.), quia sunt ut illa 'tria que bene gradiuntur' (Proverb. XXX.). Sunt
Prov. 30, 29. Deut. 4, 41; 19, 2. enim hii[d] tres ut tres viri (Genes. XXVIII.), ut tres civitates refugii (Deut. IV. et XIX.), ut
Jes. 40, 12. tres digiti Dei (Ysa. XL.), ut tres fortes (1. Reg. XXIII.), ut tres panes amici (Luc. XV.), ut
Deut. 17, 6. 2. Cor. 13, 1. tres testes, quibus credatur (Deut. XVII. et 2. ad Chorinth. XIII.). Unde et reges testes nati-
vitatis dominice fuerunt tres et munera eorum tria, scilicet aurum, thus et myrra. Ternarius
Eclog. 8, 75. enim numerus Deo gratus est. Virgilius:

. . . . . . . . . . numero Deus impare gaudet.

Primus numerus impar ternarius est. Aristotiles: Per hunc numerum scilicet ternarium etc.
Job 33, 29. Sunt eciam hii tres ut tres vices, quibus Dominus operatur (Job XXXIII.), ut tres dies, post
Matth. 27, 63. Joh. 2, 19. quos a morte culpe surgatur (Math. XXVII.), et post quos Dei templum excitatur (Joh. II.),
Ex. 3, 18. per quos via perficiatur (Exod. III.), et per quos in civitatem Dei quis proficiscatur (Jone III.).
Jon. 3, 3. Eccl. 43, 4. Isti igitur tres sunt, quos verus sol justitie tripliciter exussit et ignivit (Eccl. XVII.[1] vel XLIII.),
Prov. 22, 20. et sapientiam in cordibus eorum tripliciter descripsit (Prov. XXII.), ut, quamvis in singulis eorum
per quamlibet sui partem esset tota, tamen quilibet eorum singularis esset in una, ut Albertus
in naturalibus, Thomas in theologicis et Hugo extensive et intensive, ut dictum est, super omnes
esset in postillis. Et Albertus quidem philosophorum omnium totius cristianitatis sol precla-
rissimus et generalis* anno Domini 1279., Rodulfi regis 7., ab hoc seculo nequam eripitur et
per archiepiscopum Coloniensem Syfridum devotissime non sine lacrimis suis singultuosis in
choro fratrum predicatorum Colonie sepelitur[2]; vide annum Rychardi istius 12. Thomas
autem anno Rodulfi 2.[e] apud Fossam novam[3], et Hugo anno Rychardi 8., quos annos inferius
in locis suis attendas. Floruit nichilominus hoc tempore Vincentius ordinis ejusdem. De
quo inferius anno istius 2. dicetur.

* fecit Deus in ordine — generalis *ap. Corn. p. 902. 1. ann. Rich., sed in brevius redactum.*

[a] facio; Ovidii *editiones* [b] que *om.* 1. [c] duo *Vulgata.* [d] *om.* 2. [e] quarto 1. 2. *(in* 1. *est* II. *superscript.)*

[1] falso; nihil ibi quod huc spectet. [2] obiit d. 15. Novb. a. 1280. [3] in Campania.

Primo anno Rychardi libellus pestifer a magistro Wilhelmo de Sancto Amore canonico 1255.
Belvacensi compositus et intytulatus 'De periculis mundi'[1] dampnatus et combustus est per cf. Gest. Lud. IX. a. 1255. p. 361.
papam Alexandrum in ecclesia cathedrali Anagnie, tum propter hereses quas continebat, tum etiam propter hoc quod contra religiosos seditionem et scandala concitabat. Continebat enim, quod omnes religiosi, etiam verbum Dei predicantes, manibus non laborantes, sed de elemosinis viventes, salvari non possent. Contra hunc cum citatus esset per papam ad curiam, frater Albertus de ordine predicatorum, natione Suevus, mittitur ad respondendum ei de contentis in dicto libello. Veniens autem Albertus Anagniam, ubi tunc erat curia, cautelosius investigavit de libello dicto, si quisquam eum haberet; compertoque quod apud scriptorem esset, dedit pecuniam, quam scriptor requisivit, et libellum per quaternos dissolvens, totum in illa nocte per scriptores plures copiari fecit, et reddidit. Habuit igitur Albertus dictum libellum integrum per diem usualem et noctem ante consistorium super hac re futurum. Cumque liber legeretur et Albertus, sicut erat facundissimus, responderet, in labiis ejus tanta gratia diffunditur, quod omnes qui eum audierunt afficerentur stupore et dicerent: 'Numquam sic audivimus'. Et glorificabant Deum, qui talem hominem ad hoc elegerat, ut ordines suos sanctos a linguis nequam defensaret. Responsiones Alberti factas in consistorio super objectis fideliterque reportatas Thomas Aquinates abbrevians et in unum redigens, ordinavit ex eis librum gratiosum, qui dicitur 'Thomas contra Wilhelmum'[2] et a multis habetur*. Item reprobatur et dampnatur per eundem papam eodem tempore alius libellus pestilens[3], qui dicebatur 'Doctrina Joachim vel ewangelium eternum', de quo vide quintum annum Friderici II. Item Taurinenses de consilio Astensium ceperunt dominum suum Thomam Gest. Lud. IX. 1255. p. 361.
comitem Sabaudie. Quod papa graviter ferebat, quia dictus Thomas tempore Innocentii pape IV. ecclesiam Romanam foverat et civitatem ipsam ex dono Wilhelmi regis et ecclesie Romane acceperat. Excommunicavit igitur papa Taurinenses et Astenses, et bona eorum per regem Francie capi rogavit. Bonifacius electus Lugdunensis et dominus Petrus de Sabaudia, fratres dicti Thome, Taurinum obsederunt, pontem super Padum occupaverunt, castra vicina multipliciter affixerunt, sed civitatem non ceperunt**. Item comes Flandrie et dominus Erardus de Valerico et quam plures intrant incaute Hollandiam, et a Florentio comite, fratre Wilhelmi regis, capiuntur. Item Branchaleon de Bononia, urbis Rome senator, pacis et justitie cultor precipuus, de consilio quorundam cardinalium et nobilium Romanorum, orta dissentione, obsessus fuit in capitolio. Et cum se dedidisset, populus posuit eum in custodiam apud Septem soles. Tandem nobilibus traditur, in quodam castro Sancti Pauli, quod dicitur Passavant, incarceratur et male tractatur. Et nisi habuisset obsides Romanorum in Bononia, Romani eum occidissent, eo quod in justitiis et cohibitione rapinarum eorum rigidus fuisset ibidem. Bononienses autem, nisi cives suos rehaberent, obsides Romanorum reddere noluerunt.

Secundo anno suo Rychardus Aquisgrani coronatur in regem Romanorum[4] per Conradum archiepiscopum Coloni- 1256.
ensem. Item Rome et apud Anagniam mense Septembri fuit terremotus tam validus, quod Rome campana Sancti Nordhof. 1257.
Silvestri de capite per se pulsavit. Item hoc anno frater Vincentius ordinis predicatorum obiit[5]. Gest. Lud. IX. 1256. p. 362.
Qui scripsit specula maxima quatuor, quodlibet trium voluminum magnorum, scilicet speculum naturale, speculum morale, speculum doctrinale et speculum hystoriale, beato Lodewico rege Francorum sibi de copia diversorum librorum in conventu Belvacensi, ubi lector erat, providente†. Scripsit etiam librum gratie et librum de laudibus Marie. Item hoc anno Conradus

* libellus pestifer — habetur *ap. Corn. p. 903. 1. ann. Rich., sed falso* sec. Wilh. ** Taurinenses — ceperunt *ap. Corn. p. 903. 1. ann. Rich., sed* sec. Wilh. † frater Vinc. — providente *ap. Corn. p. 904. 2. ann. Rich., sed falso* sec. Eggh. *et mutato ordine.*

[1] edidit Ed. Brown in Append. ad Fascicul. rerum expetendarum et fugiendarum p. 18. et in Guilelmi oper. (ed. de Flavigny), Constantiae (Paris) 1632. — Bulla damnationis apud Bulaeum in histor. univers. Paris. Tom. III, p. 310. d'Argentré, collect. judicior. de nov. erronib. Tom. I, p. 168.
[2] seu: Thomae opusculum 19. contra impugnantes Dei cultum et religionem. [3] V. supra ann. 1215.
[4] d. 17. Mai. a. 1257. [5] Illum ante annum 1263. non obiisse constat; magna est de hac re inter viros doctos altercatio.

nobilis comes de Eversten[a], sed predo vispilioque, per vias spolians omnia queque, per ducem Albertum de Brunswic seniorem capitur; sed fide data duci, quod ex tunc spoliis abstineret, et sub jurejurando, sibi comminato per ducem suspendio, cum incideret in id ipsum, dimittitur. Iterum spoliat, iterum per eundem capitur. In patibulo, versis sursum pedibus et cingula inter pectus et ventrem fortissime constrictus, suspenditur, ne statim deficiens penitere non posset. Extinctus autem sic in Brunswic ducitur, et apud Sanctum Blasium per ducem, quia comes fuerit, honorifice sepelitur.

1257. Gest. Lud. IX. 1257. p. 370.

Tertio anno Rychardi Karolus comes Andegavie, frater regis Lodwici, Marsiliam suo dominio mancipavit. Post modicum rebellant. Eos qui ex parte Karoli fuerunt omnes capiunt et occidunt. Karolus, collecta manu potenti, Marsiliam diu obsidet, affligit et penuria cibariorum macerat, ad deditionem cogit, seditionis principes publice decollari facit. Terram etiam Bonifacii de Castellanie[b] in Provincia, qui Marsilienses juvabat, et castella ejus in deditionem accepit et eum procul a finibus fugere compulit*. Item Branchaleo iterum electus est senator. Qui cum difficulter vellet ire Romam, eo quod ab ecclesia sibi pararentur insidie, victus tamen persuasionibus ivit. Veniens autem Romam, turres ibidem dejecit preter turrem Neopolionis, plures nobiles faventes ecclesie captivavit. Post in obsidione Corneti infirmitate correptus, Romam se fecit deferri, et ibi vitam finivit.

1258. Mart. Pol. c. 191. pont. Gest. Lud. IX. 1258. p. 370.

Quarto anno Rychardi Alexander papa Anagnie sanctam Claram, que fuit ordinis sancti Damiani, cathalogo sanctorum asscripsit**. Item dominus Henricus comes de Lutzelenborch obsedit castrum Namursie, villa eum juvante et imperatrice Constantinopolitana solum superius fortalitium obtinente et defendente, non tamen ibidem inclusa. Ad cujus auxilium comitissa Flandrie et comes Augi et alii fratres imperatricis cum multis Francorum millibus[c] venientes, parum profecerunt***. Eodem anno tanta fuit inundatio pluviarum in plerisque locis, quod segetes in campis et grangiis germinaverunt, et racemi in vineis ad debitam maturitatem pervenire non potuerunt, unde et vina nova fuerant adeo viridia, quod eum vultus horrore bibebantur†. Item in Saxonia milites quidam dicti de Asseborch, cum essent potentes, predas petulanter egerunt tempore multo de ducatu Brunswicensi. Videntes autem ducis Alberti senioris dissimulationem, in contemptum ejus tandem lupum super leonem, qui ipsum leonem lacerabat et discerpsit, in clypeis suis pingi fecerunt, cum leones duo ducis de Brunswic, illorum autem lupus esset insigne. Dux exacerbatur dictosque presumptores persequi non cessat, donec patria totaliter exterminavit eosdem. Unde et usque hodie circa Brakele[1] manere dicuntur. Castrum autem eorum Asseborch[2] datum fuit pro perpetuo duci de Brunswic Alberto seniori dicto et heredibus suis†† anno Domini 1258[3].

1259. Gest. Lud. IX. 1259. p. 370.

Quinto anno Rychardi Henricus rex Anglie venit in Franciam cum multis regni sui principibus et nobilibus. Quem rex Lodwicus Parisius splendide procurans, per dies plures largis muneribus honoravit. Post Henricus idem a conventu sancti Dyonisii in cappis sericis cum multa sollempnitate suscipitur, per mensem autem et amplius resedit ibidem. Conventui cupam auream et cyphum magni ponderis contulit. Lodewicus rex cum apud Sanctum Dyonisium sepius visitavit, remorsum conscientie sentiens pro terra Normannie et aliis terris, quas Phylippus rex Francie, avus suus, Johanni regi Anglie, patri istius Henrici, abstulerat, pacem cum ipso cottidie facere satagebat[d]. Quod tandem complevit ut sequitur. Henricus rex Anglie de expressa voluntate fratris sui Richardi regis Romanorum ac consilio principum et prelatorum Anglie quitavit in perpetuum regibus Francie, quidquid juris habebat in ducatu Normannie et comitatibus Andegavie,

* Karolus comes — compulit *ap. Corn. p. 905. 3. ann Rich., sed* sec. Wilh. ** Alexand. — asscrips. *ap. Corn. p. 898. 4. ann. Wilh.* *** dom. Henricus — profecerunt *ap. Corn. 905. 4. ann. Rich.* † eod. anno — bibebantur *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh. †† in Saxonia — suis *ap. Corn. l. l.*

a Eversteyn 2. b Castellaine *G. Lud.* c militibus *G. Lud.* d satagendo 1. 2.

1 Usque hodie nepotes hujus gentis vigent in arce Hinnenburg prope Brakel in Guestfalia. 2 haud procul a Wolfenbüttel. 3 Manus saec. XVII. margini in 2. adscripsit: ***Hinnenborch pro parte ad nos pertinet et alia bona inter Brakel et Hoxariam.*** Qua nota forsan opinio comprobatur, Ferdinandum de Fürstenberg, episc. Paderb., hujus voluminis fuisse possessorem (cf. praef.); revera urbs Brakel cum regione adjacente ad principatum episcopalem Paderbornensis ecclesiae usque ad hujus saeculi initium (a. 1803.) pertinuit.

Cenomannie, Pictavie, Turonie ac eorum feodis. Rex vero Francie Lodewicus dedit ei magnam summam pecunie cum Gest. Lud. l. l.
quadam terra, que Petragoricum nominatur et circa Vasconiam situatur, tali conditione, quod cum terra totam Vasconiam
de cetero a regibus Francie teneret in feodum, et inde homagium faciens, in numero baronum Francie asscriberetur, et
tamquam dux Aquitanie de cetero unus de Francie paribus appellaretur. Quod homagium presentibus prelatis et princi-
pibus totius regni quam plurimis fecit Henricus rex cum juramento pro Burdegalia baronia[a] et terra Vasconie ac pro
ceteris, que in Lemovicensi, Petragoricensi, Agonensi et Xantonensi[b] episcopatibus ex dono regis Francie possidebat.
Post hec rex Henricus cum suis in Angliam redierunt. Item eodem anno Manfredus princeps Tarentinus, filius Fri-
derici imperatoris ex concubina, sub quadam Conradini, filii Conradi fratris sui, simulata protectione tutatoria, ad quedam
castra et civitates regni Sycilie contra mandatum ecclesie Romane coronari se fecit[1]. Propter quod et propter alios actus
suos nefarios Alexander papa IV. ipsum excommunicavit et principatu Tharentino et aliis dignitatibus et honoribus quibus-
cumque tamquam rebellem et hostem ecclesie Romane, suorumque jurium invasorem, occupatorem et detentorem sacrilegum,
et tamquam sociatum nefando federe Sarracenis, et eorum complicem, ductorem et protectorem publicum, auctoritate apo-
stolica privavit*. Martinus: Anno Domini 1259. Constantinopolis, que olim per Gallos et Venetos capta fuerat, Mart. Pol.
per Pallilogum[c] Grecorum imperatorem vi prelii recuperata fuit. c. 101. imp.

Sexto anno Rychardi rex Ungarie bello aggreditur regem Bohemie, habens in exercitu suo 400000 equitum, rege 1260.
Bohemie solum 100000 equitum habente, inter quos 7000 equorum de ferro coopertorum erant ad resistendum incurrenti.
Rex Bohemie victor cum rege Ungarie matrimonio mediante pacem et amicitiam confirmat. Item Florentini cum Gest. Lud. IX.
Lucanis congregato exercitu, ut urbem Senensem eruerent, a militibus Manfredi et comite Jordano, qui civitatem Man- 1260. p. 371.
fredo traditam defendebant, capti et devicti sunt, ac civitas eorum Florentia[2] capta et quam plurimum destructa subje-
ctaque dominatui Senensium et Manfredi. Dicuntur autem tunc de Florentinis et Lucanis inter mortuos et
captivos plus quam 6000 hominum corruisse.

Septimo anno Rychardi in festo sancti Urbani pape obiit apud Viterbium Alexander papa IV. Cui successit 1261.
Urbanus IV., papa 172., natione Gallicus de civitate Trecensi, ex patriarcha Ierosolimitano, et sedit annis 3, mense 1, Gest. Lud. IX. 1261.
diebus 4. Et vacabat post eum sedes per menses 10. Ad istum scripsit beatus Thomas Aquinates glosam Mart. Pol.
continuam super ewangelia et hystoriam de corpore Cristi cum ymnis et sequentia. Eodem c. 192. pont.
anno Greci recuperaverunt Constantinopolim, faventibus eis Januensibus in odium Venetorum**. Retrospicias ad Gest. Lud. l. l.
annum istius quintum.

Octavo anno Rychardi rex Francorum Lodewicus filio suo Phylippo Ysabellam, filiam regis Arragonie, desponsavit, 1262.
et propter hoc matrimonium rex Arragonum quitavit in perpetuum regibus Francie, quidquid in civitatibus Carcasona[d], Gest. Lud. IX.
Biterris et Amiliano possidebat, in signum pacis et concordie, quam de cetero cum regno Francorum habere intendebat; 1262.
et vicissim rex Francie quitavit ei, quidquid in comitatibus de Bisando, Amampuriarum, Rocilionis, Barchinonie et Catha-
lonie requirebat†. Item hoc anno, qui est Domini 1262., apud Urbem Veterem venerabilis doctor
et dominus Hugo, tytuli sancte Sabine presbiter cardinalis, illam suam pretiosissimam et clarissi-
mam animam in manus sanctorum angelorum tradidit, in lucem sanctam et claritatem, que num-
quam deficiet, perducendam. Hic natione Burgundus, puer ordinem fratrum predicatorum in-
greditur, et totus religioni deditus, studio devotionis et litterarum profecit in tantum, quod
magister in theologya factus est. Conversatione conspicuus et exemplaris, devotione precipuus,
predicatione lucidus et attractivus, opinione et vita sanctissima celeberrimus, cardinalis factus
mittitur in Theutoniam legatus. Primus omnium scripsit postillas in libros sacros, et tam excellenter, quod Brev. hist.
adhuc non est inventus similis illi, qui tam utiliter, tam sancte, tam lucide, tam perfecte et tam copiose tradiderit in ord. praed. c. 6.
postillis legem Excelsi, ut dictum est anno tricesimo quarto Friderici II. In Urbe Veteri moritur, et ossa ejus
Lugdunum translata in choro fratrum ordinis sui ad aquilonem, quasi in muro, cum multa sollempnitate tumulantur.
Super sepulchrum ejus sic scriptum inveni: *In hoc sepulcro jacet vir venerabilis, Deo et hominibus gratiosus, frater* ibid. p. 366.

* Henr. rex Angl. venit — privavit *ap. Corn. p. 907. 5. ann. Rich., falso* sec. Wilh. ** eod.
a. Greci — Venetorum *ap. Corn p. 910. 6. ann. Rich., sed falso* sec. Mart. † rex Fr.
Lod. — requirebat *ap. Corn. p. 910. 7. ann. Rich., sed falso* sec. Wilh.

[a] Baiona *G. Lud.* [b] Xancon. 1. [c] Palaeologum *Mart. P. ed.* [d] Cartasona 1.

[1] d. 11. Aug. a. 1258. [2] d. 27. Septb.

*Hugo de Chelideria dyocesis Viennensis*[1]*, tytuli sancte Sabine quondam presbiter cardinalis, luminare magnum ecclesie ordinis predicatorum, lucerna theologie, Parisius doctor egregius, famosus scripturarum divinarum tractator et expositor luculentus, verbi Dei predicator eximius, olyva pietatis, palma justitie, speculum honestatis, religionis patronus, veritatis preco, pater pauperum et solatium miserorum. Qui obiit apud Urbem Veterem anno* prius dicto *14. Kal. Aprilis.* Sepultusque cum magna veneratione in ecclesia fratrum predicatorum, presentibus ad obsequium sacri funeris domino Urbano, tunc summo pontifice, ac sacrosancte ecclesie cardinalibus et aliis multis ecclesiarum prelatis. Postmodum vero, secundum ipsius ordinationem extremam, integer quasi et sine corruptione inventus, Lugdunum est translatus, et ibi per manus venerabilis patris domini Guidonis, episcopi tunc Sabinensis ac sedis apostolice legati, postmodum pape Clementis IV., multis episcopis, abbatibus et aliis venerabilibus viris ac ingenti populi multitudine astantibus, cum magno honore ac devotione sepultus anno gratie 1264. 15. Kal. Januarii.

1263. Nono anno Richardi Symon de Monteforti, senioris Symonis de Monteforti filius, eque ut pater cristianissimus
Gest. Lud. IX. 1263. et in armis strennuissimus et callidissimus, comitatum Lencestrie[a] in Anglia possidens, sororem Henrici regis Anglie habuit uxorem. Ex qua filios quinque suscepit, scilicet Henricum, Symonem, Rychardum, Guidonem et Almaricum. Hunc Symonem Henricus rex et Egdoardus, primogenitus ejus, et maxima pars baronum Anglie contra juramentum suum venire querebant inducere. Sed non proficientes, exercitum contra eum colligunt. Symon cum comite Glocestrie et civibus Londoniensibus eis occurrens, exercitum eorum dissipavit. Rex cum filio fugientes, in abbatia quadam[2] se receperunt. Quos Symon in deditionem suscepit, et reverenter, ut dominos suos, captivos eos custodivit. Comes Glocestrie Symonem prodidit, Egdoardum fraudulenter liberavit, cum ipso Egdoardo fedus iniit. Symon filium suum Symonem cum militia ad agendum predas emisit. Comes Glocestrie cum Egdoardo sentientes, eum esse sine militia, ipsum collectis viribus invadunt, Symonem ipsum et Henricum, filium ejus, viriliter pugnantes interficiunt. Efferati vero rabidique turpiter Anglici Symonem comitem, quem jam occiderant, virilibus truncaverunt, menbratim laceraverunt, acephalum reddiderunt. Menbra collecta per monachos de abbatia Evarend[b], juxta quam prelium commissum est, in ecclesia sua sepeliverunt. Ad cujus tumulum egroti multi sanantur, probantes Cristum martirium ejus acceptasse*, quia pro justitia mortuus sit, sicut et pater ejus Symon senior, qui in expugnatione Albigensium hereticorum, in obsidione civitatis Tholosane, ictu magnelli interiit[3], et martir ad Deum transmigravit.

1264. Decimo anno Rychardi Urbanus papa Karolo comiti Provencie, fratri regis Francie Lodwici, regnum Sycilie,
Gest. Lud. IX. 1264. ducatum Apulie et Capue principatum misit per Symonem presbiterum cardinalem, conferens hec sibi suisque heredibus usque ad quartum heredem possidenda, si contra Manfredum regem insurgerent et sanctam ecclesiam ab ejus invasione custodirent, et si a Manfredo terras dictas recuperarent. Usurpaverat enim ille contra Conradinum nepotem suum regnum Sycilie et terram Apulie, Calabrie et Campanie, ac totum beati Petri patrimonium vi et potestate sibi vendicans occupabat,
Mart. Pol. c. 101. imp. multa gravia subjectis sibi ecclesiis inferendo**. Item cometes notabilis apparuit cum coma perlucida, et per tres menses duravit. Qua primo apparente, papa Urbanus infirmari cepit, et papa moriente disparuit[4]. Moritur[5] autem
Gest. Lud. IX. 1264. Perusii, et ibidem sepelitur. Item Manfredus, timens, ne de Francia sibi malum pararetur, majorem partem civitatum Ytalie confederationibus sibi adstrinxit. Que[c] regem et dominum eum acclamantes, promptissime sibi paruerunt. Unde et filium[d] suum Poillevoifinum cum copiis armatorum posuit ad terrarum tuitionem et eorum qui Romam irent exspoliationem. Cives Mediolanenses Manfredum odiverunt et omne genus Friderici I., qui Mediolanum olim subverterat, et tres magos eis auferens, Coloniam transtulerat. Unde et partem ecclesie fovebant et Karoli comitis Andegavensis.

1265. Undecimo anno Rychardi Urbano papa mortuo, Clemens IV., natione Provincialis, papa 173., sedit[6] annis 3,
Mart. Pol. c. 193. pont. Gest. Lud. IX. 1264. p. 374. et Mart. l. l. mensibus 9, diebus 21. Et cessavit episcopatus annis 3, mensibus 2 et diebus 10. Hic prius dictus est Guido, et fuit Sabinensis episcopus, et adhuc prius uxorem et liberos habens, primo fuit famosus advocatus, et regis Francie consiliarius; et post, uxore mortua, propter laudabilem vitam et scientiam primo Podiensis episcopus, post Narbonensis archiepiscopus, post cardinalis episcopus Sabinensis, et post, cum in Angliam propter pacis reformationem a papa Urbano IV.

* Symon de Montef. — acceptasse *ap. Corn. p. 912. 8. ann. Rich.* sec. Wilh., *paucis omissis.*
** Urbanus p. Kar. — inferendo *ap. Corn. p. 915. 9. ann. Rich.* sec. Wilh.

[a] Leucestrie 1. [b] Evecent *G. Lud. ed. ap Duchesne.* [c] Qui 1. 2. [d] vicarium *G. Lud ed. ap. Duchesne.*

[1] Allobrogum. Ejus locus natalis hodie nuncupatur *St. Chers.* [2] quae vocatur Lyans. [3] a. 1218. [4] Est idem cometes, qui annis p. Chr. 104. 683. 975. et 1556. apparuit nostrisque diebus rursus apparebit. [5] d. 2. Octob. a. 1264. [6] a d. 5. Febr. a. 1265. — d. 29. Novbr. a. 1268.

legatus fuisset missus, absens in papam eligitur Perusii. Qui post vigiliis, jejuniis et orationibus intentus, meruisse Mart. l. l.
creditur, quod Deus tribulationes multas, quas ecclesia tunc sustinuit, extinxerit. Prophetice predixit, Conradinum vinci debere per Karolum*. Canonizavit[1] Viterbii[a] in ecclesia fratrum predicatorum Hadewigam[b], quondam Polonie ducissam. Tandem Viterbii[b] moritur, et in ecclesia sancti Laurentii sepelitur. Item hoc anno Guido Antysiodorensis episcopus, Gest. Lud. IX. 1265. p. 376.
accepta potestate absolvendi a papa, absolvit exercitum, quem contra Manfredum Karolus cum papa et rege Francie congregaverant, ab omnibus suis peccatis, injungens eis penitentiam, ut in Manfredum et Theutonicos et alios eorum auxiliarios ictus geminarent. Manfredus igitur rex cum Theutonicis tribus preliis a Gallicis dolose vincitur, et in tertio casualiter occiditur[2], et prope urbem Beneventanam per Karolum sepelitur**. Contra Gallicos autem victores, quia molles sunt et petulantes, statim seditio commovetur.

Duodecimo anno Rychardi dominus Albertus Theutonicus, ordinis fratrum predicatorum, 1266.
episcopus Ratisponensis, papa Clemente IV. permittente, renuntians[3] episcopatui, rediit ad ordinem predicatorum et fratres suos, ad conventum Coloniensem cum aliis fratribus vivens sub disciplina regulari. Iste natione Suevus, ex militaribus puer 16 annorum gratiosissimus et indolis optime, fratrum predicatorum ordinem maxime propter studium et devotionem intravit; humilis, pudicus, affabilis, studiosus, in omnibus Deo deditus et devotus, tantum in brevi profecit, quod sententias Colonie bis legit. In Hildenshem primo fuit lector, post in Vriburgo, post in Ratispona duobus annis, et post in Argentina; et exinde Parisius ivit, et sententias cum omnium admiratione sollempniter complens, magister in theologia non cathecreticus, nec abusive dictus, sicut aqua carens piscibus piscina dicitur — absurdum enim est nomen et absonum, quod rei non congruit —, sed omnium excellentissimus factus est. Post tres annos magisterii sui Coloniam mittitur ad legendum. Et beatus Thomas Aquinates, ut sub doctore tanto studeat, ad locum eundem venit. Qui speculum munditie, pudoris, humilitatis, devotionis et solide religionis exstitit universis; et cum esset taciturnus et studiosissimus et in omnibus Deo devotus, magistro percarus fit et familiaris. Chorum nec die nec nocte negligit, refectorium et alia communia frequentans, nichil pertinentium ad illa fastidivit. Quadam vice vadens ad chorum, cellam claudere neglexit. Magister casu pertransit, cellam intrat, reportata et ordinata per Thomam videlicet in cedulis miratur, notat. Cuidam dicenti de Thoma: 'Iste bos mutus', respondet Albertus: 'Tempus erit, in quo mugitum bovis istius[d] totus mundus admirabitur'†. Post hec Albertus fit provincialis Theutonie. Et tunc monasterium sororum ordinis predicatorum apud Sosatum, quod dicitur Paradysus[4], recipit et fundari jubet[5], et sorores per se introducens, benedictione sua stabilivit. Et exinde Ratisponensis episcopus factus, cum post annos tres turbinibus tumultuum diversorum quateretur et vertiginibus causarum turbidior solito multum redderetur, renuntiavit episcopatui, redditus certos sibi retinens, ecclesie sue consensu, quibus, cum oportunum esset, uteretur. In Coloniam ad fratres suos redit, nolens ab eorum conversatione et studio, quibus

* hic prius dictus — Karolum *ap. Corn. p. 917. 10. ann. Rich., paucis mutatis.* ** Guido Antys. — sepelitur *ap. Corn. p. 918. 10. ann. Rich.* sec. Wilh. † post 3 annos magisterii — admirabitur *ap. Corn. p. 1001. in fine.*

[a] Uiturbii 1. [b] Eduergiam *Mart P. ed. Antverp. 1574.* [c] Vicerbii 1. [d] illius 2.

[1] d. 26. Mart. a. 1267. Ejus festum celebratur d. 15. Octb. [2] d. 26. Febr. a. 1266. [3] Cf. initium cap. 94. Resignavit a. 1262., teste Gemeinero in Reichsstadt Regensburgische Chronik p. 384. Pro 'Clemente' legatur autem 'Urbano', qui tunc temporis papa erat. — Cf. a. 1279. [4] prius Alveldinchusen nominabatur. [5] anno 1252. Historiam illius coenobii per Fr. Hinricum de Osthoven compositam divulgavit J. S. Seibertz in Quellen der Westfaelischen Geschichte. 1857. I, 1, p. 1—13. Praeterea cf. ejus: Geschichte der Stiftung des Klosters Paradies in Zeitschr. f. westf. Gesch. u. Alterthumskunde. XVII, p. 267, atque ejusdem Westfaelische Beitraege zur deutschen Geschichte II, p. 54 sq.

assueverat[a], ulterius alienari, nec factis extraneis acquiescens occupari. Igitur Colonie totus cf. a. 1274. studio deditus et devotioni, dulcedinem doctrinarum suarum plurimarum per libros, sicut apis argumentosa dulcia sua mella per favos, ordinans et disponens, bonis operibus, sicut olyva fructifera, sciens quod bonorum laborum gloriosus est fructus, residuum incerti et exigui sui temporis exegit. Ferventer orabat, verbum Dei ad populum secundum tempus libenter declamabat, salutaria monita et utilia consilia requirentibus dulciter et affectuose dabat. Dulcedine facundie sue quocumque voluisset animos egit auditorum. Et, ut in summa dicatur, Colonie positus studet, dictat, scribit, orat, psallit et dulciter ex devotione sepe lacrimatur. Locum sepulchri sui singulis diebus visitans, vigilias pro se legit quasi jam defuncto. In orto[1] vel alio loco secreto solus quasi studens, cantionem cum lacrimis ad beatam Virginem frequentissime diebus singulis suspirando et singultuando cantitare solebat. Ab omnibus regularibus et secularibus, senioribus, junioribus, minoribus et majoribus honorabatur et venerabatur, ab archiepiscopo Coloniensi domino Syfrido familiarissime diligebatur et sepius visitabatur. Tandem labore multo fractus et senio, cum jam deliraret et Syfridus archiepiscopus eum videre desideraret, ad ostium camere Alberti propria manu pulsans, ipse Albertus intus respondit: 'Albertus non est hic'. Quod audiens episcopus, lacrimatur, dicens: 'Vere non est hic'; et abiit. Et post hec anima illa laboriosissima et sanctissima carne solvitur[2]. Et congregatione collegiorum omnium in Colonia et totius civitatis Coloniensis necnon et dominorum in circuitu per dominum Syfridum archiepiscopum, ut cf. Quetif. T. I, p. 171. dictum est, sollempniter sepelitur. Scripsit autem Albertus commenta super Prophirium, predicamenta, sex principia, periarmenias, priorum, posteriorum, duplex topicorum, elenchorum, phisicorum, de lineis indivisibilibus, de celo et mundo, de generatione et corruptione, de natura locorum, de proprietatibus elementorum, metheororum[b], de anima, de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, de inspiratione et respiratione, de sompno et vigilia, de nutrimento et nutribili, de longitudine et brevitate vite, de morte et vita, de mineralibus, de vegetabilibus et plantis, de animalibus, de causis in libros methaphisice, libros ethicorum, duplex politicorum, rhetoricorum, de bonis laudabilibus, de bona fortuna; item questiones super ethicorum; questiones super de animalibus, super problemata; de quatuor coequevis; de origine anime; de potentiis anime; de intellectu et intelligibili; contra unitatem intellectus; de unitate forme; de homine; de bono; de herbis; de lapidibus; de alchimia librum qui dicitur Semita; contra libros nigromanticorum; contra Averroistas 15 questiones; determinationes quarundam[c] questionum ad clerum Parisiensem; super speram, astrolabium, speculum; de partu hominis; de muliere forti; sequentias plures; item super Job, Cantica, Ysaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, 12 prophetas minores, Matheum, Marcum, Lucam, Johannem, apostolum totum. Item super Dyonisium de divinis nominibus, de celesti ierarchya; super 4 libros sententiarum; summam theologie; de misterio misse; de corpore Cristi; de laudibus Marie; contra Wilhelmum de sancto Amore (sed illud Thomas perfecit); secretum secretorum; expositionem Euclidis, perspective et Almagesti[d]; Mart. Pol. c. 101. imp. de perfectione vite spiritualis, et alios libellos plurimos *. Item Martinus: Anno Domini 1266. maxima Sarracenorum multitudo ex Affrica per angustum mare transiens in Hyspanias, et adjuncti Sarracenis in Hyspania, magnam plagam in cristianos exercuerunt, intendentes, quam olim perdiderant, recuperare Hispaniam. Sed illarum partium

* dominus Albert. Theuton. — plurimos *ap. Corn. p. 912—914. 8. ann. Rich., sed mutato ordine, multis omissis, aliis additis.*

[a] asseverat 2. [b] metherorum 2. [c] quorundam 2. [d] Almagosti 1. 2.

[1] i. e. horto. [2] d. 15. Novbr. a. 1280.

cristiani adunati, et cruce signatorum ex diversis partibus auxilio adjuti, licet cum multo cristianorum sanguine, de Mart. l. l.
Sarracenis triumphaverunt *.

Tertiodecimo anno Rychardi dominus de Valkenborch, frater archiepiscopi Coloniensis Engelberti, cum suis com- 1267.
plicibus muros Colonienses tempore noctis perfodere et subintrare conatur. Sed deprehenditur, bellum cum ipso commit- Nordhof. 1269.
titur, et ipse in civitate cum multis occiditur **. Item Martinus: Anno Domini 1267. soldanus Babilonie, Armenia Mart. Pol.
vastata, Anthyochiam, unam de famosioribus civitatibus orbis, cepit, et tam viris quam mulieribus occisis et captis, c. 101. imp.
ipsam in solitudinem redegit ***.

Quartodecimo anno Rychardi Conradinus, filius Conradi ex filia ducis Bajoarie, faventibus sibi principibus Apulie 1268.
et Calabrie, et Henrico, fratre regis Hyspanie, et avo suo duce Bayoarie sibi adjutorium prestantibus, ex Theutonia et Gest. Lud. IX.
Sycilia et Hispania validum exercitum contra Karolum comitem Proventie, occupatorem regni sui, congregavit. Et 1267. p. 378.
plerique factum Karoli pro desperato habebant, tum propter exercitus Conradini multitudinem et virtutem, tum propter
regni Sicilie pene totius rebellionem ad Gallicos, in dominatione, ut assolent, turpiter se habentes, tum etiam quia repu-
tabant Karolum invasorem regni, Conradinum vero legalem heredem ****.

Quintodecimo anno Rychardi Conradinus adolescentulus, regnum paternum et avitum[a] impetens, a Gallis vincitur 1269.
et capitur. Et quinque comites nobiles cum eo nequiter interficiuntur[1], scilicet comes Galvanus, comes Jordanus, comes Gest. Lud. IX.
Bartholomeus et ejus filii duo. Ultimus autem Conradinus occiditur. Antequam autem decollarentur, juxta quandam p. 382.
capellulam, spatio magno pannis sericis et nobilibus strato, per totum in eo locantur. 'Placebo'*, 'Dirige'[2] missamque *Ps. 114, 9.
pro animabus suis propriis auribus audierunt, indulto etiam eis spatio confitendi †. Propter nequitiosam autem mortem
Conradini, adhuc in annis puerilibus constituti, tota Theutonia concitata est.

Sextodecimo anno Rychardi 8. Kal. Septembris[3] beatus Lodewicus rex Francorum in partibus Affricanis 1270.
migravit ad Dominum, primo fluxu ventris et tandem febre continua vexatus. Delata sunt ossa illius sacrosancta in Gest. Lud. IX.
scrinio ad Sanctum Dyonisium in Franciam sepelienda. Ubi postmodum pluribus invenitur miraculis claruisse. Cui suc- 1270. p. 393.
cessit Phylippus III., filius ejus, et regnavit Francorum 42. annis 15; alii dicunt 13. cf. p. 391. 394.

Decimo septimo anno Rychardi frater Wilhelmus Brabantinus, Chorinthiensis, de ordine fratrum predicatorum, rebus 1271.
excessit humanis. Hic transtulit omnes libros Aristotilis naturalis et moralis philosophie et methaphisice de Greco in Brev. hist.
Latinum, verbum e verbo, quibus nunc utimur in scolis, ad instantiam fratris Thome de Aquino. Nam tempo- ord. praed. c. 8.
ribus domini Alberti translatione veteri omnes communiter utebantur. Item scripsit idem Wilhelmus
librum de apibus gratiosum et librum de naturis rerum ††.

Decimo octavo et ultimo anno Rychardi Henricus, filius ejus, interficitur, patre jam mortuo[4]. Dictus siquidem 1272.
Henricus venerat ad curiam in Viterbium propter regnum Romanorum, ut dicebatur, obtinendum. Quem Guido de Monte- Gest. Philipp.
forti, filius Symonis de Monteforti comitis Lycestrie[b], in bello Anglicano per consilium istius Henrici perempti, circum- III. p. 524.
ventum insidiis, et dolo Gallicorum, qui cum rege Francorum Philippo redeunte de Africa tunc pre-
sentes eidem aderant, ictu cultelli per latera sepius iterato interfecit †††. Item eodem anno post biennium et[c] 9 ibid. p. 528.
menses sedis apostolice vacationem in festo beati Egydii[5] electus est Theobaldus de Placentia, archydiaconus Leodiensis,
in papam, cum esset absens in transmarinis partibus apud Accon. Et 4. Ydus Februarii consecratus, Gregorius X. no- Mart. Pol.
minatus est. Fuit autem hic papa 174. Sedit autem annis 3, mensibus 2, diebus 15. c. 194. pont.

## *Capitulum 95.*

Rodulfus Rufus, comes de Havekesberge de Suevia, in cronicis Francorum dicitur comes de Assario[d], Nordhof. 1273.
Romanorum 99., cepit anno mundi 5235., Urbis 2024., Domini 1273., imperii Theutonicorum Gest. Phil. III. p. 528.

* maxima Sarrac. — triumphav. *ap. Corn. p. 919. 13. ann. Rich., aliquot verbis additis.* ** dominus de Valk. — occiditur *ap. Corn. p. 918., sed falso* sec. Wilh. *** soldanus — redegit *ap. Corn. p. 919. 13. ann. Rich.* **** Conradinus filius — heredem *ap. Corn. p. 920. 14. ann. Rich.* sec. Wilh. † Conrad. adolesc. — confitendi *ap. Corn. p. 920. 14. ann. Rich., sed in brevius redactum.* †† frater Wilhelmus — rerum *ap. Corn. p. 922. 1. ann. Rod., sed falso* sec. Wilh. ††† Henr. fil. ejus — interfecit *ap. Corn. p. 923., sed falso* sec. Wilh.

a avicum 1. b Locestrie 2. c *om.* 2. d *sic in* 1. 2. Assatio *Guil. Nang*, Alsacio *manifeste legendum est.*

1 d. 29. Octob. a. 1268. Neapoli. 2 Qui psalmus intelligendus sit nescio, aut 5,9 aut 24,5 aut 26,11. 3 d. 25. Aug. 4 d. 2. Aug. 1272. Richardus obierat d. 2. April. ejusdem anni. 5 d. 1. Septbr. a. 1271.

473., et annis 18 regnavit *. Temporibus etiam istius Deus in ordine fratrum predicatorum sicut in firmamento celi doctores clarissimos, inter alios Robertum Anglicum, Petrum de Tharantasia [a], Ulricum Theutonicum, Gerhardum Mindensem, Thydericum de Vriberch, Johannem Parisiensem, Wilhelmum Lugdunensem, Jacobum de Voragine, Johannem Vriburgensem, Hermannum de Minda, Johannem dictum Cristoforus, locavit quasi stellas, qui luceant in perpetuas eternitates **.

Brev. hist. ord. praed. c. 8. Quorum Robertus, natione Anglicus [1], magister in theologia, archiepiscopus Cantuariensis et cardinalis Portuensis, scripsit super Porphirium, predicamenta, sex principia, periarmenias, divisionum, priorum, posteriorum, topicorum, elencorum [b], topicorum Boetii; super Priscianum minorem; de natura relationis; sophistriam gramaticalem; sophistriam logycalem; librum de ortu scientiarum; de rebus predicamentalibus; de unitate formarum; item super libros phisicorum, de celo et mundo, de generatione et corruptione, metheororum [c], de anima, metaphysicam et omnes parvos naturales; scripsit etiam super 4 libros sententiarum. De Petro de Tharentasia suo loco dicetur. Ulricus Theutonicus [2], bacularius in theologia, scripsit super librum metheororum [c], super sententias, et summam theologye magnam et subtilem. Gerhardus de Minda, bacularius in theologia, scripsit super metaphisicam et super ecclesiasten. Sepultus est Parisius in capella sancti Andree. Theodericus de Vriberch, magister in theologia, scripsit de origine predicamentorum; de tempore; de yride; de mensuris rerum; de defensione privilegiorum ordinis; de tribus difficilibus; de quidditatibus entium; de generatione lucis; de visione beatifica. Johannes Parisiensis, magister in theologia, super 4 libros sententiarum scripsit, et de yride, et contra corruptorium Thome; item super libros metheororum [c]; item libellum de transsubstantiatione panis et vini sacramento altaris; de unitate esse et essentie [d]; de adventu Cristi et apologeticum. Wilhelmus Lugdunensis archiepiscopus scripsit summam virtutum et vitiorum multum elegantem; item sermones bonos de tempore et de sanctis. Jacobus de Voragine, episcopus Januensis, scripsit legendam Lombardicam, id est passionalem; item sermones de tempore et de sanctis et de quadragesima seorsum optimos. Johannes de Vriburgo, lector ibidem, scripsit summas de jure tres, quarum una longa et bonitate singularis, et nominatur summa Johannis vel summa confessorum; item scripsit confessionale. Item Hermannus de Minda, provincialis Theutonie, scripsit de interdicto, et de inquisitionibus criminum, et epistolas singulares et notabiles plurimas. Johannes Cristoforus, lector Mindensis, scripsit in Minda postillas, super Matheum, super Marcum, super Lucam, super Johannem, super apostolum totum, super canonicas epistolas omnes, super librum elencorum [e], super librum de anima. Hanybaldus etiam, natione Romanus, magister in theologia, scripsit super 4 libros sententiarum. Fuerunt et doctores alii per mundum plurimi, quibus ut stellis preclaris tempora Rodulfi regis insignia reddebantur.

1273. Primo anno Rodulfi papa Gregorius Lugdunum venit, concilium ibi celebraturus generale. Cui rex Francie Phy-
Gest. Phil. III. p. 528. lippus occurrens, honeste multum eum recepit, et recedens, milites et servientes ad custodiam pape reliquit, preficiens dictis militibus Humbertum [3] consanguineum suum †.

1274. Secundo anno Rodulfi beatus Thomas de Aquino, ordinis fratrum predicatorum, doctor excellentissimus, migravit ad Dominum anno Domini 1274., vite sue 50. inchoante, Nonis Martii ††. Anachorita quidam sanctus, re et nomine Bonus, a Deo missus, hunc matri magnum fore nasciturum, nomen et vite seriem gerende ordine promit, dicens eidem: ‘Paries filium et vocabis eum Thomam. Hic intrabit ordinem predicatorum, et erit magnus coram Deo et hominibus, et doctrina sua mundum illuminabit’. Igitur puer ordinem dictum intrat, a fratribus suis carnalibus extrahitur, turris custodie per biennium mancipatur. Erat enim filius nobilis comitis de Aquino in finibus Campanie. Puella speciosa ad subvertendum animum ejus ab ordine per fratres ejus carnales in turrim ad eum intromittitur. Cum titione mulier per eum effugatur [f]. Ipse in orationem prosternitur, humiliter cum lacrimis petens a Deo, sibi dari perpetue conti-

* Rodulfus — regnavit *ap. Corn. p. 922.* ** Temporibus etiam — eternitates *ap. Corn. p. 924. 2. ann. Rod., sed multis additis.* † Gregorius Lugd. — suum *ap. Corn. p. 922. 1. ann. Rod.* †† b. Thomas — Martii *ap. Corn. p. 923. 2. ann. Rod.*

[a] Tharentasia 2. [b] elenchorum 2. [c] metherorum 2. [d] in trinitate *add. Quetif.* [e] elenchorum 2. [f] fugatur 2.

[1] Cf. de eo Fabricius, bibl. latin. med. lib. aevi XVII, p. 266. Mansi. [2] Apud Fabricium audit Engelbertus Argentinensis, apud Quetif. I, p. 356. Ulricus Engelberti de Argentina, apud alios Ulr. Teutonicus. [3] ‘de Bellojoco’, secundum Nangium.

nentie castitatem. Mirum in modum, ecce duo angeli affuerunt, dicentes, eum a Deo fore clementius exauditum. Qui etiam circa renes ipsum stringentes et cingentes, dixerunt: 'Ex parte Dei cingimus te[a] cingulo castitatis, qui numquam dissolvetur'. Cujus muneris tam efficax fuit gratia, ut ex tunc nullo libidinis stimulo vexaretur. Tandem matre permittente ad ordinem reducitur. Studio non segniter intendit; ut apis argumentosa spiritualia mella doctrinarum cf. a. 1266.
colligit, que post in salutem multorum aliunde diffundat*. Contemplationis et devotionis tanto gaudio replebatur, quod pluries, dum ad orandum totum spiritum suum collegisset, visus est quasi duobus cubitis elevatus a terra, nulli prorsus innixus corporeo fulcimento. Unde et[b] circa finem vite sue apud Neapolim in ecclesia fratrum orans, taliter visus est, et ab ymagine Crucifixi, ad quam conversus orabat, hec vox est audita: 'Bene scripsisti de me, Thoma. Quam ergo recipies de labore tuo mercedem'? Et Thomas: 'Domine, non aliam quam te ipsum'. Quotiens disputare, legere, dictare vel scribere voluit, ad orationem se contulit et invenit, quod quesivit, quasi ab alio didicisset. Unde et per se dixit, scientiam suam non tam humano studio et ingenio, sed magis oratione se divinitus impetrasse. Quadam vice Petrus et Paulus apostoli de textu dubio quodam scripture prophetice plenius eum instruxerunt. Singulis diebus, antequam cathedram ascenderet vel alias distraheretur, missam unam dixit et aliam audivit, vel duas[c] ex integro audivit, quando non celebravit. Cum autem transiret ad Dominum, non defuerunt signa miranda, que sancti doctoris clarificarent a mundo exitum et eterne felicitatis declamarent ingressum. Stella vel cometes, que decumbente beato Thoma super monasterium Fosse nove[1], monachorum Cysterciensis ordinis, claritate mirabilis apparuit, cum ipso sanctissimo Dei viro migrante disparebat**. Confessor ejus, qui longo tempore confessionem ejus audierat, publice in die defunctionis ejus dixit: 'Ego confessionem istius sancti viri audivi generalem, et tam purum eum inveni sicut puerum quinque annorum, qui numquam sue carnis sensit corruptelam'. — De miraculis ejus multis pauca referamus. Post septimum mensem vel circa a die obitus sui, cum corpus ejus, quod in capella sancti Stephani monasterii Fosse nove, ordinis Cysterciensis, Terracinensis dyocesis, per idem tempus sepultum exstiterat, ad sepulchrum ejusdem primum, scilicet juxta altare majus ecclesie monasterii antedicti, unde ad tempus per monachos ejusdem monasterii timoris causa sublatum fuerat, ne corpus ipsius omnino de eorum monasterio tolleretur, per translationem denuo exhumatum deferre exinde decrevissent, in apertura sepulchri ejusdem capelle sancti Stephani tanta fragrantis odoris suavitas emanavit, quod totam ipsam capellam claustrumque monasterii ipsius, quod diffusum est, mira eadem suavitate replevit. Propter quod majori per monachos concepta ad ipsum devotione, totus conventus processionaliter, priore cum quibusdam monachis paramentis indutis, corpus ipsum ad primum ejus sepulcrum honorifice detulerunt, cantantes in crastino propter illa, que viderant, de uno confessore sollempniter, cum reputarent incongruum, si missam de 'Requiem eternam' etc. quasi pro defuncto cantarent. Hanc similemque fragrantiam post 7 annorum spatium quidam ex testibus, quidam vero post 14 annorum spatium sensisse se referebant, dum corpus ipsum diversis ex causis per temporum vices sedulo respexissent. Quippe odor ille carnis ejus munditiam Deo

* igitur puer ordinem — diffundat *ap. Corn. p. 1001. 6. ann. Rod. Tum inserit Corn. quae leguntur a. 1266.:* post tres annos — admirabitur. ** contemplationis et devotionis — disparebat *ap. Corn. p. 1002.*

a te cingimus 2. b *om.* 2. c duos 1. 2.

1 in Campania prope Terracinam.

acceptam exprimebat, orationum illius odoramenta representabat, famam etiam ejus claram et diffusionem virtutum et illarum aromata non celabat. Quidam arte cyrurgicus, per decennium ultimate podagricus, se Deo et beato Thome devovens, juxtaque ejus tumulum incumbens, oratione facta, sanus prosiliit, et currens Deum laudavit et beatum Thomam, quod meritis ejus esset de tam longo infirmitatis languore curatus. Alter quidam exhorribilis quadam visione fantasmatis, timiditate percussus manibusque contractus, ore quoque et facie distortus, sensibus privatus et omni virtute fuit destitutus, ita quod nec loqui poterat, sed mortuo similis videbatur, in tantum etiam, ut, igne membris ejus admoto, nullatenus sentiret. Hic portatus ad tumulum beati Thome, post morulam liber et sanus omnino a dicto sepulchro surrexit. Alius dum non devote de sancto sentiret, virtutem Dei in sancto dupliciter in se expertus est: infirmitatis, dum contempnit, et sanitatis, cum a contemptus culpa discedit. Nam cum sibi devotionis causa a quodam capellano pluries venerande reliquie monstrarentur, ipseque ostensor pretiosiores adhuc se reliquias habere, videlicet manum fratris Thome de Aquino, fateretur, illico hunc derisorie de hiis trufantem, cum eas videre non curaret, dicens: 'Sanctus non est, sed quidam frater ordinis predicatorum', tremor apprehendit eum, et caput ejus ad modum cujusdam magne ciste grossum et valde ponderosum sibi esse videbatur. Sed de culpa penitens simulque suam incredulitatem factis dictisque deplorans, dum veniam a sacerdote petitam obtinuit, reverenter manum ejusdem sancti deosculans, confestim a tremore et inflatione capitis liberatus evasit. Sensitque progredientem, ut retulit, maximum ex dicta manu suavitatis odorem. Qui odor eidem curato per multum tempus inherens, a multis percipitur. Quibus sciscitantibus, quid hoc esset, miraculum enarrare, etiamsi nollet, cogebatur. Notarius quidam cum ad mensam sanus accederet, surgens ab illa, squinantia gravi tentus est; duobus diebus linguam movere non potuit, loquelam amisit. Medici, quin morbus cresceret, facere non poterant, immo desperabant. Igitur ipsemet ad sanctum Thomam, concepta devotione, ut ad tumulum ejus deferretur, quod lingua non valuit, scriptura deprompsit. Uxor repugnabat, quia mulieres monasterium non ingrediuntur. Infirmus hoc advertens, intra se ipsum beato Thome se devote recommendavit. Et perfecte curatus est. Cum alius quidam per septem ebdomadas et ultra febre cottidiana, malo epatis [1] et stomachi affligeretur, quadam die Veneris, cum pejus haberet, auditis quibusdam miraculis, que per virum Dei dicebantur esse facta, cum se sequenti die sabbati de sero, uxore sua suadente eaque presente, beato Thome devovisset, die dominico proximo in mane plene se reperit liberatum. Mulier quedam, cum filium suum duorum mensium in cunis decumbentem periclitari non immerito formidaret, pro eo presertim quod per menses 4 ex surditate tantum esset gravata, ut vagientem puerum vel male vel omnino non posset audire, beato Thome se devovit, ut eam a surditate liberaret, et statim perfecte sanatur. Puella quedam a squinantia gravata tantum, quod nec cibum etiam liquidum sumere posset et anhelitus sibi precluderetur, dum matre sua suadente beato Thome se devote commendaret, et ad monasterium Fosse nove duceretur, suppositis gutturi suo beati Thome sanctis reliquiis, perfecte sanata rediit. Quidam prefati monasterii Fosse nove conversus adeo gravem in brachio dextro et spatula dolorem habuit, ut brachium per tres menses cum dimidio deferret suspensum ad collum. Medicorum consilium non profuit. Dolor de die in diem gravabatur. Igitur beato Thome se devotius commendavit, supra tumulum ejus obdormit, a quodam monacho illius monasterii brachium infirmum de lintheo extractum reperit. Excitatus a sompno, more sani, cum ambas manus capiti suo, ut ipsum scalperet, apposuisset, liberatum se intellexit, et miraculum omnibus denun-

[1] i. e. hepatis.

tiavit. Infans quidam novem annorum rumorem et ruborem in costis et crure usque ad pedem patiebatur tantum afflictum, ut nec a matre nec ab alio tangi sine lesione et clamore aliquatinus potuisset, a medicis sine incisione pueri spes non inveniebatur. Recurritur ad Deum, qui gloriosus est in sanctis suis, faciens prodigia. Nam mater infantuli beato Thome devotius ipsum commendabat, ut absque incisione meritis ejus sanaretur. Puer igitur super tumulum sancti viri positus, post aliquantulam morulam sanus surrexit. Hec igitur et hiis similia sunt testimonia tua, Deus, quibus virum hunc sanctum inter sanctorum agmina quasi stellam matutinam confidimus esse locatum [1]. Hic vir beatus dicit de se primo libro contra gentiles cap. 2. sic: *Ut verbis Hylarii utar: Hoc vel precipue vite mee officium debere me Deo conscius sum, ut eum omnis sermo meus et sensus loquatur.* Unde etiam non immerito doctor hic egregius sal condiens doctrinas, doctor omnium temporis illius dicitur a magistro Godfrido de Fontibus [a] 12. quolibet, questione 5. cf. a. 1292.
Scripsit [2] beatus Thomas adhuc juvenculus fallacias, que dicuntur minores; sed post jam maturus etate scripsit super periarmenias; super predicamenta; super posteriorum; de ente et essentia; de elementis in mixto; de materia prima; de dimensionibus; de principiis individuationis; de principiis nature; de ocultis operationibus nature; de eo quod est et quomodo est; de motu progressivo animalium; de motu cordis; de eternitate mundi; de sortibus; de indiciis astrorum; contra unitatem intellectus; de unitate forme; de genere; de accidente; de instantibus; de relatione; de fato; super Boetium de ebdomadibus; de fide spe et caritate; de virtutibus; de verbo; de decem preceptis; contra impugnantes religionem; de correctione fraterna; de forma absolutionis; de perfectione vite spiritualis; de duabus naturis et una persona in Cristo; de articulis fidei; de sacramentis; de angelis; super 'Pater noster'; super 'Credo in Deum'; super 'Ave Maria'; super 'Magnificat'; de genealogia Marie; super primam decretalem; super libros phisicorum, de celo et mundo, de generatione et corruptione, metheororum [c], de anima, de sompno et vigilia, de memoria et reminiscentia, de sensu et sensato, metaphisicam, ethycorum, politicorum, de morte et vita, de causis, de regno ad regem Cypri. Item scripsit super Job, Ysaiam et Jeremiam, Matheum, Marcum, Lucam, Johannem duplex; questiones super Boetium de Trinitate, super 15 capitula Mathei, super Dyonisium de divinis nominibus, de celesti ierarchia, super cantica; sermones de angelis; sermones de quadragesima. Item scripsit excellenter super omnes 4 libros sententiarum. Item summam theologye in 4 voluminibus. Primum dicitur prima pars summe, secundum prima secunde, tertium secunda secunde, quartum tertia pars. Item scripsit summam contra gentiles, de veritate catholice fidei. Item scripsit questiones de veritate, de potentia Dei, de spiritualibus creaturis, de anima, de virtutibus, de malo, de quolibet 12. Item declamationes 52 questionum, determinationes 36 questionum, contra errores Grecorum. Item super primos tres nocturnos psalterii, super omnes epistolas Pauli, et alia multa. Item hoc anno secundo Rodulfi a Kalendis Maji usque ad festum Marie Magdalene celebravit concilium generale Gregorius X. apud Lugdunum civitatem Gallie. Gest. Phil. III. p. 528. Numerus prelatorum, qui concilio isti interfuerunt, quingenti episcopi, sexaginta abbates et alii prelati mille. Circa finem concilii Greci et Tartari mittentes nuntios sollempnes, ad unitatem ecclesie venire promittebant. In cujus signum Spiritum sanctum Greci a Patre et Filio confessi sunt procedere. Simbolum quoque apostolorum in communi concilio sollempniter decantarunt. In eodem concilio plures ordines mendicantium sunt cassati. Ordines vero predicatorum et minorum evidenter utiles ecclesie sunt declarati, ordines autem Heremitarum et Carmelitarum in solito et consueto statu relicti sunt. Item bigami, qui tunc temporis clericalem tonsoram [d]

[a] *Vox* monte *primum scripta pro* fontibus *in* 2. *colore rubro deleta est.* [b] tonsuram *corr.* tonsoram 1. [c] metherorum 2. [d] tonsuram 2.

[1] Canonizatus est ab Johanne XXII. papa anno 1323; cf. h. a. [2] Thomae scripta numerantur apud Baluze, vit. papar. Avinionens. Tom. II, p. 7; sed Noster plura affert quae ibidem desiderantur.

Gest. Phil. deferebant, hoc facere de cetero prohibiti sunt*, et ne plus utantur privilegio clericali. Item hoc anno Philippus
III, p. 529. rex Francie Mariam, filiam quondam Henrici ducis Brabantie, puellam pulcram et sapientem, duxit uxorem**. Item eodem anno Henricus rex Navarre moritur, relinquens de uxore sua, sorore comitis Attrebatensis, unicam filiam Johannam nomine, totius regni heredem. Quam adhuc in cunabulis mater festinanter in Franciam asportari fecit, metuens Navarrorum infidelitatem. Rex Francie Phylippus cum pueris suis fecit eam educari. Spectabant siquidem ad ipsam puellam Navarre regnum, Brieque et Campanie comitatus hereditario jure. Rex igitur Phylippus tutor matris et filie fit, Pampilonem et
Nordhof. 1274. alia bene disponi facit***. Item Henricus episcopus Leodiensis per papam Gregorium X. in concilio Lugdunensi mense Majo deponitur. Cui Johannes[1] episcopus Tornacensis substituitur.

**1275.** Tertio anno Rodulfi Gregorius papa moritur[2]. Cui successit Innocentius V.[3], papa 175., de ordine fratrum
Gest. Phil. III, p. 531. predicatorum, Burgundus, prius magister Petrus de Tharentasia[a] nominatus. Ex cronicis: Iste fuit natione Gallicus,
Brev. hist. ord. pr. c. 8. magister in theologia, archiepiscopus Lugdunensis, cardinalis Hostiensis, summus penitentiarius pape, et post Innocentius papa V. Scripsit postillas super Genesim, Exodum, Leviticum, Numeri, Deuteronomium[b], Lucam, epistolas Pauli omnes;
ibid. p. 367. super 4 libros sententiarum; de unitate formarum; de materia celi; de eternitate mundi; de intellectu et voluntate. Item
Nordhof. 1275. hoc anno Engelbertus archiepiscopus Coloniensis, cum de concilio Lugdunensi redisset, moritur. Cui Sifridus de Wester-
Gest. Phil. III, p. 531. borch, prepositus Moguntinus, succedit. Iste prelio in Woringh devictus est. Item hoc anno Amalricus clericus, filius Symonis de Monteforti comitis Leycestrie, dudum in Anglia interfecti, dum per mare sororem suam unicam, quam habebat, duceret in Walliam ad principem Wallensium, ut acciperet eam uxorem, rex Anglie Egdoardus fecit eum cum sorore capi et in carcere custodiri. Princeps Wallensium indignatur, a rege Anglie deficit, eidem rebellat, montem quendam in confinio terrarum illarum incastellat[c]. Rex montem terra marique obsidet. Multos de suis rex perdit, alii viarum angustiis obruuntur, alii insultibus subitis hostium interficiuntur. Princeps ad deditionem talem cogitur, quod nomine et potestate principis Wallensium fungeretur, quamdiu viveret, sed ad heredes suos, si quos generaret, principatus auctoritas minime deveniret. Et sic rex uxorem ei reddidit; Amalricum autem, quia clericus esset, nomine prelatorum suorum diu sub arta custodia reservavit †.

**1276.** Quarto anno Rodulfi Innocentius V. obiit[4]. Ex cronicis: Hic apud Aretium Tuscie civitatem creatus, anno
Gest. Phil. III, p. 536. Domini 1275. in festo sancte Agnetis, vita, scientia et moribus excellenter ornatus, infra 6 menses a creatione sua
Brev. hist. ord. pr. c. 8. Rome obiit. Cui successit Adrianus, papa 176., hujus nominis V., natione Januensis, et cum sedisset mense uno et diebus 9, defunctus est[5]. Cui successit Johannes XXI., natione Hyspanus, papa 177. Item hoc anno Gallici
Gest. Phil. III, p. 536. Pampilonam in regno Navarre capiunt, urbem spoliant et depredantur, et ut Sarraceni viros et mulieres occidunt, et more suo matronis et virginibus stupra nequiter intulerunt ††, et tumulum regis Henrici laceraverunt, civitates etiam alias et
ibid. p. 534. 535. munitiones et castra regni preter septem occupaverunt.

**1277.** Quinto anno Rodulfi Johannes papa, cum sibi vite spatium in annos plurimos extendi crederet, et hoc etiam coram
Gest. Phil. III, p. 536. multis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa palatium construi fecit, solus ipsa ruente corruit, et inter ligna et lapides collisus sexta die post casum, perceptis omnibus sacramentis ecclesiasticis, exspiravit †††[6]. Sepultus autem est in eadem urbe in ecclesia sancti Laurentii. Cui successit Johannes Gaytanus, natione Romanus de
Nordhof. 1277. p. 391. genere Ursinorum, et Nycholaus hujus nominis III. appellatur[7]. Fuit autem iste papa 178. Item hoc anno Engelbertus comes de Marka secundus per Hermannum de Lon nobilem invaditur, vulneratur, capitur et ad castrum ipsius Hermanni Bredenvord ducitur. Et ibidem[d] tam ex vulnerum atrocitate, quam ex impatientia casus sui diem clausit[8]
ibid. p. 389. extremum. Hic Engelbertus fratrem habuit Ottonem seniorem se, canonicum Leodiensem. Qui laycari volens, petivit a fratre portionem hereditatis. Dissentio exorta sedatur sic: Duo castra Altena et Blankensteyn cum jurisdictionibus suis omnibus sibi dantur a fratre. Sine herede moritur, et comitia redintegratur ††††. Hic etiam Engelbertus villam Mendene

* in eod. conc. plures — sunt *ap. Corn. p. 923. 2. ann. Rod.* ** Philippus — uxorem *ap. Corn. p. 924. 2. ann. Rod.* sec. Wilh. *** eod. a. Henricus — facit *ap. Corn. p. 925. 2. ann. Rod.* † Amalricus clericus — reservavit *ap. Corn. p. 925.* sec. Wilh. †† Gallici — intulerunt *ap. Corn. p. 926. 4. ann. Rod.* sec. Wilh. ††† Joh. papa — exspiravit *ap. Corn. p. 928. 4. ann. Rod.* †††† Engelbertus comes — redintegratur *ap. Corn. p. 924. 2. ann. Rod., sed falso* sec. Wilh.

[a] charent. 1. [b] deutronom. 1. [c] incastellac 1. [d] non *add. Meibom. in edit.*

[1] 'de Angines' addit Nordhofius. [2] d. 10. Jan. a. 1276. [3] sedit a d. 21. Janr. — d. 22. Jun. a. 1276. [4] d. 22. Juni. 1276. [5] sedit a d. 12. Jul. — d. 18. Aug. a. 1276. [6] sedit a d. 13. Septb. a. 1276. — d. 16. Mai. 1277. [7] sedit a d. 25. Novbr. a. 1277. — d. 23. Aug. a. 1280. [8] Nordhof. addit: *in die Othmari, quae est 5. dies post festum sancti Martini* (d. 16. Novb.)

firmatam obsedit, cepit et destruxit. Uxore vero sua prima defuncta, cum esset mamburnus comitatus de Tekeneborch, Northof. p. 389.
sede Osnabrugensi vacante, in episcopum ibidem concorditer postulatur. Habuit etiam bellum cum Enghelberto de Valken- 390.
borch archiepiscopo Coloniensi circa locum qui dicitur Capelle, et vicit. Cepitque ad numerum bonorum hominum 80.
Episcopus furore succenditur. Exercitum fortem congregat, terram comitis intrat, villam Unna firmatam oppugnat, capit et
comburit. Ecclesia spoliatur. Militares et opidani capiuntur. Bernardus miles dictus Bitter[a], dapifer et origo disturbii,
capitur et occiditur. Thydericus dictus Volenspeth, nescitur quo spiritu vel consilio ductus, villam Kamene, forsan
quod inimici receptaculum ibi non invenirent, comburit. Pax tandem fit, sic quod comes neptem episcopi Elyzabet,
filiam domini de Valkenborch, duxit uxorem. De comitia de Marka vide ante primum annum Lotharii II.,
et ante primum annum Friderici I., et annum quintumdecimum Friderici II. Item hoc anno comes ibid. p. 391.
Juliacensis[1] occisus est Aquisgrani 17. Kal. Aprilis[b]. a. 1277.

Sexto anno Rodulfi Nycholaus papa Karolum regem Sycilie a vicaria Tuscie amovit. Et constitutiones faciens 1278.
tam de electionibus prelatorum quam de electione senatoris urbis Rome, se senatorem ad vitam fieri procuravit, faciens Gest. Phil. III.
per suos parentes senatoriam fere per duos annos regi. Hic papa misit ad Karolum regem Sycilie in Apuliam unum p. 536.
de cardinalibus, volens super amotione ejus a vicaria Tuscie et senatorie urbis Rome continentiam, patientiam et obe-
dientiam ejus experiri. Sed hunc relatione cardinalis humilem et discretum, plus quam credidit, invenit*. Item hoc ibid. p. 537.
anno magister Johannes de Aurelianis, cancellarius Parisiensis, per papam Nycholaum ad episcopatum Parisiensem
promotus, seculo valefaciens, totum dimittit. Et in domo fratrum predicatorum Parisius religionis habitum assumens,
pauper ibidem cum pauperibus, devote Domino famulando, hujus vite peregit incolatum**. Item hoc anno Ever- Nordhof. 1277.
hardus, filius Engelberti, comes de Marka tertius, castrum Bredenvord, in quo patris sui mortui corpus detinebatur, obsidet.
Corpus redditur, in Capenberch sepelitur; obsidio tamen non solvitur. Nocturno tempore castrum, omnibus clam per
fugam elapsis, derelinquitur et per Everhardum destruitur***. Post comes Everhardus adolescens in curia regis Rodulfi ibid. 1278.
mansit ad tempus, regi percarus et caractere militari per ipsum insignitus. Item hoc anno Humbertus, magister
ordinis predicatorum quintus, obiit. Ex cronicis: Hic electus fuit apud Budam Ungarie anno Domini 1254. Fuit Brev. hist.
autem tunc provincialis Francie, cunctis religionis exemplar et ymago. Hujus instantia Wilhelmus de Sancto Amore per ord. praed. c. 9.
papam Alexandrum citatur et dampnatur. Et constitutio gravis, contra fratres ab Innocentio edita, per hunc Alexandrum
ad preces ejus revocatur. Hic officium fratrum predicatorum divinum ex officio Gallicano gratius ordinavit et correxit.
Quod post per papam Martinum IV. est ordini confirmatum. Expositionem regule beati Augustini multum utilem et
diffusam composuit. Cumque 9 annis prefuisset, magisterio cessit in capitulo Londoniensi anno Domini 1263., et post
annis 15 supervivens, obiit, plenus bonis operibus, in conventu Valentino provincie Proventie anno Domini 1278.[c], pridie
Ydus Julii. Hic etiam ordinari fecit librum qui dicitur 'Vitas fratrum'†. *[Item idem scripsit epistolam de tribus
essencialibus[d] religionis[e]].*

Septimo anno Rodulfi Albertus Theutonicus de ordine predicatorum, doctor inclitus, ab 1279.
hoc seculo nequam eripitur[2]. Retrospicias ad annum Rychardi duodecimum et ante annum
ejusdem primum ††.

Octavo anno Rodulfi Nycholaus papa in Suriano castro prope Viterbium moritur[3]. Et vacavit sedes 5 mensibus 1280.
et diebus 20. Eodem anno Secana, fluvius Gallie, circa principium mensis Januarii sic inundavit, quod duos pontes G. Phil. III.
Parisius destruxit. Portas etiam, que dicuntur Dyonisii, Parisius nullus nisi navigando poterat subintrare. Et ex alia parte p. 538.
per totam plateam vasa navalia discurrebant.

Nono anno Rodulfi dominus Symon, Sancte Cecilie presbiter cardinalis, natione Gallicus, in papam eligitur, et apud 1281.
Urbem Veterem 10. Kal. Aprilis consecratus, Martinus hujus nominis IV. est appellatus[4]. Fuit autem iste papa G. Phil. III.
179. Hic electus in senatorem urbis Rome ad vitam, loco sui substituit regem Sycilie Karolum. Et de domo hujus regis 1281. p. 538.

* Nycholaus papa — invenit *ap. Corn. p. 929. 6. ann. Rod.* ** magist. Joh. — incolatum *ap. Corn. l. l.* *** Everhard. fil. — destruitur *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Wilh. † Humbertus mag. — fratrum *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Mart. *et pluribus omissis, quae exstant p. 914. 9. ann. Rich.* †† Albert Theut. — primum *ap. Corn. p. 930. 7. ann. Rod., sed falso* sec. Mart.

[a] Lutter *corr.* Bitter 1. Lutter 2. 3. [b] in vigilia b. Gertrudis *hab Nordh.* [c] 1277. *Quetif. et Martene.* [d] votis *add. Martene; Quetif. habet:* votis substantialibus. [e] *manus 1** verba* item idem scripsit — religionis *codici 1. intulit.*

[1] 'Wilhelmus' add. Nordhof. [2] Erat d. 15. Nobr. ann. 1280. Coloniae. [3] d. 23. Aug. a. 1280.; elect. d. 25. Novbr. 1277. [4] electus d. 22. Febr. a. 1281., consecr. d. 23. Mart., obiit d. 29. Mart. a. 1285.

G. Phil. l. l. sumpsit milites ad regendum patrimonium ecclesie Romane. Item Petrus rex Arrogonie[a] nomine uxoris sue Constantie,
filie Manfredi, filii **Friderici imperatoris**, que se dixit heredem regni Sycilie, conspirare fecit Syculos contra Karo-
ibid. p. 539. lum Gallicum, occupatorem regni. Unde statim Panormitani et Messanenses occiderunt omnes Gallicos, tam mares quam
feminas, senes et juvenes, qui intra Syciliam inveniebantur. Mulierum etiam, que de Gallicis conceperant, latera aperien-
tes, partus eiciebant, antequam nascerentur. Quo intellecto, Petrus rex Arrogonie[a] cum magna multitudine venit, et regnum
ibid. p. 540. occupans, se regem Sycilie nominavit. Quod papa intelligens, Petrum regno Arrogonie sententialiter privavit, et illud
nepoti suo Karolo de Valeyo, Phylippi regis Francie filio, concessit. Item mense Februario piscis marinus in effigie[b]
leonis captus est. Cujus pellis pilosa, pedes breves, cauda leonina et reliquum corporis erat leoninum. Hic apud Urbem
Veterem, ubi erat papa et curia, fuit deportatus. Qui in captione sua planctus horribiles emiserat. Quod a multis dice-
batur pronosticatio futurorum *.

1282. Decimo anno Rodulfi sollempnis inquisitio fit de vita et miraculis sancte memorie regis Francorum Lodewici **.
G. Phil. III. p. 541. Item soldanus Babylonie fugatur a Tartaris per octo dietas, perdiditque de suis quinquaginta millia. Sed iterum viribus
resumptis, soldanus Tartaros fugere compulit et 30000 ex eis occidit.

1283. Undecimo anno Rodulfi Philippus rex Francie, tenens Parisius magnum parlamentum, acceptavit regnum Arragonie
G. Phil. III. p. 542. sibi pro filio suo per papam oblatum. Item concesse sibi fuerunt decime ecclesiarum ad dictum regnum conquirendum.
Item predicabatur crux contra regem Arragonie Petrum in adjutorium regis Francie***. Item **hoc anno** princeps
ibid. p. 543. Salerne Karolus, filius Karoli regis, captus est, et in Messana primo incarceratus, et post in Neapoli ad jussum Con-
stantie regine. **Item Johannes de Vercellis, magister ordinis predicatorum sextus, obiit. Ex cronicis:**
Br. hist. ord. pr. c. 9. Hic electus fuit Parisius anno Domini 1263. Erat autem provincialis Lombardie, vir magne prudentie et experientie,
fama et opinione clarus, in optimis omnibus[c] notus. Hic fecit transferri corpus beati Dominici in archam nobilem, in
qua nunc quiescit, quam etiam ipse fieri procuravit. Facta autem est hec secunda translatio anno Domini 1267 †.
Obiit autem vir Dei Johannes in Monte Pessulano anno Domini 1283. pridie Kal. Decembris, cum ordini annis fere 20 prefuisset.

1284. Duodecimo anno Rodulfi septimo die Januarii[1] Karolus diem clausit extremum. Cujus corpus conditum aromatibus
Gest. Phil. III. p. 543. pretiosis Neapolim defertur, et in ecclesia majori sepelitur ††. Eodem anno in vigilia sancte Katerine per totam noctem
tanta fuit ventorum vehementia, quod multe domus multaque monasteriorum cloceria, **id est campanilia**, et multe fortes
et magne proceritatis arbores in diversis locis per regnum Francie in terram deiciebantur. Item hoc anno Phylippus
IV., Phylippi regis Francorum primogenitus, Johannam consanguineam suam, defuncti Henrici regis Navarre, **de qua
jam dictum est**, filiam unicam, dispensatione Romane ecclesie duxit uxorem. **Et sic virtute regnum Navarre
cf. Bern. Guid. ap.Quet.I,p.399. sibi vendicavit.** *[Item hoc anno Munyo, magister ordinis predicatorum septimus, Bononye anno
Domini 1285. eligitur, et post per papam Nycolaum IV. Palentinus[2] episcopus designatur[d]].*

1285. Tertiodecimo anno Rodulfi papa Martinus migravit ad Dominum[3]. Cui successit dominus Jeronimus[4], Romanus
Gest. Phil. III. p. 544. de domo Sabellorum, et Honorius hujus nominis IV. est appellatus, **et fuit papa 180. Et sedit**[5] **annis 3. Ex cro-
nicis Francorum:** Hoc anno in die annuntiationis beate Marie, que fuit tunc dies resurrectionis dominice, postquam
papa Martinus missam celebrasset et refectionem solitam sumpsisset cum suis capellanis, arripuit eum oculta et gravis
infirmitas. Phisici nescientes quid esset, dixerunt in eo nullum signum mortis apparere. Proximo vero die Mercurii,
hora noctis quasi quinta, debitum exsolvens conditionis humane, in Domino feliciter obdormivit. Diversis passionibus et
morbis afflicti, venientes ad tumulum ejus, cunctis videntibus sanati sunt. Item rex Arragonie Petrus principem
Salerne Karolum, quem in Messana captivum tenebat, fecit in Arragoniam transportari et ibidem sub clausura[e] artissima
custodiri, et quia dictus Petrus timuit Syculorum infidelitatem et novi dominii semper habendi ipsorum pronam et avidam
voluntatem, non ignoravit. Item rex Francie Phylippus, infinita multitudine congregata, regnum Arragonie filio suo
concessum expugnare nititur, et Januam dictam superbam capiens, ad exhortationem legati Romane ecclesie Johannis
Tholez, Sancte Cecilie presbiteri cardinalis, nulli etati vel sexui vel conditioni vel loco parcens[f], omnes gladio trucidavit,

* Panormitani et Mess. — futurorum *ap. Corn. p. 933. 9. ann. Rod., sed mutato ordine et multis omissis.* ** sollempnis — Lodew. *ap. Corn. p. 935. 11. ann. Rod.* *** Philippus rex — Francie *ap. Corn. p. 934. 11. ann. Rod., falso* sec. Wilh. † Joh. de Verc. — 1267. *ap. Corn. l. l.* †† Karolus diem — sepelitur *ap. Corn. p. 936. 13. ann. Rod., falso* sec. Wilh.

[a] *ita hoc loco* 1. [b] effigio 1. 2. [c] moribus *Brev. hist.* [d] *Quae his* [] *uncis inclusa vides, a manu* 1*** *in* 1. *margini adscripta sunt.* [e] classura 1. [f] parcentes 1.

[1] a. 1285. [2] in Hispania. [3] d. 29. Mart. a. 1285. [4] Raynald., Ann. eccl. ad h. a. Nro. 14. habet: *Jacobus.* [5] a d. 2. April. a. 1285 — d. 3. April. a. 1287.

et civitatem destruxit. Item Phylippus rex Francie Gerundam obsedit. Item Petrus rex Arragonie, in obsidione ibid. p. 546.
sue civitatis Gerunde vulneratus, non diu post diem clausit extremum. Item Gerunda regi Francie se dedidit. Quam ibid. p. 547.
rex reparari et infortiari precepit. Item Phylippus rex Francie, rediens de Arragonia, moritur in Pyrpiniano. Cujus ibid. p. 548.
carnes et viscera Narbone in majori ecclesia, ossa vero ad Sanctum Dyonisium apud patrem suum sanctum Lodwicum, cor autem apud fratres predicatores Parisius, multum reclamantibus monachis Sancti Dyonisii, filius suus Philippus IV. et regni successor sepelivit. Fuit autem Phylippus iste IV. regum Francorum 43.*

Quartodecimo anno Rodulfi regnum Polonorum per marchiones de Brandenborch de- 1286.
struitur et desolatur. Sane marchiones Brandenburgenses cum Polonis vicinis suis bella pervicacia viribus magnis et frequenter agentes, tandemque regnum Polonorum potenter ingredientes, invalescebant. Regem eorum in regno suo, in domo sua, quin et in lecto suo preoccupantes, interimebant. Regnum totum igne ferroque vastantes et ubique desolantes, destruebant. Civitates, opida, castra, villas et terras sibi propinquiores abrapiebant et pro se perpetuo jure belli possidenda tenebant. Una terrarum illarum fuit Prucia, ubere gleba, opibus et urbibus insignibus plurimis dives et populosa, habens in longitudine quasi 60 miliaria Theutonica, que faciunt miliaria Lombardica quasi 300. Hanc cruciferi de domo Theutonica, quasi metis suis conterminam, per tempora multa desiderantes et querentes amicabiliter obtinere et possidere, ipsam tandem a marchionibus dictis, jam dudum ejus possessoribus, emunt pecunia magna valde. Quam pecuniam pro terris aliis, civitatibus, urbibus, villis, fluviis, pascuis et hujusmodi ceteris cum juribus suis, que marchiones emerant, melius pro Marchia situata, dicti cruciferi persolventes, Pruciam pleno jure possidere videntur, quamquam Poloni numquam adhuc ab ejus impetitione quiescant. Injuriam hanc antiquam rex Polonorum temporibus nostris corde revolvens, Letwinis paganis, consilio et placito [1] pape Johannis, ut dicebatur, qui marchionem Lodwicum propter patrem suum Lodewicum imperatorem odivit, amicitia, fide, federibusque sociatur, sperans per eos de Marcomannis se posse vindicare. Quod viribus propriis propter marchionis potentiam, quia filius esset imperatoris, attemptare non presumebat. Ducit igitur paganos per Poloniam et terminos quosdam alios cristianorum ad vastandum cristianos. Qui stragem maximam in metis Marchie et Polonie facientes, exercitum ad interiora terre ducunt [2]. Prepositum de Bernov [3], hominem corpore grossum et pinguem, vinciunt, caput inter crura detorquentes, dorsum ejus gladiis aperiunt, profluvium sanguinis attendunt, de exitu belli per ipsum divinare cupientes. Interea de partibus omnibus Marchie vicinis, quasi ad pestem vel ignem communem extinguendum concurrentibus, pagani cum Polonis fugam meditantur. Sed occupantur, sternuntur, capiuntur, paucis per paludes et terras alias invias elapsis**.

Quintodecimo anno Rodulfi in festo sancti Nycasii [4] ex maris inundatione submersa sunt in 1287.
Selandia 15 insule una cum 15000 hominum utriusque sexus, ut legitur in cronicis Flammighorum †.

* rex Fr. Phil. infinita — 43. *ap. Corn. p. 936. 13. ann. Rod., falso* sec. Wilh. ** regnum Polonorum — elapsis *ap. Corn. p. 937. 14. ann. Rod., sed falso* sec. Eggh. *et pluribus omissis.* † in festo — sexus *ap. Corn. p. 938. 15. ann. Rod., sed falso* sec. Wilh.

[1] Cf. Henricus Monach. in Rebdorfii annal. ap. Freher, SS. rer. Germ. I, p. 423 sq. (edit. a 1624.) et Wohlbrück, Gesch. des Bisthums Lebus I, 442 sq. [2] circa medium Junium a. 1325 (non ut Henricus vult a. 1328.; breve chron. Silesiae ap. Stenzel, SS. rer. Silesiae I, 1, p. 36. habet a. 1326.). Cf. Klöden, diplom. Gesch. des Markgrafen Waldemar III, p. 91—95., praecipue autem p. 452—454., ubi disserit de 'Bestimmung des Jahres, in welchem die Polen und Lithauer die Mark verwüsteten'. [3] Praepositus de Bernow non a Polonis, sed a plebe Berolinensi a. 1325. prope portas ecclesiae beatae Mariae trucidatus est et ignis incendio concrematus. Certum est, Henrici auctorem (Italum ut videtur scriptorem) hic plura facta commutasse. Cf. de hac re Klöden l. l. I, p. 96—100. et p. 455—458. Locus interfectionis usque hodie Berolini ostenditur. [4] d. 14. Decbr.

Nordhof. 1287. p. 392. Item Everhardus comes de Marka tertius, adolescens gratiosus, castrum Ahus super Lippiam archiepiscopi Coloniensis mense Decembri obsidet, et post aliquot dies capit et destruit. Inter hec archiepiscopus Coloniensis castrum Woring[a] reedificat, quod facere non debuit, thelonea nova et indebita exigit, aliaque multa injuriose facit. Fit igitur confederatio ducis Brabantie cum civibus Coloniensibus. Quibus comes de Monte, comes Juliacensis, comes de Marka, dominus de Waldeghe et alii quam plures associantur; archiepiscopo vero Sifrido comes Gelrie, comes de Lucelenborch cum fratribus suis, comes de Nassov, dominus de Valkenborch et alii multi nobiles et barones*.

1288. Sextodecimo anno Rodulfi, Honorio papa defuncto, Nycholaus IV. papa 181. consecratus est, et sedit[1] annis 6, mensibus 8, diebus 16. Hic ordinem pseudoapostolorum, predecessorum suorum vestigia secutus, universis ecclesiarum prelatis scribens, exterminari jussit. Item hoc
Nordhof. 1288. anno in die beati Bonifacii, id est Nonis Junii vel quinto die mensis Junii, fuit illud famosum bellum in Woring[2] istorum dominorum inter se. Pars autem archiepiscopi potentia militari et numero partem adversam non modicum excedebat. Aciebus igitur ordinatis in campo, juxta Woring congrediuntur. Totum pondus prelii in ducem Brabantie vertitur. Quidam Gelrenses tentoria ducis exspoliantes, cum spoliis fugiunt. Quos et alii, ne perderent que rapuerant, sequi ceperunt. Ex istorum fuga adversarii confortantur, pugnant viriliter et vincunt. Cessit igitur hec victoria duci[3] Brabantie et comitibus Juliacensi[4], de Monte[5], de Marka[6] et civibus de Colonia. Captique sunt archiepiscopus[7] per comitem de Monte, comes Gelrie per ducem[b]. Mortuus est autem comes de Lucelenborch cum tribus fratribus et frater archiepiscopi. Et strages militarium facta est ibi magna et plurium aliorum. In missali libro ville Woring legi scriptum sic: Ibi 1100 in bello mortui sunt, et post bellum de captivis et in bello lesis 700. Comes Adolfus de Monte cepit archiepiscopum Syfridum, et vix in vita conservavit a tumultu. Henricus comes de Lucelenborch et Walrammus, frater ejus, perierunt ibidem, et alii quam plurimi et nobiles et milites et militares. De non nominatis et ignotis sepulti sunt in cimiterio Woring apud sepem in quodam cellario 600**. Et horum memoria singulis annis agitur in Woring ad procurationem ducis Brabantie, et dantur clerico 12 Brabantini et campanario sex. Obsidione autem adhuc manente, castrum Woring deditum est et destructum.
Nordhof. 1288. p. 393. Hec ex missali in Woring. Item Everhardus comes de Marka, post bellum in Woring rediens in Westphaliam, eodem anno opidum Werle obsidet et capit, et muros fossataque solo coequat. Castrum etiam Volmensten, quod erat archiepiscopi, obsidet et diruit. Similiter et castrum Ysenberch. Hec omnia comes de Marka facere potuit, cum interim archiepiscopus Coloniensis in castro comitis de Monte, quod Novum castrum dicitur, detineretur captivus. Post archiepiscopus obligat comiti de Monte castra Waldenberch, Rodenberge, Mendene, Asplewide et quedam alia. Et sic liberatus abscedit. Comes Gelrie pro liberatione sua dimisit duci ducatum Limborgensem. Quem
ibid. p. 392. ducatum idem dux Brabantie[c], emptum a comite de Monte, qui ipsum post mortem comitisse Gelrensis, filie ducis Limborgensis, patrui sui, sine herede decedentis, jure hereditario vendicarat†.

1289. Decimo et septimo anno Rodulfi in villa Eghinhusen prope Sosatum[d] Westphalie natus est puer masculus, faciem habens ad dorsum, manus autem et pedes et totum corporis reliquum correspondenter habens ad pectus et ventrem. Item in villa Meyenberch[8], ubi scaturit

* Everhardus comes — barones *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Wilh. ** in die b. Bonifac. — 600 *ap. Corn. p. 938. 16. ann. Rod.* † Everhardus com. d. M. — vendicarat *ap. Corn. l. l.*

[a] Woringh 2. [b] Brabantie *add. Nordh.* [c] *verbum deesse videtur.* [d] Zozatum 2.

[1] a d. 22. Febr. a. 1288. — d. 4. April. a. 1292. [2] Cf. de hac pugna van Heelu, carmen de proelio Woring., ed. Willems. — Prope portam Coloniensem 'Weiherthor' in lapide, qui muro infixus est, haec scena usque hodie sculpta videtur. His addere libet ex 'Kölner Domblatt' Nro. 108. 1854: 'In Woringen (Worinc, Buruncum?) steht der alte Thurm noch von der alten Pfarrkirche, welcher dereinst das Schlachtfeld vom 5. Juni 1288 überragte. Spitz und schlank noch in seinen Jugendtagen sah er die Blüthe der damaligen deutschen Ritterschaft fallen, einen Erzbischof gefangen wegführen, und erhob sein Kreuz über die Leichen von 8000 Erschlagenen, die fast alle deutschen Fürstenhäuser damaliger Zeit in Trauer versetzten und die ein frommer Mönch mit dem grünen Lailach um seine Mauern bedeckte'. [3] Johanni. [4] Henrico. [5] Adolfo. [6] Everhardo. [7] Sifridus Coloniensis. [8] hodie Meinberg oppidulum fontibus salutaribus notum, in principatu Lippiensi.

fluvius Werna, qui transfluit Hervordiam, natus est puer masculus, vittam rubeam collo ter circumductam habens, et post quasi nodo colligatam sub mento, et post nodationem utramque partem vitte per utramque mamillam ad ventrem usque dependentem*.

Decimo octavo anno regni sui Rodulfus diem clausit extremum in die divisionis 1290.
apostolorum [1].

*Capitulum 96.*

Adolfus, comes de Nassov, Romanorum a Julio 100., cepit anno mundi 5253., Urbis 2042., Domini 1291., imperii Theutonicorum 491. Et annis 8 regnavit. Iste fuit electus in discordia cum Alberto duce Austrie, filio regis Rodolfi. Et per eundem Albertum post annos 8 devictus in bello publico et interfectus**.

Primo anno Adolfi civitas Achon a Sarracenis capitur et destruitur. Item Everhardus comes de Marka[a] in 1291.
subsidium comitis de Tekeneborch Ottonis, nepotis sui, terram Osnabrugensem per 8 dies cottidie vastat et depopulatur, Nordhof. 1291.
Sifrido archiepiscopo Coloniensi, episcopo Mindensi, episcopo Podelbornensi, domino de Lyppia et multis nobilibus aliis et militaribus totaque terra Osnabrugensi in Osenbrughe congregatis, nec exeuntibus***.

Secundo anno Adolfi doctor sollempnis magister Henricus de Gandavo celeberrimus cepit 1292.
haberi. Hic scripsit summam theologie, verborum quidem intricatione et obscuritate quantitateque notabili[b] voluminis obtusioribus onerosam, sed sensuum subtilitate plurima et profunditate mirabili refertissimam et fecundissimam†, et ob hoc a perspicatioribus quam pluribus avidius anhelatam. Scripsit etiam ejusdemmodi de quolibet 15, et[c] super methaphisicam. Hic Parisius doctor sollempnis nominatur usque in presentem diem. Floruerunt eodem tempore frater Jacobus de Viterbio[d] ordinis heremitarum et magister Godfridus de Fontibus. Quorum primus tria, secundus tredecim de quolibet scripserunt exquisite. Isti doctores tres, quamquam in doctrinis suis cum beato Thoma de Aquino quandoque non concordaverunt, unus tamen eorum, magister Godfridus, quolibet 12. quest. 5. docuit, eum esse sal, quod condiret doctrinas doctorum omnium
temporum illorum ††, ut[e] anno secundo* Rodulfi dictum est. *1274.

Tertio anno regni sui Adolfus contra Misnam proficiscitur, habens inter alios in comitatu suo comitem Ever- 1293.
hardum de Marka. Archiepiscopus Coloniensis comitiam de Marka vastat, Symon dominus de Lyppia ipsam viriliter et Nordh. 1293.
fideliter defendit et tuetur †††. Item hoc anno Veneti[f] corpus beati Jacobi de Forlivio ordinis fratrum predicatorum a Forliviensibus petunt, multa pollicentes. Cum enim fama sanctitatis ejus per Ytaliam totam celebris esset et jam ubique diffunderetur, nobiles populusque totus Venetorum miraculis singularibus et innumeris, que fecit Dominus, meritis ejus excitati, mittunt Forlivium legatos sollempnes, medietatem sanctissimi corporis ejus devotius expetentes, plurimaque promittentes, et inter alia se firmiter obligantes ad solvendam expensam omnem, quam circa canonizationem ejus fieri quomodolibet oporteret. Sed Forlivienses fratrem Jacobum, auctorem sibi salutis et urbis sue decus, vel in toto vel in parte dimittere nullatenus acquiescunt. Et attende,

* in villa — dependentem *ap. Corn. p. 939. 17. ann. Rod., sed falso* sec. Eggh. ** Adolfus — interfectus *ap. Corn. p. 940., sed falso* sec. Martin. *** Everhardus — exeuntibus *ap. Corn. p. 941. 1. ann. Ad., sed falso* sec. Eggh. † doctor soll. — fecund. *ap. Corn. p. 946. 2. ann. Ad., sed falso* sec. Eggh. †† floruerunt eodem — illorum *ap. Corn. l. l.* ††† Adolfus contra — tuetur *ap. Corn. p. 947. 3. ann. Ad., falso autem* sec. Eggh.

[a] in quadragesima *add. Nordh.* [b] nobili 2. [c] 15. et *e corr.* [d] Vicerbio 1. [e] ut — dictum est *alio atramento post additum esse videtur* 1. [f] Veneci 1.

[1] a. 1291. Spirae. Plurimi cum Nostro narrant, eum mortuum esse d. 15. Julii; secundum epitaphii inscriptionem ap. Albert. Argentin. p. 109. interiit d. 30. Septbr. a. 1291. Sed falso. Cf. Böhmer, Reg. ab a. 1246—1313. p. 156.

quod sanctum istum fratrem Jacobum Dominus innumeris, permaximis et singularibus miraculis gloriose exornavit. De quibus unum, quod cor meum nunc dulciter afficit, referam ad fidelium edificationem. Femina quedam spectabilis fuit in Forlivio, dicto fratri Jacobo, dum viveret, multum devota. Cui et peccata sua confiteri consueverat, et ab eo verba salutis et exhortationis audire. Ista corpus fratris Jacobi sanctissimum, dum jaceret in feretro, videre desiderans, in ecclesiam perrexit, et pannum feretri ad introspiciendum sublevavit. Et ecce subito defunctus manum extendens ultra feretrum, mulierem per brachium apprehendit, strinxit, detinuit et nequaquam abire permisit. Populi vero copiosissima multitudine ad tam singulare spectaculum concurrente, viderunt omnes et singuli, feminam viventem per hominem defunctum captivatam detineri. Mulier compungitur, ad cor redit, confessorem petit, peccatum quoddam, quod in corde suo latebat ocultum, omnibus videntibus[a] lacrimose confitetur, absolvitur et penitentiatur. Et virtus Dei in sancto suo cunctis evidentissime declaratur. Istis enim sic actis, defunctus mox mulierem dimittit, manum ad locum suum reponit, et mulier soluta, magna voce, Deum in sancto suo fratre Jacobo mirabilem exclamans benedicit. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo. Sane dum mulier adhuc a[b] sancto detineretur, campane omnes in turri per se sine adminiculo cujuscumque pulsabantur, mote miraculose. Quod quia in aliis ejus miraculis quibusdam factum fuerat, et dubium tamen apud quosdam erat, Forlivienses per viros honestos, veraces et fide dignos plures, in turri juxta campanas locatos, examinari fecerunt. Et certitudinaliter invento, quod et in hoc et in aliis miraculis ejus quibusdam campane per se, nullo hominum ad hoc faciente, pulsaverunt, Deum in sancto suo glorificaverunt, miraculum hoc ipsum cum aliis publice protestantes*.

1294. Quarto anno Adolfi in die sancti Remigii suspensi sunt in Brunswic per consules decem magistri gildonum, undecimus decollatus, sed duodecimus per absentiam suam — nam Aquisgrani peregrinabatur — evasit[1]**. Item Celestinus V., papa 182., consecratur[2]. Iste prius nominatus est Petrus de Marone. Fuit autem genere nobilis[3], religione anachorita, vita sanctissimus et opinione celeberrimus, propter quod et papa factus est. Cum vicarius et imitator Cristi vere mitis esset et humilis corde, constituit in primo consistorio suo, quod ex tunc nec papa nec cardinales cum tanta pompa sollempnibus equis uterentur, nec mulis quidem, sed asinis tantum veherentur, dicens: 'Jhesus Cristus, filius Dei, humilis asini dorso vectus est, cujus nos imitatores esse debemus'. Offensam igitur ob hoc[c] incidit cardinalium omnium rancorosam. Benedictus autem cardinalis, qui post fuit papa Bonifacius VIII., pontificari desiderans, partes omnium agens, animos eorum de die in diem contra papam amaricavit, et corda singulorum sibi per amorem devinxit. Inter alia quoque legitur dixisse: 'Quia papa dominus noster est, nos sibi libenter obediemus. Asinemus nunc. Iterum aliquando fortassis equitabimus'. Ex alia parte pape se familiariter[d] sociavit, de debilitate sua sibi compatiens, et de tanto pondere regiminis, homini etiam validissimo gravi nimis et quasi importabili, ipsum gravatum esse, cottidie cum singultibus querulando. Fertur etiam procurasse, quod quidam quasi angelus in cubiculo sibi

* Veneti corpus b. Jac. — protest. *ap. Corn. p. 940. 18. ann. Rod., sed in brevius redactum.*
** in die — evasit *ap. Corn.* p. *948. 4. ann. Ad.*

[a] viventibus 2. [b] de 2. [c] igitur hic 2. [d] se *hic repetit 2.*

[1] d. 1. Octobr. Idem legitur apud Mader, Antiq. Brunsvic. p. 171 s. a. [2] electus d. 5. Jul. a. 1294., consecr. d. 29. Aug., resignavit d. 13. Decbr. a. 1294. Sedes papalis vacaverat 2 annos et 3 menses. [3] Alii dicunt, eum esse humili et obscuro loco natum; cf. Raynald., Ann. eccles. ad a. 1294., Nro. VIII., Drumann, Gesch. Bonifacius d. Achten I, p. 7.

loqueretur per fistulam vel canalem muro transmissam in cubile, et sepius ei quiescenti diceret: 'Celestine, Celestine, nisi papatui renuntiaveris, animam tuam salvare non poteris, quia supra vires tuas est negotium'[1]. Agitatur igitur animo Celestinus, videbatur quod papatui renuntiare non posset, cum renuntiatio fiat ad manum superioris. Unde de consilio dicti Benedicti condit constitutionem, quod papa statui possit renuntiare. Et sic seductus, papatui renuntiavit. Benedictus eligitur et Bonifacius VIII. nominatur. Et ex hoc est, quod sicut vulpes intrasse dicitur[2].
Hic Bonifacius postea constitutionem dictam Celestini in libro decretalium 6. posuit, Extra de Decr. l. VI,
renuntiatione cap. *Quoniam quidam**. Item hoc anno Johannes dux Brabantie magnificus, qui victor in tit. 7, c. 1. Nordh. chr.
bello Woringh exstiterat, interiit per hastiludium in Bare[a]. Cui Johannes, filius ejus, successit**. Item mona- 1294.
sterium sororum ordinis predicatorum fundatur in Blankenborch[3]. Item hoc anno magister cf. a. 1305.
Armengandus Blasii de Monte Pessulano, doctor et magister in medicina precipuus, transtulit cantica[b] Avicenne cum commento Averrois ex Arabico in Latinum. Averrois in principio dicti commenti dicit de libro isto sic: *Avicenna intytulavit librum hunc de partibus medicine. Ipse enim universaliter concludit et comprehendit eas, et est tum hoc melior valde pluribus aliis introductionibus et summis in medicina compilatis, et tum hoc est*[c] *compilatus ordine valde convenienti*[d] *ad tenendum vel memorandum et ad delectandum animam.* Et parum infra dicit idem Averrois: *Et ex nunc imploro divinum auxilium ad perficiendam nobilem intentionem horum doctorum, et eximiam et laudabilem speculationem eorundem, necnon, ut me perducat cum omnibus fidelibus ad quod ducere debent sui bonitate et gratia ejus servitium atque timor****.

Quinto anno Adolfi Bonifacius VIII., papa 183., consecratur, et sedit[4] annis 8. Iste, ut dicit archi- 1295.
dyaconus super Sexto in prohemio, prius proprio nomine dictus est Benedictus, ut etiam prius dictum est.
Item dux Brabantie Johannes cum Everhardo comite de Marka Rekelinghusen[5], opidum archiepiscopi Coloniensis, Nordhof. 1295.
obsidet, capit et terre coequat. Et eodem anno transivit cum ipso contra castrum Wassenborch ejusdem archiepiscopi. Et hoc ipsum quoque capit et destruit****. Quod facere de facili poterant, ex eo quod archiepiscopus captus in
vinculis detinebatur. Item Stephanus, magister ordinis fratrum predicatorum octavus, obiit. In cf. Bern. Guid.
Vitas fratrum legitur, quod obiit anno proximo precedenti, scilicet 1294., in conventu Lucano ap. Quet. I, p. 429
provincie Romane. Hic fuerat prior provincialis Francie, magister in theologia, electus in magistrum ordinis in capitulo generali in Colonia assignato, sed per papam Romam translato† anno Domini 1292. Prefuit autem annis duobus cum dimidio. Item Adolfus rex principatum Thuringie emit a pro [e]. Et sic emptum intrat cum potentia magna. Sed laboribus omnibus et impensis in totum perditis, tandem retrocedit.

Sexto anno Adolfi in festo beati Thome apostoli tanta inundatio fuit Parisius, quod pontes 1296.

* iste prius nominatus — quidam *ap. Corn. p. 948. 949., sed pluribus additis.* ** Johannes dux — successit *ap. Corn. p. 949. 4. ann. Ad., sed falso* sec. Wilh. *** magister Armengand. — timor *ap. Corn. p. 947. 3. ann. Ad., sed falso* sec. Wilh. **** dux Brab. — destruit *ap. Corn. p. 950. 6. ann. Ad., falso autem* sec. Wilh. † Stephanus mag. — translato *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh.

[a] Barro *Nordh* [b] canones *Corn.* [c] *verba* tum h. c. *in* 1. *ex corr manus* 1* *in rasura.* [d] competenti *Corn.* [e] *lacuna in* 1. 2., *quam explendam puto sic:* 'landgravio Albrechto ... 12000 marcarum'.

[1] Cf. quae de hac re dixit Drumann, Gesch. Bonifacius des Achten I, p. 11. [2] Cf. de hac re Drumann, l. l. I, p. 15. 18; II, p. 130. Not. 22. 140. 216. [3] in ducatu Oldenburgensi, non ultra ab urbe Oldenburg, fundatum a. 1295. a quinque viris nobilibus, dissolutum tempore reformationis, nunc hospitalium mente captorum. Corner p. 947. 2. ann. Ad. addit: *super flumen Hunta situm per comites de Aldenburg.* [4] electus d. 24. Decbr. 1294., consecr. d. 16. Jan. 1295., et obiit d. 11. Octbr. 1303. Rome. Scriptores ambigunt, quot annos rexerit. Cf. Drumann, Gesch. Bonif. d. Achten II, p. 142., Not. 44. [5] Recklinghausen in Westfalia.

*1280. ambo cum omnibus superedificatis corruerunt*. Sed retrospicias ad annum Rodulfi octavum*.
Nordhof. 1296. 1297. Item Sifridus archiepiscopus Coloniensis Bunne moritur. Cui succedit Wicboldus de Holte**. Item matrona quedam honesta in Sosato, opido Westphalie, puellam peperit, que usque ad genua fuit immersa cuidam masse carnis magne, sic quod illa massa quasi ore quodam deglutiverat illam puellam usque ad genua. Et mater quidem in partu moriebatur, massa concidebatur, puella de massa sic concisa extrahebatur, magna multum, et integro corpore, tribusque diebus supervixit***. Item hoc anno in vigilia Johannis baptiste comes Hollandie Florentius, filius Wilhelmi regis, ab illis de Velsen interficitur[1]. Cujus filius Johannes**** post eum 4 annis Hollandie, Zelandie et parti Frisie dominatur, et in die Martini hyemalis obiit[2].

1297. Septimo anno Adolfi comes Everhardus de Marka cum exercitu valido, in quo erat etiam comes de Woldeghe,
Nordhof. 1297. venit in auxilium regi Anglie Edwardo et comiti Flandrie Gwidoni, villam Ypre intrat, et illam non sine magno sui suorumque periculo custodivit; quia rex Francorum interim potenter obsedit villam Rysle vel Insulam, a cujus exercitu comes cottidie ledebatur. Brughis quoque et alie bone ville Flandrie subicere se Francie jam meditabantur†. Item Augustinianus quidam, ex opido Lemegov oriundus, dictus 'de selege'[a], patherenus[5] pessimus, apostatavit a fide, et circumcisus Judeis associatur, et tandem, scilicet hoc anno, Parisius deprehensus, examinatur et comburitur††.

1298. Octavo anno regni sui in die beatorum Processi et Martiniani, in bello ab utroque predisposito Adolfus, cum potentissime
Nordhof. 1298. preliaretur cum Alberto duce Austrie, vincitur et occiditur ab eodem in campo. Et statim post principes eundem Albertum in regem elegerunt, ipsumque in die beati Bartholomei Aquisgrani coronaverunt†††. Item hoc anno liber decretalium sextus per Bonifacium papam publicatur, anno pontificatus sui quarto. Quem doctoribus et scolaribus universis Bononie commorantibus mittit, mandans, quatinus utantur eo de cetero et in judiciis et in scolis. Item Robertus, ecclesie Sosatiensis quondam canonicus et scolasticus et celebris opinione, post a fide Cristi declinans, hoc anno mirabiliter et miserabiliter igne divine punitionis absumptus est. Cum enim esset auctoritatis magne, tandem in malitiam[b] incidit. Fidem reliquit, Judeis associatur, circumciditur, in Vrankenvord abducitur, et ibi ceremonialibus imbuitur, et annis multis judaizans sordescebat. Mortuus tandem in vasculo quodam vili concluditur, in paupere et sordida biga per equum debilem et pauperem rusticellum, quo securius et secretius per pontem transiret, ad sepulturam e civitate ducitur. In pontem venit. Juvenis quidam de civitate, levis et dissolutus, unus de multis ludibundis ibidem congregatis, querit a rustico, quem ducat. Qui respondit: 'Quid ad vos? Faciatis facta vestra'! Juvenis instabat. Rusticus proterviebat. Cumque sic corrixarentur, juvenis pugionem extrahens, vas, in quo cadaver latuit, transforavit. Et mox flamma terribilis, de vase et cadavere per foramen pugionis exsiliens, circumstantes et accurrentes omnes exterruit. Rusticus, quid in vase ducat, aperuit. Biga subvertitur, vas ardens cum cadavere de ponte rotatur in aquam. Ignis per aquam non extinguitur. Sed cadaver illud maledictum cum vase suo sic in totum, quod penitus nichil superfuit, in aqua per ipsum ignem, videntibus

* tanta inundat. — corruer. *ap. Corn. p. 951. 7. ann. Ad., falso* sec. Wilh. ** Sifridus — Holte *ap. Corn. p. 949. in fin.* *** matrona qued. — supervixit *ap. Corn. p. 951. 7. ann. Ad., falso autem* sec. Eggh. **** comes Holland. — Johannes *ap. Corn. p. 950. 5. ann. Ad., sed falso* sec. Wilh. † comes Everhard. — meditab. *ap. Corn. p. 951. 8. ann. Ad., falso autem* sec. Wilh. †† Augustinianus — comburitur *ap. Corn. l. l., falso* sec. chron. Sax. ††† Adolf. in die — coronatur *ap. Corn. p. 952. 9. ann. Ad., sed falso* sec. chron. Sax.

[a] seleghe 2. [b] ml'iam 1. melancoliam 2. melancholiam *Corn.*

[1] d. 23. Jun. Cf. de hac re Magn. chron. Belg. ap. Pistor.-Struve, SS. III, p. 276. et Kampen, Geschichte der Niederlande Tom. I, p. 126 sq. [2] d. 10. Novbr. a. 1299. Eo mortuo gens comitum Hollandiae antiquior exstincta est. [5] i. e. patarenus. Corner: '*cognomento Felix*'.

omnibus absumitur. Fideles Deum in mirabilibus suis magnificant; Judei, non legaliter illum vixisse, latenter auribus simplicium instillant *.

*Capitulum 97.*

Albertus, filius Rodolfi regis, dux Austrie, Romanorum 101., cepit anno mundi 5260., Urbis condite 2049., Domini 1298., a translatione imperii et dominii mundi in Theutonicos 498., eodem scilicet anno, quo occisus est per ipsum Adolfus rex. Et 10 annis regnavit.

Primo anno Alberti ultima die Aprilis Bonifacius papa, electionem ipsius Alberti in regem 1298. approbans, dixit in consistorio [1], libro 2. Machab. 1: 'Refulsit sol, qui [a] erat sub nubilo', et subjunxit: 2. Macc. 1. 'Legitur in Genesi, quod Deus fecit duo magna luminaria etc. usque nocti. Licet per Gen. I, 1, 16. hec duo magna luminaria primo et materialiter intelligantur sol et luna, mystice vero papa et imperator, tamen una persona quibusdam tamquam lux diei, aliis tamquam luna nocti, preesse debet, utpote imperator, qui est vel futurus est, bonis ut sol diei, malis ut luna nocti, omnibus quidem preesse debet singulariter et universaliter. Nec habet locum, quod dicitur de stultitia et superbia Gallicana, quod non recognoscat superiorem [2]. Omnes talia dicentes mentiuntur per gulam suam. Ipse enim imperator solus est monarcha mundi, et non est aliquis, cui non preest, et omnia regna mundi tenentur ab eo; sicut et omnino de necessitate salutis est omni humane creature, subesse Romano pontifici, ut in Extravagante [5] *Unam sanctam*. Numquid non Gallici Extr. comm. et urbes suas et gentis ritum et linguaium [b], quod non est nisi balbutiamentum quoddam lingue I, tit. 8, c. 1. Latine, per gladium Romanorum acceperunt, coacti barbarismi sui deponere ruditatem? Numquid non Romanis dominantibus eas terras martires beatissimi, Dyonisius et alii, martirio suo decorarunt? Hic sol et lux ista tempore ingratitudinis, quo ipse nobis et nos ei fuimus ingrati, fuit sub nubilo, sed nunc refulsit. Prius quidem fuit sub nubilo superbie et ignorantie. Advertentes autem, quod ipsa lux hec, abducto nubilo quovis, per humilitatem nos tamquam patrem, qui vicarius sumus Jhesu Cristi in terris, recognoscens, a nobis devote confirmationem electionis de se facte sibi postulaverit indulgeri; considerantes etiam, quod idem rex processerit de sanguine cristianissimi Rodulfi regis Romanorum, qui semper fidelis fuit et devotus ecclesie Romane: electionem de se factam confirmamus et ratificamus, et supplemus omnem defectum, si quis est in materia vel in forma, promittentes eidem aperte, quod ei astabimus in jure imperii reformando, sicuti nobis ipsi [c] in jure ecclesie'. Postea immediate cancellarius domini regis assumpsit verbum, dicens inter cetera: 'Sicut in universo est causa prima movens, scilicet Deus, causa secunda exsequens, celum, et tertio finis: sic et in ecclesia necessarius est hic ordo. Prima causa movens es tu, pater sanctissime, exsequens rex Romanorum. Ex quibus bene ordinatis sequitur tertium, scilicet pax in orbe terrarum. Tu vere solus dominus es. Leva manum tuam, et elevabitur aquila, et exsequetur motus tuos'. Et papa ad [d] ambassiatores regis: 'Dominus vester rex, ut intelleximus, aliquas fecit colligationes et confederationes cum quibusdam regibus, et specialiter Francie. Non quod de illis timeamus, quia Deus sic animam nostram conducat, quando

* Robertus ecclesie – instillant *ap. Corn. p. 955. 1. ann. Alb., falso autem* sec. Wilh.

[a] *verba* 2. Mach. — qui *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [b] *legas* linguagium *seu* linguarium. [c] nobis ipsi *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in loco raso.* [d] *in marg. suppl. alia manu* 1.

[1] d. 30. April. 1303. Cf. Drumann, l. l. II, p. 80 sq. et quae dixi in praefat. [2] Cf. Plasiani equitis objurgationes in parlamento Parisiis m. Jun. a. 1303. habito in papam projectas, ap. Dupuy, Histoire du différend etc. p. 105., Spondanus, Annal. Bonifac. VIII. ad a. 1303., Drumann, l. l. II, p. 89. Vid. etiam Dupuy l. l. p. 383. et 582. [5] Exstat etiam ap. Olenschlager, Urkundenb. Nro. 1, ap. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1302. Nro. XIII. Cf. dicta ad a. 1302.

separata fuerit ab hominibus: si omnes reges et domini de mundo essent simul colligati et confederati contra nos, non curaremus, dummodo veritas esset pro nobis; alioquin corrigi bene vellemus rationabiliter. Ipsum regem ab hujusmodi colligationibus et confederationibus, quibuscumque pena vel non pena vallatis, que vergi videntur in prejudicium ecclesie Romane vel etiam imperii, absolvimus, et decernimus, penitus esse nullas'[1]. Et subjunxit: 'Veniat igitur audacter rex, et se de imperio intromittat'. Quibus dictis, personaliter incepit cantare 'Te Deum laudamus'. Quod completum fuit altissimis vocibus per capellanos suos et totum clerum presentẽm et astantem. Quo finito, papa dixit collectam 'Famulum tuum regem' etc.*. — Hec[a] ex sermone Bonifacii in ratificatione electionis istius Alberti[2].

1299. Secundo anno Alberti Johannes comes Hollandie moritur[3]. Item Albertus junior, dux Brunswicensis, cepit et subintravit Brunswic et subjugavit. Item hoc anno Theutonicus quidam, natione Bavarus, Romam venit, sanctos Petrum et Paulum visitare. Pervenit ad papam Bonifacium a narrantibus, quod quidam peregrinus ei per omnia simillimus appareret in Urbe. Quem, ut curiosus erat, ad se vocatum Bonifacius studiosius intuetur, et considerat vultum, pectus, brachia, crura, corpus totum, et gestus diligenter notat, et in omnibus sibi ipsi complacens, jocabundus cum illo loqui cepit, dicens: 'Venitne mater tua Romam aliquando vel ad partes istas?' innuens, quod possit esse frater suus de patre, si mater illius quandoque fuisset Rome. Cui Bavarus: 'Non mater mea, domine, sed pater meus fuit hic', papam eodem jaculo referiens. Et Bonifacius aggaudens responso sollerti et jocoso, dixit: 'Ah, ah, Bavare, certe bene michi similaris'. Et honoratum dimisit **. Istis conveniunt, que dicit Valerius Maximus capitulo ultimo

Val. Max. 9, 14. de similitudine oris et totius corporis: Quidam existimant, similitudinem hanc origini et sanguinis contextui respondere. Nec parvum argumentum ex ceteris animalibus trahunt, que fere gignentibus similia nascuntur. Alii negant, hanc[b] esse certam legem nature, sed species mortalium esse, prout fortuita sors obtulerit. Atque ideo plerumque ex speciosis deformis et ex robustis invalidus partus editur. Questio igitur hec in ambiguo est. Pompejo[4] Magno Junius[c] ingenue styrpis et Publicius libertinus ita similes fuerunt, ut permutato statu et Pompejus in illis et illi in Pompejo salutari possent. Certe quocumque aut Junius[c] aut Publicius accesserant, ora hominum in se obvertebant, unoquoque speciem amplissimi civis in personis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium quasi hereditarium ad eum penetravit. Nam pater quoque ejus eo usque Monogenis, coci sui, similis esse visus est, ut vir et armis prepotens et ferox animo sordidum nomen ejus repellere a se non valuerit. Cornelius quoque Scipio in servilem Serapionis appellationem impegit, eo quod hujuscemodi nominis victimarii quam similis erat. Regi quoque Anthiocho quidam nobilis Arthemo persimilis erat. Hunc Laodice, uxor Anthyochi, interfecto viro, dissimulandi sceleris gratia, per vim in lectulo quasi ipsum regem egrum collocavit. Admissumque universum populum et sermone ejus et vultu consimili fefellit. Crediderunique omnes, ab Antiocho moriente Laodicen et natos ejus sibi commendari. Ille vero, quem in Sycilia pretori admodum similem fuisse constat, petulantis [fuit[d]] animi. Proconsule enim dicente[e], mirari se, quapropter sui tam similis esset, cum pater[f] suus in eam provinciam numquam accessisset: 'At meus, inquit, Romam accessit'. Joco namque lacessitam matris sue pudicitiam, invicem suspicione in matrem ejus regesta, audacius quam subjecto conveniebat, ultus est. Hec Valerius. Item hoc anno quidam multum ad versificandum paratus, cum impetrandi beneficii gratia Romam venisset, et Bonifacius, ipsum examinare volens, diceret eidem: 'Comple per versum bonum, quod dicitur in hoc versu:

* ultima die Aprilis — etc. *ap. Corn. p. 953—955. 1. ann. Alb.* ** Theutonicus quidam — dimisit *ap. Corn. p. 956. 2. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh.

[a] haec — Alberti *eadem manu in margine adjecit* 1. [b] hinc 1. 2. [c] Vibius *Val. Max.* [d] *om.* 1. 2. [e] dicenti 1. 2. [f] *in loco raso* 1.

[1] Cf. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1303. §. 7. Cf. Böhmer, Reg. imp. ab a. 1246—1313. Nro. 306. [2] Ille sermo brevior aut mutilus ap. Olenschlager, Staatsgesch. Urkundenb. Nro. 4. p. 7., ex Petr. de Marca, de concord. sacerdot. et imper. lib. II, c. 4. Addit. p. 105 (ed. Francof. 1708). [3] d. 29. Octob. a. 1299. [4] Cf. Plinius, nat. histor. VII, 12.

'Interpone tuis interdum gaudia curis' — Caton. dist. lib. 3.
ille paulisper in terram respiciens, mox sublevatis oculis, dixit:
'Tu, qui perpetuis mentem cruciatibus uris,
Interpone tuis interdum gaudia curis'.

Prima miratur et approbat, et illum beneficio bono letus honorat*. Item nonus magister cf. Bern. Guid. ap. Quet. I, p. 444. ordinis fratrum predicatorum, frater Nycholaus de Tarvisio, fuit electus in capitulo generali Argentine celebrato anno Domini 1296. Erat autem tunc provincialis Lombardie. Hic 14. etatis sue anno venit ad ordinem, 14 annis studuit, 14 annis legit, 14 prefuit in prelatione, et tandem hoc anno per papam Bonifacium ad cardinalatum assumptus est. Deinde summus pontifex factus et Benedictus XI. appellatus, obiit apud Perusium anno Domini 1304. Nonis Julii [1]. Decimus autem magister ordinis ejusdem, frater Albertus Januensis, bacalarius[a] in theologia, cf. ibid. p. 463. electus est in capitulo generali Marsilie celebrato anno Domini 1300. Erat autem tunc lector Montis Pessulani. Hic tribus tantum prefuit mensibus. Obiitque Anagnie** anno Domini 1300. in vigilia sancti Augustini [2].

Tertio anno Alberti comes de Lucelenborch Henricus cum exercitu validissimo Treverim obsidet, vineas succidit, blada conculcat, et de pace tandem ordinat ut volebat***. 1300. Item hoc anno rex Bohemie Nordhof. 1300. moritur, non relinquens masculum heredem, sed duas tantum filias. Quarum antiquior nepoti regis Alberti desponsatur. Qui propter hoc etiam ab Alberto de regno Bohemorum infeodatur, et in regnum potenter introducitur. Sed quia stabile non est, quod ille per quem reges regnant non confirmat, postquam in regno cum uxore sua regina jam annos ferme 9 exegerat, Dominus inter regem ex una et reginam cum nobilibus et militaribus ex alia parte spiritum vertiginis immisit. Siquidem quia impotens esset ad generandum, in moribus quoque crudus, insulsus et incivilis, et in re militari veraciter et omnino nullus, omnibus invisus factus est. Unde postea rege Alberto sublato de medio, iste regno disturbatur [3], et Johannes de Lucelenborch introducitur anno Domini 1308†. Cum enim Henricus de Lucelenborch rex jam potenter regnare cepisset, primores Bohemie filiam regni juniorem eidem Henrico pro filio suo primogenito Johanne deferunt et offerunt. Henricus rex, fortuna tam leto vultu principiis suis arridente, totus spiritu diffunditur. Omen cum puella et regno gaudenter acceptat, puellam filio suo desponsat [4], et eundem filium suum de regno Bohemorum sollempniter infeodat [5], Bohemiam cum ipso subintrat, regnum totum potenter occupat, regem alium exactum regno deturbat et exterminat, Johannem filium suum in sede[b] regni locando. Qui post in regno confirmatus, ex dicta puella sponsa sua filios et filias generat. Filiorum unus Karolus, in regem Romanorum electus, jam nunc imperat. Alius Margaretam juvenculam nobilem, ad quam Carinthia devoluta fuerat, uxorem accipit et Carinthyam secum occupat††. Filia Johannis ejusdem, nomine Bona, adhuc puellula filio marchionis Misnensis puerulo desponsatur, et curie Misnensi transmissa com-

* quidam multum ad versif. — honorat *ap. Corn. p. 958. 3. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh. ** nonus magister — Anagnie *ap. Corn. l. l., paucis omissis.* *** comes de Luc. — volebat *ap. Corn. p. 959. 3. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh. † rex Bohemie moritur — 1308. *ap. Corn. p. 960. 4. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh. *Repetitur maximam partem p. 974. 1. ann. Henr.* †† cum enim Henricus — occupat *ap. Corn. p. 974. 1. ann. Henr. VII.*

[a] bacular. *corr.* bacalar. 1. [b] sedem 2. *Corn.*

[1] Vid. infra a. 1303. [2] d. 27. Aug. [3] Olmutii interfectus est d. 4. Aug. a. 1306. [4] d. 25. Jul. a. 1310. in parlamento generali Francofurti habito. Cf. de his Petr. Zittaviens. chron. Aulae reg. ap. Dobner, Tom. V, p. 210 sq. [5] d. 30. Aug. a. 1310. Spirae.

mendatur. Marchio Misnensis apoplexi[a] percutitur. Filius ejus adolescit. Nobiles tutores principatus dotem cum filia promissam a rege pro domicello suo petunt. Rex dotem inficiatur. Nobiles consilio omnium puellam in Bohemiam honeste remittunt. Rex indignatur, sed dissimulat. Et puella hec post primogenito regis Francie, Johanni Francorum regi, desponsatur. Qui ex ea prolem copiosam utriusque sexus accepit. Item hoc anno corpus sanctissimum beate Marie Magdalene apud Sanctum Maximinum[b][1] transfertur, et in ecclesia fratrum predicatorum cum sollempnitate multa venerabiliter deponitur*. Et ibidem a fidelibus devotius honoratur.

1301. Nordhof. 1300. Quarto anno régni sui Albertus contra archiepiscopos Coloniensem, Treverensem et Moguntinum, et contra ducem Brabantie[2] guerram movet propter thelonea, que voluit removere. Comites Juliacensis et de Marka et cives Colonienses regi favent. Alii ponunt sic: Albertus rex contra ducem Bajoarie primo, et post contra episcopum Moguntinum potenter descendens, castra plura obsidet et ad deditionem compellit. Post cum magna potentia inter Bunnam et Coloniam castrametatus est[3], et ibi facta pace, rediit. Et amota est exactio theloneorum **.

1302. Nordhof. 1302. Quinto anno Alberti bellum magnum fuit regis Francorum Philippi contra Flamighos[c] in Tornaco. Ex parte regis Francie multi comites et barones ceciderunt, et de militaribus numerus infinitus. Item Bonifacius papa miserabiliter in vinculis obiit[4]. Siquidem regi Francie, quantum potuit, fuit infestus; unde et constitutionem contra eum edidit, que incipit: *Unam sanctam*[5]. Rome etiam idem papa, domum de Columpna persequens, Jacobum de Columpna et Petrum, nepotem ejus, cardinales, deposuit, et constitutionem contra eosdem edidit[6], et in 6. libro sub tytulo de scismaticis posuit, dicens:
Decr. VI, tit. 3, c. 1. *Ad succidendos infructuosos palmites pestiferos et nocivos, quos, sicut ficus fatua, domus de Columpna produxit, nesciens in semitis[d] justitie digerere gressus suos, ad cor reverti, et agere penitentie dignos fructus, licet diutius exspectatos, Jacobum videlicet de Columpna et Petrum nepotem suum, olim sancte ecclesie Romane cardinales, et filios quondam Johannis de Columpna, fratris dicti Jacobi et patris prefati Petri, pestiferos[e] fautores et sequaces eorum, in virtute Altissimi exsurgentes, spiritualiter et temporaliter duximus contra eos procedendum etc.* Igitur rex Francie et domus de Columpna Rome, quia nec rex sine illis in Urbe poterat, nec illi sine rege quidquam talium facere presumebant, federibus et juramentis sociantur[7], mortem et exterminium Bonifacii meditantur, ipsum simul in Urbe capiunt[8], in caminata concludunt, compedibus et manicis ferreis contemptibiliter vinciunt, sicut sal infatuatum, quod ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, ipsum pedibus conviciorum[f] conculcantes, et ut ficum fatuam et palmitem infructuosum, ad solum incendium aptum, igne tribulationis et inedia comburentes. Bonifacius vero tot malis non tantum jam attactus, sed et in totum conclusus, nunc ardet et fervet, nunc alget et friget, nunc furore distenditur, nunc timore deprimitur, nunc spe liberationis et maxime vindicte totus diffunditur, nunc utriusque desperatione suffoditur, et inter hec nunc desipientia suffunditur ad ridendum, nunc furia rapitur et exagitatur ad carnes proprias dentibus suis lacerandum. Digitos

* corpus sanctiss. — depon. *ap. Corn. p. 961. 4. ann. Alb., sed falso* sec. Wilh. ** Albertus contra — thelon. *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh.

[a] *litterae* lexi *in* 1. *ex correct. man.* 1*. [b] *verba* ap. s. M. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in rasura.* [c] Flammighos 2. [d] semitibus 1. 2. [e] posteros et *Decret.* [f] *om.* 2. *Litterae* con *in* 1. *ex correct. manus* 1*** *in margine.*

[1] apud Treverim. [2] legas: *Bajoariae;* sic habet etiam recte Nordhof. [3] prope Kolen; diploma de pace cum archiepisc. Colon. d. d. 24. Octob. 1302. asservatur Düsseldorfi. [4] d. 11. Octob. a. 1303. [5] edidit d. 18. Novbr. — Constitutio legitur ap. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1302. Nro. 13. Tom. IV, p. 328. Olenschlager, Urkundenb. Nro. 1. Extravag. comm. lib. I, tit. 8, c. 1. [6] in die ascensionis Domini (d. 23. Maii) a. 1297., quo ipso anno persequi hanc illustrem gentem (stemma ap. Drumann l. l. I, p. 253.) Bonifacius incepit. Cf. de hac re quae optime disseruit Drumann l. l. I, p. 188 sq. [7] Vid. Drumann l. l. II, p. 120 sq. [8] Anagni d. 7. Septb. a. 1303. Drumann l. l. II, p. 125 sq.

enim et manus et scapulas, et quidquid de corpore suo dentibus tangere poterat, furens ut canis rabidus, abvoravit. Et sic vite simul et persecutionis tam active quam passive finem fecit[1] crudelem, ut dicitur in cronicis Francorum. Unde et proverbio de ipso dicitur: 'Intravit ut vulpes, regnavit ut leo, exivit ut canis'. Omnes istius maleficii rei per papam Benedictum de consilio cardinalium omnium absolvuntur[2], cardinalibus Jacobo et Petro de Columpna reconciliatis et in statum pristinum restitutis.

Sexto anno Alberti Benedictus XI., papa 184., consecratur, et per annum unum sedit[3]. 1303.
Hic natione Tarvisinus, patre mortuo, per matrem viduam, honestis quidem parentibus editam, licet pauperculam valde, utpote que tunicellas fratrum predicatorum lavare solita fuit et reparare, educatur, puer gratiosus et indolis optime. Et tandem ibidem ad ordinem recipitur, ad studium mittitur, in ordine cursum quemlibet adipiscitur, prior, lector, provincialis, magister ordinis nonus effectus, postea fit cardinalis Hostiensis, et tandem papa Benedictus XI. Retrospicias ad annum istius Alberti secundum. Hec creatura Dei sanctissima constitutionem pape Bonifacii antecessoris sui, que incipit: *Super cathedram*, per Ytaliam quidem, ubi presbiteri de Extrav. comm. III, tit. 6, c. 2.
parrochianis suis nichil habent, sed quasi campanarii sunt et ydiote, et nichilominus sacramenta ministrant, multum rationabilem, per Theutoniam autem et partes Galliarum et Anglicanos[a] etc., ubi clerici tales omnia tollunt, decimis, oblationibus et aliis talibus superhabundant, gravem et temperamento moderandam[b], revocavit[4]; aliam constitutionem sanctissimam super eisdem punctis, plenam bonitatis et equitatis, edidit, que incipit: *Inter cunctas* *. Item hoc anno Bernardus, ibid. V, tit. 7, c. 1.
magister ordinis fratrum predicatorum[c] 11., obiit in conventu Treverensi, anno scilicet Domini cf. Bern. Guid. ap. Quet. I, p. 491
1303. in die beati Lamberti[5]. Hic electus fuit in magistrum ordinis in capitulo generali Colonie celebrato anno Domini 1301. Erat autem tunc prior provincialis Provincie **. Prefuit annis 2 et mensibus 4. Item hoc anno, scilicet Alberti regis sexto, Everhardus comes de Marka et episcopus Monaste- Nordhof. 1303.
riensis Otto castrum Bredenvord capiunt et muniunt. Post comes Everhardus castrum Hovestad obsidet, capit et destruit. Archiepiscopus Coloniensis Wicboldus exacerbatus, exercitum mittit copiosum. Comes autem et ipse exercitum magnum congregat. Archiepiscopus in Sosato tunc exsistens, opidum exire dissimulat caute. Comes expensis gravatus, ad opidum Sosatum appropinquat, fere per diem stat, villas in circuitu comburit, et post exercitum dissolvit. Post episcopus Hovestad restaurat et firmat; villam Unna, que tunc non erat bene munita, et terram totam usque Aslon igne consumit. In Sosatum rediens, egrotat. Treuge fiunt, archiepiscopus moritur[6], in Sosato sepelitur, et comes de angustiis liberatur †.

Septimo anno Alberti in discordia eligunt in archiepiscopum[d] Coloniensem quidam Henricum de Verneborch, pre- 1304.
positum majoris ecclesie, alii prepositum Bunnensem, Sifridi quondam archiepiscopi fratrem, alii Wilhelmum de Juliaco, Nordhof. 1304.
prepositum Trajectensem. Henricus de Verneborch vadit ad curiam pro confirmatione. Item hoc anno Clemens V. apud Lugdunum[7] in papam eligitur, et sedit annis 13[8]. Fuit autem papa a Clemente 185. Hic Henricum Coloniensem archiepiscopum confirmavit ††. Item vestigiis sanctis predecessorum Nordhof. l. l.

* hec creatura — cunctas *ap. Corn. p. 964. 5. ann. Alb.* ** Bernardus mag. — Provincie *ap. Corn. p. 964. 6. ann. Alb.* † Everhardus comes — liberatur *ap. Corn. p. 961. 5. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh. *et pluribus verbis auctum.* †† in discordia — confirmavit *ap. Corn. p. 965. 6. ann. Alb., falso autem* sec. Wilh. *et verbis* Clem. V. — 185. *omissis.*

[a] *ita* 1. 2. Anglicanas? [b] *verba* temp. mod. *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in loco raso.* [c] frat. praed. *om.* 2. [d] *litterae* in ar *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.*

[1] d. 11. Octbr. a. 1303. Drumann, l. l. II, p. 128 sqq., 139 sqq. [2] m. Maio 1304. [3] electus d. 22. Octob. a. 1303., obiit d. 7. Jul. a. 1304. Perusii. Vid. de eo Drumann l. l. II, p. 147 sqq. [4] Clemens V. autem a. 1311. Bonifacii VIII. bullam iterum corroboravit decretali *Dudum* (Clementin. III, tit. 7, c. 2). [5] d. 17. Septbr. [6] *in vigilia paschae*, ut addit Nordhof. [7] apud Perusium; sed Lugduni (Lyon) in papam coronatus est d. 14. Novbr. a. 1305. [8] Sedit Avinione ab a. 1309. Electus est d. 5. Junii 1305., obiit d. 20. April. a. 1314. Cf. de eo Drumann, l. l. II, p. 174 sqq.

suorum paparum, Honorii IV., Nycolai IV., Celestini V., Bonifacii VIII., Benedicti XI., fideliter inherens, contra Dulcinum et sequaces suos acriter processit, et eos tandem per fratres predicatores, inquisitores heretice pravitatis, et archiepiscopum Mediolanensem cum suffraganeis suis et comitem Subaudie[a] feliciter ad salutem fidelium exterminavit sub anno Domini 1308.

ap. Muratori SS. IX, p. 447.

De secta Dulcinorum aliquid altius repetendum est ex libro de secta pseudoapostolorum[1]: Ab anno Domini 1260. citra fuit quidam Gerhardus Sagarelli nomine de Parma. Qui malo sui et plurium aliorum emersit. Novam doctrinam et novum vivendi modum privatis confabulationibus suis auditoribus et sequacibus ingerens, sub quadam picta fucataque sanctitatis ymagine ostendit, se tenere velle viam et vitam apostolorum et penitentiam predicare. Sectamque suam instituit apostolorum ordinem nominari. Voluitque fratres suos sub nullius obedientia nisi Dei solius agere vitam, per mundum sicut pauperes ewangelizantes discurrere, de elemosinis vivere, et populis ubique predicare et docere: 'Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum'. Errores multos invenit, quos non palam, sed oculte tenendos tradidit. Cum mantello albo, per modum pallii ad collum elevato, cum tunica alba et longis crinibus, cum soleis quandoque et aliquando nudis pedibus incedebant. Erant tamen interius infecti et in ocultis abhominabiliter impudici et in conventiculis suis clam heretica et insana doctrina multos polluentes. Pervenit tandem ad aures pape Honorii IV. Qui sectam ipsam et ejus nomen et habitum pariter in totum condempnavit[2]. Nycholaus papa IV. consimiliter fecit[3]. Post fratres predicatores, inquisitores heretice pravitatis, in Lombardia inquirere et procedere contra eosdem ceperunt. Perduravit tamen prefatus Gerhardus usque ad tempus pape Bonifacii VIII., plures habens erroris sui discipulos pariter et magistros. Tandemque post 40 fere annos, a primo sui initio computando, predictus Gerhardus, studio et sollicitudine inquisitorum de ordine predicatorum deprehensus in heresi, condempnatus et combustus est tempore domini pape Bonifacii memorati. Lata vero fuit sententia per fratrem Manfredum, Parmensem inquisitorem, in palatio episcopi Parmensis 18. die Julii anno Domini 1301[4]. Gerhardo dicto cremato, successit eidem Dulcinus, Novariensis dyocesis, spurius filius cujusdam sacerdotis, unus ex discipulis suis, factusque caput dicte secte, errores erroribus addidit et ipsos adauxit. Dictusque Dulcinus multa millia hominum utriusque sexus in sectam suam et heresim adunavit. Habuit autem secum suam Margaretam, maleficam et hereticam consortem in scelere et errore. Scripsit autem prefatus Dulcinus epistolas tres[5], in eis nequiter et copiose delirans. In prima scribit, quod secta sua spiritualis sit, et novissimis diebus hiis in salutem animarum specialiter a Deo missa. Item quod clerici seculares omnes cum multis de populo et potentibus tyrannis, et omnes religiosi, et specialiter predicatorum et minorum ordinum fratres, sint adversarii Dei et ministri dyaboli, quia Dulcinum ipsum et sectam suam persequebantur. Item distinguit quatuor status sanctorum fuisse in propriis modis vivendi. In primo fuerunt patriarche et prophete, et alii justi usque ad adventum Cristi. Et in hoc statu laudat matrimonium causa multiplicandi genus humanum. In secundo statu fuit Cristus et apostoli et eorum sequaces sancti et justi, qui venerunt, quia primi a statu debito declinaverant. Et fuit hic secundus status quasi medicina primi, et in isto statu melior fuit virginitas et castitas quam matrimonium, et paupertas quam divitie, et sine proprio vivere quam terrenas possessiones habere. Tertius status incepit a sancto Silvestro tempore Constantini Magni. Et hic successit secundo, quia posteriores in eo jam declinaverant a perfectione priorum. Et in hoc statu melius videbatur sancto Silvestro et successoribus suis, divitias et possessiones terrenas suscipere quam paupertatem ewangelicam sequi, ut populum melius regere possent. Sed quia etiam in hoc statu refrigerari ceperunt a caritate Dei, sequitur quartus status vivendi. Qui fuit beatorum Dominici et Francisci. Hic etiam magis strictus fuit in possidendo res terrenas et dominium temporale quam beati Benedicti et monachorum. Sed quia nunc omnes et prelati et clerici et religiosi a caritate Dei et proximi refrigerati sunt, et declinaverunt a statu predecessorum suorum, melius fuit et est, reformare modum vivendi apostolorum. Et hunc statum asserit nunc missum a Deo in mundum. Quem frater Gerhardus Segarelli[b] Parmensis Deo dilectissimus incepit, et usque in finem mundi perseverabit et fructificabit. Et iste est quartus status et ultimus. Item dicit, quod ecclesia a Cristo usque ad finem mundi quatuor mutationes facere debet. In prima debet esse bona et virgo et casta et persecutiones passa, et hoc fuit usque ad beatum Silvestrum. In secunda debeat esse

[a] Sabandie 1. 2. [b] Sagarelli 2.

[1] Historia Dulcini ap. Muratori, SS. rer. Italic. Tom. IX, p. 421—460. Cf. Mosheim, Gesch. des Apostel-Ordens in ejus Versuch einer unparteiischen u. gründlichen Ketzergesch. Helmst. 1746. Tom. I, p. 195 sq. Baggiolini, Dolcino e i Patareni. Novara 1838. Krone, Frà Dolcino u. die Patarener. Leipz. 1844. [2] Haec bulla exstat ap. Muratori l. l. p. 448., ap. Mosheim l. l. p. 391. Data est d. 11. Mart. a. 1286. [3] a. 1290. [4] a. 1300. Cf. Mosheim l. l. p. 238. [5] Una est deperdita; ex duobus aliis exstant epitomae satis amplae ap. Muratori l. l. p. 450.

dives et honorata, permanens tamen in bonitate et castitate, et hoc fuit, quamdiu clerici et monachi et omnes religiosi Mur. 1. 1. perseveraverunt in suis modis vivendi secundum exempla sanctorum Silvestri, Benedicti, Dominici et Francisci. In tertia debuit esse, sicut et fuit, malitiosa vere et dives et honorata. Et hoc est modo, ait Dulcinus, tempore quo predicta scripsit, et durabit, donec et clerici et religiosi morte percutiantur et exterminentur; quod et cito fiet. In quarta debet esse, etiam esse incepit, bona et pauper et persecutiones passa, in proprio modo vivendi apostolico reformata. Et probat hoc per prophetiam Ysaie circa finem libri. Scripsit autem in hac epistola et alia erronea multa, que pertranseo. In aliis etiam epistolis errores multos ponit. Nunc de erroribus dicti Dulcini et Gerhardi magistri sui et sequacium eorundem dicendum. In primis latenter docuerunt et docent, ubi possunt, quod tota auctoritas a domino Jhesu Cristo collata ecclesie est omnino evacuata, et jam dudum cessavit propter malitiam prelatorum, et quod ecclesia Romana, quam tenent papa et cardinales et clerici et religiosi, non est ecclesia Dei, sed ecclesia reprobata et sine fructu. Item quod ecclesia Romana est illa meretrix, que a fide Cristi apostatavit; de qua scripsit Johannes in apocalipsi. Item quod tota potestas ecclesie est in sectam, que dicitur apostolorum, translata, et nulli alii habent potestatem, quam habuit beatus Petrus apostolus. Item quod illi, qui sunt de secta illa, soli sunt ecclesia Dei et sunt in illa perfectione, in qua fuerunt primi apostoli Cristi. Et ideo non tenentur alicui homini obedire, quia regula eorum, que fuit immediate a Cristo, libera est et perfectissima vita. Item quod nec papa nec aliquis alius potest eis precipere, quod deserant statum suum vel vitam tante perfectionis, nec etiam potest [eos [a]] excommunicare. Item quod de quolibet statu et ordine potest quilibet ad statum eorum transire, sive secularis sit sive religiosus, ita quod vir sine consensu uxoris, et uxor sine consensu viri potest relinquere statum matrimonii et ordinem eorum intrare. Et quod nullus prelatus ecclesie Romane potest separare matrimonium, sed ipsi possunt. Item quod nullus ex eis licite potest intrare alium ordinem sine peccato mortali, nec potest se subicere cujuscumque hominis obedientie, quia hoc esset a vita perfectissima ad vitam minus perfectam descendere. Item quod nullus potest salvari nec intrare regnum celorum, nisi sit de ordine ipsorum. Item quod omnes, qui persecuntur eos, peccant et sunt in statu dampnationis. Item quod nullus papa ecclesie Romane potest aliquem absolvere a peccatis, nisi esset ita sanctus, sicut fuit beatus Petrus apostolus, vivendo in omnimoda paupertate sine proprio et humilitate, non faciendo guerras, nec aliquem persequendo, sed permittendo vivere quemlibet in sua libertate. Item quod omnes prelati Romane ecclesie, tam majores quam minores, a tempore sancti Silvestri, postquam declinaverunt a modo vivendi priorum sanctorum, sunt prevaricatores et seductores, excepto Petro de Marone, qui fuit papa Celestinus appellatus. Item quod omnes ordines religiosorum et sacerdotum, dyaconorum, subdyaconorum et prelatorum sunt ad fidei catholice detrimentum. Item quod layci non tenentur nec debent dare decimas alicui sacerdoti vel prelato ecclesie Romane, qui non sunt in tanta perfectione et in tanta paupertate ut primi apostoli; et ideo dicunt, quod decime non debent dari, nisi ipsis, qui dicuntur apostoli et sunt pauperes Cristi. Item quod quilibet homo et quelibet mulier nudi simul possunt licite jacere in uno loco et in eodem lecto, et licite tangere se ipsos in omni parte sui, et osculari invicem sine omni peccato; et conjungere ventrem suum cum ventre mulieris ad nudum, si quis stimuletur carnaliter, ut cesset temptatio, non est peccatum. Item quod jacere cum muliere et ei non commisceri ex carnalitate, majus est quam mortuum suscitare. Item quod perfectior est vita, vivere sine voto, quam vivere cum voto. Item quod ecclesia consecrata non plus valet ad orandum Deum quam stabulum equorum vel porcorum. Item quod ita bene vel melius potest adorari Cristus in nemore sicut in ecclesiis. Item quod [pro [b]] nulla causa nec in aliquo casu debet homo jurare, nisi pro articulis fidei vel preceptis Dei; et si ipsi de aliis requirantur, licet eis sine peccato mentiri et veritatem sue secte negare ore, dummodo teneant eam in corde, ad hoc ut evadant potentiam inquisitorum; sed debent respondere inficiendo vel negando seu palliando, quocumque modo possunt pertransire. Si tamen non possent mortem evadere, tunc aperte debent doctrinam suam profiteri et patienter mori et nullatenus aliquos de sociis suis vel credentibus revelare. Modus persuadendi ipsorum talis est. Dicunt: 'Vigilate et orate'. Et cantant eundo per villas et plateas, vel ubi fuerint auditores: 'Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum'. Et aliquando cantant 'Salve, regina misericordie'. Item predictus Dulcinus habuit et tenuit et secum duxit amasiam nomine Margaretam, quam dicebat se tenere more sororis in Cristo pudice et honeste. Et quia deprehensa fuit esse gravida, ipse et sui asserunt eam gravidam de Spiritu sancto. Item simili modo discipuli et sequaces Dulcini ducebant secum amasias, quas appellabant sorores in Cristo, et cum eis jacebant in lectis, asserentes mendaciter et fingentes, se nullis carnis temptationibus molestari. Contra [1] hunc igitur Dulcinum de mandato Clementis pape fuit crux predicata cum peccatorum indul-

[a] *addidi ex Murat.*, *om.* 1. 2. [b] *om.* 1. 2.

[1] Cf. Bernardi Guid. chron. Rom. pont. ap. Raynald., Annal. eccl. a. 1308. Nro. 9., ap. Baluze, Vit. pap. Avenion. I, p. 66., ubi quoque sequentia reperis.

gentia. Et inquisitores fratres predicatores pluries moverunt exercitum contra eum. Sed prevalere non poterant, quia sequaces, credentes, receptores, fautores et defensores ejus supra numerum fuerant multiplicati. Post tandem inquisitores cum episcopo Vercellensi, cruce et plena peccatorum indulgentia predicata, congregaverunt exercitum magnum contra Dulcinum, tunc in montanis Novariensibus morantem. In quibus montanis tunc multi Dulcinorum propter intensa frigora et famem[a] a viribus et vita deficientes, in suis erroribus perierunt. Fidelium autem exercitus, dicta montana potenter ascendentes, Dulcinum ceperunt, et cum eo circiter 140 personas. Mortui vero fame et frigore cum interfectis gladio 400 et amplius sunt inventi. Capta quoque fuit cum eo dicta Margareta, non tam malefica, quam heretica, consors ejus in scelere et errore. Hec autem facta sunt in ebdomada sancta in die sancto cene, sub anno dominice incarnationis 1308[1]. Et fuit facta de eodem debita exsecutio justitie per curiam secularem. Fuitque dicta Margareta ante oculos Dulcini concisa menbratim. Dehinc et ipse Dulcinus menbratim inciditur, et amborum ossa et menbra omnia pariter comburuntur[2] cum quibusdam aliis suis complicibus, prout eorum scelera merebantur. Non tamen, ipso Dulcino extincto, perversum dogma suum[b] extinctum est, sed, ut cancer assolet, in diversis mundi partibus longe lateque diffusum, materiam laboris multi inquisitoribus hereticorum aggregavit*.

1305. Octavo anno regis Alberti comes Everhardus de Marka in gubernationem comitatus Gelrie per comitem Reynoldum
Nordhof. 1305. seniorem assumitur. Item milites, qui erant ex parte episcopi Monasteriensis in castro Bredenvord, expulerunt eos, qui erant ibidem ex parte comitis Everhardi. Unde gwerra suboritur. Dulmene per comitem capitur. Episcopus castrum novum juxta Rykesmoth firmat. Et tandem sic pacificantur, quod castrum illud novum funditus[c] diruitur, et Dulmene
cf. a. 1294. episcopo restituitur**. Item hoc anno tractatus rabi Moysi Cordubensis de vennis, quem nobilem intytulavit, translatus est Barchinone a magistro Armengaldo Blasii in honorem reverendissimi summi pontificis Clementis V., adjuvante Deo benedicto, qui nunc et semper exaltetur, Amen. Et eodem anno liber Avicenne de viribus cordis et medicinis cordialibus translatus est ibidem a magistro Arnoldo de Villa nova. Sunt autem tractatus isti singulares et exquisitissimi ambo, et utrique de Arabico in Latinum gratiose translati.

1306. Nono anno Alberti cum apud opidum Westphalie Sosatum materia pro facienda campana majori in honorem sancti Petri ibidem in fornace magna et quinque cubitorum alta, follibus multis appositis, conflaretur et fluxa fieret, bufo quidam cruribus elevatus et quasi lumbos succinctus, juxta laboratores oberrans, incendio fornacis per quendam inicitur. Omnibus tandem sufficienter liquefactis et preparatis, ducillus exagitur, fornax aperitur, ut per canalem campane materia formam influat, et ecce, mirabile dictu, mox bufo oculis ardentibus prior, materia fluida et ardentissima ipsum sequente et corpus ejus sine medio contingente, fornacem per foramen ad canalem egreditur. Clamor videntium in celum attolitur. Meatus fornacis recluditur, bufo incendio iterum inicitur, et fornax studiosius et plus succenditur a ministris. Iterum igitur[d] ducillus educitur, bufo sicut prius fornacem prior egreditur. In fornacem adhuc mittitur, sed perseverat illesus. Sic autem per ter facto, quidam urceum afferens aque benedicte, bufonem ipsum et incendium per aquam illam aspersit. Et tum remissus in fornacem bufo, subito quasi stipula totus per ignem absumptus est et abvoratus. Et materia bene preparata, formam influens,

* fuit quidam Gerhardus Sagar. — aggregavit *ap. Corn. p. 965—968. 7. ann. Alb., sed in brevius redactum.* ** comes Everhard. — restituitur *ap. Corn. p. 972. 10. ann. Alb., sed falso* sec. Wilh.

[a] famen 1. [b] penitus *add. Rayn. Baluze.* [c] *in 1. manus correctoris, quam alias manus 1* sequitur, hoc verbum lacunae post* diruitur *inscripsit, sed signo adjecto huc pertinere indicavit.* [d] igitur iterum 2.

[1] d. 23. Mart. a. 1307. [2] d. 1. Junii a. 1307.

in campanam bonam et dulcem deformatur*. Item hoc anno Henricus de Verneborch archiepiscopus Coloniensis rediit de curia confirmatus, et statim castra multa compulit ad deditionem**. Item Otto episcopus Monasteriensis deponitur. Conradus, frater comitis de Monte, substituitur. Otto vadit ad curiam Romanam Pictavis, et ibi vitam finit. Nordhof. 1306. Hoc etiam anno sorores ordinis fratrum predicatorum de Lothen[1] transiverunt in Lemego, et in majori pace securiusque pacis auctori Deo famulari cupientes, monasterium ibidem edificare ceperunt*** *[1298[a]]*.

Decimo anno Alberti in Sosato puer masculus nascitur, qui per manum suam dextram, ex intentione sere cuicumque superpositam, ipsam aperuit****. 1307. Item Henricus archiepiscopus Coloniensis castrum Vorstenberch hoc anno construit†[2]. Nordhof. 1307.

Undecimo et ultimo anno regni sui inchoante Albertus moritur Kal. Maji. Cui Henricus comes de Lucelenborch eodem anno succedit. 1308. Item hoc anno Dulcinus hereticus cum Margareta sua et quibusdam aliis suis sequacibus comburitur, ut dictum est anno istius Alberti septimo. Nordhof. 1308. cf. Bernard. chr. Rom. pont. ap. Raynald. 1308 n. 9. Item opidum Ham comitis de Marka fere totaliter incendio consumptum est††. Item Everhardus comes de Marka tertius moritur, et in Vrendenberch sepelitur. Cui Engelbertus, filius ejus, succedit, de Marka comes quartus. Hic statim terram episcopi Osnabrugensis ingreditur, castrum Osthof destruit[b]. In campis Osenbrughe preliantur. Comes prosternitur, vulneratur, capitur. Nordhof. 1308. Et episcopo[c], qui vix eum in vita salvari voluit, fide data dimittitur. Episcopus[3] autem dictus Lodewicus[d], de Ravensberch oriundus, de vulneribus ibi acceptis moritur. Et comes ad captivitatem non revertitur†††. Item hoc anno comitissa de Mansveld, filia comitis de Luchov, in Trivanis[4], ad visitandum parentes suos transiens in metis Saxonie per miricam, audivit inter salices, filices[e] et alnos alicubi vocem miserabiliter gementis et ejulantis. Mittit de familia quosdam ad experiendum de re, mulierque misericors lamentatione commota per se subsequitur. Slavus cum patre suo ligato foveam profundam faciens reperitur, patre quidem gemente et deprecante, filio vero vultum a patre devertente. Slavus requisitus a comitissa quid ageret, respondit, se velle patrem suum sepelire. Et comitissa: 'Quare vivum sepelires'? Respondit Slavus: 'Quia senio confectus et confractus, amplius laborare non potest, et cottidie tamen aliorum labores absumit'. Comitissa multum petit, ut patri parcat. Trivanus constanter negat. Comitissa dat expensas, quas per annum consumat, et saltem tamdiu vivat. Slavus acceptat. Et anno transacto, patrem mactat. Quod per missos illuc comitissa post intellexit. Et hoc videtur esse, quod dixit Aristotiles in fine secundi topicorum[f]: '*Bonum est mactare patrem in Trivanis*'[g]††††. top. II, 4, p. 44. Forte debet esse a. n. i. s. et non a. l. l. i. s.[h] Nam et lingua nostra 'Drevenen' appellantur[5].

* cum apud opidum — deformatur *ap. Corn. p. 969. 9. ann. Alb.* ** Henr. de Vern. — dedition. *ap. Corn. p. 970. 9. ann. Alb., sed falso* sec. Wilh. *** sorores ord. — ceperunt *ap. Corn. p. 969. 8. ann. Alb., paucis additis.* **** in Sosato — aperuit *ap. Corn. p. 971. 10. ann. Alb., sed falso* sec. Eggh. † Henric. arch. — construit *ap. Corn. p. 970. 9. ann. Alb.* †† opid. Ham — est *ap. Corn. p. 972. 10. ann. Alb., falso autem* sec. Eggh. ††† Everhardus comes — revertitur *ap. Corn. p. 972. 11. ann. Alb., sed falso* sec. Wilh. †††† comitissa de Mansv. — Trivanis *ap. Corn. p. 972. 11. ann. Alb.*

a *hunc anni numerum manus* 1*** *codici* 1. *inscripsit.* b construit *Nordh.* c *in* 1. *ex correct. manus* 1*. d et *add.* 1. e filuces *corr.* fibices 1. fibices 2. *Corn.* f *verba* in f. s. top. *in* 1. *ex correct manus* 1* *in rasura.* g *ita* 1. 2. *Sed ex sequentibus patet, Henricum* Trivallis *legisse et scribere voluisse; quod* Trivanis *emendandum censet.* h *ita codd.*

1 hodie Lahde in provincia Mindensi. Comes de Lippia, praedator in Westphalia notissimus, anno 1302. ab Ottone de Rietberg, episc. Monaster., captus Osnabrugi incarcerabatur; sed a monialibus de Lothen redemtus, eas beneficii memor in Lemgovia urbe ad suum territorium pertinente recepit. Cf. chron. monast. Lothen ap. Meibom. SS. rer. Germ. T. II, p. 530. et Schaten, Ann. Paderb. ad h. a. 2 a. 1309. 3 Osnabrugensis. 4 Cf. supra pag. 32. not. 7. Comitia Luchow ab urbe Salzwedel 2 milliariis septentrionem versus distabat. Tunc temporis eam Henricus, ultimus stemmatis sui, gubernabat, qui neque filios neque fratres, sed nonnisi filias (quarum una erat dicta comitissa) habens intra a. 1317—1319. mortuus est. 5 De usu hoc crudeli cf. Jac. Grimm, Rechtsalterthümer p. 488. Idem quoque narratur de Herulis, Prucis veteribus et Slavis.

*Capitulum 98.*

Henricus VII., comes de Lucelenborch, Romanorum a Julio 102., cepit anno mundi 5270., Urbis 2059., Domini 1308., a translatione imperii Romanorum in Theutonicos 508., eodem scilicet anno, quo rex Albertus obiit, et annis 7 imperavit. Hic cum esset vir magnificus, armis et virtute singularis et tamen omnibus amabilis, actitante germano suo Baldwino, Treverensis ecclesie venerabili archiepiscopo, concorditer a principibus omnibus electus est in regem Roma-
Nordhof. 1308. norum et Aquisgrani coronatus. Ex cronicis de Marka: Kal. Maji rex Albertus occiditur a nepote suo. Cui Henricus iste succedens, in festo epiphanie Aquisgrani coronatur *.

1308. Primo anno Henrici Woldemarus marchio Brandenburgensis, indolis optime juvenis et princeps inclitus, tam celebri conventu, tam splendida jocundaque festivitate gladio militari juxta opidum Rostoc accingitur[1], quod per nullum omnium per omnia transacta retro secula principum in partibus illis simile quid actum inveniatur. Erant in eo conventu reges, principes, archiepiscopi, episcopi, duces, comites et alii nobiles, milites etiam et cives et aliorum hominum spectabilium et communium tanta multitudo, ut preter equites alios et pedites et vulgus utriusque sexus innumerabile galeatorum ibi 6600 fuisse referantur**. Nullus ibi privatim ad convivium ciebatur, sed, servatis regibus et principibus nobilibusque sue dignitatis et honoris gradibus, omnes una communiter splendide mensis publicis epulabantur. Vinum bonum et habundans apponebatur. De quo quilibet non tam in mensa, quam post et antea quandocumque, quotiens et quantum volebat, accipiebat et asportabat. Instar montis cumulum avene ad pabulum equorum congesserant. Nec custodiebant vel vinum vel avenam, quo securius singuli sumere possent, quantum vellent. Unde et hystriones et alii pedites et rustici plus equitibus deportantes, nec sic quidem vinum exhauserunt, nec cumulum avene consumpserunt. Equis optimis quam plurimis et equorum phaleris, epychiis et ornamentis aliis, vestium quoque mutatoriis, papilionibus et tentoriis festum hoc jocundius reddebatur. Celum et natura festo favebant: luna, sol et sydera clarius lucentia, terra, pontus et ethra, quodlibet per sua ministeria, homines et animalia bruta, oves et boves et pecora, pisces, fere et id generis alia festo congaudebant. Dies et noctes clarissimi fuerunt. Nullus ventus, nulla tempestas, sed in totum aura quietissima, omnium rerum abundantia[a], ludorum varietas et grata diversitas, musicorumque modulata suavitas sensus gaudentium demulcebant, nisi quod pulvis per multitudinem commotus aerem parumper obtenebrare videbatur. Aquila grandis magnarum[b] alarum longo menbrorum ductu diu circumvolitabat in alto super convivantes. Demum subito descendens in colum vel cacumen[c] papilionis Woldemari, cunctis videntibus, se recepit, et plus quam per horam integram ibi quiescęndo resedit†. O felix princeps, cui arrident sydera, terra tantis[d] laudibus aggaudet, quem predicat ales, cui celum, terra, pontus, cui militat aer! O festum hoc celebre magnaque gaudia, si tum habitum esset in
Fast. III, 149. loco soli plus vicino! Per quinque dies admodum quinquaterorum Jovis — de[e] quibus 3. et 6.
Fast. VI, 651. fastorum scribit Ovidius — actitabatur. Festo[f] quoque sollempniter exacto, nullus a principe

* Henricus VII. — coronatur *ap. Corn. p. 973., sed in brevius redactum et falso* sec. Eggh. ** erant in eo conventu — referantur *ap. Corn. p. 977. 2. ann. Henr.* † nullus ibi privatim — resedit *ap. Corn. l. l.*

[a] habundantia. 2. *Corn* [b] magistra 3. [c] col. vel cac. *in* 1. *ex corr. man.* 1* *in rasura.* [d] *in* 1. *ex corr. man.* 1* *in ras.* [e] *litterae* torum Jov. de *in* 1. *ex corr manus* 1*. [f] act. Festo *in* 1. *ex corr. man.* 1* *in loco raso.*

[1] erat a. 1311. Cf. de hoc celebri principum conventu K. F. Klöden, Diplomat. Geschichte des Markgrafen Waldemar von Brandenburg. Tom. II, p. 87—95., ubi etiam omnes scriptorum coaetaneorum loci collecti sunt.

non publice et privatim honoratus abscedebat. Hec ex cronicis principum de Brandenborch[a 1]. Item hoc anno Henricus rex primogenitum suum Johannem de regno Bohemorum infeodavit, ut dictum est anno Alberti regis tertio.

Secundo anno regni sui Henricus, ordinatis in Theutonia rebus, transit in Ytaliam, advocatus[2] per Veronenses et Mantuanos[b]. Veronenses pannis aureis, aurifrigiatis et gemmis ornatis, sericeis vestibus et pellibus variis, monilibus et coronulis, insuper et frondibus et floribus diversicoloribus aliisque quibuslibet pretiosissimis et speciosissimis urbem suam in occursum regis adornantes et decorantes, jocundissime cum tympanis et cytharis tubisque et aliis musicis instrumentis et cantibus cum gaudio magno et festivo tripudio, quasi divinum quiddam, ipsum susceperunt*. Interim quod tam letum principium suum et introitum in Ytaliam auspicium quoddam futurorum successuum et omen prosperum a plerisque putaretur, ut Janus in primo fastorum: 1309.

'Omina principiis, inquit, inesse solent', Ovid.fast.I,178.

Mantuani cum Veronensibus in urbe Verona regem, ut dictum est, susceperunt. Alie vero civitates omnes illius patrie, tam magne quam parve, claves portarum suarum cum muneribus maximis regi deferentes, eidem se subdiderunt, pecunias in sumptus et militiam auxiliariam cum gaudio et favore multo ministrantes eidem**. Hoc autem anno Verone rex hyemabat[3].

Tertio anno Henrici Mediolanenses cursum ejus audientes terrentur. Veronam[+] et ipsi cum muneribus pretiosissimis advenerunt. Regi se ipsos Mediolanumque subiciunt. Quod vadat eo, blanditiis alliciunt. Ducatum securitatemque et opem promittunt. Igitur rex Mediolanum proficiscitur. Cum honore multo letitiaque suscipitur. Eo tempore Galeatius, primogenitus Mathei de Vicecomitibus, adolescens amabilis et indolis gratiosissime, camerarius erat in domo Philippoldi de Turribus domini Mediolanensis, utpote juvenis nobilis et consanguineus ejus. Cumque consilium circumventionis et quomodo regem perderent in hac domo per nobiles tractaretur, hic ut camerarius et juvenis hinc inde discurrens, non attendebatur nec vitabatur. Quo factum est, ut consilium totum et tempus et locum et modum, quo regem perimere statuerent, complete sciret. Igitur patri Matheo revelat. Pater filium cautificans, attendere et investigare diligentius imperat. Obedit. Redit, et eadem que prius denuntiat. Matheus regi revelat. Dejectum spe relevat. Salutem pollicetur, si sibi credat et rem in totum committat. Rex Matheo prebet assensum. Matheus clam totum regis exercitum, bene armatum et ad pugnam paratissimum, per vicos et plateas omnes circa palatium regis in domibus locat et abditis. Signumque dat campanam palatii: quod illam audientes erumpant, et progrediantur in bellum, et omne quod occurrerit interficiant. Consilium illorum de Turribus erat, seditionem inter se fingere, per plateas diffundi, et regem ad sedandam seditionem exeuntem quasi casualiter et per infortunium mactare. Tempus igitur 1310.

* Henricus ordinatis — susceperunt *ap. Corn. p. 976. 2. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. *et pluribus omissis.* ** Alie vero civ. — eidem *ap. Corn. l. l.*

a Brandeborch 2. b Mancuanos 1.

1 De his cf. praef. 2 falso; Henricus profectus est nullo instigante. 3 Quae hic et in sequentibus de imperatore Veronae commorante Noster tradidit, falsa sunt. Henricus VII. nunquam Veronam intravit, et legati Mediolanensium jam Spirae regem adierunt (cf. Nicol. Botront. ap. Böhmer, Font. I, 70). Videas Henrici itinerarium ex Böhmeri regestis collatum:

1310. Oct. 23. Henricus transit Alpes. 24. Suse. Adventus trans Alpes. 30. Taurini. Novbr. 00. Kierii (Chieri). 10. Aste. Adventus. Decbr. 12. Henricus proficiscens per Casale, Vercellas et Novaram se commovit Mediolanum. 15. Vercellis. 20. Novarie. 23. Henricus intrat Mediolanum. Cf. etiam Kopp, Heinrich VII. l. l. p. 136 sq.

\+ legas *Novaram*, ubi erat 20. Decbr.

statutum ad maleficium advenit. Seditio commovetur [1]. Armati per vicos et plateas incredibili multitudine diffunduntur, ad palatium regis usque perveniunt. Matheus signum belli dat. Theutonici cum auxiliaribus suis de latibulis hinc inde prodeunt, omne quod inveniunt percutiunt, sternunt, conculcant, interficiunt, usque ad vicos illorum de Turribus dirigente Matheo preliantes. Multos Turrensium occidentes, plures captivantes, per totam ulterius urbem more quasi Theutonico furentes discurrunt. Omne quod etiam sic occurrit, nulli sexui vel etati parcentes, mactant et occidunt. Et urbem totam trementem in potestatem redigunt. Quindecim millia hominum in hac seditione referuntur interfecta. Phylipoldus [a] de Turribus consilium eorum proditum intelligens, per fugam clam elabitur, et in Papia, que tunc potestatis ejus erat, se recipit. Ad quem alii sicut ad caput domus de Turribus confugerunt. Palatia singula, sed et omnia, que pertinuissent ad illos de Turribus in Mediolano, edificia, solotenus dejecta, terre coequantur. Omnibusque, que qualitercumque pertinuissent ad rem, completius exactis, dies jocundissimus per regem cum suis agitur. Matheus, quamquam jam senex et nobilis, tamen militie gladio non accinctus, per propriam manum Henrici regis cingitur, vicaria Mediolani sibi traditur, et ad nutum ejus omnia prudenter disponuntur. Rex apud Mediolanum cum magna sollempnitate corona ferrea coronatus [2], ibidem hyemabat. Januenses cum riparia tota, similiter et civitates omnes Podemontane preter Brixiam modo civitatum aliarum, de quibus prius dictum est, regi se festinantes subdiderunt, opes in sumptus et militiam in auxilia transmittentes. Favebant illis de Turribus adhuc Brixi-
Nordhof. 1309. enses, Papienses et Placentini *. Item hoc anno cruce signati, nescitur a quibus vel quomodo, de [b] diversis terris et nationibus numero inestimabili se consociantes et convenientes, ad curiam Romanam cucurrerunt, intendentes, ut dicebant, pro Terra Sancta liberanda mare transire. Sed apud mare divisi, per vias diversas redierunt. Eodem anno Lodewicus, filius landgravii Hassie, procurante Ottone comite de Clyvo [c] avunculo suo, in episcopum Monasteriensem per papam Clementem promovetur **.

1311. Quarto anno regni sui Henricus rex Brixiam invadit [3], obsidione longa non sine exercitus sui dampno fatigat et periculo multo. Ibi namque germanus [4] regis sagitta percussus interiit. Et Verone in aquilonari latere chori fratrum ordinis predicatorum interius quasi in muro per regem sepelitur. Inter alios multos miles quidam Theutonicus, strennue pugnans, capitur, et ventre ejus a collo usque ad pubes dissecto, viscera quidem canibus et suibus proiciuntur, cor autem hasta transfoditur et igni assatum a militibus Brixiensium quasi a canibus abvoratur, optantibus, quod simili modo cor regis devorare facultas fieret. Cumque rex et urbem et nomen quoque ejus delere satageret, consilio fidelium suorum a furore et sevitia revocatur, ne forte per hoc civitatibus aliis invisus redderetur. Et obsidionis mense 7. [5] civitatem in deditionem suscipit. Muros solotenus evertit, terre coequans. Intentores rebellionis interimit. Et ad libitum suum in urbe Brixia rebus omnibus ordinatis [6], regreditur [7] in Mediolanum. Cujus vicariam et

* eo tempore Galeatius primogen. — Placentini *ap. Corn. p. 978. 979. 3. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. *et quandam partem contraxit.* ** Lodewic. fil. — promov. *ap. Corn. p. 979., falso autem* sec. chron. Saxon.

[a] Philippoldus 2. [b] in *Nordhof.* [c] Clivis *Corn.* Clevensi *Nordhof.*

[1] d. 12. Febr. a. 1311. — cf. Muratori SS. IX, p. 1242. XVI, p. 692. [2] d. 6. Janr. a. 1311. [3] d. 24. Septb. [4] Walramus; interfectus d. 27. Jul. [5] falso; obsidio duravit a d. 19. Mai. — d. 18. Septb. a. 1311. Cf. Nicol. Botront. ap. Böhmer, Font. I, 86. 87. et Malvecius, chron. Brix. ap. Muratori SS. XIV, p. 967 sq., qui luculenter omnia perstringit; Böhmer, Reg. imp. ab a. 1246—1313. ed. 1844. p. 290. Kopp, Heinrich VII. 1. 1. p. 153. [6] Sententiam contra Brixiam prolatam invenis ap. Doenniges, Acta Henrici VII. Tom. II, p. 16 sqq. [7] falso; urbe expugnata se contulit Cremonam, deinde Placentiam, Papiam, tum Januam.

ordinationem totam Matheo denuo committens, post mensem progreditur Januam [1] ad hyemandum. Ubi dominus Nycholaus[a] Hostiensis episcopus, apostolice sedis legatus a latere, venit ad eum, imperii sibi coronam [2] apud Romam impositurus. Defuncta vero Janue regina [3], consorte sua, multum turbatus, ipsam, sicut petiverat, in choro fratrum ordinis minorum [b] per Hostiensem sepelivit. Item hoc anno Aymericus, magister ordinis fratrum predicatorum 12., absolvitur. cf. Bern. Guid. ap. Quet. I, p. 494. Hic fuit electus in capitulo generali celebrato Tholose anno Domini 1303 [4]. Erat autem tunc lector Bononiensis, electus in provincialem Grecie. Cessit autem magisterio in capitulo generali Neapolitano anno Domini 1311 * [5].

1312. Quinto anno regni sui Henricus de Janua Romam progrediens [6], a Lucanis et Pysanis [7] cum inestimabili gaudio et honore suscipitur. Perveniens [8] autem Romam, non, ut putaverat, cum pace recipitur, sed bello pervivaci prohibetur et arcetur a portis. Et strages Romanorum tanta facta est, ut per plateas humano sanguine fedas et in plerisque partibus exundantes ad Sanctum Petrum usque rex preliando pervenerit, intrans per Lateranum. Post, omnibus in pacem et concordiam per dominum cardinalem Hostiensem revocatis, rex cum gloria per Urbem circumducitur, et ad Sanctum Petrum rediens, per cardinalem eundem, ad hoc ipsum per papam missum, sollempniter coronatur [9]. A Romanis patricius, pater Urbis, imperator et augustus appellatur. Joh. Andr. p. 10.
Item hoc anno secundum Johannem Andree super Clementinis Clemens V. concilium celebravit apud Viennam [10]. Sed constitutiones ibi editas post, anno Lodewici imperatoris tertio, Johannes papa publicavit, ut ibi dicetur**.
Item hoc anno ille templariorum sollempnissimus ordo deletur [11]. Opinio plurimorum est, quod propter possessiones suas, quas magnas et multas habebant in regno Francie, Philippus Pulcer hoc procuravit. Item Henricus imperator de Roma Pysas regrediens, ibidem hyemabat [12]. Ubi Robertum regem Sycilie ad capitis amputationem condempnat, ut legitur in sententia ejusdem Henrici imperatoris contra dictum Robertum lata. Que incipit: *Deus judex justus* [13]. Et idem habetur Extra in Clementinis 'De sententia et re judicata' capit. *Pastoralis*†. Ubi dicit Clemens V. sic [14]: Clement. lib. II, tit. 11, c. 2. *Tamquam rebellem, proditorem et hostem imperii ac reum crimine lese majestatis dampnavit Henricus imperator regem Robertum, et in eum sententiam privationis omnium dignitatum quocumque comprehensarum tytulo et quibus se intytulabat rex ipse, auctoritatumque, bonorum, provinciarum, terrarum, honorum, jurium, jurisdictionum, tam perpetuorum quam temporalium, et si quando veniret in suam et imperii fortiam, mutilationis etiam capitis sententiam promulgavit, omnemque supplendo defectum, si quis forsan fuerat ex sollempnitate juris in processibus hiis admissus*[c]*, premissa, ut asserit, faciens, exigente justitia et de plenitudine potestatis.*

* Henr. r. Brixiam — 1311. *ap. Corn. p. 979. 4. ann. Henr., paucis omissis.* ** Henricus de Janua — dicetur *ap. Corn. p. 981. 5. ann. Henr., sed falso* sec. Eggh. † Henric. imp. — pastoralis *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh.

a holaus Host. *et post* venit ad eum *in fine duarum linearum manu* 1* *in loco raso* 1. b praedicatorum 3. c obmissus *i. e.* omissus *Decret. et Doenniges.*

1 ubi advenit d. 21. Octb. 2 Papae et mandatum et praecepta pro hac coronatione exstant ap. Olenschlager, Urkundenb. Nro. XII. p. 34. Cf. Hery, Krönung der Kaiser durch die Päpste. Schaffhausen 1857. p. 119 sq. 3 Margaretha, obiit d. 13. Decbr. 4 17. Kal. Jun. 1304. Quetif. I, 494. 5 6. Id. Junii. 6 d. 16. Febr. a. 1312. 7 d. 6. Mart. 8 d. 7. Mai. 9 d. 29. Juni. Littera trium cardinalium de coronatione ap. Doenniges, Acta II, p. 68. 10 Vienne, d. 16. Octb. a. 1311. — d. 6. Maji a. 1312. 11 bulla papali *Ad providam Christi vicarii* d. d. 2. Mai. Cf. Mansi, Coll. XXV, p. 389 sq. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1312. nro. 2 sq. Cf. de hac templariorum persecutione Gieseler, Kirchengesch. II, 3. 4. Aufl. p. 4—18. Drumann l. l. II, p. 206 sq., ubi etiam fontes. 12 falso; inter menses Septb. 1312. — d. 8. Mart. 1313. Florentiam obsidebat; d. 10. Mart. Pisas advenit. Cf. de hoc itinere Kopp, Heinr. VII. l. l. p. 295. 299 sqq. 311. 13 ap. Dönniges, Acta etc. Tom. II, p. 198. Pertz M. G. H. Leg. II, p. 545. Sententia lata est d. 26. April. a. 1313. 14 etiam ap. Doenniges l. l. II, p. 241. cf. Kopp, l. l. p. 317 sqq.

1313. Sexto anno Henrici in Francia et Flandria, quia fontes et puteos, rivulos et fluvios invenenaverint, jubente Philippo Pulchro rege Francorum, vivi comburuntur omnes utriusque sexus leprosi*. Revera vero mandavit hoc fieri propter multitudinem eorum, ne contagione pestifera tota terra fortassis interficeretur. Causam autem primam pretendit ad crudelitatem suam occultandam. Volunt plurimi, quod propter peccata sua in templarios et leprosos percussus fuerit
*1333. Philippus Pulcer a Deo et in se et in tota sua posteritate, ut dicetur anno Lodewici IV. decimo nono*.

1314. Septimo et ultimo anno suo Henricus imperator Florentiam adhuc rebellem obsidet[1] et multipliciter affligit. Florentini prudentes et consiliosi claves civitatis sue sibi tandem mittunt, humiliter gratie sue se subicientes. Sed antequam claves acciperet, rebus excessit humanis. Febre siquidem ardentissima correptus, sexta die periit[2]. Et quia multum fuit plectoricus, toto corpore denigratus est. Propter quod ille mendosissimus nebulo, quem figura nativitatis sue nugigerulum et mendosum famosumque mendaciorum confictorem et disseminatorem denuntiavit, Henricus comes Flandrie occasionem vesanie nequitieque sue videtur assumpsisse, cum diceret, imperatorem non febre, sed veneno periisse**. Quod esse mendosum, filius suus Johannes inclitus rex Bohemorum, item germanus Henrici imperatoris Baldwinus archiepiscopus Treverensis, archiepiscopus[a] Mediolanensis, archiepiscopus Januensis, episcopus Perusinus, episcopus Pisanus, episcopus Lucanus, episcopus Argentinensis et ceteri plures, disquisitione diligentissima super hoc fideliter habita, vivis suis vocibus litterisque sigillis suis roboratis demonstrarunt universis[3].

*Capitulum 99.*

Lodewicus hujus nominis IV., dux Bayoarie, Romanorum a Julio 103., cepit anno mundi 5277., Urbis 2066., a translatione imperii in Theutonicos 515., Domini vero 1315., et 33 annis imperavit. Hic fuit electus,[4] rex Romanorum in discordia cum Friderico duce Austrie. Siquidem archiepiscopus Moguntinus Petrus[b], dux Saxonie Rudolfus et comes palatinus Reni et marchio Brandenburgensis Woldemarus Lodewicum istum elegerunt tempore ad hoc statuto per illum, qui de jure et antiqua regni consuetudine potuit, hoc est per comitem palatinum Reni, et in loco a temporibus antiquissimis consueto. Post hoc nec tempore nec loco debitis archiepiscopi Coloniensis et Treverensis Fridericum eligunt[5], et electionem Lodewici vitiare studentes, dicunt, eum tantum duas voces habuisse, et sic in electione et per eam nichil juris habere. Si enim quatuor voces habens electionem habet perfectam, ut servatur, sequitur, quod per duas voces tantum electo nichil juris acquiritur. Sane cum Rodolfus Saxo in electione regis prioris

* in Francia — leprosi *ap. Corn. l. l., falso autem* sec. Wilh. ** Henr. imp. Florentiam — periisse *ap. Corn. p. 983. 7. ann. Henr., paucis additis.*

[a] *verba* arch. Med., ep. Per. — plures *ex corr. manus 1ª in rasura*; arch. Jan. *in inferiori margine addita* 1. [b] *verba* Mog. Petr. *in* 1. *ex eadem corr. in loco raso.*

[1] Cf. notam ad a. 1312. [2] d. 24. Aug. a. 1313. Bonconventi. Pisis sepultus est. [3] a. 1346. Hoc Johannis testimonium exstat ap. Cornerum in fine anni 7. Henrici VII., in Baluzii miscellan. lib. I, p. 162. — Num Henricus VII. imp. sua morte mortuus sit annon, scriptores ambigunt. Plura vid. ap. Olenschlager, Reichsgesch. p. 67. Barthold, Römerzug Heinr. VII. Tom. II, Anh. p. 1—71. Recte jam Noster judicavit, illam relationem fabulis esse adnumerandam. Cf. Böhmer, Reg. imp. ab a. 1246—1313. p. 311. et Jul. Ficker in Kopp, Geschichtsblätter aus der Schweiz. Luzern 1854. I, p. 122. et 312. [4] d. 20. Octob. a. 1314. in suburbio Francofurti. [5] d. 19. Octob. 1314. in Sachsenhausen apud Francofurtum. Sed archiepiscopus Trevirensis non Fridericum, sed Ludowicum elegit. — Cf. Klöden, Diplom. Gesch. des Markgrafen Waldemar II, p. 153—161., cujus dicta varios nostri Henrici errores hic et in sequentibus optime illustrant.

Henricum de Lucelenborch sancte memorie nominaverit in regem, dicunt, quod electio nunc non ad eum, sed ad ducem Saxonie inferiorem[a] pertinuerit. Woldemarus etiam marchio Brandenburgensis absens[1] eligere nec potuit nec debuit, ut videtur; et dato, quod potuerit, tamen Lodewicum non corde nec ore proprio, sed circumventione et nesciens per os alterius nominavit, Fridericum autem et corde et ore proprio regem desideravit habere. Unde et Fridericus voces trium principum habuit. Electoribus enim ad electionem convocatis, cum marchio dictus occasione quacumque venire vel nollet vel non posset, et tamen Fridericum ducem Austrie regem habere gestiret, instrumentum sollempniter confectum et sigillo suo majori roboratum misit ad electionem per fidelem suum strennuum militem Nycolaum de Book, ad partem tamen et oculte tradens fidei sue menbranas eodem sigillo sigillatas, quibus, quia passibus ambiguis fortuna volubilis errat, uteretur, ut res expostularet. Nycholaus autem, ut homo cupidus et ambitiosus, qualiter per ministerium suum illud aliquid gratie vel dignitatis assequeretur, anxius corde versabat, vidensque per Fridericum nichil se consecuturum, qui jam sine studio suo per marchionem sub instrumentis esset electus, sumpta occasione, quod Lodewicus majorem favorem et amorem omnium et etiam prosecutionem haberet, et quod Marchie loco propinquior esset, et marchionem plus et ledere posset et juvare: ad eum plus etiam sibi benivolum, ut videbatur, se convertit, instrumentum legale, sicut optime scivit, pro eo de menbrana sigillata formavit, et bene formatum sibi tradens, eidem se recommendavit. Elegit ergo marchio Lodewicum non mente, sed quasi voce sub instrumento taliter falsificato[b]. Vox etiam regis Bohemorum, ut dicunt, locum hic non habuit. Cujus dignitas est, electores in partes equales divisos concordare, numerum vocum unius partis per vocem suam majorando et per hoc electionem perficiendo. Consuetudo enim regni a temporibus antiquissimis habita docet, ut dictum est, quod, qui quatuor voces habet, electionem habet perfectam. Dicunt ergo electionem Lodewici non in discordia factam, sed penitus esse nullam. Sed econtra Lodewicus instrumenta quatuor principum producens, scilicet archiepiscopi Moguntini, marchionis Brandenburgensis, ducis Saxonie et comitis palatini, regis quoque Bohemie, cum illis cunctis gentibus se legaliter electum evidenter ostendit. Igitur Lodewicus[2] per Petrum Moguntinum et Fridericus[3] per Henricum Coloniensem archiepiscopos coronantur. Divisionem autem hanc inter eos plurimi, et mediocres et maximi, potentiam eorum, si devolveretur regnum ad unum ipsorum, formidantes, conatu multo diu fovebant, faventes quidam uni, quidam alteri, et firmiter eisdem adherentes. Fertur, papam Johannem, inter electos hac divisione durante, frequenter utrique scripsisse: *Dilecto filio, regi Romanorum*, et post, regno ad Lodewicum solum devoluto, manifeste et hostiliter eidem se contraposuisse. Et per hoc latenter et oculte de duplicitate carpitur. Sed attende, quod ecclesie Romane prius nichil contemptus ingestum est per Lodewicum ut postea; unde nec extraneum est, quod prius et non postea papa sibi scripsit*. Nec duplicitatis est, quod utrique scripsit: *Regi Romanorum*, quia

* hic fuit electus rex Rom. — scripsit *ap. Corn. p. 991., paucis omissis et mutatis.*

[a] *ita* 1. 2.; *lege:* inferioris. [b] sophisticato *Corn.*

[1] falso; Waldemarus ipse electioni interfuit, ut ex littera patet, quam Petrus arch., Johannes rex, Waldemarus et Johannes dux d. 23. Octob. a. 1314. apud Frankenford papae futuro scripsere et in qua eundem fecerunt certiorem, se elegisse Ludowicum Bavarum regem Romanorum et imperatorem futurum. Cf. Gewold, Def. Ludov. p. 26. Raynald., Ann. §. 18. Olenschlager l. l. p. 66. Böhmer, Reg. Lud. p. 238. nro. 41. Itaque sequens Henrici narratio, quam quoque aliis verbis Albertus Argent. ap. Urstis. II, p. 219. praebet, fictitia est. Cf. etiam Klöden, l. l. II, p. 163. [2] Aquisgrani d. 25. Novb. a. 1314. [3] Bonnae d. 25. Novb. a. 1314.

Clement. lib. V, tit. 10, c. 4. verbis illis uti potuit sicut alii. Nec scribendo *Regi Romanorum* quidquam uni vel alteri contulit dignitatis vel in eis approbavit vel recognovit, ut ponitur Extra in Clementinis 'De sententia excommunicationis' capitulo *Si summus*.

1315. Primo igitur anno Lodewici Nycolaus de Book, miles strennuus, inedia periit [1]. Siquidem Woldemarus marchio Brandenburgensis hunc Nycolaum fidelem suum ad electionem regis legatum miserat, et Nycholaus marchionem prodiderat, ut dictum est. Unde marchio, re comperta, redeuntem in turrim detrusit vinctum, coram eo pomum, quo libenter vescebatur, poni jussit, cibum alium quemcumque sibi post unquam apponi vetuit. Turrim claudi fecit firmiter et clausum signavit. Et sic proditionis sue penas digne luens Nycholaus, inedia confectus et mortuus ex-
Clem. lib. II, tit. 9. tabuit* [2]. Item hoc anno constitutio *Romani principes*, que ponitur extra in Clementinis 'De
ibid. lib. II, jurejurando' et constitutio *Pastoralis cura*, que ponitur ibidem 'De sententia et de re judicata',
tit. 11, c. 2. per Clementem papam edite sunt. Cui tamen contrariari videtur, quod hee due constitutiones inter constitutiones concilii Viennensis posite sunt [3], quod concilium dies hos ad annos aliquot precessit. Sed dicendum cum Johanne papa in prohemio Clementinarum, quod Clemens post concilium
Clem. prooem. p. 1. constitutiones multas edidit, que simul cum aliis per Johannem papam publicate sunt. Inter quas fuisse duas istas patet ex hoc, quod in utraque mentio fit de Henrico imperatore jam mortuo, cum tamen anno coronationis Henrici concilium dictum Viennense celebratum fuerit. In una siquidem constitutionum harum dicitur: *inter quondam*[a] *Henricum et Robertum* [4], in alia: *per quondam Henricum imperatorem*.

1316. Secundo anno Lodewici Johannes XXII., papa 186., consecratur in Avinione, et sedit [5]
Joh. Andr. annis 19. Johannes Andree in principio glosarum in Clementinas: Iste dominus Johannes pontifex industriosus et mundus, symoniam fugans, justitiam amans, scientia magnus, statura pusillus, conceptu magnanimus, prius Jacobus [6] vocabatur archydiaconus. In exordio glosarum super Sexto: In promotione pape nomen proprium sibi mutatur, ideo quia scriptum est: 'Omnis Cristi actio nostra est instructio', et Cristus beato Petro nomen mutavit,
Matth. 16, 18. cum eum papam faceret. Prius enim vocabatur Symon, post Petrus; unde dixit Dominus: 'Tu es Petrus, et super hanc' etc. Nos ergo facimus convenienter. Vel ideo fit hoc, ut ex mutatione nominis ostendatur in virum alterum mutatus, vel fit ad cautelam. Sergius siquidem papa II. prius vocabatur proprio nomine 'Os porci'. Cui propter turpe nomen quod habebat, ipso mutato, aliud nomen impositum est. Unde ab isto in antea pape propria nomina mutaverunt. Nam ante eum multi pape fuerunt, quorum nomina minime sunt mutata. Retrospicias ad annum Lotharii I. tertium. Alberi-
Albericus de nat. deorum. cus dicit in libro de natura Deorum cap. de Celio, filio Demogorgontis, sic: Iste, quia plus ceteris probitate pollebat, dictus est Pollux. Post quia regnum suum ad firmamentum usque transtulit, cum mutatione et augmento sui honoris mutans sibi nomen, Celius a celando per contrarium dici meruit, quia sicut pater in cavernis terre se non celavit. Ideo inolevit mos, ut deificati vel amplificati nomina sibi alia in sui intronizatione assumant, ut Romulus dictus est Imperator, Quirinus Deus, Rolandus Cancellarius. Sic et iste Celius. Et a Celio post dictum est celum. Iste Johannes papa singularia et mirabilia multa gessit, ut dicetur.

1317. Tertio anno Lodewici Johannes papa constitutiones concilii Viennensis, que dicuntur Clementine, publicavit, mittens eas universitati Avinionensi sub bulla, mandansque, ut eis utantur de

* Nycol. de Book — extabuit *ap. Çorn. p. 992. 1. ann. Lodow., falso autem* sec. chron. Sax.

[a] quendam 2.

[1] Klöden, qui in Diplomat. Gesch. des Markgrafen Waldemar T. II, p. 161—166. de Nicolai morte et crimine ei imputato disseruit, Henrici verba false interpretatus est. [2] Cf. de hac re Bzovii Ann. eccles. ad a. 1314. p. 241. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1314. — Idem narrat Albert. Argent. chron. p. 119. Cf. praeterea, utrum res vera an falsa sit, Olenschlager, Gesch. d. röm. Kaiserth. p. 92 sq. [3] Cf. de his constitutionibus Gieseler, Kirchengesch. II, 3. p. 24. n. 18. ed. 4. [4] Accuratius legitur: *Dudum sane inter quondam Henricum imperatorem tunc Romanorum regem et carissimum in Christo filium nostrum Robertum Sicilie regem* etc. et: *Sane cum jam dudum inter quondam Henricum imperatorem Romanum et carissimum filium nostrum Robertum Sicilie regem* etc. [5] electus d. 7. Aug. a. 1316. Lugduni, consecratus ibidem, et non in Avinione (ut Noster vult), d. 5. Septb. Sedit usque ad d. 4. Decbr. a. 1334. [6] de Ossa, alii de Cahors.

cetero in judiciis et in scolis*. Johannes Andree: A tempore concilii Viennensis ad quinquennium, et a morte Clementis pape ad biennium Johannes papa constitutiones concilii Viennensis publicavit. Unde queritur a quibusdam, utrum robur et auctoritatem habeant a concilio dicto et Clemente vel a papa Johanne. Item frater Robertus ordinis predicatorum domus Avinionensis, genere quidem nobilis, sed sanctitate et devotione nobilior, pestilentiam generalem predixit ad annos 30, priusquam fieret. Spiritu enim prophetie claruit. Unde inter alia dixit: 'Locutus est in me spiritus Domini, dicens: Vade ad illum, qui regit columbam meam, et vade ad cardines terre et dic eis: Nisi dimittant avaritiam et symoniam, sequetur tanta mortalitas, quod rivi sanguinum fluent de sepulchris'. Quod et factum est in Avinione tempore generalis pestilentie. De qua dicetur anno Lodewici istius 33. vel ultimo. Nam novum cimiterium extra Avinionem factum est. In quo una die, scilicet dominica, qua cantatur 'Letare', fuerunt posita multa millia corporum humanorum ad unum sepulchrum. Pluvia magna superveniens corpora sic compressit, quod sanguis ex hiis in agros instar rivulorum defluxit. Magnus liber habetur de prophetiis suis. Quarum plures sunt jam[a] adinplete. Miraculis multis et in vita et post mortem claruit. Cum corpus ejus deferretur ad sepulchrum tumulandum, feretrum cum corpore virtute divina levabatur in altum, et tantum, quod subdyaconus cum cruce sua feretrum ipsum attingere non valebat. Fuit autem tunc subdyaconus frater Petrus Martini, post pluribus annis prior provincialis provincie Avinionensis. Et sic in alto corpus illud sanctum ad sepulchrum usque ferebatur**. Item hoc anno Matheus de Vicecomitibus, dominus Mediolanensis, simul eodem tempore quatuor exercitus potentissimos et regaliter ordinatos habebat. Quorum primo castrum Cremam, secundo civitatem Alexandriam, tertio civitatem potentem Januam obsedit; quartum secum Mediolani retinuit ad sustinendum incursus, qui fortassis accidere potuissent[b]. Agitante vero domo de Turribus, papa Johannes quatuor millia galeatorum et aliorum armatorum multitudinem copiosam misit[1] in Lombardiam contra Matheum, preficiens eis Phylippum, filium Karoli comitis de Valeyo, fratris Philippi Pulchri. Qui Phylippus junior postea fuit[2] rex Francorum, Karolo rege, Philippi Pulchri filio, mortuo. Querebat autem papa sic vindicare domum de Turribus, estimans obsidiones dictas in continenti solvi debere, cum Matheus per Phylippum artatus militiam totam in auxilium sibi revocasset. Matheus autem animadvertens hoc, mandavit per missos, obsidiones ipsas nullatenus solvi debere; se namque cum filio suo Galeatio et militia, que secum erat, sufficere dicebat ad hostes potenter excipiendum. Igitur exercitum, quem Mediolani secum habebat, in duas partes divisit, et parte valida secum retenta, Galeatium primogenitum suum cum armatorum reliqua multitudine potentissima et incredibili contra Philippum misit. Galeatius, ut erat sagax, cautelose progrediens, papales illos omnes, nichil talium opinantes nec formidantes, sed spolia Lombardorum inter se jam mente votoque partientes, exercitu suo subito cingit et quasi muro validissimo concludit, in stuporem et desipientiam vertit, ut jam non plane[c] videre possent, quidnam in tam arduo casu fuissent acturi. Philippus igitur signum pacis erigit et exhibet. Galeatius acceptat, exercitibus penitus immotis. Incliti duces illi duo duorum tantorum exercituum, Philippus et Galeatius, ambo sollertes, in medio exercituum publice conveniunt ad colloquendum. Et post pauca, fide, pace et securitate reciproce data et accepta, pactione grandissima et sanctissimo jurejurando firmissime quilibet alteri pollicetur, quod nec domus Francie domum Vicecomitum nec domus Vicecomitum domum Francie, quamdiu Phylippus et Galeatius agant in humanis, umquam in aliquo ledere

Joh. Andr. p. 3[a].

* Joh. papa const. — scolis *ap. Corn. p. 993. 2. ann. Lod., sed falso* sec. Joh. Andr.
** frater Robert. ord. — ferebatur *ap. Corn. p. 992. 1. ann. Lod.*

[a] jam sunt 2. [b] ent *in* 1. *ex correct. man.* 1*. *in loco raso.* [c] plene 2.

[1] a. 1320. [2] Vide a. 1333.

vel offendere debeat vel quomodolibet molestare, sed quelibet aliam persequi pariter et tueri pro viribus et fideliter defensare. Arrisque pacis et muneribus pretiosis invicem sibi datis, pax et securitas ex utraque parte publice proclamatur. Gallici per Galeatium et exercitum ejus sollempnitate multa cum tubis et instrumentis bellorum musicis ad Alpes usque conducuntur, et exinde amicabiliter et in pace dimittuntur. Quibus abactis, Galeatius ovans ad patrem Mediolanum regreditur. Pater de concordia et amicitia, pace et pactis domus Francie, quam solam[a] extimuerat, filiique sui fortuna et sagacitate gaudio magno valde diffunditur. Galeatius ad obsidiones mittitur. Obsessi timore fracti viribus et mente deiciuntur. Castrum Crema primo capitur et ordinatur, et preda mittitur in Mediolanum. Postea civitas Alexandria viribus et vulneribus multis obtinetur et ad libitum Galeatii disponitur. Ultimo tandem nobilibus Januensium, propter quorum discordiam sedandam urbem eorum Matheus obsederat, in concordiam et pacem per
cf. Quetif. I, 514. eum revocatis, Januam ipsam in amicitiam recipit et deditionem *. Item hoc anno Berengarius, magister ordinis predicatorum 13., fit archiepiscopus Compostellanus. Hic magister in theologia fuit electus in capitulo Barchinone[b] celebrato anno Domini 1312. Erat autem tunc provincialis Tholosanus. Hunc magistrum misit legatum in Franciam dominus Johannes papa 22., et propter hoc non fuit presens in capitulo generali Pampilone celebrato **. Cui idem dominus Johannes papa eodem anno contulit archiepiscopatum Compostellanum circa exaltationem sancte crucis [1].

1318. Quarto anno Lodewici Woldemarus marchio Brandenburgensis acutissima febre correptus, diem functus est [2], et diebus 9 cum planctu multo custoditus, in [c] aromatibus conditus cum fastu magno sepelitur ***; nullo penitus herede principatus relicto, cum tamen brevi prius tempore, ut dicitur in cronicis principum de Brandenborch, 19 marchiones, simul viventes, gloria, divitiis et potentia cunctos Theutonie principes anteirent. Lodewicus igitur rex Romanorum, in Nuwenborch conventu sollempni vocato, filio suo nominis ejusdem principatum Brandenburgensem regali potestate sollempniter tradidit [3], a se et posteris suis perpetuis temporibus possidendum. Quem usque ad annum Domini 1348. quiete possedit. Et tunc patre mortuo, conspiratione Marcomannorum cum circumsedentibus dominis per Rodulfum ducem Saxonie procurata, fere totum principatum amisit, parva sibi parte ultra Oderam remanente † [4]. Quem annum
cf. Quetif. I, 534. attendas inferius. Item Erucus[d], natione Brito, magister in theologia spectabilis, in magistrum ordinis predicatorum eligitur in capitulo generali Lugduni celebrato †† anno Domini 1318.; annis [e] prefuit, et sepultus est in Narbona[f].

* Math. de Vicecomit. dom. Mediolan. — deditionem *ap. Corn. p. 993—995. 2. ann. Lod.* ** Berengarius — celebrato *ap. Corn. p. 993. 2. ann. Lod.* *** Woldemarus — sepel. *ap. Corn. p. 996. 4. ann. Lod., sed falso* sec. chron. Obetritor. † nullo penitus herede — remanente *ap. Corn. l. l.* †† Erucus — celebrato *ap. Corn. p. 995. 3. ann. Lod.*

[a] solum 2. [b] Carcassonae *Quetif.* [c] *lacuna in* 1. 2. *ap. Corn.* [d] Erucus (*vel* Erueus?) *corr.* Eruecus 1. *ubi eadem, ut videtur, manus, quae ita correxit, in margine* eruegrus *scripsit.* Orvegius 2. Erveus *Corn.* [e] *lacuna in* 1. 2; 5 et 3 mensibus *illa ap. Quetif. expleta est.* [f] *littera* o e *corr.*

[1] d. 15. Septbr. [2] Woldemarus obiit a. 1319., ut plurimi scriptores referunt; Klöden, qui omnes illorum locos de hac re in Diplom. Gesch. d. Markgr. Waldem. II, p. 314—318. collegit, illum obiisse vel potius disparuisse d. 14. Aug. contendit. — In monasterio Chorin sepultus est; cf. Pulkawae chron. ap. Dobner, Mon. Boh. III, p. 266. Diploma ap. Gercken, Cod. diplom. Brandenb. II, p. 457. Cf. infra a. 1336 fin. [3] erat d. 24. Jun. a. 1324. Diploma apud Gercken, Cod. VII, p. 35. Ludewig, Reliq. II, p. 270. Olenschlager, Staatsgesch. p. 105. Infeodationem repetivit imperator Romae ap. Sanctum Petrum d. 12. Febr. a. 1328.; diploma ap. Gercken l. l. VII, p. 40. Ludewig l. l. II, p. 274. Olenschlager l. l. p. 151. [4] Cf. quae de hic narratis disseruit Kloeden l. l. III, p. 185—238.

Quinto anno Lodewici nobilis comes Gelrie Reynoldus per filium suum nominis ejusdem, 1319.
consilio comitisse procerumque terre, captivatus est, et usque ad mortem, sed cum honore multo, militum ministerio et omnium que voluisset exhibitione, studiosius in captivitate custoditus. Quamquam largus semper fuisset et beneficus, tamen nunc, quidquid occurrisset, isti vel illi donavit, ut probabiliter timeretur, quod, in totum exinanito dominio, filius tandem rebus omnibus exageretur*. Permixte siquidem rationis erat. Secundum quosdam, quia fortiter percussus fuerit in capite tempore belli Leodiensis; secundum alios vero quasi singuli comites Gelrie senescentes in capite debilitentur. Unde et filius ipse tandem etiam caput debile putatur habuisse. Qui, patre mortuo et uxore sua prima de Machilinia[a 1], ex qua tres filias susceperat, Aligenoram[b], filiam regis Anglie Eduwardi, duxit uxorem, et duos filios, scilicet Reynoldum et Eduwardum, ex ea suscepit**. Postea conventu principum et dominorum in Vrankenvord per regem convocato, Reynoldus comes ducatu [c 2], comes autem Juliacensis marchionatu [d 3] infeodatur. Et iste qualis[d] dux, ille vero marchio fit et appellatur, sollempnitatibus omnibus, que de jure vel consuetudine fieri solent in talibus, hic inde complete peractis. Habuit hic dux Gelrie Reynoldus fidelem quendam, sagacem et virtuosum, sed animosum, Johannem Moliard, prepositum de Arnhem. Ille terras multas et palustres et alias, communes quidem, forte quasi steriles et arenosas[e] et per nullum occupatas, per partes distinxit, diversis pro censu certo et redditibus domino comiti dandis appropriavit. Ducem ipsum per hoc et alia multa supra opinionem ditavit. Fertur enim reditus[f] suos ultra medietatem adauxisse. Hic etiam prepositus ad ocultandum, quod dux debilis esset in capite, frequenter eum in mensa sua cum paucis fidelibus et necessariis secum habuit, in tantum etiam, quod terra duci maledixit, quasi propter parcitatem, et quia vitaret concursum diversorum ad se, panem in domo sua comedere non auderet. Sed et preposito maledicebant, quasi ducem pro se fascinasset. Idem prepositus ex eo tempore cohibuit comitem ab uxore, timens eum per concubitum in cerebro plus debilitari. Mulier autem lasciva multum et quasi pro viro furens, prepositum ipsum propter hoc ad mortem persequebatur; sed timens ducem — sevissimus enim erat — pro tempore dissimulabat. Dux moritur. Ducissa prepositum ad judices terre trahi faciens, ad mortem accusat, obiciens ei falso, quod sigillo ducis post mortem ejus abusus fuerit, res comitie plurimas amicis suis dederit, et ipsemet de eisdem male ditatus sit, et alia multa; vestemque suam ad latus usque disrumpens et brachium nudum ad omnes protendens, dixit: ‘Ecce corpus mundum, quod filius hic iniquitatis apud dominum meum fedum esse mentitus est’. Fertur enim dixisse, quod ad lepram esset disposita, ut scilicet ducem ab amplexibus ejus revocaret. Quod mulierem non latuit. Et subjunxit ducissa, filios ostendens juxta se: ‘Ecce duo pueri, quam singulariter gratiosi, quorum adhuc tres vel quatuor haberetis, si turpis hec creatura non fuisset’. Aliis tamen in mortem prepositi non consentientibus et mulieri contradicentibus, in carcerem recipitur. Post eripitur, pecunia magna

* nob. com. Reyn. — exageretur *ap. Corn. p. 999., sed falso* sec. Wilh. *et contractum.*
** permixte siquidem — suscepit *ap. Corn. l. l., sed mutato ordine.*

[a] Machilinia 1. [b] *hoc verb. in* 1. *ex corr. manus* 1* *in loco vacuo relicto.* [c] *lacuna in* 1. 2.; Gelrie *ex diplom. addendum est.* [c] *lacuna in* 1. 2.; *suppleas ex diplom.* Juliacensi. [d] *ita* (q†) 1. areniosas 1. [e] reditos 1.

[1] Mecheln. [2] d. 19. Mart. a. 1339. Diploma ap. Leibnit., Cod. jur. gent. p. 151. Lünig, Cod. Germ. II, p. 1773. Olenschlager, Staatsgesch. p. 206. [3] erat Wilhelmus comes Juliacensis. Non in curia Francofurtensi a. 1338. habita ad marchionis dignitatem promotus est, sed jam a. 1336. d. 21. Aug. in castris prope Landowe (Landau). Diploma exstat in Acta Palat. Tom. III, p. 319. — Cf. Chron. Leob. Böhmer, Reg. Lud. Bav. nro. 1785. Praeterea vid. a. 1338.

valde mulctatur, omnibus que habere videbatur privatus. Et ipse tandem aufugiens, elabitur. Duci Brabantie familiaris et potens apud eum efficitur. Sigillum ducis sibi committitur, et sicut prius in Gelria, post in Brabantia dominatur. Memor autem fidelis domini sui ducis Gelrie mortui, procuravit inter filium illius Reynoldum et filiam ducis Brabantie nuptias celebrari. Et per hoc a ducisse Gelrie prius dicte lascivia et viri, cui nupsisset, potentia liberatur. Item tempore Reynoldi ducis Gelrie duo hospitalarii de ordine sancti Johannis venenum acutum in apoteka Parisius emerunt. Et per venditorem proditi, capiuntur, tormentantur, unde sint et ad quid venenum emerint, requiruntur. Respondent, se de dominio Gelrie venisse, venenum contra quendam commendatorem suum et oppressorem maximum comparasse, ut de eo se vindicarent. Non creditur, sed imponitur, quod emerint ad invenenandum regem Francie ex parte ducis Gelrie tunc cum[a] rege dicto bellum habentis. Dux Gelrie rem intelligit, indignans valde. Regi Francorum scribit, dicens: 'Ego vere nobilis rem cum inimico meo turpiter non agerem, sed gladio, et alius, si nobilis esset vere, rem tam turpem fingere vel ab alio confictam imponere nobili viro, vesanus non deberet. Non decet siquidem, principem labium mendax vel habere vel audire. Igitur non veneno, sed gladio rem vobiscum pro viribus agam'.

1320. Sexto anno regni sui Lodewicus marchionatum Brandenburgensem confert[1] filio suo nominis ejusdem, ut anno istius quarto dictum est. Item hereses, scismata, ambitiones inter seculares et inter religiosos, tumultationesque et rebelliones generales et particulares quam plurime suboriri ceperunt. Item in villa Meyienberch[2] Paderburnensis dyocesis opilio quidam oves suas in caulam egerat tempore noctis[b]. Lupus grandis, effracto pariete, caulam subintravit. Canis optimus, quem propter oves habebat opilio, tunc fortassis obdormierat. Sed mox expergefactus, cum strepitum audisset in caula, furibundus exsiliit, caulam circumivit, aperturam invenit. Et quamquam a lupo morsibus permaximis arceretur ab apertura, valenter tamen caulam intravit ad ipsum. Et datis acceptisque vulneribus multis, tandem lupum superavit, superatum jugulavit, jugulatum in medio caule quasi sepeliendum locavit, oves occisas omnes super ipsum accumulavit, et juxta cumulum cadaverum accubuit. Opilio mane caulam aperit, oves occisas in cumulo jacentes aspicit, et canem juxta eas recumbantem attendit, et ira precipiti furens, nil bene discrevit, canem armis impetit et interficit. Cadaveribus autem ovium hinc inde disjectis, lupum sub eis quasi sepultum invenit. Rem gestam intelligit. Infortunatum et infelicem se miserabiliter et ejulabundus deflevit. Canis pro fidelitatis sue premio primo a lupo laceratus, et post a domino suo jacet interfectus*.

1321. Septimo anno Lodewici Johannes papa Nycholai III. pape, qui fuerat de ordine fratrum
Sext. decret. lib. 5, tit. 12, c. 3. minorum, constitutionem, que incipit: *Exiit qui seminat*, et prohibet sub sententia excommunicationis, quod nullus omnino ipsam constitutionem gloset vel disputet — continet enim expositionem regule minorum — hanc, inquam, constitutionem suspendit usque ad sedis apostolice beneplacitum:
Const. *Quia nonnunquam.* tum quia argumentis et collationibus frequenter latens veritas aperitur, tum quia sub eadem littera sepe latet multiplex intellectus, tum quia difficile fuit, volentibus constitutionem predictam perfecte legere ac intelligere, penas adjectas in ipsa constitutione devitare, tum quia veritatis viam expedit aperire, tum quia de novo fuerunt suborta quedam dubia, circa que posset periclitari veritas et erroribus via pandi, nisi liceret super contentis in hujusmodi constitutione disputare. Et de omnibus hiis publicavit Johannes papa constitutionem, que incipit: *Quia nonnum-*

* in villa Meyienberch — interfect. *ap. Corn. p. 1005. 7. ann. Lod., sed falso* sec. Eggh.

[a] *in* 1. *additum ex correct manus* 1*. [b] *ita* 1. *Legendum videtur:* Tempore n. lupus.

[1] Cf. notam ad a. 1318. [2] in principatu Lippiensi, haud procul a Detmold. Cf. a. 1289.

*quam*[*] [1], anno pontificatus sui sexto, 7. Kal. Aprilis. Item hoc anno nanus ille notabilis apparuit, et captus fuit in Bodenwerdere[2], in parrochia Mindensi, de quo dictum est in etate secunda temporibus Phalech. Item Lodewicus puer, filius regis Romanorum, in marchiam Brandenburgensem per cives Magdeburgenses et seniorem de Hennenberch introducitur et intronizatur[3].

Octavo anno Lodewici Johannes papa edidit constitutionem, que incipit: *Ad*[a] *conditorem* 1322.
*canonum*[4]. In qua sanxit edicto in perpetuum valituro, quod in bonis, que post illud tempus obvenire contingeret fratribus minoribus vel ordini ipsorum — exceptis ecclesiis, oratoriis, officinis et habitationibus dedicatis[b] vel dedicandis, que ad ipsos obvenient in futurum — nullum jus seu dominium aliquod occasione ordinationis cujuscumque a quocumque predecessorum suorum[c] super hoc specialiter edite sancte Romane ecclesie acquiratur, sed quoad hoc ordinationes hujusmodi habeantur pro non factis[**]. Et istud constituit, ut dicit, tum quia, cum vices illius, qui veritas est, gerat in terris, vult in sancta Dei ecclesia non illa, que verbo tantum obtinent, sed que re, potius observari; tum quia vult professores illius ordinis non verbis tantum, non simulatis actibus operam dare, sed operibus claris veritate suffultis; tum quia honor et gloria ecclesie Romane obnubilaretur, si tam perverse simulationi, que profecto et ipsis simulantibus officit[d] et aliis materiam scandali subministrat, dissimulando illi occurrere consentiret; tum quia non vult, quod in posterum sub pretextu vel pallio talis dominii temporalis, verbalis, nudi et enigmatici tanta bona, que dicti fratres faciunt, infici, ac fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione hujusmodi, ministrare[e]. Edidit autem constitutionem hanc 6. Ydus Decembris, pontificatus sui anno septimo. Item hoc anno Lodewicus rex Romanorum Fridericum ducem Austrie, contra se in regem electum, bello publico in campo[5] potenter obtinuit. Captivatum mansuetius et honeste tenuit[6], diligenter tamen et cautissime, ne vel clam vel per vim elaberetur, custodiri fecit[***]. Placita multa per amicos Friderici pro liberatione ipsius habebantur. Numerus pecuniarum exhibitarum pro redemptione sua magnitudine vincebatur[f]. Tractatus diversi diversis locis et temporibus per diversos, maximos etiam, puta papam[7], regem Francie et plures alios, solicitius actitabantur. Sed Lodewicus rex, ut erat in occurrentibus sollertissimus et in agendis sagax, prudens et circumspectus, hec omnia quasi nichil declinat, pecuniarum quantamcumque quantitatem et rerum aliarum pretiositatem exhibitarum pro dicti liberatione Friderici ipsi Friderico non componderat. Sed ipsum in captivitate detinet et exacte conservat. Post multum vero temporis principes illi duo nobiles, mediatoribus et arbitris quibuscumque semotis, inter se nullo conscio veniunt in concordiam firmam, sic quod Fridericus electionem totam de se factam in regem Romanorum, et omne jus, quod vel si quod ex ea quomodolibet

* Joh. papa Nycholai — nonnumq. *ap. Corn. p. 1001. 6. ann. Lod.* ** Joh. p. edidit — factis *ap. Corn. p. 1004. 6. ann. Lod.* *** Lodewic. r. Rom. — fecit *ap. Corn. p. 1004., sed falso* sec. Eggh.

[a] apud 2. [b] dicatis *corr.* dedicatis 1. [c] suo *e corr.* 1. [d] efficit 2. [e] *ita* 1.2. [f] *Lacuna in* 1. *Verbum deesse videtur.*

[1] a. 1322. Publici juris haec bulla facta est ap. L. Wadding, Annal. Minorum seu trium ordinum a s. Francisco institutorum. Romae 1733. fol. Tom. VI, p. 395. Extravang. Joh. XXII, tit. 14, c. 2. Cf. Gieseler, Kirchengesch. II, 3, p. 210 n. 8. ed. 4. [2] Bodenwerder ad Visurgim. [3] erat a. 1324. Ludowicus erat duodennis et introductus est per comitem Bertholdum de Hennenberg; cf. Kloeden, dipl. Gesch. d. Markgr. Waldemar III, p. 3 sq. [4] Exstat in Extravag. Joh. XXII, tit. 14, c. 3. Cf. Gieseler, l. l. p. 210 n. 9. [5] apud pagum Ampfingen, haud procul a Mühldorf, mens. Septb. d. 28. [6] in castello Trausnitz ad fluviolum Nab, septentrionem versus Ratisbona. [7] Littera adhortatoria *Excellentie tue — permanemus* d. d. 18. Decb. a. 1322. ad Lodewicum propter Friderici captivitatem legitur ap. Raynald., Ann. eccl. Tom. XV. ad a. 1322. nro. 15. p. 232. et Olenschlager, Staatsgesch. Urkundenb. p. 80. nro. 35.

assecutus est vel assequi posset, similiter et coronam suam in manus Lodewici posuit, sibi tribuit et in integrum donavit, istis omnibus pro se totaliter et legaliter renuntians. Insuper et amicitiam et fidem et prosecutionem sinceram per totam vitam suam secum et ad eum se firmiter habiturum promisit, et adhuc inpetitioni regni Bohemorum, quod ad se jure pertinere videbatur, in totum pro semper renuntiavit. Et hec omnia manu ad manum per fidem, ore ad os per osculum pacis, et jurejurando stabili, et sub pena infamie perpetue, si quomodolibet contraveniret, firmissime sibi stabilivit. Et hec inter eos clam sic ocultius acta, postea publicis instrumentis super hoc sollempniter confectis roboravit [1]. Et Fridericus in ducatum suum amicabiliter cum comitatu magno ductus est. Fuerunt qui dicerent, Fridericum cautelose quidem, sed impudenter [a] egisse, tot et tanta relinquendo, tot etiam et tanta pollicendo, Lodewicum vero virtuose quidem, sed insipienter, tot et tantis, supra cursum etiam humanum et naturam pollicitis, fidem adhibendo*. Quis enim tam fractus et excors, ut jus ad regnum Bohemorum etiam, nedum Romanorum imperium, tam facile, sine spe resumendi, relinqueret? Quis etiam vel mente captus talibus pollicitis fidem adhiberet? Ethyocles et Polinites germani fuerunt, de regno Thebarum post patrem contendentes. Ethyocles promisit, Polinites credidit. Sed iste fefellit, hic ingemuit. Ethiocles promisit et fefellit, ut demon languens vitam suam emendare promittebat. Sed dum convaluit,
Ars amandi. I, 443. mansit ut ante fuit. Ovidius dixit de arte lib. I [b]:

Promittas facito; quid enim promittere ledit?
  Pollicitis dives quilibet esse potest.

Heroid. II, v. 49—53. Polinites credidit et ingemuit, ut dicere posset illud ejusdem Ovidii in epistola Heroydum secunda:

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis;
  Credidimus generi numinibusque tuis;
Credidimus lacrimis. An et hee simulare docentur?
  Hee quoque habent artes, quaque jubentur, eunt?
Diis quoque credidimus. Quid jam tot pignora nobis?
  Sed o heu!
Jura, fides, ubi nunc, commissaque dextera dextre,
  Quique erat in falso plurimus ore Deus?

Eccl. 19, 4. Ps. 115, 11. Salomon dixit: ‘Qui cito credit, levis est corde’. Nec mirum, cum secundum psalmistam omnis homo non tantum mendax, verum etiam, ut transtulit Jeronimus emphatice [c], etiam figmentum et mendacium sit. Sed

Ovid.a.am. III, 9. Parcite paucorum diffundere crimen in omnes!

De fide Polinitis et Ethyoclis suo cursu res iverit. Quanta fuit fides inter Tydeum et Poliniten, Orestem et Pyladem, Patroclum et Achyllem! Theseus Peritheo tanta fide junctus est, ut secum in infernum ad raptum Proserpine descenderit anno [d]. Attendamus Phithiam [e] et Damonem, de quibus [d] dictum est. Et isti quoque principes simili fide sociari potuerunt et juncti fuerunt. Et fides altrinseca reciprocaque, quamdiu in hoc mundo convixerunt, in utroque fortis et inconcussa permansit. Item hoc anno fuerunt in monasterio quodam Marchie trans Oderam religiosi pueri tres, annorum inter 16 et 19, Nycholaus dyaconus et duo

* tractatus diversi diversis — adhibendo *ap. Corn. p. 1004. pluribus omissis.*

[a] *sic codd., libentius legerim* imprudenter. [b] *verba* d. a. l. I. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in rasura.* [c] emphacie 1. [d] *ita lacuna in* 1. 2. [e] Phichiam 1.

[1] Pactum exstat ap. Gewold p. 89. et Olenschlager, Reichsgesch., Urk.-B. p. 129. — Cf. Kurz, Oestreich unter Friedrich p. 484. Duellius, Fridericus pulcer p. 40. Böhmer, Reg. Lud. nro. 804. 839.

Johannes subdyaconi, singulariter Deo devoti, modesti, mansueti, quieti, pacifici, humiliter obedientes, ea que professionis sue fuerunt servare solliciti, et nichil eorum que pertinuissent ad se transgredientes, cum omnibus sine querela viventes, sociales, hylares, devote semper orantes, devotius confitentes, devotissime corpori Domini communicantes, ut Deo pariter et hominibus amabiles haberentur. Horum unus Johannes, instante quadam communione, socio suo dixit: 'Nycholae, numquid confessus es'? At ille: 'Sum'. Et Johannes: 'Numquid bene confessus es'? Respondit: 'Spero, quod bene'. Et Johannes iterum: 'Ego scio, quod non bene'. Et exprimens peccatum quod non fuerat confessus, dixit: 'Hoc peccatum confessus non es'. At ille: 'Och, illud oblivioni tradideram'. Abiens igitur, Johanne nesciente, peccatum illud prelato suo sincerissime confitebatur. Cui ad se redeunti dixit Johannes: 'Modo recte confessus es'. Et Nycholaus: 'Putabam, neminem penitus scire peccatum illud, nisi me solum'. Et Johannes: 'Preter te nullus homo scivit, sed Deus, quem nullum latet secretum, michi revelavit. Et spiritus Domini locutus est in me, volens, ut per me corripereris'. Idem Johannes in tantum pauper erat, quod nec librum etiam quemcumque nec cedulam quantulamcumque scriptam habebat in cella. Procuravit autem sibi pennam et incaustum et de pergameno quatuor quaternos ad mensuram et modum minus quam pedalem et cedulas magnas sex. Et in conspectu omnium, qui transeuntes per cancellos ostii sui celle sue videre voluissent, se posuit ad scribendum; cum tamen nec scribere bene sciret nec legere, nec intelligeret, si legisset vel audisset, nec proferre plane sciret, que fuissent dicenda Latine. Scripsit igitur ydiota talis et illitteratus sine quolibet exemplari, de capite suo tantum, per manum et pennam, quod voluit in pellem transferendo. Et primo sex epistolas nationibus diversis, puta Anglie, Flandrie etc. direxit. Post librum magnum ad quantitatem apocalipsis beati Johannis scribens Apokalypsim nominavit. Librum hunc et epistolas in manu habui, majorem partem libri et epistolarum perspexi. Sententias et doctrinas bonas multas inveni, nullas de plano falsas vel malas adverti, sed quasdam obscuras et dubias, quasdam etiam pueriles, ut illam, quam scripsit: se stellam splendidam et matutinam, et missum ad illuminandum gentes et eas in via Dei dirigendum. Isti tres vitam artiorem sua querentes, prius confitentur, communicant, omnia sicut jam morituri disponunt, post habitum suum priorem transformatum induunt, in terram exeunt, predicant, persuadent, arguunt, corripiunt, vitam eternam pollicentur, populum innumerabilem post se trahunt. Nullus eos tangere presumpsit, ne forte tumultus fieret in populo. Nullis consiliis vel persuasionibus, proposito suo contrariis, aliquatenus acquiescunt. Tandem cautelose capiuntur, ad monasterium reducuntur, ab invicem separantur. Litterati plures convocantur, ut videant, quid facto opus sit. Affuerunt autem et isti tres ad inquirendum de se vocati. Separantur ab invicem. Committuntur quilibet alicui blanditiis seriisve vel quomodolibet aliter examinandus. Qui cum in nullo deprehendi possent, animadversum est, hec singula puerorum horum innocentium hostis antiqui fuisse nequitias insidiosas. Corripiuntur igitur, et separati, monasteriis diversis deputantur emendati. Et sub pena carceris, ne quid simile temptent in futurum, prohibentur*.

Nono anno Lodewici papa Johannes constitutionem: *Cum inter nonnullos*[1] edidit, et pridie Ydus Novembris pontificatus sui anno 8.[a] publicavit. 1323. Item beatus Thomas de Aquino ordinis fratrum predicatorum, doctor excellentissimus communiter in omnibus et ecclesiasticis et philosophicis, propter quod et doctor communis vel doctor generalis dicitur, vita sanctissimus et

* fuerunt in monast. quodam — prohibentur *ap. Corn. p. 1019., paucis omissis.*

[a] septimo *Decret.; recte!*

[1] Exstat inter Extravag. Joh. XXII, Tit. 14, c. 4.

devotionis tante, quod orans aliquot vicibus visus est, nullo fulciente, de terra duobus vel tribus
cubitis elevari, hoc anno per Johannem papam cathalogo sanctorum asscribitur 4. Nonas Junii[1],
pontificatus ejus anno octavo. Item Johannes papa contra Lodewicum regem processus graves
Baluze II, p. 478. publicat[2]. Lodewicus e contrario contra papam appellat, sic proponens[3]: *Nos Lodewicus, Dei gratia
Romanorum rex semper augustus, proponimus contra Johannem, qui se dicit papam, quod inimicus sit pacis, et intendat*[a]
*ad discordias et scandala suscitanda contra vitam, doctrinam et exempla Cristi, cujus se vicarium dicit et mentitur.
Nec recogitat, quod beato Silvestro pape tunc latenti magnifice contulit Constantinus, quidquid ecclesia etiam hodie liber-
tatis obtinet vel honoris. Ipse autem Silvestri successor, ut dicit, imperio male respondet de beneficiis; sed ipsum exter-
minare conatur, et abutitur notorie plenitudine potestatis, que nonnisi ad edificationem ecclesie datur. Sane constat,
imperium Romanum*[b]*, ad cujus ipse presumptuose tendit exterminium, a Deo esse preparatum ad dilatationem*[c] *ewangelii,
et ad fidem catholicam a malignis incursibus eruendam. Unde et sacri ewangelii notorius est subversor et destructor.
Archiepiscopatus, episcopatus, abbatias confert partialiter et indignis omnino, cujuscumque indignitatis*[d] *et qualiscumque
vite, dummodo sint imperio sacro rebelles et inimici. Imperialium nullus*[e] *potest quomodolibet promoveri, quantumcumque*
p. 484. *dignus et sufficiens, quantumcumque doctus et peritus, quantumcumque bone et sancte vite. Fideles etiam imperii bellis,
fraudibus et dolis diversis faucibus inimicorum suorum, quos ipse filios ecclesie nominat, immittere nititur, crudeliter
devorandos. Et cristianos veros et catholicos falso*[f] *dicit hereticos, simul accusator, judex et testis existens. Et nominat*
p. 492. *multas civitates et personas nobiles multas, in quibus dicit hoc patere. Ante tempus istud administrationem imperii nobis
interdicere non presumpsit, sicut nec de jure potuit, cum tamen et ante assumptionem suam et post ipsam jam per annos*
p. 494. *octo et ultra administraverimus, et ipse hoc sciret manifeste. Jura quoque principum imperii nititur usurpare. Cum
enim, vacante imperio, ad comitem palatinum Reni de jure et approbata consuetudine imperii observata hactenus in-
concusse, presertim in partibus Alemannie, competat jus administrandi jura imperii, feoda ecclesiastica et temporalia
conferendi, et cetera alia negotia disponendi, iste contendit, quod in nullum eventum sibi competit, ad se administrationem
vacantis imperii pertinere. Dixit etiam in consistorio manifeste, quod ipse ad conculcandum serpentem eneum, imperium
Alemannorum, omni tempore suo pro viribus vellet laborare et intendere toto*[g] *posse. Item tamquam vulpes subdola nunc
nobis, nunc duci Austrie se favere fraudulenter ostendit, ut nos ad invicem concitaret, et ipse, nobis contendentibus et
invicem nos extenuantibus, partem suam redderet pinguiorem. Nec etiam sufficit ei, contra imperium temporale niti
nequiter, sed et contra Cristum, Virginem benedictam et sanctos apostolos, quantum ad vitam eorum et actus insurgit.
Non solum mala sua*[h] *vita et a contemptu mundi aliena, sed et heretico dogmate et venenata doctrina in predicationibus
publicis et aliis asserit et affirmat, Cristum et apostolos habuisse bona temporalia in communi eo modo, quo nunc habent*
p. 496. *alia collegia. Quod dictum est notorie*[i] *hereticum et prophanum et contra ewangelii sacrum textum.* Et talia plurima
de regula fratrum minorum et beato Francisco Lodewicus in appellatione ista prosequitur, et in
constitutiones Johannis pape *Ad conditorem* et alias quasdam inpingit, dicens ibidem: *Que constitutiones
ipsum sicut manifestum hereticum et de corpore ecclesie precisum incidisse in dampnatam heresim, et per consequens ab
omni statu prelationis depositum ejecerunt.* De paupertate quoque Cristi et apostolorum notabiliter multa
p. 508. ibidem. Ex quibus, ut dicit, patet, Johannem ipsum veraciter hereticum exstitisse; et quod pecunias
in subsidium Terre Sancte per decimas duplicatas vel triplicatas, per fructus beneficiorum vacan-
tium et alia talia congregat, et tamen illi terre crudeliter non succurrit, et desolatam, proch dolor!
relinquit, sed convertit pecunias illas in effusionem sanguinis cristiani. Quibus et aliis plurimis
p. 509. sic propositis, idem Lodewicus protestatus fuit, dixit, juravit, provocavit, appellavit et supposuit

[a] *hic habet* 2. contra vitam doctrinam, *quae in* 1. *recte sequuntur post* suscitanda. [b] Roman. imper. 2. [c] *hoc verbum in* 1. *ex correct. manus* 1* *in loco raso.* [d] *pro* indign. *hab. dipl.* aetatis sint. [e] per ipsum *add. dipl.* [f] false *corr.* falso 1. [g] *e corr.* 1. [h] *om.* 2. [i] hereticum *et sequentia usque infra a. 1331. desunt in* 1.

[1] Vitae Joh. ap. Baluze, Vit. pap. Avin. I, p. 139. 165. [2] Exstant ap. Raynald., Ann. eccles. Tom. XV, p. 278—280. ad a. 1324; completius ap. Herwart, Ludovicus IV. defensus, Monachii 1618. Pars I, p. 194 sq. Martene et Durand, Thes. nov. anecdot. Tom. II, p. 641 sq. Olenschlager, Reichsgesch. Urk.-B. p. 81., nro. 36 sq. Datae sunt hae bullae 5 processus continentes prima d. 8. Octbr. 1323., secunda d. 9. Jan. 1324., tertia d. 23. Mart. 1324., quarta d. 11. Jul. 1324., quinta d. 3. April. 1327. [3] Sequentia leguntur ap. Baluze, Vit. pap. Avin. Tom. II, p. 478 sq. Goldast, Reichssatzungen T. II, p. 30. Lünig, Cont. I. spicil. eccles. nro. 13. Olenschlager, l. l. Urk.-B. p. 117. nro. 43. Data sunt Sachsenhusen in capella fratrum ordinis sancte Marie Theutonicorum d. 22. Mai. a. 1324. Cf. Böhmer, Reg. Lud. nro. 719.

legendo in scriptis, ut inferius continetur: *Nos Lodewicus Romanorum rex, semper augustus, protestamur, quod predicta non proponimus nec dicimus propter odium aliquod ipsius, qui se dicit Johannem papam, sed propter injustitias suas et maleficia sua predicta, nec in injuriam vel infamiam ipsius, sed propter zelum fidei.* Et post multa subjunxit: *Propter predicta concilium generale congregari petimus, et cum instantia petimus repetita. Et ne dictus Johannes contra sacrum imperium, nos et statum nostrum, et jura imperii et nostra, et terras, prelatos et principes etc., spirituali gladio abutendo, de facto procedat excommunicando, interdicendo, suspendendo, privando, transferendo vel alias quomodolibet ordinando, pro nobis et nobis adherentibus, nunc et in futurum adherere volentibus quibuscumque, ad generale concilium, quod iterum cum instantia repetita in loco tuto nobis et nostris convocari petimus, et ad verum, legitimum futurum summum pontificem, et ad sanctam ecclesiam, matrem nostram, provocamus et appellamus in hiis scriptis. Et appellationes per nos factas alias innovamus, et apostolos testimoniales a vobis, principibus nostris, ecclesiasticis et mundanis, et notariis publicis hic presentibus cum instantia postulamus**. Et attendas in hac, si tamen sic dici potest, appellatione, quam nequiter et miserabiliter hic homo simplex, scilicet Lodewicus rex, per consilia mala sub pelle vulpina seductus est, quia, nichil sciens de hiis nec judicium proprium habere potens, de eis infeliciter in crimen incidit alienum. De hoc quoque dicetur anno istius duodecimo inferius[1].

Decimo anno Lodewici Borchardus de Scrapelo[2], dictus Lappe, Magdeburgensis archiepisco- 1324.
pus, a civibus suis utique horribili culio[3], digno[a] perdendis parricidis, crudo quodam et barbarico genere mortis, nequiter et atrocissime peremptus est. Sane pontifex hic, genere quidem nobilis moribusque sobrius, pudicus, castus, prudens et facetus, ingenio tamen asperior animoque vehemens et aliquantisper inquietus et agrestis, cum ecclesie sue jura, per cives dictos et alios quosdam contempta, neglecta, calcata vel etiam occupata, satageret exactius in statum et cursum antiquum et debitum revocare, et injurias pro viribus propulsare, civium suorum predictorum rancorosam incidit et odiosam persecutionem. Linguis igitur acutis quasi novaculis dolum facientibus subraditur, dentibus venenatis roditur et laceratur, insidiis dolisque nequitiosis deteritur, et armis primo non civium suorum, sed extraneorum diversorum, nunc horum, nunc aliorum, per ipsos tamen cives clam evocatorum, atrocius[b] et hostilissime cottidie perurgetur. Quibus et aliis innumeris injuriis sepenumero lacessitus, ne nullus omnino putaretur, bellum adversus eos paravit, orditus est, exaggeravit et tempore plurimo continuavit. Et clavum clavo, fallaciam prudentia violentiamque fortitudine contendens, dictos suos et cives et hostes in magnis et altis et mirabilibus super se, quasi super pennas ventorum, et non super pedes, sed pedicas ambulantes, pennis et alis eorum precisis, preliis et prudentia valenter ad solum usque deiciens, humi tenuit humiliatos. Sed tandem fraudulenter ab eis occupatus, consiliis[c] amicorum suorum et studiis in amicitiam cum eis rediit, utrimque pace et amicitia jurejurando super corpus Cristi firmatis. Iterum autem, post non magnum temporis intervallum, odium, quod adhuc latebat in cordibus oppressorum, amicitia paceque simulatis, palliatum detegitur, et ut virus ex interioribus

* Joh. papa contra Lod. reg. processus — postulamus *ap. Corn. p. 1020—1022., paucis mutatis, sed falso* sec. Eggh.

[a] digne 2. [b] attrocius 2. [c] conciliis 2.

[1] Scripta Ludowici contra Joannem XXII. exstant ap. Baluze, Vit. pap. Avinionens. Tom. II, p. 512—546. [2] Sedit ab a. 1307. (Magdeburger Schöppenchronik, Ms. Boruss. bibl. reg. Berolin. fol. 172. habet pag. 75[b]. 1309.) — 1325. Cf. Rathmann, Gesch. v. Magdeb. T. II, p. 215 sq. Sagittar., Hist. duc. Magdeb. ap. Boysen, Hist. Magaz. III, p. 81 sq.; de ejus caede ibidem p. 108. — Fere iisdem verbis hoc facinus narratur ap. Krantz, Vandalia lib. VIII, c. 13. Metropolis (Col. 1596.) p. 603. — Quae docte disseruit Klöden, Diplom. Geschichte des Markgr. Waldemar II, p. 167—175. sequentia optime illustrabunt. [3] Manus saeculi XVI. in 2. margini adscripsit: *Culius dicitur saccus vel uter, in quo parricide dampnati ponebantur et cum ipsis tria animalia, scilicet simea, gallus et serpens. Culleus idem.*

ad cutem propellitur ad scabiem et ulcera generandum. Prodiitque quasi ex adipe iniquitas eorum, et transeuntes in affectum cordis, antistitem ipsum in civitatem Magdeburgensem confidenter et pacifice venientem [1], nichilque mali timentem vel suspicantem, violenter invadunt, capiunt et in palatio suo quasi carcere concludunt. Mane facto, vidit archiepiscopus in ostio cubilis reserato et reversato creta scriptum versum:

Per corpus Cristi jurasti, non tenuisti.

Quod exhorrens, mox aboleri jussit. Sequenti nocte creta scribunt in eodem ostio versum:

Frangenti fidem fides frangatur eidem,

pacem cum et fidem juramentumque violasse, fingentes. Quod antistes diligenter attendens simulque malitiam et ad se odium eorum mente revolvens, totus animo deicitur, et blanditias, promissa, preces confundit in unum; supplex jam nunc non subditis suis et civibus, sed hostibus et latrunculis effectus. Illi vero nunc blandientem, nunc promittentem, nunc deprecantem attendunt, ut fieri solet. Nam in dominum surgens servus

truculentior aspide surda,
Que obturat aures, precibus mitescere nescit,

vel mansuescere nescit. Nefas tamen, quod corde tractabant, differunt in ydonea tempora noctis,

Noctis quando solent tractari turpia, noctis,
Quando impune placent, que sunt in luce pudori.

Et tunc ipsum more furum clam in caveam quandam subterraneam, profundam, fetidam et tenebrosam, sed bene firmatam, ducunt, vinculis gravibus, horridis tenebris, fetoribus et squaloribus contumeliisque et inedia, arto [2] scilicet pane et aqua brevi, diu macerantes et martirizantes, quoadusque genus mortis, quam sibi querebant, adinvenirent. Igitur ad parricidium illud truculentum explendum 14 eliguntur, scilicet 8 de Magdeburch, 4 de Hallis, 2 de Calve. Isti, per omnia larvis quilibet alteri similis, in tantum etiam ut nullus ab alio distincte discerni posset et cognosci, quis esset, e tenebris ad pontificem, tunc in cavea dicta parum luminis habentem, prodeunt, quilibet clavam in manu gestans. Et circa pontificem chorizantes ut demones et lemures nocturni discurrentes, unus eorum tandem caput ejus sacratum clava ferit, et cerebrum excutiens, craneum in profundum egit. Cede peracta [3], satellites dyaboli tenebris interioribus oppressi per tenebras exteriores — erat enim nox — ab invicem singuli separati secundum condictum, ne quis alium cognosceret, ad propria larvati redeunt, clavas cum larvis deponunt, mendacium sibi spem ponentes, ut videlicet a nullo preterquam ipso occisore sciretur, quis archiepiscopum suis manibus interemisset. Corpus autem mortuum in vinculis et cavea dicta reliquerunt, quoadusque jam putrefactum in tantum extabuit, quod nisi per signum quoddam in ejus dorso non agnoscebatur, cum tandem clero per cives ostendebatur. Sublatum autem de vinculis et cavea dictis, cum multis cleri lacrimosis gemitibus et reverentia non modica, sollempniter in medio majoris ecclesie sepelitur, altare ad ejus caput fabricatur, et ad pedes capisterium pecuniarum firmum ad oblationes fidelium recipiendas et conservandas. Tumuli quoque sui lapidem tali epygrammate superscripserunt:

*Hic jacet omnis homo, quidquid virtutis in illo* [a]
*Particulare fuit, hoc simul hujus erat.*

Post tumulum ejus ad cubitum inaltaverunt, tabulis marmoreis pulchris texerunt et ornaverunt, marginem lapidis in margine superius inscribentes versibus hiis:

[a] illis 2.

[1] d. 29. Aug. a. 1325. Cf. Rathmann, Gesch. v. Magdeburg, Tom. II, p. 247 sq. [2] Cf. Jesai. 30, 20: *et dabit vobis Dominus panem arctum et aquam brevem.* [3] d. 21. Septb. a. 1325.

*Borchardus gratus Domino jacet hic tumulatus,*
*De Scrapelo natus, pro jure tuendo necatus* *.

Item hoc anno papa Johannes edidit constitutionem *Quia quorundam*[1]. Item hoc anno articuli condempnati Parisius consulte, ut videbatur, propter pacem et cetera consultius revocantur ad scolas per Stephanum episcopum Parisiensem sub hac forma[2]: *Universis presentes litteras inspecturis Stephanus, permissione divina Parisiensis episcopus, salutem in omnium Salvatore. Magistra rerum experientia certis indiciis evidenter demonstrat, multa quibusdam temporibus ordinata consulte, novis emergentibus causis, succedentibus temporibus in contrarium debere consultius immutari. Dudum siquidem quidam predecessores nostri felicis memorie Parisienses episcopi quosdam articulos, ne forsan eos male intelligentes caderent in errorem, tamquam erroneos per excommunicationis sententiam dampnaverunt et interdixerunt expresse. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximii doctoris beati Thome de Aquino de ordine predicatorum tangere ab aliquibus asseruntur. Quam articulorum condempnationem et sententiarum promulgationem venerabiles viri, decanus et capitulum ecclesie nostre Parisiensis, sicud veritatis zelatores, intimius considerantes, necnon doctrine et fame beati Thome predicti injustam denigrationem, veritatis occultationem et sancte Romane ecclesie aliqualem dehonorationem, per venerabiles viros magistrum Hanibaldum de Cethano, Attrebatensem archidiaconum*[a]*, sacre theologie doctorem, et dominum Petrum de Fayello Parisiensem, canonicos, eorum propter hoc nuncios ad nos specialiter destinatos, nos requisiverunt nobisque supplicaverunt, quatinus, vocatis omnibus sacre theologie doctoribus, et cum eisdem communicato consilio, et deliberatione habita diligenti, et cum aliis, qui de talibus et in talibus scire possent, veritatis*[b] *viam aperiremus, per quam in predictis articulis, in quantum doctrinam beati Thome predicti tangere possunt, et sancte Romane ecclesie et predicti sancti honorem et reverentiam servaremus. Nos igitur attendentes cum eis, quod sacrosancta Romana ecclesia, fidelium omnium mater et magistra, et firmissima Petri, Cristi vicarii, confessione fundata, ad quam, velut ad universalem catholice veritatis regulam, pertinet approbatio et reprobatio doctrinarum, declaratio dubiorum et determinatio tenendorum et confutatio errorum, prefatum doctorem venerabilem, cujus doctrina fulget ecclesia ut sole luna, nuper sanctorum confessorum cathalogo asscribendum decrevit, diligenti discussione et examinatione prehabita super vita ipsius et doctrina, ipsumque quoad vitam puram ac doctrinam salubrem orbi terre commendabilem predicavit; cupientes gloriosum Deum in sanctis suis apud fidelium devotionem in terris gloriosius exaltari, ac sacratissime matris nostre predicte desiderantes vestigia sancta pro viribus imitari, dictumque confessorem feliciter in celis regnantem apud terrigenas devotius et celebrius honorari — presertim cum fuerit et sit universalis ecclesie lumen prefulgidum, gemma radians clericorum, flos*[c] *doctorum, universitatis nostre Parisiensis speculum clarissimum et insigne, claritate vite, fame et doctrine velut stella splendida et matutina refulgens —; per venerabiles et dilectos consiliarios nostros fideles, magistrum Hugonem de Bisuncio cantorem Parisiensem, magistrum Stephanum de Nova villa, et dominum Odonem de Senonis, canonicos Parisienses, inquisitione facta super dictis articulis apud doctores theologice facultatis in eorum congregatione generali regentium et non regentium, secularium et regularium, ad hoc specialiter advocata; comperto per Dei gratiam, dictum confessorem beatum nichil unquam sensisse, docuisse seu scripsisse, quod sane*[d] *fidei vel bonis moribus adversetur: de consilio venerabilium virorum, decani et capituli Parisiensis, et venerabilis domini Gwilhelmi Dei gratia archiepiscopi Viennensis, sacre theologie professoris, et aliorum 23 magistrorum in theologia, una cum reverendo patre predicto, in litteris sub eorum sigillis per prefatos commissarios nobis misso*[e]*, necnon et 39 bacellariorum in theologia super hoc per litteram eorum propriis inscripsionibus et sigillis munitam nobis super hoc consulentium et rogantium humiliter et devote, et aliorum discretorum sollempni et maturo*[f] *consilio super hoc habito, supradictam articulorum condempnationem et excommunicationis sententiam, quantum tangunt vel tangere asseruntur doctrinam beati Thome predicti, ex certa scientia, tenore presentium totaliter annullamus, articulos ipsos non propter hoc approbando, seu etiam reprobando, sed eosdem discutioni scolastice libere relinquendo. In cujus rei confirmationem et cessionem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Gentiliacum, anno Domini 1324., die Jovis ante sacros*[g] *cineres.* Et hec littera in festo beati Thome predicti, sermone facto, toti universitati Parisiensi per magistrum Petrum de Palma, omnibus aggaudentibus, publicatur **.

* Borchardus de Scr. — necatus *ap. Corn. p. 1024. 1025., paucis mutatis.* ** articuli condempn. Parisius — publicatur *ap. Corn. p. 1026.*

a archidiaconus 2. b veritatem 2. c fons *Dipl.* d scientiae *Dipl.* e *recepi ex dipl.*, misit 2. f mature 2. g sacras 2.

1 Exstat int. Extravag. Joh. XXII., Tit. XIV, c. 5. 2 Legitur hoc decretum ap. d'Argentré, Collect. judicior. de nov. errorib. Tom. I, p. 222 sq. Cf. ibid. p. 218. de episcopo Stephano.

1325. Undecimo anno Lodewici frater Bruno de Warendorp[1] ordinis predicatorum domus Lubicensis migravit ad Dominum. Hic ab adolescentia sua verbum Dei populo frequenter predicans, culpas pauperum et divitum sibi confiteri volentium indifferenter sedulus audiens, monitis salutaribus omnes devotius erudiens, nichil ad regulam suam seu constitutiones, ad ordinem vel votum suum quomodolibet attinens pretermittere curavit. Omni tempore refectorium, cottidie nocte dieque chorum frequentavit; in convictu sociali et solatiis inter fratres sine querela vivens et communis,
Matth. 6, 4. de contingentibus tamen nichil obmisit. Latenter autem et in cordis sui 'cubiculo, ostio clauso,
16,27. Deo patri suo, qui videt in abscondito et unicuique secundum merita sua reddet' in futuro, totus deditus, vitam artissimam, mentem sanctam, cor mundum et devotum, et in ipso corde dulcedinem quandam lete calideque per oculos lacrimantem et singultuosius ad superna suspirantem semper habebat. Circulis quandoque ferreis ad cutem cinctus, et coronulis seu rotulis dentatis cottidie corpus suum affligebat et macerando martirizandoque premebat, ut sic, quamquam animam sanctam gladius persecutoris fidei non abstulerit, tamen, quia predicando testis Salvatoris exstitit, et dictis enormibus cruciatibus cottidie corpus suum afflixit, palmam martirii cum beato Martino non amiserit. Latitudo dictorum circulorum ferreorum erat latitudo quasi duorum digitorum, corone seu rote majoris dyametri tertia pars pedis humani. Cujuslibet rotule dyametri duo sese in modum crucis intersecantes, in latere circumferentie cujuslibet rotule 12 clavi quasi stimuli, ut in corona regali lapides pretiosi; sicque in qualibet quarta rotula[a] fuerunt clavi vel stimuli tres. Dyameter etiam uterque simul 12 clavos habebat, in quolibet sui brachio tres. Simul igitur in una rota vel coronula clavi 24. Circulus major dorsum ejus cum ventre cingebat, et in dorso quidem partes circuli coherebant, in ventre vero jungebantur sic, quod clavo per utramque partem circuli transmisso et inferius repercusso confirmabantur. Quilibet enim circulorum ferramentis duobus coherens, ut in manicis ferreis fieri solet, extendi poterat et circa corpus recurvari. Circuli minores circa brachia fuerunt et coxas, latera coronarum vel rotarum dictarum cum clavis et stimulis ad carnem versa[b]. Superficies autem earundem plana ad vestes et exteriora, ut quocumque se vel recurvaret vel appodiaret vel genu flecteret, semper martirium inveniret, quia corona major contra cor super pectus, minores due circa cubitos mediocres, due circa genua, ad quemlibet cubitum una et ad genu quodlibet una. Corone iste cum stimulis suis per cathenulas quasdam subtiles de metallo circa corpus suum applicate et ligate firmabantur. Circa quod jam tanto tempore fuerant, quod in juncturis earum per rubiginem et lendium turpem multitudinem signabantur. Circulos hos cum coronis et cathenulis distincte vidi, manibus meis omnes cum admiratione multa reverenter attrectavi*[2]. In cruciatibus hiis omnibus in finem usque perseverans, in Domino tandem 3. Ydus Novembris feliciter obdormivit. Flagitemus, ut, ejus meritis et precibus Cristo convinculati, gloria et honore per ipsum coronari mereamur, amen.

1326. Duodecimo anno Lodewici 8. Kal. Maji hora quasi secunda in Lemego existens, vidi distincte yridem integro et in nullo penitus interrupto circulo solem ambientem, qui omnibus coloribus yridialibus expressis perfectissime per tempus unius hore vel quasi duravit. Et post pridie Ydus Junii vadens de Hervordia in Lemego, sole oriente et partim supra partim infra nostrum emisperium vel orizontem adhuc existente, vidi yridem semicircularem cum coloribus omnibus pulchris et perfectis inter solem et me, sic quod sol fuit ejus quasi centrum. Sole autem

* frater Bruno — attrectavi *ap. Corn. p. 1028. 11. ann. Lod.*

a rotule 2. b verse 2.

1 Urbs Westfaliae. 2 *in conventu Lubicensi* add. Corn. et plura alia.

super terram elevato, defecit. Que memorabilia michi videntur propter contrarietatem doctrine Aristotilis et aliorum quam plurimorum ad experientiam istam. Attende tertium librum metheororum[a] Aristotilis. Item hoc anno Lodewicus rex apud Modoeciam[1] coronatur[2]. Sane Lodewicus, victo Friderico et ad se solum regno devoluto, transitionem et expeditionem in Ytaliam meditatur. Quo veniens, per Johannem de Vicecomitibus archiepiscopum Mediolanensem[3] apud Modoeciam in regem Lombardorum jocundissime cum fastu magno coronatur, secundum statutum Karoli Magni, quod a temporibus ejus in antea semper fuit inviolabiliter observatum*. Siquidem ecclesia Romana per reges Lombardorum a temporibus multis jam in totum desolata et in temporalibus ad solum et in nichilum quasi redacta, Karolus Magnus, natione Germanus, ut semper erat pius et misericors, Ytaliam potenti manu subintrans — quod potuit, quia fuit rex Francorum — ultimum regem Lombardorum Desiderium obsidionibus multis et preliis asperrimis plurimis tandem vicit et interfecit, regnum Lombardorum totum ad se rapiens et jure belli sibi vendicans, omnia vero et singula, que ad ecclesiam Romanam donatione vel approbatione principum Romanorum diversorum pertinuisse videbantur, devote restituit eidem, insuper et ut alter Constantinus omnia de novo donavit, privilegia quoque singula sincere renovavit, nova multa superaddens, quecumque visa fuissent oportuna, regnum autem quondam Lombardorum, sed nunc jam suum, regno Theutonicorum, et post, cum imperator Romanorum esset, utrumque regnum regno Romanorum conjungens et uniens. Sanxivit lege temporibus perpetuis duratura, ut rex Theutonie rex etiam esset et Lombardorum et Romanorum, et pro Theutonia Aquisgrani, pro Lombardis apud Modoeciam, et ut imperator mundi Rome coronetur. Sic igitur Lodewicus Modoecie coronatus et Romam pro sequenti corona proficisci cogitans, missis legatis sollempnibus in Avinionem ad papam Johannem, coronam imperii per ipsum sibi superponi sincerius exposcebat, scribens et insinuans eidem, hoc se facere gloriosissimorum regum Romanorum aliorum, antecessorum suorum, exemplo, quorum, etsi quidam non curaverint hoc vel neglexerint, plures tamen per sacrosanctos episcopos catholicos, et maxime per pontifices Romanos, talia circa se fieri devotius et humiliter voluissent. Papa legit, indignatur, reprobat et coronare recusat, nisi prius, ut etiam jam exegerat, in Avinione Lodewicus ipse compareat, examinationem de se curie Romane dimittat, et secundum statuta patrum ecclesie Romane dicte et aliis ecclesiis de omnibus satisagat. Insuper et ad hoc faciendum ipsum iterato peremptorie citat. Lodewicus dissimulat, coronari tamen per papam devotius expostulare non cessat. Papa in negativa perseverat. Rex Romam proficiscitur, ab episcopo Aretino[4], quam plurimis episcopis astantibus, in imperatorem coronatur[5], a Romanis patricius et augustus appellatur. Uxor ejus[6], filia[7] comitis Hollandie, imperatrix per eundem episcopum benedicitur. Ex qua filium Rome susceptum[8] Romulum nominavit. Papa processus duros[b][9] contra eum publicat, ipsum regno et omnibus

* Lodewicus victo Frid. — observ. *ap. Corn. p. 1032.*

[a] metherorum 2. [b] duos *Corn.*

[1] Monza. [2] d. 31. Mai. a. 1327., sed Mediolani per episcopos Aretinum et Brixiensem excommunicatos. Cf. Cortusius, hist. de novitatib. Paduae, ap. Muratori SS. rer. Ital. Tom. XII, p. 840. Morigia ibid. p. 1150. Chronic. Veronens. ib. Tom. VIII, p. 644. Villani, histor. lib. X, c. 18. — Modetiae erat d. 16. 17. ejusdem mensis. [3] falso; cf. notam antecedentem. [4] nomine Sciarra Colonna. Boehmer, Regest. Kais. Ludw. d. Baiern p. 57. episcopos Venetianum et Aleriensem cum coronasse monet. [5] d. 17. Jan. a. 1328. [6] Margaretha. Sponsalia Coloniae facta d. 15. Aug. a. 1323. exstant ap. Scheidt, Bibl. hist. Gottingens. p. 234. nro. 29., brevius ap. Oefele, SS. II, p. 143. Nuptiae sunt celebratae ibidem d. 25. Febr. a. 1324. [7] Wilhelmi. [8] Ludowicum supple; natus est d. 7. Mai. a. 1328. [9] Vid. supra notam ad a. 1323.

juribus ejus, si que per electionem vel consuetudinem assecutus fuit, privavit, electionem ipsam infirmavit, cassavit et in totum annullavit, et sententiam excommunicationis in eum aggravans, communionem cum eo catholicis omnibus interdixit, et post ut rebellem ecclesie Romane et fautorem heresis de paupertate Cristi et apostolorum ejus et tandem ut hereticum pronuntiavit[1]. Econtra Lodewicus papam hereticum nominat, ut dictum est anno istius nono, ad concilium et ecclesiam catholicam appellat[2], Johannem sicut hereticum de papatu deponit[3], papam alium per clerum populumque Romanum more patrum antiquorum eligi procuravit, et secundum canones, ut dixit, substituit[4], scilicet Petrum de Corbaria de ordine fratrum minorum. Qui mox cardinales fecit et consistoria tenuit. Cardinalium unus fuit dominus Johannes de Vicecomitibus, filius domini Mathei, archiepiscopus nunc et tunc Mediolanensis, et jam fere totius vel majoris et potioris partis Ytalie dominus. Et hic papa se Nycolaum V. nominari voluit. Iste Nicolaus antipapa simulacrum Johannis pape de lignis et straminibus factum, ornamentis papalibus omnibus indutum, publice coram omni populo in ecclesia majori Pysana, imperatore Lodewico presente et adnitente, condempnavit ad ignem propter hereses plures, quas eidem imposuit. Et videntibus omnibus potestati seculari traditus igne, comburitur Johannes papa sub simulachro tali. Quibus exactis et rebus in Ytalia prout tempus exigebat ordinatis, Lodewicus proditionem et invenenationem metuens — siquidem in Ytalia multo tempore manserat, multos offenderat, pape quoque, sicut dictum est, invisus erat — in Theutoniam potenter et cum jocunditate regreditur, et cum sollempnitate magna valde recipitur*. Nicolaus papa suus in Ytalia manens, tandem a suis pro pecunia venditur et proditur pape Johanni, et fide prius facta proditoribus, quod nec in persona nec in aliis quibuscumque lederetur, coactus quasi sponte penitensque se pape Johanni presentat, ut inferius dicetur. Item benignissimus et cristianissimus Anglorum rex Eduwardus uxoris sue petulantis et adultere fabricatione miserabiliter moritur. Et Eduwardus, filius ejus, in regno succedit[5] eidem, insidias instar patris a regina matre perpessus. Quam post incastellavit, et adulterum ejus, illum de Mortuo mari[6], turpi morte necavit[7].

1327. Tertiodecimo anno Lodewici Johannes papa in publico consistorio, quam plurimis ecclesiarum prelatis, magistris in theologia et doctoribus utriusque juris et Michaele[8] generali ministro fratrum minorum presentibus, pronuntiavit, litteram[9] capituli generalis fratrum minorum in Perusio celebrati, et per ipsos fratres in toto mundo missam universis fidelibus, fore hereticam, pestiferam et venenosam. In qua quidem littera continebatur, quod totum capitulum in personis singulis et omnibus concorditer et unanimiter profitebatur, et sigillis suis appositis protestabantur constanter omnes: quod non sit hereticum, sed sanum, catholicum et fidele, dicere et asserere[a],

* sic igitur Lodewic. Modoetiae — recipitur *ap. Corn. p. 1032. 11. ann. Lod., sed brevius.*

[a] *recepi ex Raynald., Wadding;* adherere 2.

[1] Martene et Durand, Thes. anecd. II, p. 652. Olenschlager, Urk.-B. p. 96. Excommunicatus est d. 23. Mart. a. 1324. [2] in Sachsenhausen d. 22. aut m. April. aut Maii (mensis non legitur in editionibus) a. 1324. Cf. Vit. papar. Avin. ed. Baluze Tom. II, p. 478. Olenschlager, Staatsgesch. p. 117. Goldast, Reichss. II, p. 30. et supra ad ann. 1323. [3] Romae d. 18. April a. 1328. Vid. Ludowici sententiam in Vit. pap. Avin. ed. Baluze Tom. II, p. 512 sq. 522 sq. Cf. Böhmer, Reg. Ludw. d. Baiern nro. 981. Capitalem sententiam in papam de d. 28. Apr. ejusd. a. (Böhmer l. l. nro. 995.) Noster non commemorat. [4] d. 13. Mai. a. 1328. [5] Eduardus III. succedit d. 24. Jan. a. 1327. Pater autem non mortuus, sed depositus erat factitante uxore sua Isabella. [6] Roger Mortimer. [7] a. 1330. [8] cognomine: de Caesena. [9] Exstat ap. Raynald., Ann. eccl. a. 1322. nro. 54. Wadding, Ann. minorum. Tom. VI, p. 396. — Praeterea cf. de ea ibid. Tom. VII, p. 84 sq.

quod Cristus et apostoli nullius rei dominium habuerint in proprio vel communi, et quod in hiis, que habuisse leguntur, tantum habuerint absque jure aliquo simplicem usumfructum. Item eodem anno predictus Michael, generalis minister minorum clam de curia fugiens, appellavit Pysis ab hac pape pronuntiatione ad sacrosanctam Romanam ecclesiam catholicam et apostolicam; ipsam autem pape pronuntiationem asseruit hereticam fore, quia ex ipsa, ut dixit, sequitur, quod ecclesia Romana, que docet predictum articulum in constitutione vel decretali *Exiit qui seminat*, sit heretica, et regula fratrum minorum, que hoc includit, et quod sanctus Franciscus et totus ordo suus in hac securitate fundatus et hanc veritatem in capitulo protestatus, et alii sancti fratres ordinis ejusdem, qui in dicta veritate finierunt dies suos, fuerint heretici. Exhortabatur etiam Michael dictus, suadebat et mandavit G.[1] ministro provincie Mediolanensis primo, et post ipsum omnibus ministris totius ordinis, quod dicto domino Johanni pape, in heresi, ut dixit, deprehenso, et per Romanum clerum et populum et papam Nicolaum cum imperatoris assensu publice deposito, non obedirent, quia ipsi obedire foręt animam dampnare et se ipsum hereticum confiteri. Unde dixit: 'Exhortor et suadeo, quod dicti heretici preceptis vel mandatis aut litteris in nullo obedias, et interdicta per ipsum vel legatum ejus ipsius auctoritate in terris tue provincie posita non permittas aliquatenus observari, sed eis non obstantibus facias divina in dictis terris publice celebrari'. Hec omnia de littera, quam scripsit dictus Michael G.[a] ministro Mediolanensi post appellationem predictam, que longa est et diffusa. Et inter alia multa dicit in ea Michael, quod domino Johanni supradicta pronuntianti in faciem restitit. Et ille nichilominus in pronuntiando perseveravit, et ira commotus contra eum, in curia ipsum arestavit, et ipse clam elapsus appellationem, quam in curia fecerat, Pysis publicavit. Item dicit ibidem Michael: 'A novem annis ordinem nostrum et meam personam indesinenter et acriter persecutus, multifarie nitebatur inducere nos omnes ad mutandum statum, quem vovimus nobisque tradidit almus Cristi confessor Franciscus'. Item hoc anno Michael[2] minister generalis minorum et magister Henricus Baurus[b] ordinis illius et Petrus de Gandavo[c] excommunicantur et heretici condempnantur*. Item hoc anno Johannes papa constitutionem[3] edidit, que incipit *In agro dominico*, contra singularia dubia, suspecta et temeraria propter Begardos[4] hereticos et Beghinas predicantes, ut verbi gratia quod in anima nostra est aliquid increatum et increabile, scilicet intellectus[5]. Item Deus non est bonus neque melior neque optimus, et ita maledico, quando dico, Deum esse bonum, ac si dicerem, album esse nigrum. Item quod in omni malo tam culpe quam pene manifestatur et relucet equaliter gloria Dei. Item quod vituperans quemquam ipso peccato vituperii laudat Deum, et quanto plus vituperat et gravius peccat, tanto amplius Deum laudat. Item quod homo blasphemando Deum ipsum laudat. Item quod petens a Deo hoc aut hoc, malum petit et male, quia petit negationem boni et negationem Dei, et orat sibi Deum negari[6]. Item quod in illis hominibus honoratur Deus, qui non intendunt res, nec honores, nec utilitatem, nec devotionem internam, nec sanctitatem,

Sext. decr. lib. 5. tit. 12. c. 3.

* Joh. papa in publico consistorio — condempnantur *ap. Corn. p. 1034—1036. 13. ann. Lod.*

a Wilhelmo *Corn.* b Bavarus *Corn.* c Ganduno *Corn.*

1 i. e. Geraldo Othoni sec. Raynaldum, Wilhelmo (Guillelmo) sec. Cornerum. 2 Michael excommunicatus est d. 20. April. a. 1329. Cf. Martene, Thes. anecd. II, p. 782. 3 Haec bulla inter Extravag. Joh. XXII. non reperitur, nec adhuc typis excussa est. Cf. d'Argentré, Coll. judic. de nov. error. Tom. I, p. 312. Mosheim, de Beghinis p. 283. 4 De nominis origine et secta v. Mosheim, de Beghardis et Beguinabus comm., ed. G. H. Martini. Lips. 1790. 5 Habes vetus illud scholae mysticae praeceptum ex disciplina Platonica derivatum: Omnis anima rationalis pars est ipsius Dei seu naturae divinae. 6 Quattuor haec paradoxa non intelligi possunt nisi ex dogmate Beghardorum de natura divina.

nec premium, nec regnum celorum, sed omnibus hiis renuntiaverunt. Item quod homo debeat bene deliberare, utrum ipse velit a Deo aliquid recipere, quia, ubi esset homo a Deo aliquid accipiens, ibi esset sub Deo vel infra eum sicut unus famulus vel servus, et Deus esset sicud dominus in dando. Et sic non debemus esse in vita eterna [1]. Item quod nos transformamur totaliter in Deum, et convertimur in eum. Simili modo, sicut in sacramento panis convertitur in corpus Cristi, sic ego convertor in eum, quia ipse operatur, me suum esse unum non simile, et quia per viventem Deum verum est, quod ibi nulla est distinctio. Item quod aliquis dicat: quidquid Deus pater dedit unigenito filio suo in humana natura, hoc totum michi sicut sibi. Item quod quidquid dicit scriptura sacra de Cristo, hoc totum verificatur etiam de quolibet homine bono et justo. Item quod quidquid proprium est nature divine, hoc totum proprium est homini justo et divino; propter hoc homo iste operatur, quidquid Deus operatur, et creavit una cum Deo celum et terram, et est genitor verbi eterni, et Deus sine tali homine nesciret quidquam facere. Item quod bonus homo debet conformare voluntatem suam voluntati Dei, ut ipse velit, quidquid Deus velit; et quia Deus vult, aliquo modo me peccasse, ideo nollem [a] ego, quod peccata non commisissem, et hec est vera penitentia. Sic enim impletur voluntas divina in terra, hoc est in delictis, sicud in celo, hoc est in benefaciendo. Item quod si homo commisisset mille peccata mortalia, si homo esset tali necessitate [2] dispositus, non deberet velle, se ea non commisisse. Item quod Deus non precepit proprie actum exteriorem. Item quod actus exterior non est bonus neque divinus, neque operatur ipsum proprie Deus. Item quod Deus amat animas, non opus extra. Item quod bonus homo est unigenitus filius Dei. Item quod homo nobilis est ille unigenitus filius Dei, quem pater eternaliter genuit. Item quod omnes creature sunt unum purum nichil. Et innumera talia temeraria et enigmatica, propter ypocritas utriusque sexus hereticaliter ob questum viventes et singularem vitam ducentes et consimilem vite, i. e. fucatam, doctrinam querentes, quidam periculose predicant. Precipit autem papa in hac constitutione universis et singulis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, quam scienter contrarium facientes ipso facto incurrere vult, ne aliquis talia predicet vel doceat vel talibus inficere presumat auditores. Contrarium facientes preter penam predictam pro quibusdam eorum tamquam hereticalibus et pro aliis tamquam suspectis de heresi et temerariis puniantur *. Et hanc constitutionem edidit dominus Johannes anno pontificatus sui duodecimo.

1328. Quartodecimo anno Lodewici stragem, de qua dictum est anno Rudolfi decimo quarto, pagani in Marchia fecerunt [3]. Item circa festum Johannis baptiste concursu maximo, ut fieri solet, in monasterio Vrendeberch Coloniensis diocesis ad honorem Virginis benedicte facto, tempestas sevissima cum pluviis, ventis, choruscationibus, tonitruis et fragoribus exoritur. Arbores multe cum edificiis plurimis subvertuntur, plures homines periclitantur, quatuor inter alios in diversis locis ejusdem campi subito ictu fulminis interimuntur, tres viri et una mulier **. In cadaveribus omnium virorum nec intus nec extra vulnus aliquod apparuit, similiter nec in cadavere mulieris, nisi quod mamille ejus in partes filares innumerabiles, quasi in pilos subtilissimos, ut est lana, per totam longitudinem earum fisse videbantur. Item hoc anno cum

* Joh. papa constitut. ed. q. inc. In agro — puniantur *ap. Corn. p. 1036., pluribus omissis, paucis additis.* ** circa festum — mulier *ap. Corn. p. 1038. 14. ann. Lod., sed brevius.*

a vellem 2.

1 Obscurissimum praeceptum, totum iterum pendet ex dogmate de Deo, cujus radios et partes humanas esse mentes statuebant; ex quo sequitur, nullum hominem inferiorem esse Deo, sed omnes ei dignitate pares. 2 scil. *ad talia.* 3 Cf. quae dixi ad a. 1286.

essem in Zazato, vidi tres soles [1] in aere claritatis similis omnino. Siquidem nubes alba latitudinis trium cubitorum quasi per totum et altitudinis ejus, qua sol hora diei secunda in estate levari solet, ab oriente per meridiem et occidentem et aquilonem, itidem in orientem circumducta, ut circulus nitidus et vitta [a] bissina in se reflexa videbatur, finem vel ultimum sui principio conterminans, et inferius in parte sui qualibet equaliter a terra sublevata. In oriente hyemali nubis istius, ut in alba corona gemma clara, corpus solare verum circulari nube splendidissima et instar solis ipsius fulgidissima quasi contectum latere videbatur; in meridie vero nubis ejusdem alius sol, primo similis, apparebat, et in occidente hyemali ejusdem nubis tertius. Omnes tres ex aeris variis impressionibus generati, et plus quam per horam integram clarissimi, tandem paulative attenuari ceperunt et obscurari, et paulo post subito totaliter disparuerunt, meridionali primo et post occidentali deficiente, orientali vero, qui quasi latibulum veri solis fuerat, per nubem nigram et aquosam obtenebrato. Sequebantur impressionem hanc tempestates multe et pluvie grandes et diuturne *.

Quintodecimo anno regni sui Lodewicus a papa Johanne hereticus declaratur [2], et ipse a papa Johanne, sicut a vero heresiarcha, iterum appellat, et Petrus de Corbaria, quidam de ordine minorum, per clerum et populum Romanum in papam eligitur, adnitente imperatore, sicut dictum est anno* istius duodecimo. Item hoc anno Galeatius, filius domini Mathei Vicecomitis Mediolanensis, per Lodewicum imperatorem inedia necatur. Sane inter Johannem papam et Galeatium Vicecomitem dominum Mediolanensem per mediatores et arbitros de pace, concordia et amicitia, latenter quidem, sed exacte, tractatur. Galeatius, illectus promissis et fide, pape per litteram scribit et ipse, quod imperatorem desereret et pape firmiter adhereret, promissis et fide pape salvis, et quod votum pape in omnibus, etiam contra quemcumque, corde magno et animo prompto fideliter et pro viribus adimpleret. Littera clauditur, pape transmittitur, in via subtrahitur, imperatori presentatur, consilium procerum convocatur, clausula littere propositum tangens germanis Galeatii, Luce et Marco, traditur, et queritur, quam penam sicut reus lese crimine majestatis mereatur. Qui per eos, nescientes, de quo dicerent, morte dignissimus sententiatur. Littera tota producitur, publice coram omnibus legitur. Marcus et Lucas turpissime confusi et judicari per imperatorem metuentes, a sententia sua priore penitus non variantur. Galeatius igitur sic in carcere detrusus, vinculatus et inedia confectus, diem obiit **. Talis et tantus homo tam turpi causa tam acerbum miserumque finem et exitum accepit: homo sollertissimus, sagacissimus, moderatissimus, benignissimus et ad virtutem omnem summe dispositus, utpote qui secundam summe beatissimi doctoris sancti Thome de Aquino super omnes etiam cujuslibet conditionis homines didicerat, intellexerat, alta mente retinebat et ad linguam semper habebat. Item hoc anno Lodewicus imperator in Theutoniam jocunde regreditur, ut dictum est anno istius duodecimo.

1329.

* a. 1326.

* vidi tres soles — diuturne *ap. Corn. p. 1039. 15. ann. Lod.* ** Galeatius fil. dom. — obiit *ap. Corn. l. l., sed falso* sec. Eggh.

a victa 2.

1 Phaenomenon huic simile et rarissimum, quinque parhelios, editor hujus chronici Berolini d. 5. Mart. a. 1855. circa 11. horam antemeridianam coelo sereno observavit. 2 Si Hervordiensis Ludowici excommunicationem d. 20. April. a. 1329. Avinione (cf. Martene, Thes. anecd. II, p. 771. Olenschlager, Staatsgesch. p. 173.) factam hic in animo habuerit, valde erratum est in sequentibus, quum papa Nicolaus V. d. 13. Mai. a. 1328. electus sit. Verisimiliter illud supra ad a. 1326. memoratum anathema falso huic anno tribuit.

1330. Sextodecimo anno Lodewici Nicolaus V. antipapa gratie pape Johannis se tradidit et receptus est[1], sed nichilominus tamen ad cautelam in camera quadam honeste usque ad finem *1326. vite sue custoditus, ut dictum est prius[a]. Item hoc anno dominus Wilhelmus de Boldensole[2], vir in cursibus suis et fortuniis multum singularis, fecit librum de partibus ultramarinis gratiosum. Hic in veritate fuit apostata de ordine predicatorum, de conventu Mindensi provincie Saxonie, dictus Otto de Nyenhusen. Sed recedens ab ordine, nomen suum mutavit, ne nosceretur, et singularia multa mirabiliter gessit.

1331. Decimo septimo anno Lodewici Nicolaus V. de ordine minorum antipapa moritur et honeste sepelitur[a]. Item Johannes papa jam senex factus desipuit, et qui prius contra hereticos diversos laudabiliter et virtuose sudaverat, et ab eis persecutiones graves et periculosas sustinuerat, et multa utiliter constituerat, post docuit et predicavit, quod anime separate a corporibus, quantumcumque purgate, non videant essentiam divinam visione faciali et intuitiva, nisi post diem judicii resumptis corporibus. Hic videtur non pretereundum, quod secundum quosdam papa Johannes errorem hunc a patre suo quasi per successionem acceperat, et ob hoc eidem tenacius adherebat. Sane pater Johannis pape, cum aliquando visionem Tyndali militis audisset a narrantibus, tantum in ea delectatus est, quod eam sequenti nocte pectore sopito sompniavit, et ex integro totam per ordinem distincte vidit dormiendo, ipsamque sibi sic revelatam arbitrans, invincibiliter in ea permansit, et inquisitori hereticorum fratri Mauritio ordinis predicatorum materiam de se tribuit inquirendi. Continet enim hec visio[3] dictum errorem de animabus separatis*. Quam hic multum abbreviatam subjungam:

Vinc. Bell. 27, 88—104. Anno Domini 1149., qui est annus Conradi regis Romanorum duodecimus, in Hybernia nobilis quidam, crudelis[b], formosus, robustus, de salute anime sue nichil timens, percussus in mensa invisibiliter, subito corruit exanimis, omnibus accurrentibus. Ab hora decima in 4. feria usque in eandem horam in sabbato mortuus sic jacuit. Calor tamen modicus circa cor sentiebatur, unde et non sepeliebatur. Post, spiritu paulative redeunte, corpus Domini sumit, gratias agit, dicens Ps. 70, 20. illud psalmi: 'Quantas ostendisti michi, Domine, tribulationes' etc. usque 'reduxisti me'. Igitur cuncta que habuit dat pauperibus, vitam mutare vovit. Et que viderat enarravit, dicens: 'Anima mea de corpore exiens, primo vidit infinitam multitudinem immundorum spirituum se circumdantem et cantantem, quod ipsa cibus esset ignis inextinguibilis, dixeruntque: "Ecce misera ad socios tuos, quos toto nisu quesivisti, cum quibus semper es arsura, nunc venisti". Inter hec vidit a longe stellam lucidissimam, et sperare cepit de salute. Erat autem angelus ejus. Et appropinquans ei dixit: 'Ave, Tundale'. Tondalus[c] enim vir hic nominabatur. Et respondit: 'Ah pater et domine, juva me'. Cui angelus: 'Modo vocas me patrem et dominum, quem semper tecum habebas et numquam curasti. Ego, postquam natus es, te semper secutus sum, et numquam consiliis meis acquievisti, sed isti spiritui nequam adhesisti — unum demonem ostendens eidem —. 'Sed misericordia Dei tibi aderit, quam non meruisti. Sequere me, et quod videris, memoriter tene. Nam ad corpus c. 90. reverteris'. Angelus precedit, anima subsequitur. Ad vallem terribilem veniunt, profundam, tenebrosam, ardoribus plenam, operculum ferreum spissitudinis sex cubitorum ardentissimum et fetidissimum habentem, ubi anime misere et tormentabantur et ad tormenta renovabantur. Post hec venerunt ad montem maximum, horrendissimum et solitudine

* Joh. papa jam senex — separatis *ap. Corn. p. 1041. 16. ann. Lod. — Fabulam, quae sequitur ap. Nostrum, Corn. proposuit p. 697. 13. ann. Conr. recte* sec. Vinc.

[a] *hic pergit* 1. *ubi verba:* ut dictum est *addita sed post deleta sunt.* [b] Tundalis 3. [c] Tundalus 2.

[1] Nicolaus praesente Johanne XXII. se eidem d. 6. Septb. a. 1330. submisit. Littera *Sicut de his — infringere* etc., quam Johannes ideo cum ecclesiae fidelibus communicavit, legitur ap. Martene et Durand., Thes. anecd. II, p. 806. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1330. nro. 11. [2] Cf. de eo chronic. Mindense ap. Meibom. SS. rer. Germ. Tom. I, p. 549. Fabricius bibl. med. aev. 1, p. 689. ait, illum a. 1315. ordinem monachicum cum vita laicali commutasse. Beckmann, Literat. d. ältern Reisebeschreib. Tom. II, p. 227. — Ejus itinerarium Terrae Sanctae legitur ap. Canis., Lect. antiq. V, P. II, p. 96. (ed. alt. Tom. IV, p. 332). [3] In saeculo XIII. haec visio poetice tractata est a quodam Germano. Quod carmen typis excussum est in editione Hahnii, Gedichte des 12. u. 13. Jahrh. Quedlinburg 1840.

vastissimum, qui transeuntibus angustum valde prebebat iter. Ex una parte montis erat ignis sulphureus et tenebrosus, Vinc. l. l.
ex alia nix, glacies et ventus. Tortores ibi cum furcis ferreis et ignitis et tridentibus acutissimis animas ad penas,
nunc ad ignem, nunc ad nives, trahebant. Post veniunt ad vallem profundissimam et tenebrosam nimis. In qua sonitum
sulphurei fluminis et ululatum miserorum audiebat anima, et fumum super omnia fetidum de sulphure et cadaveribus
ascendentem ita sentiebat. Ibi erat pons de uno monte ad alium porrectus supra vallem mille passuum longitudinis et
latitudinis pedalis. De quo multi in vallem cadebant. Ultra pontem hunc angelus animam duxit illesam. Post per tenebras c. 91.
vadunt, et ecce, vidit anima a remotis bestiam horribilem, omni monte majorem, cujus oculi quasi colles igniti, os
patens tante quantitatis, ut capere posse videretur armatorum 9000. Flamma inextinguibilis ex ore hoc exibat, in quam
anime misere cogebantur intrare. Fetor intollerabilis inde processit, et planctus miserabilis audiebatur. Spiritus immundi
ante os illud existentes animas miseras, prius multipliciter affligentes, post os intrare coegerunt. Et dixit angelus anime:
'Hec bestia vocatur Acheron et devorat omnes avaros'. Cumque bestie appropinquarent, angelus disparuit. Et anima
per demones in ventrem bestie tracta, quanta ibi passa sit, post enarravit. Passa est ibi morsus et lacerationes, canum,
ursorum, leonum, serpentum et aliorum innumerabilium monstrorum ferocitatem, demonum ictus, ardorem ignis, asperi-
tatem frigoris, fetorem sulphuris, et caliginem oculorum, fluxum lacrimarum ardentium, stridorem dentium et alia plurima.
Invenit tandem se, nescivit qualiter, e bestia ductam, et videns angelum lucis, gaudens laudavit Deum de sua miseri-
cordia. Post euntes, viderunt stagnum amplum valde et tempestuosum et fluctus ejus elatos usque ad celum. Et erat c. 92.
stagnum plenum horribilibus bestiis. Pons per stagnum transiens longitudinis erat ad duo miliaria, latitudinis autem unius
palmi; longior siquidem erat et angustior ponte superiori. Eratque pons plenus clavis ferreis acutissimis quasi stimulis,
qui omnium transeuntium pedes perforabant. Omnesque bestie ad pontem illum convenientes, cibum inde sumebant,
scilicet animas, que transire non poterant. Et dixit angelus Tondalo[a]: 'Hec pena tibi et furibus aliis tibi similibus
debetur'. Post hec videt Tondalus[b] montem maximum quasi furnum flammantem per passus mille etc. Post vidit c. 93.
bestiam terribilem, duos pedes et duas alas habentem, collum longissimum et rostrum ferreum et ungulas ferreas, de c. 94.
cujus ore flamma inextinguibilis eructuabatur. Sedebat autem hec bestia super stagnum congelatum etc. Post veniunt c. 95.
ad vallem fabrorum, ibique vident fabricas. In quibus maximus erat luctus. Et angelus: 'Tortor hic vocatur Vulcanus'
etc. Post veniunt ad puteum inferni, tribulationibus precedentibus omnibus incomparabilem. Et angelus disparuit, et c. 96.
cetera terribilia multa. Post vident principem tenebrarum cum sociis ejus secum ardentibus. Erat autem dyabolus c. 97.
bestia nigerrima sicut corvus, formam humani corporis habens a pedibus usque ad caput; sed caudam et plumas
plurimas, nec minus mille manus habebat. Fuit autem longitudinis quasi centum cubitorum, grossitudinis vero decem.
Unaqueque manus digitos vicenos habebat, habentes in longitudine centum palmas, in grossitudine vero denas.
Ungues habebant digiti, lanceis militum grossiores et longiores, et ipsos ferreos. Et in pedibus totidem. Rostrum ejus
longum et grossum, cauda asperrima et aculeata. Jacet monstrum istud super cratem ferream, subjectis ardoribus; et
ligatum est per singulas membrorum juncturas cathenis ferreis et ereis, ignitis et valde grossis etc. Post hec, evacuato c. 98.
fetore tenebrisque destructis et timore fugato, videt tandem murum altum, et citra murum plurimam multitudinem virorum
et mulierum, pluviam et ventum sustinentium et famem et sitim. Tristes quidem erant, lumen tamen habebant, et fetorem
non sentiebant. Et dixit angelus: 'Isti quidem mali fuerunt, sed non valde, honeste quidem, sed tenaciter, et sine miseri-
cordia pauperum vixerunt. Post tamen ducentur ad requiem'. Post veniunt ad portam, que ultro aperta est eis. Intrant
igitur, et vident campum pulchrum, odoriferum, floribus plenum, lucidum et amenum, in quo multe anime sexus utriusque
gaudebant; et nox ibi numquam fuit, nec sol umquam occidit, et est ibi fons aque vive. Tunc ait angelus: 'Hic habitant
boni, sed non valde, qui de cruciatibus erepti, nondum merentur sanctorum consortio conjungi'. Post hec vidit Tundalus c. 100.
murum altum et preclarum nimis. Et cum nulla porta ibi appareret, Tondalus[b] tamen nesciens quomodo subintravit, et
vidit ibi choros angelorum et sanctorum exultantium et dicentium: 'Gloria tibi, Deus omnipotens[c]'! Et procedens, man-
siones diversas beatorum intuetur. Hec[d] est mansio sanctarum animarum ante resumptionem corporum suorum. Post c. 104.
hec anima Tundali tristis et invita, relictis deliciis visis, ad corpus rediit. Cuncta que viderat et retinere potuerat reci-
tavit, et bene vivens, in Domino requievit. Sed attende, quod hec visio et huic similes calumpniam patiuntur, quia nullus
penitus locus vel status animarum est medius inter purgatorium et regnum celorum. Quamvis beatus Bernardus in quodam
sermone de omnibus sanctis contrarium innuere videatur, et Beda de gestis Anglorum cap. 132*. Vide superius hist. eccl. V, 12.
annum octavum Theodosii junioris*. *a. 434.

Decimo octavo anno Lodewici frater Thomas Waleyz[1], Anglicus, magister in theologia, 1332.

* hec visio et huic simil. — 132. *ap. Corn. p. 1042.*

[a] Tundalo 2. [b] Tundalus 2. [c] optimus 3. [d] hec — suorum *in margine supplevit* 1.

[1] Cf. de eo Quetif et Erhard, SS. ordin. praedic. Tom. I, p. 597 sq.

ordinis predicatorum, exponens se periculo propter fidem catholicam, predicavit[1] in Avinione publice contra papam Johannem, contra errorem de cecitate animarum separatarum, omnibus prelatis ecclesiasticis diu dissimulantibus. Imprecabaturque publice maledictionem Patris et Filii et Spiritus sancti eis, qui errori pape consentirent propter temporales promotiones, quas ab eo sperabant. Et post predicationem fecit protestationem sub hiis verbis et sub instrumento publico[2]: *Ego frater Thomas Waleys predicavi premissa publice coram multis, et in excusationem meam dico sic: Dicere animas electorum ante resurrectionem non videre Deum facialiter, aut est error manifestus, scandalosus et periculosus, utpote de cujus predicatione jam tota ecclesia Dei scandalizatur, aut non. Si sic, videtur, quod debeam excusari, quia urgente me conscientia talia predicavi. Si non, paratus sum omnem penam subire michi a quocumque judice imponendam**. Item hoc anno cepit bellum durum et magnum inter ducem Brabantie ex una, et comites Flandrie, Hollandie et Hannonie, Gelrie et Juliacensem[a], archiepiscopum Coloniensem et episcopum Leodiensem ex parte alia. Et diu potenter exactum est.

1333. Decimo nono anno Lodewici, Karolo[3] rege sine herede mortuo, Phylippus comes de Valeyo[b][4] regnum occupat. Eduwardus rex Anglie[5] jure hereditario regnum Francorum ad se pertinere denuntiat, et ex hiis inter eos bellum magnum suboritur. Ad cujus majorem intellectum attendendum, quod rex Francorum Philippus Pulcher duos fratres habuit, Karolum et Lodewicum. Karolus comes Valeye[c] genuit Philippum, et Lodewicus Johannam filiam. Idem Philippus Pulcher tres filios habuit et unam filiam. Quam Edwardus, Anglorum rex inclitus, matrimonialiter sibi copulans, suscepit ex ea Eduwardum, nunc regem Anglorum, et filiam Aligenoram[d], consortem ducis Gelrie. Filiis autem tribus Phylippus Pulcher accepit uxores, primogenito Clementiam de Sycilia. Que secundum nomen suum clemens et pia fuit in pauperes humilisque et pudica, religionibus omnibus, et maxime fratrum ordinis predicatorum, singulariter dedita, et in cunctis Deo devota. Uxores[6] filiorum aliorum, utpote delicatius educate et plus quam oportuit libere, quia nimis amarentur a viris suis, consuetudinem adulterandi cum camerariis suis, juvenibus[e] gratiosis, habebant. Contigit autem, reginam Anglie, predictam filiam Philippi Pulchri, ad visendum patrem et fratres suos et uxores eorundem, quas dixit sorores, in Franciam pertransire. Que sic veniens, cuilibet illarum dedit inter alia clenodia annulum unum pretiosum, juniori vero, quam familiarius dilexit, singulariorem. Factum est igitur in una dierum: regina Anglie cum duabus fratrum suorum juniorum uxoribus et familia decenti famulorum et famularum in plantarium juxta Parisius super Secanam ad solaciandum secedunt, et ostiis plantarii clausis super se, cum ludere cepissent et jocari, dicta regina Anglie annulum, quem sorori sue juniori dederat, vidit in manu camerarii cujusdam juvenis gratiosi. Qui, requirente regina, mox annulum digito detractum ostendit eidem. Illa querit, unde tam nobilem annulum habuerit. Juvenis respondit: 'Annulum hunc michi femina nobilior et gratiosior totius mundi donavit'. Regina tacet, annulum reddit pudore suffusa. Ludentibus autem eis, ee[f] pedibus terram pulsant chorizando, hee brachia nectunt luctando, hee currunt et discurrunt hinc inde, ut juvenes, qui

* frater Thom. Wall. — imponendam *ap. Corn. p. 1042, paucis mutatis.*

[a] Julicensem 2. Juliacensis 3. [b] Valerio *Corn.* [c] Valeriae *Corn.* [d] *haec vox in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [e] *Verba* sis habebant — quo prestito fuerunt *desunt in* 1. *folio deperdito.* [f] e 2.

[1] d. 27. Decbr. Cf. Guilelm. Thorn, Chron. de gest. abbat. s. Augustini Cantuar. in Hist. Angl. Script. X (edid. Twysden et Selden) Lond. 1652. p. 2067. d'Argentré, Collect. judiciorum de nov. errorib. Tom. I, p. 315 sqq. [2] Exstat ap. Quetif et Echard, SS. ord. praed. I, p. 599. [3] quarto; obiit d. 1. Febr. a. 1328. apud nemus Vincenarum prope Parisius. Vide inferius. [4] Valois. [5] III., cujus mater Isabella, Caroli regis soror, a. 1307. Eduardo II. nupserat. [6] Cf. de sequentibus Villani IX, p. 65. Contin. Guil. Nang. ap. d'Achery, Spicil. III, p. 68. Bzovius p. 1312.

exercentur tyronizando. Sicque discurrentes, interdum, quasi sine studio, inter brachia quelibet amasii sui concluditur, impudice tractatur, et quasi sine cura sic egerit, elabitur instar catuli vividioris ulterius discurrendo. Et ut eo plus res lateret, etiam reginam Anglie juvenes dicti circa pectus attrectare ceperunt. Propter quod ludus in serium vertitur. Illa siquidem dedignatur, exasperatur, patruo suo Karolo querulatur, et rem gestam totam per ordinem enarrat. Karolus fratri suo Philippo regi denuntiat. Rex viribus et animo destituitur, et quasi mente captus, factum totum et quantum ad inquisitionem et quantum ad judicialem exsecutionem committit eidem. Igitur jussu Karoli camerarii [1] capiuntur, vinciuntur, percutiuntur, conspuuntur, corrigie ad latitudinem digitorum duorum a cervicibus per dorsum ad nates usque singulis inciduntur et abrumpuntur, fervente pice plumboque liquenti vulnera replentur et infunduntur, et tandem inconceptibilibus penis et tormentis ad veritatem fatendam perducuntur. Fassi vero de singulis diffuse, mox inhumaniter absumuntur. Post hec Karolus reginis malum intemptat. Antiquior objectum sibi crimen constanter negat et pro semper usque ad mortem etiam perseverat. Maritus etiam ejus, quia multum amabat eam, constanter excusat, et quantum possibile fuit, in honore conservat, et matrimonio suo regali, quamdiu vivit, honestat. Junioris sive Karoli uxor — separate siquidem ab invicem examinabantur — ad crimen objectum procaciter respondit, dicens Karolo: ‘Et quid est, et quid ad vos de factis meis? quid etiam ad vos de corpore meo? numquid hoc ipsum etiam vobis commissum est? numquid corporis mei custodes estis? numquid non uxor regis sum? numquid non licet michi sine vobis quod volo facere? numquid de corpore meo non possum sine vobis quod libet efficere? Et quid magni, si cum juvene gratioso vel luderem vel etiam, sicud obicitis, solatiata fuissem?’ Sicque contemptibiliter et procaciter fatueque crimen confessa est, confidens in marito, quem ardentissime se non dubitavit amare, nec possibile credidit, quod umquam ab eo dimitteretur. Igitur Karolo marito suo non permittente, quod in aliquo lederetur, ducitur ad castrum quoddam, et quamdiu vixit, copiosius ibidem honesteque valde curabatur; latenter tamen et sepe Karolus condormivit eidem. Primogenito ergo regis et secundogenito quolibet uxorem suam habente, Karolus solus uxore caruit. Unde dispensationem a curia petit, quod, uxore sua prima sic relicta et vivente, aliam licite superducat. Papa negat, et maxime, quia primam adhuc sicut prius frequentabat. Karolus respondit, quod non adiret eam sicut uxorem, sed sicut meretricem. Papa in negativa perseverat. Interea Philippus Pulcher moritur [2], et primogenitus post eum regnat [3]. Et hoc sine herede defuncto [4], secundogenitus [5] regnat. Sed et hic non multo tempore post extinguitur, non relinquens heredem, et regnum ad filium juniorem sive Karolum [6] devolvitur. Quo comperto, papa non roganti concedit, quod, prima uxore sua modo, qui dictus est, vivente, aliam eidem legitime superducat. Igitur Henrici Romanorum imperatoris filiam [a] sanctimonialem et sororem ordinis fratrum predicatorum in Valle sancte Marie dyocesis Treverensis, multos quidem annos in ordinis habitu jam habentem, sed nondum tamen velatam nec professam, accepit uxorem. Que cum omnibus esset amabilis, post paucos annos per mortem de medio sublata est. Et post hanc, ne regnum sine herede maneret, Johannam, prius dictam filiam patrui sui, in uxorem sibi copulavit. Sicque tres uxores habuit, unam meretricem et unam sanctimonialem et tertiam consanguineam pro-

[a] nomine Mariam *add. Corn.*

[1] Equites Walter et Philippus d'Aunay. [2] d. 29. Novbr. a. 1314. [3] Ludovicus X., dictus Hutin, ab a. 1314—1316., ubi d. 5. Jul. obiit. Cf. Raynald,, Ann. eccl. ad a. 1316. nro. 11. [4] Filius posthumus, quem uxor principis relicta d. 14. Novbr. 1316. partu ediderat, mox exspiravit. [5] Philippus V. (Longus) a. 1316—1322. d. 3. Jan. [6] IV. Pulcher.

pinquam. Ultimus omnium filiorum moritur [1] et ipse Karolus, relicta uxore gravida. Que filiam, quam peperit, Blankam nominavit. Deo sic utique disponente, quod de semine Philippi Pulchri nichil impunitum superesset, qui tam cupidus, avarus et crudelis in templariorum deletionem et tam impius et immisericors in combustione pauperum et leprosorum innocentium exstitisset. Igitur Philippus, filius comitis Karoli de Valeyo [a], fratris Philippi Pulchri, regnum Francorum, cum sic vacaret, occupat [2], dicens, ipsum ad se pertinere, quia fuerit de latere masculino. Eduwardus autem rex Anglorum viribus magnis ipsum impetit quasi pertinens ad se, quia non esset lateralis, sed linea recta a Philippo Pulchro descenderit, et quia non reascendendo, sed descendendo succedant heredes, et sicut Philippo primogenitus suus et huic secundogenitus et illi tertiogenitus, sic et mater sua, que quarta proles erat, tertio succedere debuit, et ipse matri [3]. Impetivit etiam et per aliam viam partem regni Francie magnam, quam a regibus Anglie Franci non virtute quaquam, sed solis dolis et fraudibus abrapuissent. Ex causis igitur hiis et similibus inter Philippum hunc ex una et Eduwardum regem Anglie magnificum ex alia parte bellum magnum hoc anno suboritur [4]. Hic est Eduwardus, qui regnum Francorum jam per plures annos tantum stravit, vastavit, suppeditavit, calcavit et quasi annichilavit, quod in regno tanto tam cito tanta desolatio fieri posse nullius virtute crederetur. Terra siquidem marique preliis asperrimis ipsum lacessivit, sic tamen quod nunc hos, nunc illos gladius devoravit. Nationes omnes Eduwardo favebant, ipsum justificabant, magnificabant et famabant, prospera sibi cupientes. Philippus econtra cunctis erat exsecrationi. Edoardus in omnibus et ubique fortiter et animose et virtuosius agens, gloriosus efficitur. Philippus regnum Francorum, quod occupabat, custodiens, et se ipsum in regno quasi latitabundus salvans, fabula contemptibilis et vana fit universorum. Edoardus Franciam, Vasconiam, Britanniam, Pictaviam et provincias Francorum alias armis animosissime et potentissime vastans, omnia sternit, ut turbo capit, subigit, abducit, civitates maximas, opida, castra, villas et vicos omnes accipit et occupat, quedam per se, quedam per primogenitum suum, quedam etiam et plura per Henricum comitem de Darbey vel Lancestrie [5] ducem. Philippus timidus et nulli se credens, in munitionibus manet inglorius, regnum et se ipsum pro posse tuendo *. Item hoc anno magister Thomas Anglicus predictus ab inquisitore hereticorum ordinis minorum, sed latenter heretico et fautore heresis de paupertate Cristi et de visione [b] animarum separatarum, capitur, et in conventu minorum incarceratur in Avinione, et inestimabilia tedia propter fidem Cristi patitur et persecutiones. Res ad Philippum regem Francorum deducitur. Qui, convocatis omnibus ad factum illud oportunis, prudenter et ut cristianus verus casum dictum prosecutus est, ut sequitur in hac littera [6]: *Sanctissimo patri ac domino, domino Johanni, digna Dei providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, vestri devotissimi servi et filii ejusdem miseratione Petrus de Palude patriarcha Jherosolimitanus, Petrus Rogerii archiepiscopus Rothomagensis, Wilhelmus Bernardi cancellarius Parisiensis, Johannes de Bolentiaco [c] archiepiscopus Vulcassini in ecclesia Rothomagensi, Nicolaus de Lira ordinis fratrum minorum, Johannes de Mentheno [d] ordinis sancti Benedicti, Matheus de Archis, Petrus de Palma prior provincialis fratrum ordinis predicatorum Francie, Johannes de Caricampo ordinis Cisterciensis, Petrus de Casa prior generalis fratrum beate Marie de Carmelo, Symon de Mariis [e],*

* Karolo rege sine herede mortuo — tuendo *ap. Corn. p. 1048—1051., paucis mutatis.*

[a] Valerio *Corn.* [b] divisione *Corn.* [c] Blangiaco *Dipl.* [d] Mentorio *Dipl.* [e] Menestriis *Dipl*

[1] obiit d. 1. Febr. anni 1328. apud nemus Vincenarum prope Parisius. [2] d. 1. Aprilis a. 1328., quo die regina viduata filiam memoratam peperit. Coronatus est rex Remis d. 29. Mai. [3] De quaestione juridica cf. Rapin Thoyras, Abregé des actes publics d'Angleterre de Rymer (la Haye, 1733. 4⁰.) I, p. 259—268. [4] quod perduravit usque ad a. 1451. [5] hodie Derby et Lancaster. [6] Exstat ap. Martene et Durand, Thes. nov. anecd. Tom. I, p. 1383. d'Argentré, Collect. judicior. de novis errorib. Tom. I, p 318 sqq. Cf. Gieseler, Kirchengesch. II, 3. p. 59. n. 41. (ed. 4.).

*Gwilhelmus de castro Reynaldi, Gwilhelmus de Brema ordinis minorum, Gwilhelmus Kalathot*[a] *ordinis predicatorum, Olyanus*[b] *Salahadini, Gherhardus de Pagamo ordinis heremitarum sancti Augustini, Petrus de Verbena ordinis Vallis scolarium, Nicolaus de Alexandria ordinis heremitarum sancti Augustini, Petrus Horle*[c], *Nicolaus Boneti ordinis fratrum minorum et Durandus de Aureliaco ordinis predicatorum, sacre theologie magistri, cum humillima sui recommendatione pedum oscula beatorum. Ad vestre deducimus notitiam sanctitatis, quod serenissimus princeps ac dominus noster, dominus Philippus, Dei gratia rex Francorum illustris, dominica quarta adventus in suo regali manerio, sito in nemore Vicinarum*[d], *nos fecit ad sui presentiam vocari, assistentibus sibi excellentibus principibus, ducibus et comitibus, et reverendis patribus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et hiis et illis quam plurimis, et aliorum tam clericorum quam laycorum, et baronum et militum, consiliariorum suorum religiosorumque et secularium multitudine copiosa, nosque ore proprio requisivit, quod vellemus corporale juramentum prestare super petendis de statu animarum sanctorum*[e] *a corporibus exutarum, illud quod sentiebamus fideliter et absque palliationis cujuscumque velamine diceremus, causas aliquas exponendo, que ad hoc petendum suum animum inducebant; specialiter quia audierat, aliquos in scolis sine rationibus aliqua circa illam materiam protulisse, propter que multorum tam clericorum quam laycorum fuerant corda non mediocriter concitata, et ex quibus, ut dicebat, simplices trahi poterant in errorem. Nos autem, pater sanctissime, attendentes, quod prefatum serenissimum principem et dominum nostrum, fundatorem studii Parisiensis regemque preexcellentem, revereri tenemur et jussionibus ejus obedire, quodque ipsum ibidem dicentem audivimus, quod in hac materia non querebat, quod in aliquo vestram posset tangere sanctitatem, quin immo sicut filius vester devotissimus vestrum in omnibus zelabat ferventius honorem, et personam vestram sanctissimam ibidem magnis laudum preconiis extollebat; considerantesque, quod juxta principis apostolorum doctrinam de ea, que in nobis est, fide et spe parati debemus esse omni poscenti nos reddere rationem, petitum a nobis prestavimus juramentum. Quo prestito, fuerunt nobis*[f] *preposite due questiones. Prima utrum anime sanctorum in celis existentes videant divinam essentiam facie ad faciem ante resumptionem corporum et ante judicium generale. Secunda, utrum visio, quam de divina essentia nunc habent, evacuabitur in die extremi judicii, alia succedente. Ad quas, sicut eramus juramento astricti, respondimus quod sentiebamus*[g]: *Singuli et sigillatim in hac sententia omnes convenimus, quod a tempore mortis domini nostri Jhesu Cristi, per quem pretium redemptionis generis humani exstitit persolutum, omnes anime sanctorum patrum, quas ibidem Salvator noster descendens ad inferos eduxit de limbo, ceterorumque fidelium, que de corporibus exierunt, non habentes purgabile, vel que jam in purgatorio sunt purgate, ad visionem nudam et claram et beatificam, intuitivam et immediatam essentie divine et beatissime Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, quam apostolus 1. Cor 13. nominat visionem facie ad faciem, sunt assumpte, ipsaque deitate beata perfecte perfruuntur, et jam, quod crediderunt videntes, quod speraverunt tenentes, non in spe, sed in re, sunt beate; quodque dicta visio, quam nunc habent, minime evacuabitur resumptis corporibus, alia succedente, sed ipsamet in eis, cum sit vita eterna, perpetuo remanebit. Et pro firmo, pater sanctissime, omnes doctores, qui nos in Parisiensi studio precesserunt, quorum scripta*[h] *legimus, hanc sententiam tenuerunt, docuerunt et in scriptis suis tenendam reliquerunt. Quare vestre beatitudini omni qua possumus humilitate et reverentia, totis precordiis supplicamus, quatinus predicte questioni — in qua pro una parte vestra sanctitas pulcherrime et subtilissime allegavit et quam plures auctoritates adduxit, immo tot, quod non recordamur nos legisse doctorem aliquem, qui ad unum propositum adduxerit tot et tanta, semper tamen recitando et non determinando, nec asserendo seu opinando, sicut audivimus — dignetur sanctitas vestra finem dare, partem illam, in qua nutrita est devotio totius populi cristiani, vestro regimini crediti, veram esse determinatione apostolica confirmando. Sanctissimam personam vestram ecclesie sue sancte regimini conservare dignetur Altissimus sanam et incolumem per tempora longiora. Que nos habere dignetur in sui gratia de benignitate solita commendatos.* P o s t p o n i t a d h o c s e x m a g i s t r o s i n t h e o l o g i a , q u i i n c o n v o c a t i o n e , q u e f u i t i n n e m o r e V i c i n a r u m[i] f a c t a , p r e s e n t e s n o n f u e r u n t c a u s i s l e g i t i m i s i m p e d i t i , i d e m c u m m a g i s t r i s a n t e d i c t i s s e n t i e n t e s e t a D o m i n o p a p a p e t e n t e s. *Datum sub sigillis nostris Parisius in congregatione magistrorum in theologia generali regentium et non regentium 2. die Januarii anno Domini 1333.* Rex quoque Francorum pape litteram similem scripsit. Item dominus Durandus de Sancto Portiano, magister in theologia, ordinis predicatorum, episcopus Meldensis, fecit tractatum acutum contra papam. Citatur igitur ad curiam, sed per regem Francie defenditur. Et sic tandem magister Thomas dictus de carcere minorum eripitur*.

* magister Thomas Angl. predict. — eripitur *ap. Corn. p. 1042—1045., paucis mutatis vel additis.*

[a] Calco *Dipl.* [b] Olivarius *Dipl.* [c] Herse *Dipl.* [d] Vicennarum *Dipl.* [e] *recepi ex Dipl.*, sanctarum 2. [f] nobis preposite *pergit* 1. [g] sciebamus *Dipl.* [h] scientiam *Dipl.* [i] Vicennarum *Dipl.*

1334. Vicesimo anno Lodewici, qui est Domini 1334., papa Johannes moritur 3. Nonas Decembris [1], die dominica, hora quasi prima. Et fuit hic annus pontificatus sui 19. Igitur jamjam [a] moriturus ad exhortationem amicorum suorum submisit se et doctrinam suam judicio ecclesie Romane, et errorem predictum revocavit in hec verba [2]: *Credimus, quod anime separate a corporibus et purgate sunt in celo, celorum regno et paradyso, et cum Cristo in consortio angelorum congregate, et vident Deum et divinam essentiam facie ad faciem clare, in quantum status et conditio anime patitur separate.* Fuit autem revocatio ista multis suspecta, tum quia a jam exspirante facta et quasi extorta, tum etiam quia ipse prius et scripserat et predicaverat, quod visionem facialem claram status anime separate non patiatur. Sed quia de revocatione ista instrumentum publicum fieri fecit, in quo et se et doctrinam suam totaliter ecclesie Romane supposuit, a melioribus non dubia, sed bona et fidelis est judicata. Dicitur siquidem in revocatione dicta sic [3]: *Si qua sermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo seu alias quoquo modo diximus, predicavimus vel scripsimus, que fidem concernunt catholicam, sacram scripturam aut bonos mores, ea, in quantum consona sunt fidei catholice, determinationi ecclesie, sacre scripture et bonis moribus approbamus. Alias autem illa habemus et haberi volumus pro non dictis, predicatis et scriptis, eaque revocamus expresse, ac predicta omnia et alia quecumque dicta, predicata et scripta per nos de quacumque materia ubicumque et in quocumque statu, quem habemus vel habuimus hactenus, submittimus determinationi ecclesie ac successorum nostrorum.* Hac revocatione facta, statim die et hora supradictis exspiravit. Cui Benedictus XII., papa 187., de ordine Cysterciensi successit, et annis 8 sedit [4], prius Jacobus de Furnerio dictus, abbas in ordine Cysterciensi, et post cardinalis, in papam in vigilia Thome [5] apostoli electus. Sequenti die consistorium tenuit, statuens et pronuntians primo, quod per vitam suam cum nullo pro causa quacumque uti vult gladio materiali, nec gwerram habere, sed pacem querere, facere et fovere; secundo, quod non vult aliquem religiosum ad curiam Romanam pro beneficio impetrando venire. Item non vult eos per appellationes correctionem effugere. Item elemosinam mense papalis restituit pauperibus, que ante per familiares pape deripiebatur. De qua centum persone laute refici possunt. Item omnem arestationem in curia solvit. Item omnes prelatos de curia recedere voluit et in suis dignitatibus residere. Item nomina Gelfi et Gobelini interdixit sub anathemate, cum non pacis, sed discordie sint incitamenta *.

1335. Vicesimo primo anno Lodewici Benedictus papa decretalem edidit [6], que incipit: *Benedictus Deus in donis* [b] *suis.* In qua doctrinam predictam de animabus etc. hereticam ostendit et dampnavit sub verbis, que secuntur: *Apostolica auctoritate diffinimus, quod secundum communem Dei ordinationem anime sanctorum hominum, qui de hoc mundo ante passionem domini nostri Jhesu Cristi decesserunt, necnon sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et aliorum fidelium defunctorum post sacrum ab eis baptisma Cristi susceptum, in quibus nichil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit, quando decedent, etiam in futurum, vel si tunc fuit aut erit purgabile aliquid in eisdem, cum post mortem purgate fuerint, ac quod anime puerorum eodem Cristi baptismate renatorum et baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam et post purgationem prefatam in illis, qui purgatione hujusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum et judicium generale, post ascensionem salvatoris nostri Jhesu Cristi in celum, fuerunt, sunt et erunt in celo, celorum regno et paradyso celesti cum Cristo sanctorum angelorum consortio aggregate, ac post domini nostri Jhesu Cristi passionem et mortem viderunt, vident et videbunt divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali, nulla*

* papa Joh. moritur — incitamenta *ap. Corn. p. 1045. 1046., paucis additis.*

[a] jam 2. [b] sanctis *Baluze* I, 237. *Muratori.* donis *d'Argent. Baluze* I, 198.

[1] d. 3. Decb. Böhmer, Reg. Ludow. p. 225. habet falso d. 4. Decbr. [2] Exstant ap. Baluze, Vit. papar. Avin. Tom. I, p. 183. 184. De Johannis exitu conf. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1334. nro. 27. 34. 37. [3] Leguntur ap. Baluze l. l. [4] consecrat. d. 8. Janr. a. 1335., obiit d. 25. April. a. 1342. [5] d. 28. Decbr. a. 1334. [6] 4. Kal. Febr. a. 1335. Exstat ap. Baluze, Vit. papar. Avin. Tom. I, p. 237. et ex eo repetitum ap. Muratori, SS. III, ps. II, p. 547. et ap. d'Argentré l. l. Tom. I, p. 321., quocum Noster optime concordat.

*mediante creatura in ratione objecti visi se*[a] *habente, sed essentia divina immediate se nude et clare et aperte eis ostendente; quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur; necnon quod ex tali visione et fruitione eorum anime, qui jam decesserunt, sunt vere beate et habent vitam et requiem eternam, et erunt illorum, qui postea decedent, cum eandem videbunt divinam essentiam, ipsaque perfruentur ante judicium generale, ac etiam quod hujusmodi visio divine essentie ejusque fruitio actus fidei et spei in eis evacuant, prout fides et spes proprie sunt theoretice*[b] *virtutes; quodque postquam inchoata fuit vel erit talis intuitiva et facialis visio et fruitio in eisdem, eadem visio et fruitio sine aliqua intercisione seu evacuatione predicte visionis et fruitionis continua existit, et continuabitur usque ad finale judicium, et ex tunc usque in sempiternum. Diffinimus etiam, quod secundum communem Dei ordinationem anime decedentium in actuali mortali peccato mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi penis infernalibus cruciantur, et quod nichilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Cristi cum suis corporibus apparebunt, reddituri de factis propriis rationem, ut referat vel recipiat unusquisque, prout gessit in corpore suo, sive bonum fuerit sive malum. Contrarium istorum omnium vel singuli cujuslibet ipsorum scienter et pertinaciter tenens, asserens, docens vel defendens, scripto vel verbo, sicut hereticus habeatur* *.

Vicesimo secundo anno Lodewici, defuncta consorte[1] sua prima, filia regis Danorum, Lode- 1336.
wicus marchio Brandenburgensis cum Margareta[2], vidua juvencula et nobili de Carinthia, contrahit, ipsam viro suo[3] violenter auferendo. Cum enim illa virum suum, filium Johannis regis Bohemie, filii Henrici imperatoris, qui ei ut uxori legitime jam per annos 8 ferme condormierat, non amaret, sed ut impotentem coire detestaretur, et ob hoc ille tediis, verecundiis et injuriis quam pluribus eam afficeret, illa clam legatos sollempnes Lodewico imperatori dirigens, a viro quidem suo separari, filio vero dicti Lodewici imperatoris, marchioni Lodewico, matrimonio copulari, desiderare se significavit. Simul et secum dicto Lodewico se spospondit daturam Carinthyam, ad se pleno jure hereditarie legitimeque devolutam. Imperator promissione captus annuit, filium vocat, raptum Margarete suadet. Sed filius horrens factum refugit. Imperator exacerbatur, filium objurgat, dicens inter alia: 'Numquid puelle tam pulchre, tam generose, te requirenti condormire, ut tantum ob hoc dominium accipias, refugis et formidas'? Post multa tandem patri filius persuasus assentit. Ejus auxilio fretus et consilio directus, uxorem viro suo potenter abripit. Divortium inter eam et virum suum sollempniter celebrari facit[4], matrimonio legaliter eam sibi conjungit[5]. Illa secum Carinthiam sibi tradit et donat. Imperator donationem ipsam stabilit et pro tempore perpetuo confirmat, terram illam filio suo Lodewico et posteris ejus possidendam feodo dans imperiali, omnem defectum, si quis fortassis incidisset, imperialis plenitudine potestatis tollens et supplens[6]. Papa Lodewicum et Margaretam execratur et excommunicat[7], Margaretam impudicam predicat, eamque viro suo restitui mandat. Rex Bohemie Johannes, injuriam filii sui uxore privati vindicare desiderans, cum tota sua suorumque et auxiliariorum virtute bellum parat, habens in exercitu suo preter suos multa millia Gallicorum cum magna potentia regum Francie et Ungarie. Lodewicus marchio viribus magnis hos omnes de campo turpem in fugam egit. Dicuntur autem rex Bohemie et rex Ungarie de suis et de auxiliariis suis simul 11000 galeatorum preter alios habuisse, imperator autem et marchio 9000 galeatorum validissima et subito ad occurrendum hostibus contracta. Post hec inter reges et

* Benedict. p. decretalem — habeatur *ap. Corn. p. 1047. 19. ann. Lod.*

[a] *e corr.* 1. [b] theo^e (*fortasse:* theologice) 1.

[1] nomine Margareta; obiit Berolini ineunte a. 1340. [2] dicta Maultasch, filia Henrici ducis Carinthiae et Tirolis, qui obiit d. 2. April. a. 1335., et Adelheidis Brunsvicensis, nata c. a. 1316. [3] Johanni de Lützelburg. [4] Verisimiliter per episcopum Frisingensem, forsan scriptis Ockami et Marsilii ad hanc rem impulsum. Sed cf. Böhmer, Reg. Ludow. Bav. nro. 2225. — Matrimonium Margaretae et Johannis d. 10. Julii a. 1349. demum rite Ulricus episcopus Curiensis dissolvit. Vid. diploma ap. Klöden, l. l. III, p. 506. nro. XLII. [5] mense Februario a. 1342. [6] d. 26. Febr. 1342. [7] d. 12. April. 1343. Cf. Raynald., Ann. eccl. ad h. ann. nro. 43 sq. Papa excommunicans erat Clemens VI.

principes dictos treuge[a] procurantur[1] ad annos duos. Johannes rex Bohemie jam cecutiens et nec propter hoc bella declinans, in prelio[2] inter reges Anglie Francieque commisso potenter Anglicana sagitta, projecta in incertum, exterminatur. Eo mortuo, Karolus, filius ejus, rex et post imperator Romanorum, bellum pro fratre, quod pater moverat, instaurat et continuat. Conspirationi Marchomannorum contra Lodewicum se sociat. Subornationem illius glebonis, quem dixerunt esse marchionem Woldemarum, acceptat et approbat[3]. Marchiam sibi donat et ipsum de principatu toto sollempniter infeodat* [4]. Post multa tandem bella, precipue cum Marchomannis habita, Lodewicus marchio in concordiam cum Karolo rege Romanorum rediit[5] taliter, quod Carinthiam pleno jure Margaretamque pacifice et legaliter uxorem retineret, et idem Lodewicus Karolum Theutoniam intrare et per ipsam transire[6] permitteret; quod alias....[b]; insignia etiam imperialia, que pater habuerat, eidem Karolo presentaret et eum voce sua regem recognosceret. Unde et de Marchia et de Carinthia et de Bajoaria rex Lodewicum infeodavit[7], et eum pape reconciliare promisit[8]. Et sic amicitiam firmaverunt.

1337. Vicesimo tertio anno Lodewici pluvia sanguinis fuit in Erphordia Thuringie colore rubicundissimo. Cujus guttas in albo lineo panno receptas ego ipse vidi. Item hoc anno in Confluentia, ubi Mosella Renum influit, puella novem annorum a coco patris sui gravidatur et filium pulchrum peperit. Quod monstruosum est, sicut et illud, quod factum fuit in Sosato eodem anno. Ibi siquidem puella nascitur mamillis tumentibus, pilos et sub ascellis et in inguine habens, et fluxum menstruorum patiens, sicut esset 18 annorum. Cui per omnia simile ponit Albertus se-
Phys. II, 3, 3. cundo phisicorum, tractatu tertio, cap. 3. dicens: Temporibus meis presentata fuit puella, que nata fuit de-
opp. II, p. 100. pendentibus uberibus, cum pilis inguinis et ascellarum, et fatebatur mater ejus, quod etiam patiebatur resolutionem menstruorum. Quod absque dubio accidit propter fortitudinem caloris formantis et maturantis **. Hec Albertus. Item hoc anno comes Holsatie magnificus et super omnes temporis illius in Theutonia nominatus Gerhardus subita morte periit, in cubili suo clam et nequiter interfectus[9]. Dum enim exercitum aliquando duceret, in custodiis magnis et excubiis dormire solitus erat. Et ob hoc quidam Dacus, quondam cubicularius suus, ingressum ad eum et egressum distincte sciens, ad ipsum

* Lodewici defuncta cons. — infeodat *ap. Corn. p. 1051. 21. ann. Lod., paucis mutatis.*
** in Confluentia ubi — maturantis *ap. Corn. p. 1097. 9. ann. Kar. IV., sed falso* sec. chron. Francorum *et paucis additis.*

[a] trouge *corr.* treuge 1. 2. [b] *lacuna, quam 1. post hoc verbum voce erasa praebet, etiam in 2. 3. 4. est.*

[1] verisimiliter in Spremberg d. 11. Aug. a. 1345. Cf. de hoc bello non accuratius dilucidato Klöden, Gesch. d. Markgr. Waldemar. Tom. III, p. 25—30. [2] juxta Cressiacum (Cressy) d. 26. Aug. a. 1346. De ejus fatis post mortem vid. Pelzel, Leben Karls Tom. I, p. 161. Lenz in Nouvelles archives historiq. de Gand. Tom. I, p. 285. Böhmer, Reg. Ludow. Bav. p. 213. [3] Cf. Gerken, Cod. diplom. II, p. 574. [4] d. 2. Octb. a. 1348. Diploma optime ap. Klöden l. l. III, p. 478. nro. XIX. et cf. III, p. 226 sq. — Magna est dissensio scriptorum de Waldemaro hic memorato: alii eum esse verum Waldemarum, qui animo turbato Marchiam reliquisset et annos post 28 ad recapessendos honores rediisset, alii eum fictitium nominant ut Noster. Utrum autem hi aut illi propriores vero sint, judicatu perdifficile est. Carolus imperator sibi non constans Pragae d. 29. Mart. a. 1350. et Norimbergae d. 12. April. e. a. eum supposititium declaravit. Klöden, qui in libro saepius jam laudato diligentissime de eo quaesivit et opiniones coaetaneorum auctorum varias ibidem Tom. IV, p. 336—358. accurate collegit, cum prioribus consentit, sed Riedel eum refutavit. — Cf. etiam infra a. 1347. et a. 1318. [5] m. Maii a. 1349. De reconciliationis conditionibus cf. Klöden, l. l. III, p. 311—319. Vide etiam a. 1349. in fine. [6] i. e. in Italiam. [7] d. 16. Febr. a. 1350. Cf. Gerken, Cod. dipl. I, p. 294. Klöden, l. l. III, p. 395. [8] d. 17. Febr. Gerken, l. l. I, p. 299. Klöden, l. l. p. 396. [9] De hac nece cf. Detmar I, 246.

in magna custodia dormientem in cubiculo clam intravit, clam dormientem nudum et inermem mactavit, clamque recedens aufugit. Morte comitis comperta, clamor et planctus et luctus in celum attollebatur, miles omnis animo viribusque frangebatur, et exercitus totus induitur confusione. Sed consilio procerum et amicorum suorum filius[a] comitis Gerhardi, de planctu surgens, lota facie militem quemlibet subelevat, et exercitum ipsum persuasionibus et oratione bona confirmans, expeditionem contra Danorum regnum instaurat. Insuper et instar patris majorem regni Dacie partem occupat tempore multo. Tandem etiam patris occisorem Dacum capiens, ipsum demembravit, singula membra rotis confregit, confracta in sublime levavit[b] super rotas corvis et vulturibus devoranda. Iste comes Gerhardus, cum regnum Danorum Holsatie vicinum sepenumero manu valida pervagaretur, tandem invalescens, ipsum expugnavit, vastavit, et omnes sibi contrarios in eo debellavit et ejecit, et regnum pro majore sui parte per tempora multa potenter occupavit, donec, ut dixi, peremptus est*. Magnificus quoque fuit sumptibus. Cum dux Gelrie Reynoldus pro filia regis Anglie, quam duxit uxorem, festum nuptiarum in Novimagio[1] sollempniter ageret ad universos, comes Gerhardus dictus cum exercitu valido de Flandria rediens, festum illud nesciens incidit, et ibidem ad honorandum ducem mansit. Curiam et festum etiam ipse sollempniter instituit. Lignis pro coquina deficientibus, vasa mensalia[2], puta scutellas et talia, quotquot inveniebantur in Novimagio, pro focalibus emi mandavit. Nolebat enim, turbones vel cespites, quibus utuntur ibi pro focalibus, in festo suo comburi. Cibis igitur potibusque, musicis etiam instrumentis et diversis apparatibus festum ducis terre hospes et extraneus et viator in omnibus excedens ducique valefaciens, et sponsa sua clenodiis pretiosis honorata, in Holsatiam cum pompa regressus est. Item hoc anno, ut dicitur in littera conventus Zyrixensis, in crastino Clementis[3] et nocte sequenti ex vehementissima et insolita tempestate mare in Selandia prope Flandriam sic intumuit supra modum, quod opidum Zirixe[4] per totum et terras omnes subintrans, quidquid invenit, destruxit, sic quod illo anno terra nec arari nec seminari nec fructum facere potuit ullo modo, sicut consuevit, propter maris salsedinem. Homines etiam utriusque sexus cum parvulis ad 5000 submersione delevit**.

Vicesimo quarto anno Lodewici juxta Sosatum opidum Westphalie de villa Hemerde agricola quidam cum 4 equis exiit in agrum ad excolendum eum, filiolum suum trium annorum solummodo secum habens. 1338. Quem equo depositum in agro cum locasset, ut convenit, et equos ad laborandum adaptaret, ecce subito nubecula nigerrima, sicut columpnella vel virgula fumi gracilis et longa, prope virum ascendebat de terra, et in circuitu ejus alia nubes alba major, que totam villam Hemerde cooperiret, et de medio ejus, id est de medio nubis nigre, scintille[c] multe[d] quasi fornacis ardentis exsiliebant, et sonus ejus velut aqua fabri, in qua ferrum ignitum extinguitur, tamquam ollarum plurium maximarum aqua viscosa et ampullosa bullientium, horridius ingruebat. Cumque, arrepto filio et ante se super equum posito, fugam pararet, celum totum piceum factum est. Chaos horridum ingruebat; choruscationes et tonitrua terribilia partes illas omnes deterebant; virum ipsum insidentem equo et puerum in sinu tenentem interfecit, puero et equo, cui insidebant, et tribus equis aliis penitus illesis. Quod quidam Dei vindictam

* comes Holsatie magnificus — est *ap. Corn. p. 1057. 23. ann. Lod., sed* sec. chron. Lubicensem *et quibusdam additis.* ** in crast. Clementis — delevit *ap. Corn. p. 1057. 23. ann. Lod., sed falso* sec. Wilh.

a Henricus *add. Corn.* b sublevavit 2. c sintille 1. d *om.* 2.

1 Nimwegen. 2 num lignea? 3 d. 24. Novbr. 4 Hodie Zierikzee in insula Schouwen. Sed erat haec inundatio secundum Meyeri annales Flandriae p. 135. d. 23. Novb. a. 1334.

occulta peccata videntis et punientis interpretabantur *, alii non, sed ut mirabilia manifestarentur
Alb.met. 3,3,19. opp. II, p. 116. in illo, sicut in ceco nato Johannis 9.[a]. Albertus tertio metheororum[b], tractatu[c] 3, cap. 19: Videbatur diversis philosophis tonitrum[d] et choruscationes divina esse propter mirabilitatem et diversitatem effectus. Inter quos fuerunt duo magni[e], scilicet Atalus et Cecina, dicentes ea procedere a Jovis voluntate. Invenitur aliquando ledere flores vinearum, cum nusquam appareat exustionis vestigium, aliquando liquefacere aurum et non ledere saccum in quo est; aliquando comminuit vel liquefacit gladium vel perforat multis foraminibus absque adustione vagine; aliquando exurit calceos alicujus et non ledit pedes ejus vel crus; aliquando exurit pilos alicujus in toto corpore et non adurit corpus ejus; aliquando alterat in colore et non plus facit; aliquando interficit, ut vulnus non appareat. Et ligna a tonitru percussa in loco divisionis albissima inveniuntur. Et admiratione pre omnibus dignum est, quod, sicut dicit Seneca, aliquando percutit et adurit dolium, et tamen adhuc ad tempus stat vinum et non defluit nec effunditur. Quidam philosophi dicunt, quod animal venenatum percussum a tonitru venenum amittit. Cujus signum est, quod serpens sic percussus, infra paucos dies vermiculat putrefactus; quod non facit aliter interfectus, eo quod venenum in eo prohibet nasci vermes vel ex eo cibari. Omne autem fulmine percussum habet odorem sulphuris. Et animal fulmine percussum vertit caput contra impetum, et arbor sic percussa hastulas evulsas contra fulmen erigit. Hec Albertus. Et reddit ibidem de hiis omnibus rationes. In Geseke[f], opido Westphalie, fuit quedam canonica, puella multum honesta et jam annosa; hujus pilos omnes per medietatem corporis sinistram totam tam in capite quam superciliis et palpebris et sub ascellis et in inguine fulmen adurens, dextram totam reliquit intactam, nec quidquid corporis ejus in aliquo lesit **. Item hoc anno Judeus quidam, dictus Meyer, id est villicus, in Bunna per officiatos archiepiscopi Coloniensis nequiter comburitur et occiditur. Cum enim in pecuniis maximis Walrammus archiepiscopus sibi obligaretur, fingunt eum falsarium et comburunt. Item hoc anno Lodewicus imperator in Vrankenford sollempnem curiam congregavit, ad quam reges Anglie et Bohemie et principes imperii, id est electores imperatoris, et principes alii, archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones, comites, barones et alii ministeriales et milites, necnon et doctores utriusque juris periti, magistri in theologia et alii litterati et in diversis experti quam plurimi, insuper et civitatum legati et hominum aliorum spectabilium multitudo copiosa convenerunt. Horum omnium, quorum interesse poterat, consilio studioque Lodewicus imperator capitula plura ecclesie, sicut dixit, et imperio Romano necessaria et utilia declaravit, constituit, auctoritatem, robur et vim legum de plenitudine potestatis imperialis eis indidit, et coram hiis omnibus, eis etiam acclamantibus et aggaudentibus, publice et sollempniter perpetuis temporibus observanda promulgavit[1]. De quibus quedam extrahens, hic interponere curavi. Primo quod ad principes electores imperii, clericos et laycos, immediate pertinet eligere Romanum imperatorem. Et hanc probat multipliciter, quamvis consuetudo notoria sit et non indigeat probatione. Secundo quod electus per principes dictos concorditer, vel in discordia, dummodo a majori parte principum electus sit, efficitur

* juxta Sosatum — interpretab. *ap. Corn. p. 1056. 22. ann. Lod.* ** in Geseke opido — lesit *ap. Corn. l. l.*

[a] *e corr.* 1. [b] metherorum 2. [c] $\overset{a}{\text{cc}}$ 1. [d] tonitruum 1. 2. [e] magistri 3. [f] Ghezeke 2.

[1] d. 8. Aug. a. 1338. Ludowicus duas dedit leges, quarum una *Licet juris utriusque testimonia* exstat in Leibnitii Cod. jur. gentium p. 148., ap. Pfeffinger, Vitriarius illustrat. Tom. I, p. 668., ap. Olenschlager, Reichsgesch. Urkbd. p. 189. et ap. Harzheim, Conc. Germ. Tom. IV, p. 331. Altera legitur ap. Freher, SS. rer. Germ. I, p. 655. Olenschlager l. l. p. 193. Hae leges confirmatae sunt in curia Francof. m. Mart. 1339. Henricus noster primus est, quantum scio, chronographorum, qui priorem legem, etiamsi per epitomen, promulgavit; quod est grave testimonium, hanc celebrem constitutionem non esse supposititiam. Omnes enim editiones illius redeunt ad librum Hieronymi Balbi: 'De coronatione ad Carolum V. imperatorem', qui primo Bononiae 1530. in lucem prodiit saepiusque repetitus est. Ceterum cf. Böhmer, Reg. Lud. nro. 1921. et 1922. et quae Ficker edidit, zur Geschichte des Kurvereins zu Rense (Wien 1852.) p. 39.

verus imperator seu rex Romanorum, quod idem est, quia ista non differunt in essentia, sed in nominibus. Tertio quod sic electus potest citra approbationem, assumptionem, nominationem vel confirmationem sedis apostolice jura imperii exercere et administrare. Quarto quod post electionem hujusmodi[a] sic electus et electores debent notificare domino pape, quomodo talem catholicum et ydoneum elegerint legitime in imperatorem, petendo cum humilitate, ut sibi faveat, coronam et inunctionem sibi consuetas impendat. Quod et facere tenetur, nisi eum notorie sciat indignum indignitate notabili, et tunc potest sibi suum officium subtrahere; et si papa negaret, ipse istas, coronam et inunctionem, recipere potest ab alio catholico, et exinde se intitulare Romanorum imperatorem, licet antea in esse ex ipsa electione factus sit verus imperator. Nam corone omnes et unctiones sunt tantum quedam sollempnitates adventitie, per ecclesiam invente, nomina non rem predictas impendentes, in signum devotionis, humilitatis, defensionis ac unionis inter ecclesiam et imperium. Que a Deo processerunt et instituta sunt, et sunt inter se diversa, sicut spirituale et temporale, que essentialiter nichil habent commune, sed per accidens unita sunt unione defensionis, quia una potestas alteram defendere tenetur, sicut jura et cronice docent. Et papa major est imperatore, quia dominus spiritualium et animarum, imperator vero dominus corporum et rerum est; et ideo papa corrigere potest imperatorem de peccato sicut alium cristianum. Quintum sequitur ex proximo, quia imperator prestabit pape et ecclesie defensionis, devotionis et humilitatis, non homagii vel fidelitatis juramentum, quia temporalitatis nichil sibi tribuit, que quantum ad omnes procedunt ab imperatore. Sed ratione peccati ipsum corrigere potest. Et hoc juramentum est obsequium cristianitatis et fidei, adeo etiam, quod, si requisiti principes hoc obsequium non prestarent, possent excommunicari: 23. q. 5. cap. *Administratores*. Nec hoc juramentum operatur majoritatem in temporalibus. Sexto quod regimen vacantis imperii pertineat ad papam, dixit esse falsissimum, et ab omni veritate totaliter alienum, et contra consuetudines approbatas, et contra sacri imperii libertatem et dignitatem et utilitatem, et contra jura et libertates principum[b] imperii, electorum ac aliorum. Vacante enim imperio comiti palatino Reni de jure et approbata consuetudine imperii, observata hactenus inconcusse, presertim in partibus Alemannie, et Karoli Magni imperatoris ordinatione, qui imperium in se rapuit a Grecis et in Theutonicos transtulit, sicut et ecclesiam quasi redactam in nichilum resuscitavit et reparavit, debetur jus administrandi imperii jura, feoda ecclesiastica et temporalia conferendi et cetera alia negotia disponendi*. Dixit etiam imperator, ista observata fuisse a tempore, cujus in contrarium memoria non existit, et si quid dubii vel defectus esset in hiis, supplere se dicit, et vim legum omnibus hiis superimponit de plenitudine potestatis. Item Reynoldus comes Gelrie et Wilhelmus comes Juliaci, cum gradum nobilitatis sue factis quam plurimis insignibus gloriosius exornassent, uterque tandem in hac curia nobilem comitem adauget, Reynoldus quidem in ducem[1], Wilhelmus autem in marchionem[1], ut supra anno istius quinto dictum est. De sollempnitatibus autem omnibus, que secundum imperii consuetudinem in talibus fieri solent, nichil penitus imperator pretermisit, omnia perficiens splendidius et jocunde. Et comes Gelrie primo quidem tantum nobilis advocatus Gelrie dictus est; post comitia Sutphaniensi non habente heredem masculum, sed tantum filiam puellulam, advocatus Gelrie duxit eam uxorem, accepta cum ea comitia[c] Sutphaniensi dicta. De qua per episcopum Trajectensem infeo-

Grat. decr. pars II, caus. 23, quaest. 5, c. 26.

* Lodew. imp. in Vrankenford — disponendi *ap. Corn. p. 1052–1054.*, *paucis mutatis.*

[a] hujus 2. [b] *litterae* um *in* 1. *ex correct man.* 1* *loco in raso* [c] cometia 2.

[1] Vid. notam ad a. 1319., ubi demonstratur, illos dictis honoribus non in curia Frankenvordensi a. 1348. habita ornatos esse.

datus comes dictus est. Et tandem, cum divitiis et potentia invaluisset, dux per imperatorem factus et appellatus est. Comitem etiam Wilhelmum Juliacensem eodem modo imperator fecit marchionem. Et ex hinc in eadem curia Lodewicus imperator, nullo cogente vel suadente, mente spontanea coram regibus et principibus et nobilibus omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus et aliis universis rationem fidei sue sonore, distincte et devotissime reddidit, et quod fidelis esset cristianus, clare planissimeque declaravit, singulis articulis fidei per aliquantulum temporis immorando, quemlibet eorum fideliter credere et cuilibet in totum inscissibiliter adherere se protestans. Cumque venisset ad articulum 'Unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam', illi paulo plus immorabatur, affirmans, ab eo se nec etiam quantulumcumque declinare vel hesitare, sed in eo se firmissimum et fidelissimum esse; 'cum propter eum et post eum etiam aliis articulis firmius adhereamus; credimus enim, quod ecclesia catholica docet et predicat. Quare enim reciperemus ewangelium Mathei, et non Bartholomei, nisi quia ecclesia docet istud acceptandum et aliud non attendendum, ut in decretis patrum orthodoxorum docetur'[a]? Et subjunxit: 'Nec obstat nobis, si de discordia inter nos et papam aliquid nobis obiciatur. In omnibus enim ad fidem, justitiam et veritatem, bonos mores, ecclesie consuetudines antiquas et approbatas, et aliis omnibus quibuscumque justis et sanctis ad fidem qualitercumque pertinentibus pape et cardinalibus humiliter et prompte semper obedivimus, obedimus et obediemus, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes, quamquam passiones eorum et adinventiones novitatum periculosarum, ut imperii lesionem, quin immo destructionem, que tandem utique vergent in extremum malum reipublice, humiliationem et dejectionem ecclesie, non approbemus. Obediemus igitur eis libenter et gaudenter, non sicut hominibus, de quibus
I. Corr. 3, 3. dixit apostolus I. Cor. 1.[b]: "Cum contentiones et rixe sint inter vos, nonne homines estis et secundum hominem ambulatis"? Unde dicimus: Non sicut hominibus passiones suas et adinventiones periculosas sequentibus, sed ut vicario Jhesu Cristi salvatoris nostri et rectoribus, curatoribus et medicis, non corporum nec rerum exteriorum, sed animarum nostrarum, capita nostra devote submittimus, eos fidelius venerantes. Post hec persuasiones, promissa, preces confundit in unum, protestans, se petere et desiderare a principibus omnibus et cristianis quibuscumque, quod papam, si quomodo possent, ad cor et concordiam revocarent, tum quia fidelibus omnibus hoc
Hor. ep. 1, 2, 14. expediret, 'quia, quidquid delirant reges, plectuntur' et leduntur 'Achivi', tum quia veritas, que Deus est, nonnisi in pace consuevit habitare, tum etiam quia dixit, se non tantum adhuc impotentem et humiliatum, quod velit, extraneis violentiis quibuscumque et quorumcumque sicut calcaribus perurgeri, affirmans preter omnia, que pertinent ad imperium, se cum filiis suis hereditarie possidere civitates, urbes et munitiones alias muratas plus quam 800. Et cunctis mirantibus et aggaudentibus eidem, subjunxit: preter munitiones non muratas, sed plancis[c] firmatas et curias alias bene multas. Omnibus hiis actis, sonore legit et distincte simbolum totum: 'Credo in Deum patrem' etc., orationem etiam dominicam et salutationem angelicam. Et valedicens regibus et principibus omnibus et nobilibus, cum exercitu magno jocunde regreditur in Monacum*[1]. Item hoc anno in Burgundia[d] locustarum tanta multitudo fuit, quod etiam sol in quibusdam civitatibus obscurari videretur. Item bellum iterum inter reges Anglie et

* Reynoldus com. Gelr. et Wilhelmus — Monacum *ap. Corn p. 1054—1055., sed falso* sec. chron. Francorum, *et pluribus omissis, aliis additis.*

[a] *verba* pat. o. d. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in rasura.* [b] *verba* I. C. 1. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in loco raso.* [c] plantis 1. [d] *haec vox in* 1. *ex correct. manus* 1*. *in rasura.*

[1] München. Quo rediit intra d. 20. Septb. et 15. Octob. a. 1338.

Francie surgit; et tunc imperator quidem Anglie, Bohemus vero regi Francie auxiliantur. Anglici semper vincunt. Tunc etiam due naves, onerate argento et auro multo nimis, a paganis et rege Sicilie transmisse regi Francie, per ventum fortem obortum in Angliam pelluntur et capiuntur.

Vicesimo quinto anno Lodewici papa Benedictus novas constitutiones religiosis omnibus 1339.
ordinat. Monachis [1] ordinis sui, quod monasteria eorum habeant sigilla, bene precepit et constituit. Prius enim soli abbates non sine monasteriorum prejudicio magno sigillis utebantur. Item hoc anno Eduwardus Anglie rex inclitus Franciam armis potenter ingreditur [2], prope Parisius usque perveniens. In Pysciaco [a] [3] monasterio sororum fratrum ordinis predicatorum per triduum manens, nunc venabatur, nunc ludebat, nunc insultus faciebat. De venatione sua Parisius mittebat, quia prope Parisius venabatur. Oblationes etiam sollempnes, quas regio more ipse cum suis obtulit, cum missas audirent in Pisciaco, cum donariis aliis sanctimonialibus ordinis predicatorum, que timentes monasterium reliquerant et fugerant et tunc Parisius latitabant, integraliter transmittens, orationibus earum se et causam suam devote recommendabat. Parisienses timore tabescentes, portas muris claudebant, edificia multa in murorum circuitu destruebant, fossata nova faciebant. Ad unam partem civitatis confugiebant, insultum regis Anglie pavidissimi cottidie meditantes et exspectantes, rege suo Philippo quasi post balneum dormitante et egredi non presumente, sed ut muliere segniter in puerperio latitante. Post hec, cum Philippus in campum prodire non presumeret, Edoardus per Franciam diffusus omnia proterit, et tandem versus Angliam proficiscens, Calethum [4] urbem obsedit, et annis aliquot obpugnans, capit, pyratis multis, civibus civitatis illius, interfectis*. Item hoc anno circa villam Boderke ad orientem, versus Sosatum, videbatur in aere quedam exalatio terrestris, grossa massa et nigra, ad pedes quasi 12, ab inferiore parte sui super terram tereti figura erecta et quasi esset 8 cubitorum alta. De cujus apertura superius ignis vehemens in flamma divaricata cum crepore et horribili sono exestuans, ad dimidiam horam sic videbatur in eodem loco. Post vapor ille vel exalatio subito in ventum vertitur, et villam Boderke circuiens, curtim quandam ex alia parte ville Boderke versus occidentem estivalem invasit, quercus magnas et arbores omnes et cetera circa terram comminuens dejecit, domum magnam in altum levavit totam, levatam vertit, sic quod pars ejus inferior directe sursum fuit et superius, et sic versam cadere permisit, et confracta est totaliter, nullo penitus hominum leso, quia, Deo sic disponente, nullus fuit in curia preter unum puerulum, quem vapor ille in extremitate sua, ubi debilior erat, frequenter de terra rapiens et parum levans, tandem dimisit, et sic totaliter tandem disparuit**. Narraverunt nobis veridici et fide digni, qui viderunt.

Vicesimo sexto anno Lodewici rex Anglie vicit in mari regem Francorum. Siquidem in 1340.
die Johannis baptiste [5] prelio navali cruentissimo circa Flandriam in mari commisso, de Gallicis et Januensibus interfecit ad 15000 virorum. Item eodem anno Sarraceni potenter intrant Hyspanias. Sed nichil agentes, in fugam turpem acti sunt. Item hoc anno, scilicet Domini

* Eduwardus Anglie rex — interfectis *ap. Corn. p. 1059. 24. ann. Lod.* ** circa villam Boderke — disparuit *ap. Corn. p. 1060. 25. ann. Lod.*

[a] Pistiaco 2.

[1] Constitutio, quam pro ordinis Benedict. reformatione edidit et quae Benedictina (sec. Trithemii chron. Hirsaug. II, p. 180.) appellatur, incipit *Summi magistri dignatio* etc. [2] fines Francorum intravit d. 21. Septb. [3] Poissy. [4] Calais. Urbis obsidionem instituit d. 7. Septb. a. 1346, eamque cepit d. 4. Aug. a. 1347. Tum Eduardus confirmavit illud memorabile privilegium, quod Mahault comitissa Burgundiae Caletho dederat quodque exstat ap. Rymer, Foedera Vol. III, pars 1, p. 142—144. [5] d. 24. Juni. (Böhmer, Reg. imp. de 1314—1347. p. 267; d. 13. Juni. habet falso Kampen, Gesch. d. Niederlande Tom. I, p. 166.) a. 1340. apud Sclusas (Sluis et Cadsand).

1340., beatus Petrus martir[1] de ordine predicatorum apud Mediolanum in capitulo generali ibidem celebrato per venerabiles patres et dominos, dominum Johannem de Vicecomitibus archiepiscopum Mediolanensem et alios plures episcopos, magistrum ordinis predicatorum et capituli dicti diffinitores, assistente domino Lukino Mediolani domino cum nobilibus et potentibus quam plurimis et populo maximo terre, venerabiliter et cum sollempnitate multa transfertur, et in tumba pretiosissima et speciosissima devote locatur. Nec defuerunt miracula gloriosa quam plurima, que Deum mirabilem in sancto suo predicarent et sanctum martirem devote venerandum edocerent et colendum universis *. Quorum quedam subjungam. Nobilis quidam Mediolani, Franciscolus de Pusterla dictus, filium habuit 16 annorum et filiam 14. Qui febre continua per dies plurimos sine requie laborantes, jam a medicis velut incurabiles derelicti fuerunt. Pater igitur et mater puerorum horum, alter inscius de altero, voverunt beato martiri Petro, si dictos pueros curaret, quod ipsi translationi corporis sui sancti cum devotione presentes duas statuas cereas, i. e. ymagines, ad magnitudinem et longitudinem puerorum ibidem offerrent. Mira res! Statim utrumque puerorum sompnus arripuit. Beatus Petrus utrique benedicens eis apparuit Et expergefacti sani et incolumes sunt inventi. Pater et mater votum, quod voverant, expleverunt. Ymagines illas, cum apportarentur, multitudo fratrum et populi maxima, inter quos et ego, cum devotione multa viderunt. Item cum quidam de Mediolano juvenis 24 annorum tempore capituli generalis dicti cum aliis circa clybanum fratrum laboraret, subito brosa venenosa, que dicitur antrax, super pedem ejus apparuit, et mox tantum invaluit, quod tybiam quasi totam occupavit. Cyrurgicus expertissimus advocatus dixit illi: 'Fili, scias, quod incurabilis es, et morbo statim cor petente, morieris. Ad quod, suadeo, cum devotione te disponas. Si tamen omnino curari vis, curras ad sepulchrum beati Petri martiris, auxilium confidenter expetiturus'. Infirmus ad sepulchrum currens, nobis omnibus presentibus, pedem infirmum intra columpnas marmoreas circa archam beati Petri martiris erectas ponens, in orationem talem prorupit, alte clamans[a]: 'O beate Petre, sicut de te fiduciam cum devotione gero pleniorem, et pedes tuos integros vidi, ita rogo, quod pedem meum sanare digneris'. Et ecce, subito sibi videbatur, quod ungento suavissimo liniretur super pedis tumorem. Qua linitione cessante, sanitati plene restitutus est, in tantum quod statim exsiliens discurreret per claustrum et ecclesiam et Dei virtutem in beato martire suo magnificaret. Miraculum hoc et fratres multi, inter quos etiam ego, viderunt, et alii quam plurimi, scilicet medicus dictus, famuli et religiosi, per inquisitorem hereticorum adjurati, sub sacramento jurisjurandi lucide protestati sunt. Item quidam notorie leprosus in die translationis beati Petri, videntibus universis, ad sepulchrum ejus plene curatus est. Sed et hoc per inquisitorem hereticorum et alios per diffinitorium ad hoc ordinatos complete discussum est, sicut et alia que secuntur. Item quedam mulier uno oculo, quod horribile fuit videre, penitus excecata, quam multi talem noverant, ad dictum sepulchrum orans, curata est et ad plenum illuminata. Item quidam alius de Mediolano totaliter impotens in tybiis et brachiis ad eundum[b] et ad opus quodcumque propter guttas in juncturis membrorum et dolores paraliticos graves, ad sepulchrum dictum orans, sanitati restitutus est. Item quidam vicinus fratrum de Mediolano propter fracturam vene sanguinem per os, per viam secessus et per viam genitalem per plures annos emittebat, et cum multa sine profectu cum medicis ob curam expendisset et morti jam appropinquans deficeret, vigilans et cum devotione orans in nocte translationis beati Petri ad sepulchrum ejus, mox penitus sic curatus est, quod, resumptis viribus et in

* b. Petrus martir — universis *ap. Corn. p. 1061. 26. ann. Lod.*

[a] mans *in* 1. *ex correct. manus* 1*. *in rasura.* [b] *litterae* dum *in* 1. *ex corr. man.* 1*. *in rasura.*

[1] Galvan. Flamma, ap. Muratori SS. rer. Ital. XI, p. 684.

melius colore permutato, quasi jam alius homo videretur. Item cum tempore translationis beati Petri quidam scutifer de Modoecia de miraculis hiis et ipsa translatione insipienter et sentiret et loqueretur, dicens, in utroque nichil esse nisi populi delusionem, post verba, cunctis videntibus, a demonibus pluribus arripitur et spumans in terram desternitur[a], a quibusdam demonibus hac, ab aliis illac distrahitur et discerpitur. Sed rediens ad cor, ad sepulcrum beati Petri se rogat deportari. Quo veniens et peccatum oblocutionis et blasphemie sue contra sanctum Dei recognoscens publiceque confitens et deplangens, mox sanatus est, et abiit cum eis, qui viderant hoc factum, universis. Et de justitia et misericordia Deum in sancto suo benedicebant et miracula dicta ferventius predicabant. Item in Minda canonicus quidam et abbas unus ordinis Benedicti sanctum Dei beatum Petrum martirem blasphemantes, canonicus quidem freneticus, abbas leprosus facti sunt, penas vesanie sue, justitia Dei mox eos puniente, sic recipientes.

Vicesimo septimo anno Lodewici Benedictus papa moritur[1], perpaucis dolentibus. De quo 1341.
dixit quidam epytaphium:

*Hic situs*[b] *est Nero, laycis mors, vipera clero,*
*Devius a vero, cupa repleta mero**.

Item hoc anno aque[2] tantum inundaverunt, non solum ex alveis suis egredientes, sed et de terra prodeuntes et de montibus quasi glomerando defluentes, ut, veluti diluvio facto nimis elevate per agros et campos super segetes et arbusta instar fluctuum maris undantes, a civitatibus quibusdam arcerentur labore et studio multo, ne super muros earum ipsas intrantes involverent universa. Nam et in quibusdam earum omnia, muros, turres, portas[c] et domos lapideas et pontes in totum subverterunt, lapides murorum et pontium ad spatia magna subvehentes et abducentes. Cadavera hominum sepultorum terris et cimiteriis evulsa devexerunt, ut inveniri postea non possent. Unum cadaver viri de cimiterio nove civitatis in Lemego subvehunt. Quod in presepi coram equis post inventum est. Ostia domorum fregerunt, oves et boves et pecora, sed et homines rapientes, ultra muros undis vicissim involventes, abduxerunt, ut de matre fratris Hermanni Traphagen[d] in Lemego factum est, filio ejus Johanne vidente et auxiliari non valente. Ibidem etiam juvencula quedam noviter nupta, cum raperetur ab aqua, virum alta voce clamavit, dicens: 'O cur sepe dixisti, quod amares me! Cur, si unquam me dilexisti, modo deseris, modo auxiliari recusas'? Et ille: 'Et[e] diligo te, et moriar tecum vel juvabo te'. Insiliens autem aquam et temptans eam juvare, simul cum ipsa periit. Ibidem adhuc famulus quidam pauper substantiam suam totam expendit in duobus quos emit equis. Inundatio subito ingruit. Ipse vero, ut et se salvaret et equos — aliud enim non habebat — fortune se dedit. Projectis siquidem vestibus, unum equorum insiluit et alium in freno duxit. Per aque vero vehementiam ultra muros civitatis nove cum eis ductus et raptus, tandem ad montem quendam defluxerunt, equis natantibus et ipso dirigente. Et sic ipse cum equis suis salvati sunt. In Minda tantum excreverunt aque pro tunc, quod, civitatem intrantes, per majorem ecclesiam ad forum usque pervenerunt, et ostium porte civitatis quatuor vel quinque pedibus minus ad superius totum impleverunt, et super illum altum pontem elevate sunt. In fluvio Wisera videbantur cyste, lecti, caldaria, sedilia et alia domorum utensilia, porci, boves, oves[f], equi, arbores et case magne defluentes. In summitate domus unius quidam homo, divaricatis cruribus sedens et plangens, ponte

* Bened. papa — mero *ap. Corn. p. 1062.*

a disternitur 2. b factus *Corn.* c portas turres 2. d Traphaghen 2. e ego 2. f oves boves 2.

1 d. 25. April a. 1342. 2 Hanc inundationem memorat secundum Nostrum Lerbekii chron. episcop. Mindens., ap. Leibnit., SS. R. Br. II, p. 173.

fracto, simul cum aqua versus Bremam descendebat. Nullus eum juvare potuit vel presumebat. Reliquerunt autem aque detumescentes post se super arbores et colles et sepes limositates et sordes fetidas et viscosas, que multis pluviis et tempore longo non abluerentur. Fuit autem hec inundatio in die beate Marie Magdalene [1], et parum post et ante *.

1342. Vicesimo octavo anno Lodewici Clemens VI., papa 188., consecratur [2]. Hic prius Petrus Rogerii dictus est. Fuit autem niger monachus, magister in theologia gratiosus, post episcopus Rothomagensis, post cardinalis, et tandem papa. Sedit autem annis 10. Hic papa nichil intemptatum reliquit, in factis suis omnibus et vita plus quam debuit secularis existens **. Ex littera quadam de Avinione missa: Procurator fratrum ordinis minorum et ipse minor accusavit quendam ordinis ejusdem, nomine Hayabelum, de heresi tempore Clementis istius. Accusatus ad curiam vocatur. Procurator dictus in consistorio dixit: 'Pater sancte, iste frater publice predicavit, quod sancta mater ecclesia nunc sit meretricula, et quod cardinales omnes vobiscum nuntii sint Anticristi, et quod papa Johannes et Benedictus ambo sint dampnati'; et alia plura dixit. Papa facie mutatus dixit: 'Quid respondes ad hec'? Ipse autem Hayabelus gaudenter et hylari vultu respondit: 'Ego in carcere positus propter odium et verbum Dei, quod predicaveram, visiones deificas habui, quibus resistere non debui, sed clamare et non cessare' etc. Procurator [a] dixit: 'Violenter fuit ereptus de carcere, et non miraculose, sicut ipse dicit. Et quod sit verus hereticus, probo per hoc, quod jam sub habitu suo libros habet condempnatos. Si volueritis videre, poteritis'. Tumultus fit. Ille altius respondit: 'Omnia, que procurator proposuit, vera sunt'. Et cepit per ordinem dicere et exponere que premissa sunt omnia, nichil diminuendo, sed multo plus addendo. Interim quidam clericus cum bulla pape veniens, rejecit bullam ipsam in faciem [3] pape, dicens: 'Retineatis bullam vestram. Ego jam per tres annos hic in magnis expensis stans, justitiam per bullam vestram consequi non potui'. Quod dixit propter verba Hayebeli, qui predixerat, quod seniores non facerent justitiam, sed perverterent judicium propter pecuniam. Clericus sine misericordia baculatur, et cum minore retinetur et includitur. Postea minor examinatus, nichil diminuit, semper affirmans, quod esset propheta missus, et ex tunc non in cubiculis, sed in tectis predicare deberet, et si dimitteretur, omnia, que sibi Deus revelavit, predicaret ***.

1343. Vicesimo nono anno Lodewici opidum Mendene archiepiscopi Coloniensis proditiose capitur et destruitur per Adolfum comitem de Marka [b]. Siquidem bello, quod inter marscalcum Coloniensem et dictum comitem Adolfum actitabatur, treugato, et treugis paceque manibus ad manus juramentisque et litteris roboratis, comes amicabiliter et pacifice cum paucis opidum intravit, et consideratis ejus infirmioribus, ad sua rediit. Nocte vero sequenti, scilicet quatuor coronatorum, incautis ingruens, opidum furtive subintrat, ipsum incendit, vastat, et omnia destruens, nulli parcebat. Eodem autem anno in comitia [c] dicta de Marka quidam homo Dei, circa meridiem sole clarissimo deambulans in nemore et orans, vidit distinctissime militum et militarium multitudinem magnam, in equis magnis et agilibus quasi in torneamento coram se ludentes, discur-

* aque tantum inundaverunt — ante *ap. Corn. p. 1063. 26. ann. Lod.* ** hic prius Petrus — existens *ap. Corn. p. 1062. 26. ann. Lod.* *** procurator fratr. ord. — predicaret *ap. Corn. p. 1065. 28. ann. Lod.*

[a] *litterae* etc. pro *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [b] *in loco raso* 1. [c] cometia 2.

[1] d. 22. Jul. [2] d. 19. Mai. a. 1342., obiit d. 6. Decb. a. 1352., electus erat d. 7. Mai a. 1342. [3] Flacius, qui in catal. veritatis XVIII, p. 1720. haec ex Nostro repetiit, habet *ante pedes.*

rentes et vicissim invicem clypeis impingentes. Quorum quemlibet optime et nominatim cognoscebat. Unus autem eorum equum maximum sine sessore, cui sella devexa sub ventre versus terram dependebat per cingulas ad dorsum ejus firmata, per frenum circa se manu ducebat. Ad quem vir Dei: 'Numquid vos estis, domine Gerwine[a] de Rynkenrode'? Et ille: 'Sum utique'. Et homo Dei ceteros nominans, dixit: 'Numquid isti sunt illi, quos nominavi'? Et ille: 'Mirabile est, quod dubitas, cum tanto tempore nos noveris et sic distincte videas'. Et vir Dei: 'Opinabar, vos omnes mortuos esse'. Et ille: 'Opinari poteris, quod occurrerit. Sed tu vides, nos hic esse'. Et vir Dei: 'Cujus est, inquit, equus sine sessore'? Ille quasi collo sonans: 'Ah! ah! ah!' respondit. 'Ideo venimus huc, ut hoc investiges, audias et intelligas, aliisque denunties. Equus hic est Adolfi comitis de Marka[b]. Sella sic dependet, quia nullus hominum super eum sedebit, nisi comes ipse. Infra duos menses sella desub equi ventre tolletur, et illius dorso convenienter aptabitur, et cingulis firmabitur, et post aquis Flegetonteis[c], intellige, que dico, aquis Flegetonteis aspergetur, ut horridius ardeat. Et infra tempus illud idem comes Adolfus et ipse aquis Flegetonteis aspersus ipsum equum hunc ascendet, nobiscum sic per avia discursurus, eo quod opidum Mendene proditione ceperit et destruxerit, ecclesiam ibidem et turrim ejus subverterit, campanas et baptisterium in terram suam ad partes distantes transmiserit, campanas quidem in Camene[d], baptisterium autem in Unna[d], organa quoque per fistulas et partes alias deportari fecerit, et in monasterium Vrendeberge[e], cujus ecclesia in honorem virginis Marie consecrata est, corpus Cristi reclusum in pixide deportari mandaverit, dicens, merito filium esse debere cum matre. Hec Adolfo comiti denuntiabis'. Et mortis sue certam diem et horam designantes, simul omnes disparuerunt. Homo Dei, corporis sui pilis omnibus horrescentibus, cute quasi deambulante et instar nivis pectore gelato, pronus in terram corruit sicut mente captus et alienatus. Expergefactus autem, cum comiti visionem revelare non auderet, pedisseque cuidam de curia comitis antiquiori et honestiori factum totum enarrat, ut per illam ad comitissam, et per eam ad comitem res deducatur. Pedissequa prius confessorem suum fratrem Henricum de Attenderne[1] consulit. Ille territus in Sosatum properat, discretis factum explicat, consilium inquirens. Nomen 'Flegetonteis', quod vir Dei retinuerat quidem et enarraverat, sed nec ipse nec pedissequa nec confessor intellexerat, quid significet, exponitur. Et respondetur sibi, fortassis hoc totum ex debilitate capitis viri Dei provenisse; quia tum[f] tempus certum breviterque futurum de morte comitis expressum sit, non negligendum esse, quin de factis suis et cursu cautior comes ipse reddatur. Igitur frater ista narrat pedisseque, et illa comitisse, et ipsa comiti. Qui velut egri sompnia et fantasiam quandam omnia deridebat. Nulla tunc cujusque fuit opinio de morte comitis. Itaque ante tempus viro Dei demonstratum ad quindenam comes moritur. Et hec prophetia, multis ante mortem ejus nota, per terram diffunditur universam*. Simile quid habes de villa Dankerdissen anno Karoli Bohemi primo.

Tricesimo anno Lodewici quam plures equestris ordinis homines in diversis partibus mundi 1344.
conspirationes, confederationes conjurationesque et quasi sectulas quasdam facientes et eas certis nominibus discernentes, exsurrexerunt in prejudicium dominorum maximum et discrimen reique publice non modicum gravamen et detrimentum. In Theutonie quidem partibus sectam hanc quidem Lollardorum, hanc de cigno[g], hanc de spata, rota, stella et sagitta, et aliis similiter

* in comitia dicta de Marka — universam *ap. Corn. p. 1066. 29. ann. Lod., sed falso* sec. Wilh.

[a] Gherwine 2. [b] Marka *in rasura* 1. [c] flegetenteis 1. *hoc loco.* [d] *haec vox in rasura* 1. [e] *in rasura* 1. Vrendenberghe 2. [f] cum *corr.* tum 1. *fortasse:* tamen. [g] tigno *corr.* cigno 1. cinguo 2.

[1] hodie Attendorn, in Westfaliae parte quam dicunt 'Das Sauerland'.

certis et diversis nominibus appellantes. Habebat autem quelibet earum numerum militum et militarium copiosum, quedam 400, quedam 300, quedam plures et quedam pauciores, et instar locustarum interdum subvolantium, que vento ceciderunt, olera totaliter depascentium, si quid insultum quacumque facientibus occurrisset, quasi molentes detriverunt omniaque vastaverunt et demoliti sunt*; si quid prede secum reduxissent vel revexissent, inter se partiebantur. Sectulis hiis quidam dominorum et nobilium, sed et episcoporum, additi, consentanei talium esse maluerunt, quam insultum eorum cottidie, non dicam sustinere, sed formidare. Sed et inter ecclesiasticos, seculares et religiosos eo tempore dissentiones, rebelliones, conspirationes, conjurationes
*II.Tim.3,12,13. II. Cor. 12,20. et conventiones ubilibet et validissime sunt exorte, sicut predixerat apostolus* II. Thim. 3. et 2. Cor. 12.[a] Sed et alie tumultuationes, puerorum contra senes, ignobilium contra nobiles, in civitatibus, monasteriis et congregationibus plurimis seditiones et generales et particulares plurime temporibus hiis exstiterunt. Heresis etiam symoniaca tantum invaluit in clero et tam exuberanter inundavit, ut quilibet quanticumque status, maximus, mediocris et parvus, et qualiscumque, scilicet secularis vel religiosus, et quomodolibet etiam manifeste emeret et venderet spirituale quodcumque, nec verecundaretur, nec a quoquam corriperetur vel reprehenderetur, non dico puniretur, ut Dominus vendentes et ementes de templo non tam ejecisse quam eos in templo conclusisse videri potuisset, et symonia non jam heretica, sed ecclesiastica, catholica et sancta judicari. Prebendas etiam et personatus et dignitates ecclesiasticas alias omnes, ecclesias parrochyales, cappellas, vicarias et altaria pro pecunia, pro mulieribus et quandoque pro concubinis commutabant, in ludo taxillorum exponebant, perdebant et acquirebant. Tunc tumultuationes et decertationes pro regnis, principatibus, archiepiscopatibus, episcopatibus, prebendis et aliis hujusmodi plurimi plurimas habuerunt, puta imperator Lodewicus, rex Bohemie Karolus, comes de Swarzeborch Gunterus pro regno Romanorum, Johannes Francie et Eduwardus Anglie reges pro regno Francorum, duo pro archiepiscopatu Moguntino [1], duo pro Bremensi, duo pro Mindensi, duo pro Hildensemensi [2], duo pro Halverstadensi, Wormatiensi, Slezwicensi [b] et aliis valde multis. Prebende vero, dignitates et alia minora cum infinitis relinquebantur [c]. Tunc etiam religio quelibet a professoribus, ut viperis maternum uterum in ortu suo scindentibus, disrumpebatur. Status et cursus quilibet inter eos nonnisi vel pecuniis vel partialitatibus vel commodis et utilitatibus aliis ullatenus habebatur. Immo abbatie, prioratus, gardianatus, magisteria, lectoratus, diffinitiones et alia singula quantumcumque parva a quibuscumque et qualibuscumque, discolis, rudibus, illitteratis, juvenibus, inexpertis asinis et quomodolibet aliter defectuosis, pecunias vel furto vel aliis modis habentibus, emebantur, occupabantur et tenebantur, vel a prelatis suis vel etiam in curia Romana, sicut quondam prebende, dignitates et hujusmodi, procurabantur et impetrabantur. Et ex hoc etiam persone spectabiles sicut antiquitus nec inter seculares nec inter religiosos de facili temporibus hiis inveniuntur. Attendas abbates, priores, gardianos, magistros, lectores, prepositos, canonicos quoscumque, et ingemisce! Attendas vitam, exempla, cursum et doctrinam eorum et pericula subditorum, et contremisce! Attende quoque tu, Domine, pater misericordiarum, et miserere, quia peccavimus tibi! [5]

1345. Tricesimo primo anno Lodewici in conversione Pauli [4] et circa fuit terremotus in Carinthya tota et Cornicula [d], sevus in tantum, quod quilibet de vita desperavit. Fuit autem per vices

* quam plures equestris ord. — sunt *ap. Corn. p. 1071.*

[a] *verba* II. Th. III et II. Cor. XII. *in* 1. *ex correct. man.* 1*. [b] Slewicensi 2. [c] relinquantur 1. [d] Carincula 2. tota et Cornicula *om. Corn. Legendum est* Carniola, *i. e. Krain.*

[1] Cf. init. cap. 100. [2] Cf. infra a. 1355. [5] Illos Henrici planctus Germanice reddidit Klöden l. l. III, p. 342. 343., ubi evolvas alia eis similia. [4] d. 25. Janr.

24 diebus et noctibus, et una nocte fuerunt terremotus 20. Sedecim ville cum hominibus subverse sunt et perierunt. Et una civitas nomine Ceninghe[a] tota cum conventu minorum in ea fuit obruta, sic quod non unus evasit homo. Et in multis locis non apparet, utrum aliquando fuerit ibi quisquam manens. Triginta sex castra in rupibus cum hominibus perierunt, et homines tam absorpti quam submersi ultra 40000 fuisse conjecturantur. Duo montes altissimi, inter quos erat strata regia, conjuncti sunt sic, quod ibi via esse non poterit in eternum*. Hec ex littera conventus Frisacensis[1] ad priorem provincialem Theutonie. Item in eadem dicitur, quod hoc anno ignis de celo cadens terram Turchorum[b] ad 16 dietas consumpsit. Item hoc anno pluit aliquot diebus bufones et serpentes. De quibus multi homines perierunt. Item hiis temporibus pestilentia jam invaluit in multis partibus mundi. Marsilie decimus homo non evasit. Fratres minores totius conventus ibi perierunt. Ultra Romam civitas Messana maxima per mortalitatem deserta fuit. Et dixit miles veniens exinde, quod non invenit in ea quinque homines viventes. Hec omnia ex dicta littera. Item hoc anno rex Anglorum Edoardus in bello contra Johannem, primogenitum Philippi regis Francorum, 100000 hominum in Vasconia fertur interfecisse. Item hoc anno comes Hollandie Wilhelmus Trajectum inferius potentissime per 6 septimanas continuas obsedit cum 85000[c 2] armatorum virorum electorum, et ad omnem sui partem multum angariavit. Obsidio solvebatur Marie Magdalene[3] sic. Trajectenses secundum placita dominorum comitem placant, bini et bini nudis cruribus, pedibus et capitibus, discinctique processionaliter civitatem exeuntes, ad pedes comitis provoluti, primo duo et post alii duo, et sic ulterius, gratiam suam et amicitiam supplices exposcunt et accipiunt; 20000[d] quoque librarum Hollandensium[e] solvere sibi circa festum Mychahelis, et ad expeditiones suas quascumque in terra dumtaxat cum potentia sua tota venire et ei fideliter auxiliari pollicentur**. Post hec in vigilia[4] Cosme et Damiani cum [f], quorum [g] erant milites vel militares, miserabiliter in Frisia interierunt. Comes enim, priusquam exercitus suus totus naves exiret, Frisonibus precipitanter occurrit in campo cum paucis, et diu pugnans viriliter, tandem periit capite truncatus. Imperatrix[5] et regina[6] Anglorum, ambe sorores comitis, de successione, que scilicet earum comiti hereditarie succedat, dissentiunt. Imperatrix obtinet, et cum filio suo Wilhelmo succedit***, illa quidem Hannoniam, filius autem Selandiam, Hollandiam et partem Frisie, quilibet sorte sua, retinentes. Item eodem anno in opido comitis de Marka Unna dyabolus quendam famulum Thyderici Sobben militis suffocavit, strangulans eum in domo Ludolfi Pitten. Item dyabolus in eadem domo femoralia dicti militis Thiderici Sobben totaliter incineravit, sic quod preter circulos ferreos nichil ex eis remansit. Sane miles vadens dormitum, femoralia sub lecto suo inter quatuor asseres, quorum quilibet terram tangeret et quilibet alteri bene conjungeretur, ocultavit, et cameram super se bene clausit. Mane facto, miles a multis, quia comitis officialis esset, petebatur. Cumque tardaret exire cameram et ob hoc importunius vocaretur, respondit: 'Venirem statim, sed perdidi quandam vestem'.

* in convers. Pauli et circa — eternum *ap. Corn. p. 1066. 28. ann. Lod.* ** rex Anglor. Edoardus — pollicentur *ap. Corn. p. 1068. 30. ann. Lod., sed brevius et* sec. Wilh. *** post hec in vigil. — succedit *ap. Corn. p. 1069. 31. ann. Lod.* sec. Wilh.

[a] *hoc vocabulum in rasura scriptum in 1. a manu 1*.* [b] Thurcorum 2. [c] *verba* ime per s. s. c. o. c. $\overline{\text{LXXXV}}$ *in 1. ex correct. man. 1* in rasura* [d] $\overline{\text{XX}}$ q. l. *in rasura* 1. [e] Hollendensium 1. [f] DCCtis *erasum in 1. et ideo lacuna, quam Corn. explevit:* DCCC armatis. [g] CCCti *erasum* 1. CCCC *Corner.*

[1] hodie Friesach in provincia Austriacensi dicta Kärnthen. [2] Numerus militum apud scriptores variat; Ubbo Emmius, Rer. Frisiac. hist. lib. 14, p. 201. aeque ac Noster 85000 praebet. [3] d. 22. Jul. [4] d. 26. Septb. cf. Meyer, Ann. Flandr. p. 147. Pugna ad Staveram commissa est. [5] Margareta. [6] Philippa.

Aperit tandem cameram. Querunt secum, et non invenientes, exeunt. Et ecce, in medio domus femoralia dicta jacent incinerata[a], sic tamen quod cinis habuit figuram et dispositionem femoralium totalem sicut ante combustionem. Scriptor civitatis Henricus volens militi vestem suam apportare, circulos tantum non incineratos invenit. Miles factum videns, et non multum attendens, jocabatur, dicens: 'Istud fecit hospes meus Ludeke, qui etiam, cum viveret, frequenter mecum solatiari solebat'. Fuerat autem hospes suus ille infra dies octo mortuus*. Eodem anno miles dictus predam agens e Frisia, vulneratur et moritur. Et in Mendene opido, de consilio suo proditiose destructo, ut anno istius vicesimo nono dictum est, fantasmata multa multipliciter apparuerunt. Nullus in ecclesia vel super testudinem, ubi quidam se receperant, manere presumpsit nec potuit. Sacerdos tamen quidam in ecclesia cum famulo, confidens in misericordia Dei, se posuerunt ad dormiendum de nocte, et ecce, aqua baptisterii, quod repositum fuit, per totam ecclesiam effusa diffundi videbatur, et multitudo dyabolorum et animarum in aqua illa per ecclesiam corezabant. Sed mane facto, cum illuxisset dies, de aqua nichil apparuit.

1346. Tricesimo secundo anno Lodewici Karolus rex Bohemie contra Lodewicum in regem Romanorum eligitur [1], et in Bunna non cum consueta sollempnitate per Walrammum archiepiscopum Coloniensem coronatur [2], ut dicetur infra capitulo 'Karolus'. Item hoc anno in Sosato[b] opido Westphalie natus est agnus cum duobus capitibus. Quorum caput inferius fuit sicut agni, superius autem sicut avis. Quod videtur et portentum fuisse et virtuti[c] stellarum attribuendum**.

Alb.phys.II,3,3. Albertus secundo phisicorum, tractatu tertio, cap. 3: Porce quandoque pariunt porcellos cum capitibus humanis
et hujusmodi. Quod ex seminum commixtione fieri non potest, quia semina valde diversa in specie se invicem corrumpunt, et
nichil generatur ex eis. Sed potius fit hoc per constellationem moventem semen ad illam formam extra qualitatem suam;
sicut est illud, quod dicit Ptolomeus in quadripartito, quod, in quadam parte arietis existentibus luminaribus et quibusdam
planetis aliis, non potest fieri generatio humana. Si autem essent similia et vicinarum specierum, tunc ex eis posset ge-
nerari animal medium, sicut ex equa[d] et asino mulus etc. Fiunt autem talia monstra virtute stellarum ut plurimum aqua-
id. met. II, 1,21. tica. Albertus II. metheororum, tractatu[e] 1, cap. 20: Quia pluvia fit de vapore multum habente de terrestri,
ideo, cum suavis est, aliquando cum pluvia generantur multa animalia aquatica, sicut ranunculi et pisces parvuli et ver-
mes. Cujus causa est, quia calidum, quod est in nube, cum evaporare incipit, trahit secum humidum subtile, quod in
se habet aliquid de subtili terreo bene commixto; et ideo est viscosum. Cum autem viscosum ducitur ad aerem, incipit
durescere et in pellem constare. In qua continue pulsans calidum[f], efficit spiritum. Cui additur anima sensibilis virtute stel-
id. met. III, 3,20. larum. Et tunc fit animal. Fiunt autem hec ut plurimum aquatica, quia in tali pluvia vincit aqua. Idem III. metheo
rorum, tractatu[e] 3, cap. 20: Corpora autem perfectorum animalium raro formantur in nube, licet hoc semel dicat
Avicenna contigisse, quod corpus vituli de nube cecidit. Et hoc ipse maxime attribuit virtuti stellarum in tempore illo for-
mam vituli imprimentium. Per quod talia singularia multa contingunt. Item Phylippus rex Francorum moritur.

1347. Tricesimo tertio anno imperii sui Lodewicus imperator viam universe carnis ingressus, rebus excessit humanis die 12.[3] mensis Octobris. Cum enim jocundus et letus, ut solebat, esset in mensa cum borchgravia[4] de Nurembercli, quam amabat et a qua sepe visitabatur, cui etiam propter hoc invenenationis ejus suspicio per quosdam ingerebatur, puncturas ad cor percipiens, statim, ut facere solebat, cum aliquid talium sentiret — sepe namque creditur intoxicatus fuisse — exsiliit de mensa vomitum querens. Postea venatum ivit, ut motu et labore calefactus in corpore reformaretur. Ursus magnus venantibus occurrit. Quem imperator viriliter petens, insequitur.

* in opido com. de Marka — mortuus *ap. Corn. p. 1069. infra.* ** in Sosato attribuendum *ap. Corn. p. 1069. 31. ann. Lod., sed falso* sec. Eggh.

[a] incinerate *post corr.* incinerata 1. [b] Zozato 2. [c] virtute 1. 2. [d] equo 1. 2. [e] cc 1. (a above) [f] calm̄ 1.

[1] d. 11. Julii in Rense prope Confluentiam. [2] d. 26. Novbr. [3] erat d. 11. Octobr.
[4] Johanna, Alberti Contracti ducis Austriaci uxor.

Contigit autem, ipsum impetu euntem de equo cadere, et corpus ejus totum gravi collisione conquassari. Et cum repente cepisset viribus destitui, levatis in celum manibus et oculis, oravit, dicens fletibus singultuosis: 'Omnipotens et misericors Deus, miserere michi pauperi peccatori, quia, etsi sicut vere in multis peccavi, numquam tamen te, tu scis, Deus misericordiarum, nec fide nec voto negavi'. Et hec dicens, spiritum efflavit[1]. Et in Monaco cum imperiali fastu sepultus est, sic quod, heu! ecclesie non fuit reconciliatus. Fuit autem Lodewicus imperator corpore magnus et formosus, quem ad regnandum natura preaptasset ut in apibus, statura rectus et altus, cervice flexibilis et ut semisupinus, fronte lata et leta patulus et apertus, oculis claris et grandibus, perspicacibus et comibus allectivus, labro subteriore repando, capillis et barba prolixis niger et diffusus, colore candidus et rubicundus, toto denique corpore perpulcher et vultu gratiosus; sed parum percalvus et aliquantulum simus, pectore mediocriter elevatus, brachiis et cruribus lacertosis et muscolosis fortis, firmus, agilis et robustus, frequenter hastatus, ut Romulus alter incedens. Fuit et sollertia singularis et ad quevis agenda sagax et circumspectus, spe longanimis et patientissimus, ad fortunas prosperam et adversam animosus, nec ista nimis elevabatur, nec illa suffodiebatur, ut alter Democritus inter utramque superbus, elatus et contemptor incedens; cibo tantisper deditus, sed potu parco sobrius et temperatus; thorum quoque legitimum non excessit; ludibundus semper et alacer; coreas plus quam ad principem pertineat, non dico frequentavit, sed dilexit; unde et quandoque fortassis uxorem suam, corpore parvulam, quam amavit, super cubitum accipiens, solus inter necessarios suos familiares in palatio, corizanti et tripudianti similis, obambulabat. Nec gravis cuiquam erat, nec molestus, sed modestus, humilis, affabilis et benignus, utpote qui plus amari quam timeri cuperet ab universis. Sed hec omnia tam grata et tam[a] leta sola contumax superbia et ad sedem apostolicam rebellio pertinax et fautoria heresis de paupertate Cristi et apostolorum inquinavit, denigravit et totaliter in nychilum redigens evacuavit et exinnanivit. Nam ut rebellis ecclesie Romane per Johannem papam excommunicatur, a quolibet statu et ab omni gradu dignitatis cujuscumque deponitur, et tandem de pluribus heresibus suspectus et notatus, et expresse propter heresim de paupertate Cristi, dampnatur ut hereticus, et dampnatus toti mundo denuntiatur. Fautoria quoque quorundam ad eum, qui de heresi volunt eum excusare, fatua est et periculosa. Dicunt siquidem, quod laycus indoctus et illitteratus de paupertate Cristi et apostolorum ejus potuit nichil scire, cum ante paucos annos nec inter doctores et litteratos de hoc etiam questio versaretur, quia ad ordinationem minorum sub sententia excommunicationis prohibitum fuit, quod de hoc ullus[b] disputaret, vel sic et sic opinaretur, ut patet in Extravagante: *Exiit qui seminat.* Vide annum istius Lodewici septimum[c]. Credidit[d] autem in istis eis, quos ecclesia cristianos bonos et catholicos veros vel reputavit vel toleravit, et confessoribus suis viris discretis et virtuosis. Hec et hiis similia, sicut dictum est, fatua sunt et periculosa. Numquid fatuum non est, defendere partem, quam ignorares? de qua fortassis ignorantiam etiam negationis haberes, vel etiam penitus terminos non cognosceres? Numquid fatuum non est, subditum judici contra garrire? Eccle.* 8.[e] dicitur: 'Noli contra judicem garrire; justum enim judicium judicat'. Numquid periculosum non est, serpentem in gremio vel basiliscum in sinu fovere, heresim videlicet quamcumque? Numquid etiam periculosum et fatuum non est, cum quis proprium non habeat judicium vel assensum, quod in crimen transeat alienum? In hiis que fidei sunt, non alteri cuicumque[f] seorsum, sed pape, qui regit ecclesiam, que non potest errare, quia regitur a Spiritu sancto, et Cristus rogavit pro ea,

* Eccus 8, 17.

[a] tm̄ 1. [b] nullus 1. [c] *verba* extr. — VII. *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in rasura.* [d] Credididit 1. [e] Ecce VIII. *in* 1. *ex correct. manus* 1* *in rasura.* [f] cuiquam 2.

[1] haud procul a monasterio Fuerstenfeld intra Augustam Vindelic. et Monacum sito.

ut non deficiat fides ejus, credendum est. Qui enim credunt alienis a papa et sibi contrariis in fide, non intrant per ostium, sed ascendunt aliunde. Et sicut illi, sic quilibet per eos ascendens aliunde fur est et latro. Talia quoque facientes excusare, similiter fatuum est et periculosum. Vide annum istius duodecimum. Funeralibus autem exsequiis imperatoris more et honore debitis exactis, Lodewicus marchio Brandenburgensis, filius ejus, in ducatu Bajoarie successit eidem. Cujus etiam tytulis et ditioni parvo prius tempore Carinthia per uxorem accesserat. Principalibus igitur duobus totius Theutonie maximis, de Brandenborch et de Bajoaria, et cum hiis Carinthia dilatatus, et ex hoc in superbiam elevatus, displicentias et despectum [a], quem, sicut asseruit, ad Marchomannos, homines incultos, et ad terras eorum, plures palustres, diu corde celaverat, aperuit, eosque gravaminibus, angariis, taliis, exactionibus plurimis et violentis et fraudulentis et aliis injuriis innumeris tyrannice premens afflixit. Illi sub pondere tyrannidis ejus quasi gravi onere pressi suspirant, ad libertatem, addicti servilitati, gementes aspirant. Civitates eorum potiores ad libertatem querendam conspirant. Conspirationi sue principes et dominos circa Marchiam quam plures associant. Hominem sortis vilissime glebonem [1] subornant, ipsum esse marchionem Woldemarum, jam prius ad annos 30 defunctum, affirmant, et eum de longa peregrinatione penitentiali reversum diffamant. Eidem tamquam principi vero, de longo exilio reverso, conjocundantes, in omnibus obsecundant. Ille curias tenet, placita frequentat. Circuit cum exercitibus per terras eas et loca singula. Recipiuntur ab eo feoda, prestantur homagia, firmatur cum multis antiqua concordia et amicitia. Lodewico marchioni criminationes inferuntur et probra multa; officiales ejus vel interficiuntur vel eiciuntur de terra. Sicque tandem toto fere principatu Lodewicus idem deturbatur. Quod audiens, cum esset in Bajoaria — neque enim potuit neque voluit in Marchia manere, tum quia detestabatur gentem cum terra, tum quia uxor ejus libentius fuit in Bayoaria; propter quam relicta Marchia, frequenter mansit in Bayoaria vel Carinthya — primo quasi contempnens arroganter respondit, ut fertur: 'Jam dudum sollicitus fui, qualiter de illa gente terrisque despicabilibus convenienti modo me subtraherem; nunc Deo volente non oportet amplius de hoc sollicitari'. Ad cor tamen rediens, exasperatur, tum propter conspirationes, tum propter criminationes et vilificationes, tum propter suorum interfectiones et expulsiones, tum propter dampna sibi suisque nequiter illata, et precipue propter ducem Saxonie Rodolfum, patri suo imperatori sibique juramento fidelitatis astrictum, proditorem infidelem et nequitiarum harum omnium inventorem et seminatorem. Quem post coram rege Karolo [b] et coram principibus quibuscumque et dominis omnibus de predictis omnibus et singulis denuntiavit et declamavit, et ad ostendendum, quod proditor esset, corpore suo proprio cyrothecam suam coram eodem Karolo rege Romanorum sibi porrigens exhibuit. Bellum igitur parat Lodewicus, et tempore multo cum Marchomannis aliisque continuat. Tandem Marchie majorem partem germano suo Romulo, qui filiam [2] regis Poloniorum uxorem habuit, donavit [3], rege Romanorum hoc ipsum approbante *.

* Ludowicus imp. viam universi carnis — approbante *ap. Corn. p. 1072—1074, sed falso* sec. Eggh.

[a] defectum 2. [b] Karolo rege 2.

[1] Cf. quae dicta sunt ad a. 1336. circa finem. De sequentibus vid. Klöden, l. l. III, p. 192 sq. [2] Elisabetha regis Polonorum Casimiri filia Ludowico Romulo d. 16. Mai. a. 1335. desponsata erat, Bogislao autem duci Pomeraniae-Wolgastiae a. 1343. nupsit; cf. Klöden, l. l. III, p. 75—77. Sed m. Maio a. 1352. Casimiri filiam Cunigundam, quum a. 1345. Cracoviae esset cum fratre Ludowico seniori, ei desponsam uxorem duxit. Cf. Klöden, l. l. IV, p. 122. 281. 282. [3] Ludowicus senior Marchiam Ludowico Romulo, qui de jure Bavariae superioris cessit, primum tradidit Francofurti a/V. d. 10. Novb. a. 1350. (v. dipl. ap. Klöden, l. l. IV, p. 43.). Hic autem intra d. 19. Febr. —

Et in Bajoariam de Marchia despicabundus regreditur, ipsa quidem Marchia, sed non dignitate et privilegio principatus derelicta. Romulus bellum instaurat [1], terras plures, alias violenter, alias deditione recipit. Et usque ad annum Domini 1355. Marchia bellis ancipiti fortuna et victoria, sed certa terre jactura dampnisque multis et turbinibus exagitatur. Et ex hoc anno paci et quieti redditur, Romulo Marchia restituta [2]. Augebat autem despectum Lodewici ad terram dictam dolositas et proditiosa gentis instabilitas. Quam attendit, revolvens in corde, qualiter in campo circa Stendal instante sibi bello cum duce de Brunswic Ottone [3] Marchomanni Cisalbini de exercitu ducis ad se transiverunt, dominum suum Ottonem, cujus partium et secum in exercitu tunc erant, nequiter relinquentes, quando viderunt militiam adversariorum potiorem. Sane dux Otto tunc in Marchia Cisalbina dominabatur. Qui matrimonio sibi copulaverat relictam Woldemari marchionis Agnetem [4]. Cujus illa pars Marchie dos [5] erat. Eodem anno in Avinione, Marsilia, Monte Pessulano, urbibus Provincie, immo per totam Provinciam, Vasconiam, Franciam per omnemque mediterranei maris oram usque in Ytaliam et per urbes Ytalie quam plurimas, puta Bononiam, Ravennam, Venetias, Januam, Pisas, Lucam, Romam, Neapolim, Messanam et urbes ceteras epydimia [6] tam ingens, atrox et seva violenter incanduit, quod in nullo dispar sexu, in etate nulla dissimilis, masculos et feminas, senes et juvenes, plebem et nobiles, pauperes, divites et potentes, precipue tamen plebem et laycos generali fedaque tabe delevit. Interimque lues oborta populum conripuit et depopulata est, ut in plerisque locis ministri sepeliendorum funerum primum multitudine cadaverum gravarentur, post difficulter invenirentur, post non sufficerent, et tandem penitus non essent. Jam etiam magne domus et parve per totas urbes, immo et urbes quam plures vivis hominibus vacue remanserunt et mortuis plene. In urbibus et domibus et campis et locis aliis opes et possessiones copiosissime, sed nulli penitus possessores. Denique tam sevi tabescentium etiam sub tectis et in stratis suis cadaverum putores exalabant, quod non solum in urbibus ipsis vivendi, sed etiam ad ipsas terras et urbes appropinquandi per duo millia passuum non erat facultas hominibus, nisi inficerentur, subito

d. 18. Decbr. a. 1351. iter fecit in Hollandiam, quamobrem pactum illud executum non esse crediderim. Itaque d. 24. Decbr. a. 1351. (dipl. ap. Scheidt, Bibl. hist. Gotting. I, p. 261. v. Freyberg, Beurkundete Gesch. Herzog Ludwigs des Brandenburgers p. 223. Klöden, l. l. IV, p. 102.) Luccaviae repetitum est.

[1] m. Martio a. 1352.

[2] Norimbergae exeunte m. Novembri vel ineunte Decbr. a. 1355. Vid. Klöden, l. l. IV, p. 273 sqq.

[3] est Otto Largus cognominatus, gubernans intra a. 1318—1344., filius Alberti Pinguis. Ex diplomate quodam, quod exstat ap. Gercken, Cod. diplom. IV, p. 462. et ap. Riedel, Cod. dipl. Brandenb. II, 1, p. 459., et in quo testes subscripti sunt: 'Otto Brunsvicensis, dominus Albertus ejus frater' alii, certissime comperitur, Agnetis conjugem non Ottonem Strenuum (ut putavit Brunsius, Beiträge III, p. 294.), sed Ottonem Largum fuisse. Otto enim Strenuus non habebat fratrem, frater autem Ottonis Largi postea clericus factus primo praepositi Eimbeccensis, et ab a. 1325. episcopi Halberstadensis munere functus est.

[4] Vide ejus stemma:

Anna ducissa Wratislaviensis.
Ejus conjuges:
1. Herimannus marchio; 2. Henricus dux Wratislaviensis ab a. 1310.
|
Agnes ob. 1343., nupsit 1. Waldemaro marchioni Brandenburgensi, † 14. Aug. a. 1319.
2. quatuor menses post illius obitum Ottoni Largo, duci Brunsvicensi, † 1334.

Avus Waldemari et Agnetis proavus fratres fuerunt. — Cf. Klöden, l. l. II, p. 368 sq.

[5] Illam partem Marchiae Agnetis non dotem, sed dotalitium (Leibgeding) fuisse, dilucide demonstravit Klöden, l. l. II, p. 289—291. Noster erravit.

[6] ab a. 1348—1353., 'der schwarze' seu 'der grosse Tod'. Cf. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1344. nro. 39., praecipue autem doctas dissertationes: Hecker, der schwarze Tod im 14. Jahrh. Berlin 1832. et C. C. Mahr, Erinnerungsworte an d. schwarzen Tod, in seiner Denkschrift zur Jubelfeier des 50jährigen Doctorats von Fr. H. Hegewisch. Hamburg 1855. p. 29—61., ubi etiam scriptorum loci de hac gravi peste collecti sunt. Infra vid. a. 1350.

corriperentur, post triduum morerentur, et jam nec sepelirentur. Et, ut paucis expediam, tam ingens, tam pestifer ignis epydimalis conflagravit, ut non, quantum hominum in partibus illis absumpserit, sed quantum reliquerit, inquirendum videatur. Vir uxorem et uxor virum, mater filiam et illa matrem, pater filium et e converso, frater sororem et illa fratrem et sororem, et postremo quilibet quemlibet amicum tabescere incipientem contagionis timore reliquit. Venetiis una die, scilicet resurrectionis dominice, 900 homines preter parvulos absumptos fuisse, proditum est. In Avinione a Kalendis Februarii usque ad Kalendas Octobris centum millia perierunt. Retrospicias ad annos istius tricesimum primum et tertium et tertium annum Karoli IV. In Marsilia[a] perpauci viventes remanserunt et in Messana. Duo piscatores per Rodanum de partibus inferioribus cum piscibus ascendentes, Lugdunum subintrabant, et continuo vicus quietis eorum inficiebatur, et a minimo usque ad maximum, a puero usque ad senem decrepitum, viri et mulieres, simul omnes, illorum duorum pestifera contagione morientes, sic quod nec unus superfuit, perdebantur. Habuit autem lues hec cursum suum per annos multos, et a meridie lente diffundebatur in aquilonem, sic quod anno Domini 1350. venit in Theutoniam et plures ejus provincias, puta Westphaliam, Saxoniam, Slaviam, Daciam etc. Et in ejus

Ovid. met. VII, 526.

Principio celum spissa caligine terras
Pressit[b], et ignavos inclusit nubibus estus,

hominumque viscera primo torrentur flammisque fatiscunt, ut dicetur anno Karoli IV. tertio. Ceperuntque nasci in inguinibus hominum vel in aliis locis delicatioribus glandule in modum nucis vel dactili. Quas mox subsequebatur febrium intollerabilis estus, ita ut in triduo homo extingueretur. Sin vero aliquis triduum transegisset, habebat spem vivendi. Erat autem ubique luctus, ubique lacrime. Nam ut vulgi rumor habebat, querentes cladem vitare hinc inde fugerunt. Et relinquebantur domus deserte habitatoribus, solis catulis domos servantibus. Peculia sola remanebant in pascuis, nullo astante pastore. Cerneres pridem villas seu castra repleta agminibus hominum, postera die, universis vel mortuis vel fugientibus, cuncta esse in summo silentio. Fugiebant quoque filii cadavera parentum insepultorum. Parentes obliti pietatis viscera, natos relinquebant estuantes. Si quem antiqua forsitan pietas perstringebat, ut vellet sepelire proximum, restabat ipse insepultus, et dum obsequebatur, perimebatur. Dum funeri obsequium prebebat, ipse funus sine obsequio manebat*. Videres seculum in antiquum redactum silentium. Nulla vox in rure, nullus pastorum sibilus. Nulle insidie bestiarum pecudibus. Nulla dampna in domesticis volucribus. Sed corvorum subito nimis multiplicatorum tota die crocitationes super viventes et super mortuos hyatus. Sata transgressa metendi tempus intacta exspectabant messorem. Vinea, amissis foliis, radiantibus uvis, illesa manebat hyeme propinquante. Nullus cernebatur percussor, et tamen visum oculorum superabant cadavera mortuorum. Intra civitates cymiteria sepeliendis non sufficiebant, unde et in campis sepulturas hominum novas faciebant. Simile quid dictum est anno Justiniani . . . .[c].

*Capitulum 100.*

Karolus Bohemus, Romanorum a Julio 104.[d], cepit anno mundi 5310., Urbis 2099., Domini 1348., a translatione imperii in Theutonicos 548. Et regnat adhuc. Iste ad 14[e] menses ante mortem imperatoris Lodewici contra eum electus est[1] in regem Romanorum. Fuit autem tunc

* in Avinione, Marsilia — manebat *ap. Corn. p. 1074.*

[a] *verba* et III. — Mars. *in* 1. *ex correct man.* 1*. *in rasura.* [b] impressit 2. [c] *numerus deest* 1. 2. [d] CIII. 1. [e] 10. *Corn.*

[1] d. 11. Jul. a. 1346. prope Rense in pomeriis; Ludowicus obiit, d. 11. Octb. a. 1347.

rex Bohemorum, filius[1] Johannis regis, filii Henrici imperatoris de Lucelenborch. Et ut eligeretur in regem Romanorum, date sunt et per ipsum Karolum et per papam Clementem VI. et per Baldwinum archiepiscopum Treverensem, germanum avi sui imperatoris Henrici, inestimabiles pecunie[2] principibus electoribus, quatinus ad eligendum inclinarentur, et ad rebellandum et resistendum imperatori Lodewico, cujus potentiam magnam et prudentiam horrescentes metuebant, confortarentur et animarentur[a]. Ante electionem suam dictus est Wencezlaus[b], sed post per electores Karolus appellatus est. Habuit[c] autem Karolus voces quatuor, scilicet Gerlaci Moguntini, Baldwini Treverensis et Henrici[3] Coloniensis archiepiscoporum et Rudolfi ducis Saxonie. Ipse quoque per se rex erat Bohemorum. Unde et papales dixerunt, ipsum electionem completam habere. Imperiales autem et fautores Lodewici dixerunt, electionem ejus penitus esse nullam, et ipsum nec motivis nec loco nec tempore nec modo debitis electum. Motiva debita ad imperatorem eligendum sunt[d]: reipublice bonum generale, bonum regimen, gubernatio, pacificatio, salus et protectio totius orbis terrarum, ewangelii quoque et fidei cristiane dilatatio. Karolus autem in regem nominatus est non propter generale bonum, sed propter alicujus aliquam et qualemcumque particularem commoditatem, puta vel propter consanguinitatem, qualiter nominavit eum archiepiscopus Treverensis Baldwinus, qui fuit germanus avi sui, scilicet Henrici imperatoris; vel propter turpem quandam et symoniacam utilitatem, qualiter nominatus fuit per Rudolfum ducem Saxonie et Walsrammum archiepiscopum Coloniensem — vocem siquidem ducis pro 2000 marcarum argenti puri comparavit et emit, archiepiscopi vero Coloniensis, qui pauper et miser erat, quia deses, pro 8000 marcarum argenti et quitatione sex milium clypeatorum auri, que singulis annis ad cameram pape solvere tenebatur —; vel propter ambitionem et ad promotiones magnas aviditatem et illarum singularem quandam novitatem, qualiter nominavit eum Gerlacus Moguntinus, qui et archiepiscopus factus est, ut Karolum nominaret, et ipsum nominavit, ut archiepiscopus esset. Instante enim electione vocem recepit, factus per curiam[4] archiepiscopus, quia vocem · [e] de Verneberch[f] archiepiscopi nullatenus habere potuerunt, quia fidelis et fautor et confederatus fuerit imperatori Lodewico. Unde et papa Clemens tamquam fautorem heretici et ecclesie Romane rebellem eum de archiepiscopatu deposuit[5], et Gerlacum, filium comitis de[g] [h], substituit propter vocem. Qui tamen Gerlacus usque ad mortem dicti [e] de Verneberch archiepiscopatum Moguntinum intrare nec potuit nec presumpsit, sed apud patrem latuit, in mortem senis spem sibi ponens. Item nec loco debito Karolus fuit electus, puta Vrankenvord, nec debito loco coronatus, scilicet Aquisgrani, sed in Bunna[6], et quasi latenter et sine consueta pompositate. Nec tempore debito, hoc est imperio sic vacante, quod per nullum administretur. Quod tunc non fuit, quia et tunc et post diu Lodewicus potenter imperavit. Debitus etiam tempus est, quod per comitem Palatinum Reni fuerit ad eligendum

[a] et ut eligeretur — animarentur *desunt in* 2. 4. *Mirum!* [b] Wentzlaus 2. [c] *verba* ante -- habuit *in* 1. *ex correct. manus* 1*. *in margine inferiori* [d] *post add.* 1. [e] *lacuna in* 1. 2., *quam per* Henrici *recte expleas; ap. Corn.:* Hartwici. [f] Werneberch 1. *hoc loco* [g] *om.* 2. 4. [h] *lacuna in* 1. 2., *quae voce* Nassovia *explenda est; ap. Corn :* Valkenbergh.

[1] natus d. 14. Mai. a. 1316. Pragae. [2] Raynald., Ann. eccl. ad a. 1346. nro. 31. hoc factum esse negat. Sed testimoniis firmissimis hodie constat. Cf. praeter Schaten., Ann. Paderborn. II, p. 310. Bodmann, Cod. epistolar. Rodolfi I., p. 339. et 383., ubi duo Johannis regis Bohemiae diplomata exstant, quae hanc rem dilucide demonstrant. [3] falso, legatur *Walrami*, ut infra. Walramus enim comes de Juliaco et archiep. Colon. electioni, ad quam eum Gerlacus archiep. Mogunt. d. 20. Mai. a. 1346. invitaverat (cf. Kindlinger, Sammlung merkwürd. Urkunden p. 65.), interfuit. Ceterum cf. Böhmer, Reg. imp. inde ab a. 1314—1347., p. 213. nro. 346. et 347. et p. 242. infra. [4] i. e. papalem, d. 7. Septb. a. 1346. Diplomata ap. Raynald., Ann. eccl. a. 1346. nro. 12 sq. [5] d. 7. April. a. 1346. Cf. Rayn. l. l. nro. 12. [6] d. 26. Novb. a. 1346.

assignatum, ad quod etiam per eundem principes electores fuerint ad eligendum convocati. Ad comitem siquidem palatinum Reni de jure et antiqua consuetudine regni pertinet hec determinare. Vide principium capituli 'Lodewicus'[a]. Sed nec istud in electione Karoli factum est. Nec modus debitus servatus est, ut in unum convenientes tandem eligerent. Sed clam et per litteras tantum res acta est. Comes palatinus Reni principes ad eligendum convocare noluit, quia fidelis et consanguineus esset imperatoris adhuc viventis et potentis. Vrankenvordenses autem et Aquenses, et ipsi constanter et fideliter adherentes imperatori, alios admittere recusarunt, absolutionem pape a fidelitate parvipendentes. Hec ex littera palatini Reni regi Polonorum transmissa. Imperatore vero Lodewico jam defuncto, comes palatinus[b] Reni principes ad eligendum convocat, et dictis quatuor non venientibus, archiepiscopus Moguntinus [c] de Verneborch et Lodewicus marchio Brandenburgensis et ipse comes palatinus dictus Gunterum comitem de[d] Swarzeburch in campis Vrankenvord in regem Romanorum sollempniter elegerunt[1], aliis comparere vel non audentibus vel dissimulantibus. Gunterus autem, mox ut electus est, et ab introitu Vrankenvord urbis per cives arceretur, exercitu validissimo congregato, Vrankenvord potenter obsedit secundum consuetudinem antiquam, quam Vrankenvordenses habebant, scilicet quod nullum regem habentem adversarium in regno susciperent in urbem, nisi prius ipsam urbem novem ebdomadibus obsedisset, ut hac occasione bello congrederentur in campo et divisioni finem imponerent, vel unus regnaret et alius timidus et inglorius remaneret. Per sex ebdomadas jam urbem obsederat, nec Karolus ipsum viribus bellove querebat, placitis tamen eum impetebat. Gunterus placita respuebat, in tantum quod jam et ab amicis et ab aliis timebatur. Igitur intoxicatur, cum aliter haberi non posset. Quod sentiens, cum jam viribus corporis cepisset destitui et apud se de vita desperaret, principes ad placitandum admisit. De pecuniis maximis sibi vel heredibus suis dandis complete certificatur. Karolo regnum resignat[2]. Regem eum salutat. Et moritur[3]. Karolus cum palatino primo venit in concordiam et vocem suam habuit, ducens filiam[4] ejus uxorem. Post cum archiepiscopo Moguntino de Verneborch, ipsum, quoad viveret, in nullo lesurus. Ultimo cum nec per Theutoniam transire nec Bohemiam posset intrare propter Lodewici potentiam, tandem ex condicto pacifice conveniunt in Ysenaco[5] Lodewicus et Karolus. Et ipsi duo soli concluduntur in conclavi quodam conventus fratrum ordinis predicatorum per horas plus quam sex, ibi convenientes in concordiam et amicitiam magnam inter se. Quod sciebatur ex hoc, quod Lodewicus Karolum post ut regem reverebatur et insignia imperii, que pater suus habuerat, sibi transmisit[6]. Karolus vero eum de principatu Brandenburgensi et ducatu Bawarie et Carinthia sollempniter infeodavit, et Margaretam, quam fratri ipsius abripuerat, uxorem habere quiete permisit[7]. Et quievit tumultus ille totus, preter conspirationem et

[a] in principio *add. sed post delevit* 1. [b] palatini 1. 2. [c] *lacuna in* 1. 2. *quam voce* Henricus *expleas; ap. Corn.* Hartwicus. [d] *litterae* de S. *e corr.* 1.

[1] d. 6. Febr. a. 1349. Diplom. ap. Olenschlager, Urk.-B. nro. 101. Cf. Albert. Argentin. p. 145—152. [2] d. 26. Mai. a. 1349. Cf. Olenschlager, Urk.-B. nro. 105. Junghans, Gesch. der Schwarzburgischen Regenten p. 102. Pelzel, Kaiser Karl Tom. I, p. 255. [3] d. 18. Juni. (14. Kal. Jul., non ut plerique historici usque hodie protulerunt d. 14. Jun.) a. 1349. Cf. Necrolog. collegii s. Bartholomaei Francofurtensis. Dr. Roemer-Büchner, qui consulto de Gunthero quaesivit, illud decantatissimum, Guntherum veneno Fridanci medici Francofurtensis sublatum esse, secundum idem necrologium inter fabulas relegat, quum 'magister Fridancus phisicus' jam d. 14. April. (18. Kal. Mai.) ejusdem anni obierit. Ceterum cf. quoque de Gunthero Klöden, l. l. III, p. 309—314. [4] Annam, filiam Rudolfi com. palatini; cf. Klöden, l. l. III, p. 285., ubi etiam loci aliorum citati. [5] Eisenach. Cf. idem ad a. 1349. circa finem. Alii narrant, Ludowicum in gratiam cum Carolo rediisse d. 23. Mai. a. 1349. in castris ante obsessam arcem Eltvil. [6] Cf. notam ad a. 1349. circa finem. [7] Cf. dicta ad a. 1336. et infra a. 1349. circa finem.

proditionem ducis Saxonie Rudolfi de marchia factam Brandenburgensi. Ipse siquidem dux, cum quo, sibi, ut putabatur, fidelissimo, etiam juramento fidelitatis sibi filioque suo in perpetuum adstricto, quelibet secreta regni Lodewicus imperator tractare et quam plurima ad consilium et votum ejus agere solitus erat, ipsum prodidit. Nam et hunc, sicut archiepiscopum Coloniensem indignum[a] et miserum, paupertas impulit audax, ut, pecuniis et pollicitis multis acceptis, per viam aliam iret, fidem rumperet, imperatorem proderet, adversarium ei per vocem suam, quam tamen dubium fuit an haberet, constitueret, et postea contra filium ejus marchionem Brandenburgensem Lodewicum conspirationem, seditionem et proditionem quandam singularem prius in partibus illis inauditam ageret, ut dictum est*. Coloniensis etiam archiepiscopus Walrammus, frater comitis de Juliaco, pauper quidem et indigens, quia deses fuerit nec rem ratione gubernaverit, propter conferens quiddam ipsum, ut jam habitum est, elegit. Principium autem regni Karoli istius multum videtur memorabile propter monstra et portenta et singularia plurima, que tunc apparuerunt. Marchio Brandenburgensis ad 30 jam annos mortuus resurrexit[1]. Pestilentia sevissima populum fedissima tabe subito delevit. Gens sine capite flagellariorum adventum Anticristi prenuntiavit. Fontes, fluvii et putei per diversas provincias, ut dicebatur, intoxicabantur. Judei crudeliter mactabantur. Conjurationes, rebelliones et hujusmodi plurima per multos actitabantur. Plures reges, plures episcopi pro sede qualibet altercabantur. Omnia per omnes etiam religiosos, in curia Romana procurabantur et impetrabantur. Symoniacam heresim validissime regnantem nulli detestabantur. Et fantasmata per diversas Theutonie partes et portenta varia similiter apparebant**. Quale fuit illud, de quo anno istius primo dicetur de Dankerdissen, et anno secundo de Cyrenberge[b], et anno quarto de basilisco, et annis Lodewici vicesimo quinto de Boderke, et vicesimo septimo de diluvio, et vicesimo nono de comite de Marka, et tricesimo primo de Carinthia et de Unna et de Mendene, et tricesimo secundo de agno cum duobus capitibus, et alia plura.

Primo anno Karoli comes vel marchio Juliacensis a filiis suis capitur factione comitisse et 1348.
militum quorundam, et in turri diu detinetur. Item Gunterus de Swarzeborch[c], rex Romanorum, Vrankenvord obsidet, intoxicatur et moritur***. Karolus Moguntino antiquiori reconciliatur. Et filiam[2] comitis palatini ducit uxorem. Que et Aquis coronatur[3]. Sed tamen omnibus hiis prius reges Guntherus de Swarzeborch et Karolus Bohemus ipse reconciliati fuerunt, summa pecunie maxima Gunthero et heredibus suis promissa et post fideliter persoluta. Item hoc anno visio quedam singularis apparuit. Siquidem est quedam ecclesia baptismalis juxta Mindam civitatem Westphalie, ad dimidium miliare in villa dicta Dankerdissen, et juxta villam illam ad latus aquilonare non remote nemus magnum, vastum et paludosum, quercubus quidem et fagis et arboribus magnis satis densum, sed sub magnis illis arboribus virgultis, arbustis, vepribus et spinis multum refertum, quod incole Sandvord vel Dul appellant. Ad istud nemus hoc anno pridie Ydus Junii, hora diei 6. vel quasi, cum sol rutilaret absque nubibus et terram totam fervore torreret, custos et campanarius ecclesie dicte, subintrans ad secandum ligna, post laborem

* iste ad 14 menses ante mortem — dict. est *ap. Corn. p. 1075—1077.* ** principium autem regni — apparebant *ap. Corn. p. 1077. in fine.* *** comes vel marchio Jul. — moritur *ap. Corn. p. 1078. 1. ann. Kar., sed falso* sec. Eggh.

[a] indigum (um *e corr.*) 1. [b] Cyrenberghe 2. [c] Warzeborch *corr.* Swarzeborch 1.

[1] Cf. supra pag. 272. [2] Annam, quam aliquot dies post 4. Mart. a. 1349. in matrimonium duxit. V. Gercken, Vermischte Abhandl. I, p. 179. — Prima Caroli uxor Blanca, filia Caroli de Valeyo et soror Philippi regis Francorum, a. 1348. obierat. [3] d. 25. Jul. a. 1349.

quievit sub alta et patula fago inter vepres et spineta. Et ecce, tres viri flammas terribiles efflantes eidem appropinquant, unus precedens quasi ad dirigendum alios, duo vero, scilicet Wernerus de Hasle et plebanus de Vrilede, [a] clerici sequentes, et inter se super manus suas sedem magnam portantes. Et plebanus de Vrilede . .[b] duos magnos nigros canes, quemlibet super scapulam suam unam, habebat. Custos hec videns, territus dixit: 'Eya domini mei, non ledatis me'! At illi: 'Non ledemus te, sed signum, quod videris nos, accipies'. At ille: 'Pro quo sedem hanc vacuam tam magnam et tam flammeam, ut aurea videatur, defertis, et quamdiu sic eam feretis'? Respondit primus: 'Pro decano Sancti Johannis Mindensis Ludolfo, officiali episcopi, sedem hanc deferimus et feremus 150 diebus, quod est usque ad festum Theodori martiris, quod celebratur 5. Ydus Novembris. Illa die super sedem istam ille sedebit. Tunc enim morietur, premium operum suorum, ut res expostulat, nobiscum in eternum recepturus. Eleva sursum oculos tuos et vide'. Ille suspiciens, vidit in aere feretrum igneum. Et illi: 'Super isto primo ponetur Ludolfus, et post in hac sede locabitur. Et iterum respice in nos, ut signum accipias'. Et efflantes ignem de se, palpebras ejus et supercilia omnesque pilos capitis ejus exusserunt, cutem quoque comburentes et vitiantes. Et subjungunt: 'Hec omnia nuntiabis officiali Ludolfo. Quis scit, si convertatur et salvetur'[c]. Post hec subito visio tota disparuit. Custos in terram prosternitur, viribus destituitur, genibus quasi luxis et dissolutis ad eundum impotens efficitur, et tandem rependo, reptando et quasi rotando de nemore miserabiliter evolvitur. Ad villam et domum suam venit. Uxorem miser evocat. Petit, quod ignem, si quis in domo fortassis esset, extinguat, ne de novo per ignem terreatur. Super stratum igitur per uxorem quasi jam moriturus deponitur. Presbiter, homo probus et verax, qui vivit adhuc et singula protestatur, advocatur. Custos confitetur et ad mortem se disponit. Post tandem melius incipiens habere, per multos de civitate visitatur. Narrat fideliter multis et multotiens totam visionem. Qua per civitatem vulgata, Henricus de Hasle burgimagister Mindensis cum comitiva sua equites vadunt in Dankerdissen. Custodem sub conjuratione mortis, immo patibuli, cohibent, ne de cetero visionem dictam cuicumque manifestare presumat. Et custos civitatem quidem vitat, sed ad se venientibus in villam suam visionem omnibus et singulis requirentibus fideliter et sincerius cum gemitibus enarrat. Mansit autem custos dictus in Dankerdissen, custodiam ecclesie sicut prius agens. Et post in pestilentia communi cum aliis ad Dominum migravit. Nona dies Novembris appropinquat. Decanus Ludolfus discrasiatur, debilitatur et infirmatur; et in aperto quidem de prophetia cum aliis ridet et jocatur, latenter tamen et corde multum angitur et turbatur, in nullo tamen corrigitur nec emendatur. Erat enim pecunias multas habens et multum amans, et illis etiam jam infirmus, aliis omnibus neglectis, et pascebatur et impinguebatur et incrassabatur, et quasi diffusus super eas dilatabatur, nec alio quoquam preter gulam et avaritiam afficiebatur. Postea morbus ingravatur, infirmus lecto locatur, salus a medicis desperatur, oriente die prenuntiata loquela privatur. Habebat autem cistam magnam cum thesauris suis in lobio super se, sub qua dormire consuevit. Hanc, cum loquelam amisisset, aperientes testamentarii sui thesauros auferunt. Ipse vero quod potuit faciens, cum lingua non posset, motu capitis, oculorum et manuum displicentiam omnibus ostendebat. Et cum instaret hora per illa fantasmata presignata, vultum horribiliter distorquens, spiritum efflavit. Videntes autem turbe et prophetiam dictam mente volventes, timuerunt valde *. Et glorificaverunt Deum, dicentes: 'Quia vidimus

* visio quedam singularis — valde *ap. Corn. p. 1078. 1079. 1. ann. Kar., paucis omissis.*

[a] *hic lacuna dimidiae lineae in* 1. 2. [b] *ita* 1. [c] *in* 1. sauetur, *sed ex correct. man. recentioris est littera* l *immissum inter* a *et* u. — sanetur 2. 4. *Corner.*

mirabilia hodie sicut et prius audieramus'. Visio autem hec et ejus adimpletio, sicut dictum est, per totam terram cunctis mirantibus et horrentibus est diffusa.

Secundo anno Karoli fantasma quoddam aliud apparuit in Cyrenbergh[a] [1], opido lantgravii 1349.
Hassie. Nam quoddam singulare, nescio quid, si tamen fuit aliquid et non fantasma tantum, audiebatur; manus hominis parva, mollis et gratiosa videbatur et tangebatur, et forte per mille homines tacta fuit et attrectata; aliud autem illius nichil tangebatur nec videbatur, sed vox hominis quasi rauci distinctius audiebatur. Cum quereretur, quis esset, respondit: 'Homo verus sum sicut vos, cristianus sicut vos, in opido Gotinghe[2] baptizatus'. 'Sed quod est nomen tuum'? Respondit: 'Reyneke'[3]. 'Sed numquid solus'? Respondit: 'Non. Sed sumus populus magnus'. 'Et quid facitis'? 'Comedimus, bibimus, uxores ducimus, generamus, filias desponsamus et filiis uxores accipimus, seminamus, metimus et alia quelibet sicut et vos facimus'. 'Sed ubi habitatis? Numquid hic'? Respondit: 'In monte Kyrkenberch habitamus, qui est juxta opidum Cyrenbergh[b]. Hic autem in opido per vices[c] hospitamur cum isto probo homine hospite[d] nostro'. 'Sed numquid in monte qui dicitur Berenberch[4] aliqui de vestris manent'? Respondit: 'Utique multi. Sed gens mea decens est et faceta; illi vero ribaldi sunt, disturbia multa suscitantes et terras involventes'. 'Sed numquid possunt in hac domo vobiscum aliqui hospitio recipi'? Respondit: 'Hec nolumus, ne hospes noster gravetur. Sufficit enim, quod curialiter recipit nos. Potest etiam recipere, si vult, aliquos ad domum suam pertinentes per cognationem vel affinitatem'. Quidam autem hoc temptare volebant. Hospes dissuasit. Illi non acquieverunt. Sternebatur eis in dolio, ut eo melius simul essent. Nocte tumultus in domo et precipue super eos indicibilis[e] factus est. Exclamant ejulantes et eripi desiderantes. Tandem alloquitur eos Reyneke, dicens: 'Procacitas vestra causa tumultus istius est. Sed caveatis animo et quiescatis nunc secure'. Et sedens super dolium, diu cum eis fabulabatur. Quidam cognatus hospitis eorum ex improviso venit ad eum. Et cum non haberet, quid sibi ministraret, turbatus est. Cui Reyneke: 'Non turberis, satis dabo sibi'. Igitur mensam pulchram cum omnibus requisitis, pane triticeo, vino bono, cervisia bona, carnibus lixis et assis et ferina Reyneke preparavit et hospitem comedere[f] fecit. Matrem hospitis vetulam odivit, dicens: 'Mala mulier est'. Sed ancillam domus, puellulam nomine Styneken[5], multum dilexit. Isti puelle Herman de Scardenbergh famulus, amicus Reyneken specialis, pomum dedit. Quem Reyneke reprehendit, dicens: 'Non facias iterum'. At ille: 'Nichil plus feci, nisi quod pomum dedi'. Et Reyneke: 'Scio, sed plus intendisti'. Alteri cuidam[g] gratioso persuasit, quod Styneken duceret in uxorem, promittens quod eum ditaret. Item in taberna cum aliis fuit unus dictus [h]. Qui juravit, quod manum Reynekenes perforaret. Vadens igitur ad domum hospitis eorum, dixit: 'Esne hic Reyneke'? Et ille: 'Sum utique'. Et iste: 'Ostende michi manum tuam'. Et Reyneke: 'Ego ostendam tibi temetipsum, unum vilem ribaldum et terre proditorem; recedas a me'! Sciebat enim Reyneke, quid ille juraverat. Et ille: 'Saltem ego ostendam tibi manum meam'. Quam cum extenderet ad eum, Reyneke eam cuspide perforavit. Item una dierum, cum Reyneke fabularetur cum Hermanno de Scardenberch famulo, quem dilexit, et ipse traheretur, dixit idem Reyneke: 'Oportet me presentem esse in festo nuptiarum filie mee, quam sponsam dedi juveni probo dicto Estryan. Festum illud nunc statim faciemus'. Et abscessit[i]. Item de Haldes-

[a] Cyrenberge 2. [b] Cyrenberch 2. [c] vicos *corr.* vices 1. [d] hospiti 2. [e] indiscibilis *corr.* indicibilis 1. [f] commedere 1. 2. [g] quidam 2. [h] *lacuna semilineae in* 1. 2. *Corner eam non respexit.* [i] abcessit 1.

[1] in provincia Niederhessen ad fluviolum Warme. [2] Göttingen. [3] i. e. Reinhart. Prope Zierenberg est silva dicta 'der grosse Reinhartswald'. [4] Rectius *Derenberch* (hodie Dörnberg) legendum videtur. [5] Nomen linguae vulgaris pro *Christine.*

leve [1], castro ecclesie Moguntine [a], obsesso per lantgravium Hassie, dixit Reyneke, quod in deditionem esset tradendum, et quod jam cibaria non haberent, nec essent homines in ipso castro cordati plures quam octo, nominans eos, et alii nichil valerent*; et quod Hassones unum hominem in castro per machinam occidissent, quod Hassones ipsimet nesciverunt. Item quidam de straminibus pysarum, que rapuerat in agro, comedit pisas de follibus. Ad quem Reyneke: 'Da michi de pisis tuis, quia filia mea nunc in desideriis est', innuens, eam esse gravidam. Ille libenter dedit. Sequenti sexta feria, id est octava die, cum iterum esset jejunandum, Reyneke multo plus pisarum similium sibi reportavit, grates agens. Item cum amicus suus Hermannus de Scardenberch diceret ei: 'O Reyneke, quare tu cum populo tuo non estis coram Haldesleve? Multa fiunt ibi, que et vos tangerent', respondit: 'Ah! ah! ego sicut et tu in obsidione fui'. Cui Herman: 'Quomodo tam cito rediisti'? Et Reyneke: 'In asino molendinarii, qui precessit vos, ego redivi'. Et Herman: 'Asinus ille fortiter [b] fuit flagellatus, et tu qui sedebas super eum, qualiter effugisti'? Respondit Reyneke: 'Cum asinus verberabatur, ego hinc inde declinans evasi'. Item hoc anno Judei per Theutoniam pluresque provincias alias universi cum mulieribus et parvulis ferro vel igne crudeliter et inhumaniter absumuntur, aut propter divitias eorum copiosissimas, quas plerique et nobiles et alii pauperes et indigentes vel etiam eorum debitores usurpare querebant; quod verum esse credo, sicut de templariis dictum est [c]; aut propter aquarum invenenationes per eos, ut asserunt quam plurimi, et fama communis est, nequiter et malitiose factas ubique terrarum; quod verum esse non credo, quamvis illi fame fidem preberet pestilentia, que tunc in mundo sevissime, non tamen ubique continue, sed quandoque quasi in ludo scacorum, subvolando de loco uno, in quo sevierat, per medium sine contagio ad tertium sevitura pertransiens, et forte post ad medium rediens, quasi eligendo grassaretur; ad loca quoque, que per hospites non fuerunt communiter accessibilia, non pervenire dicebatur, quasi illa per toxicum non essent vitiata. Toxicum autem illud Judei, ut dicebatur, et per se et per cristianos ad hoc conductos a se per mundum diviserunt. Ad mortem quoque leti et coreas ducentes properabant, primo parvulos, post feminas, post se ipsos incendio tradentes, ne humana fragilitate per eos quidquam contra judaismum ageretur**. In quibusdam etiam locis per alios comburebantur, in quibusdam trucidabantur, vel etiam ut porci sevissime barbariceque mactabantur. Clenodia diu perdita et singularia multa, que jam quasi transiverant in oblivionem, in archivis eorum inveniebantur [2]. Eodem anno gens [3] sine capite, sui multitudine et adventus sui subitatione mirabilis universis, ex omnibus subito Theutonie partibus exsurgunt, cruciferos se vel flagellarios appellantes. Dicebantur quasi prophetice sine capite, vel quia ad litteram caput non habebant, quo unirentur vel dirigerentur, vel quia sine capite, id est cerebro, id est sine prudentia, id est fatui fuerint, speciem quidem pietatis pretendentes, sed fermento stultitiarum suarum, ut patebit, omnia conrumpentes. Cruciferi autem dicebantur, vel quia crucem in viis suis ante se ferebant

* fantasma quoddam aliud — valerent *ap. Corn. p. 1081. 2. ann. Kar.* ** Judei per Theutoniam — ageretur *ap. Corn. p. 1082., sed falso* sec. chron. Francor. *et brevius.*

a Magdeburgensis *Corn.* b *om.* 2. c ano (*legas* anno) *add.* 1. *et praebet lacunam dimidiae lineae.*

1 hodie Haldessen, intra Grebenstein et Hombressen. Anno 1350. hoc castrum Henricus lantgravius Hassiae obsedit; cf. Rommel, Hessische Landesgesch. II, p. 140. 141. 2 Libros qui de Judaeorum persecutione a. 1349. facta tractant, recenset Förstemann, Die christlichen Geislergesellschaften p. 307. 3 Ubi haec gens initium ceperit, litteris historicis traditum non est. Quidam eam primum circa circumcisionem Domini, quidam in m. Maio a. 1359. notam fuisse narrant. Cf. Förstemann, l. l. p. 70 sqq., apud quem p. 79 sq. verba sequentia germanice reddita leguntur. Locos ex aliis annalistis collectos reperis ap. Massmann, Erläuterungen zum Wessobrunner Gebet p. 54 sqq.

et illam sequebantur, vel quia ad modum crucis in processione prosternebantur, vel quia cruce super vestes suas assuta signabantur. Flagellarii vero dicti sunt propter flagella, quibus penitentiam agere videbantur. Fuit quodlibet flagellum baculus quidam, a quo tres cordule in extremitatibus suis, nodos magnos habentes, dependebant, sic quod utrimque duo ferramenta, sicut acus acuta per medios nodos in modum crucis transeuntia, ad longitudinem medii grani tritici vel parum plus nodos ipsos exibant[a]. Per talia flagella se nudos percutiebant et flagellabant, in tantum quod corpus livore deturpatum tumescebat, et sanguis ad inferiora defluebat, immo sparsione sua parietes vicinos deturpabat. Vidi, cum se flagellarent, aliquando ferramenta dicta carni taliter infigi, quod uno tractu quandoque, quandoque duobus, non extrahebantur. Ex singulis autem nationibus vel fortassis et urbibus se consociantes, per totam terram discurrebant, in campis et agris sine ordine, sicut occurrisset, crucem sequentes; sed cum ad civitates, urbes et villas magnas et opida venissent, processionaliter incedebant, caputio vel pileo parum ad frontem velandam protracto, tristibusque et demissis oculis, per plateas, cum cantu devoto[1] dulcique melodia. Et sic ecclesiam intrantes, claudunt eam super se, vestes deponentes, sub custodia ponunt. Pannis lineis multas plicas habentibus, ut est inferior pars vestis muliebris, que Theutonice dicitur kedel[2], corpus suum ab umbilico inferius cooperiunt, superiori parte totaliter nuda remanente; flagella manibus accipiunt. Quibus actis, ostium ecclesie meridionale, si fuerit aliquod, aperitur. Senior prius ecclesiam egreditur, ad orientalem partem ostii juxta viam se prosternit super terram. Post eum secundus ad partem occidentalem, postea tertius juxta primum, et quartus juxta secundum, et sic deinceps se prosternunt. Quidam dextram sublevando quasi juraturi, quidam super ventrem, quidam super dorsum, quidam in latere dextro vel sinistro jacent, exprimentes sic peccata, pro quibus penitentiam agebant. Post hec unus eorum cum flagello primum percutit, dicens: ‘Deus tribuat tibi remissionem peccatorum tuorum omnium; surge’! Et ille surgit. Post similiter facit de secundo, et sic per ordinem de singulis aliis. Omnibus stantibus et binis binisque processionaliter ordinatis et sociatis, duo ex eis in medio processionis incipiunt alta voce cantionem unam devotam cum melodia dulci, unum versum ejus ex integro prosequentes. Et processione tota illum versum cantando resumente, cantores secundum versum prosequuntur. Et processio post eos iterum similiter prosequitur usque in finem. Cum autem psallendo venerint ad partem cantionis, ubi de passione Cristi mentio fit, ubicumque tunc fuerint, sive terra munda, sive lutum, sive spine, sive tribuli, sive urtica, sive lapides ibi sint, se subito totos ex alto proni prosternunt in terram, non genibus successive vel aliquo alio fulcimento se demittentes, sed quasi ligna cadentes, se totos super ventrem, faciem et brachia proicientes, et sic in modum crucis jacentes, orant. Cor lapideum esset, quod talia sine lacrimis posset aspicere. Post signo dato per unum eorum, surgunt, cantionem suam processionaliter sicut prius prosequentes. Et ut plurimum cantionem dictam ter complent, et ter, ut dictum est, prosternuntur. Et tunc cum redierint ad ostium ecclesie, per quod exierant, in ecclesiam regrediuntur, vestes suas resumunt, pannos lineos deponunt, et procedentes de ecclesia, nichil a quoquam petunt, nec cibum nec hospitium requirentes, sed eis oblata libenter et cum gratitudine multa recipientes. Sicut autem infelix lolium et lappe tenaces sepe segetibus intercrescunt, predicationis etiam officium cum penitentie flagellis infeliciter et pertinaciter indocti stolidique presumunt. De religiosis et clericis et ecclesie sacramentis non sobrie sentiunt et loquuntur, objur-

[a] ant e *corr.* 1.

[1] Talem cantum affert Massmann l. l. p. 44. et ex illo Förstemann l. l. p. 267. [2] hodie in lingua vulgari *Kittel*.

gationes et correctiones respuunt, et persuasiones fastidiunt, immo contempnunt. Unde et fratres duos predicatores eis occurrentes in campo volentes occidere, cum agilior elapsus aufugisset, alium lapidaverunt, et mortuum lapidibus obrutum reliquerunt in metis Mysne* et Bayoarie, persuasionibus eorum exasperati. Et in plerisque locis similia plura fecerunt. Si forte dicebatur
ad Rom. 10, 15. eis: 'Cur predicatis, cum non sitis missi, dicente apostolo: "Quomodo predicabunt, nisi mittantur", et docetis quod non intelligitis, cum sitis illitterati'? responderunt, quasi clavum clavo retundere volentes: 'Et quis misit vos, et per quid scitis, quod corpus Cristi consecratis, aut quod verum est ewangelium, quod predicatis'? Si respondetur eis, quod a Salvatore nostro recepimus ista, qui corpus suum consecravit et discipulis suis et eorum sequacibus consecrare mandavit, formam consecrationis instituens, per quos ad nos usque pervenit, et per ecclesiam sumus missi, que etiam ewangelium, quod predicamus, verum esse docet et errare non potest, cum a Spiritu sancto regatur, sicut eis frater quidam predicator respondit, dicunt, quod ipsi immediatius docti et
Is. 48, 16. missi sunt a Domino et Dei spiritu secundum illud Ysaie cap. 48: 'Misit me Dominus[a] et spi-
Decret. Greg. lib.5, tit.7, c.12. ritus ejus'. Sed extra de hereticis cap.: *Cum ex injuncto* dicit Innocentius III. papa: *Cum doctorum ordo quasi precipuus in ecclesia sit, non debet sibi quisquam indifferenter predicationis officium usurpare. Nam et secundum apostolum quomodo predicabunt, nisi mittantur? Quodsi forte quis argute respondeat, quod tales invisibiliter mittantur a Deo, etsi non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibilis missio multo sit dignior quam visibilis et divina longe major*[b] *quam humana: potest rationabiliter responderi, quod, cum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nude tantum asserere, quod ipse missus sit a Deo, cum hoc quilibet hereticus asseveret;- sed oportet, quod astruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel scripture testimonium speciale. Unde cum vellet mittere Moysen in Egyptum ad filios Israel, ut crederent ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, quod converteret virgam in colubrum, et virgam iterum reformavit. Johannes autem baptista speciale missionis sue testimonium protulit de scriptura, dicens:*
Joh. 1, 23. Is. 40, 3. *'Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam Domini*[c]*, sicut ait Ysaias propheta'.* Sententiam etiam excommunicationis in eos per episcopos latam vel negligunt vel contempnunt. Processus pape contra se non attendunt[1]. Quousque per principes et nobiles et civitates potiores arceri ceperunt, Osnabrugenses eos numquam intromiserunt, uxoribus eorum et mulieribus aliis hoc impatientissime ferentibus. Post tamen, sicut subito venerant, subito simul disparuerunt, ut nocturna fantasmata
Hor. ep. 2, 2, 209. lemuresque deridendi. Horatius circa finem epistolarum suarum dicit:

*Nocturnos lemures portentaque Tessala rides?*

Et bene. Fuerunt inter eos etiam quidam spectabiles, probi et honesti viri, sed et episcopi, puta Trajectensis et ceteri, quamquam communiter de plebeis terrarum et etiam de ribaldis collecti fuerint. Fuerunt etiam, qui dicerent, eos omnes post penitentiam illam infames et in jure stare non posse, quia scilicet publicam penitentiam egerint. Sed diceretur, quod penitentia non fuit eis inflicta, sed eam sponte subierunt. Si dicitur, quod impositio penitentie non facit infamiam, sed crimen, pro quo penitentia, sive inflicta sit sive non sit, agitur — non enim refert, an quis sic faciat vel similiter —, responderetur, quod crimen non simpliciter, sed punitum judicialiter reddit criminosum infamem. Quod non fuit hic. Ex tractatu de flagellariis hiis, quem edidit Gerhardus[d] de Cosvelde[2], rector scolarium in civitate Monasteriensi Westphalie, cum secta ista cursum suum cepisset et potissime vigeret et non cito desitura putaretur: Anno Domini 1349. incompleto mensis Martii die 12. in nocte sancti Gregorii, hora 3. post mediam

* gens sine capite sui — Mysne *ap. Corn. p. 1082—1084., sed brevius.*

[a] *verba* Ys. — dom. *in* 1. *ex correct. man.* 1*. *in rasura.* [b] melior *Decr.* [c] *e corr.* 1. [d] Gherhardus 2. *Verba* Ger. d. C. *in* 1. *ex correct. man* 1*. *in rasura vel in loco vacuo relicto.*

[1] Bulla damnationis papae Clementis VI. contra eos ap. Raynald., Ann. eccl. ad a. 1349. nro. 20. Trithem., Ann. Hirsaug. Tom. II, p. 209 sq. Gretser, Opp. Tom. IV, p. 439 sq. et maximam partem germanice reddita ap. Förstemann. l. l. p. 97. [2] Vide praefat.

noctem, intravit sol arietem secundum revolutionem anni mundi. Et sol fuit dominus anni in eadem significatione. Et aries erat domus tertia, cadens ab angulo medie noctis, qui appellatur domus terre. Et in eodem signo erat Saturnus combustus radio solis. Huic signo jungebantur pisces in eadem domo tertia, que erat cadens. In quo erat Mars et Mercurius, similiter cadentes cum piscibus. Venus erat in aquario in domo Saturni. Jupiter fuit in geminis in domo Mercurii, et aspexit solem aspectu amicitie. Est ergo calculatio talis: Sol in ariete, que fuit domus tertia, multiplicat religionem et sectam. Nam domus tertia est fidei et religionis et mutationis, ut patet in Alkabitio, doctrina prima: de naturis domorum et earum significationibus. Et incipit hec religio ab oriente, quia aries est signum orientale, ut patet ibidem. Et respicit precipue Alemanniam, ut dicit glosator super Alkabitium in doctrina predicta. Quare hec secta precipue vigebat in Alemannia. Et incipit a meridie pro parte propter ascendens, quod fuit capricornus signum meridionale. Verumtamen, quia Mars conjunctus Mercurio, testatur super percussiones acuum et sanguinis effusionem, ut patet ibidem, doctrina secunda: de naturis planetarum cap. de Marte. Et Mercurius e converso testatur super percussiones flagellorum, ibidem cap. de Mercurio. Et quia isti erant[a] in domo Jovis simul in predicto tempore in eadem domo[a] tertia, cadente cum sole, induxerunt hominibus hujus secte penitentias per flagellationes acuum, et non sine ypocrisi, ut patet ibidem. Hanc sectam deducunt Mars et Mercurius propter fidem Jovis, quoniam est pax, lux et unitas. Et hoc patet per cantum eorum, qui est satis jocundus propter Jovem, cujus desiderio fit. Et quia aries respicit caput, ut omnes concedunt, in quo fuit Saturnus cum sole, supponunt peregrini hujus secte pilleum griseum ante oculos, facientem Saturninum aspectum. Item hec secta horrendum facit casum ad terram. Cujus causa sine dubio est, quia sol et Saturnus et alii ejus significatores in predicto tempore ceciderunt ab angulo terre. Sed diceretur: que est causa nuditatis eorum? Dico, quod combustus Saturnus et ejus vilitas, quia sic adhuc est in domo sui casus. Sed Venus existens in domo Saturni addidit verendis, tybiis et cruribus ipsorum albam vestem. Nam testatur super vestes muliebres et pudibunda. Sed diceretur: quare predones, armigeri et hujusmodi applicant se[b] huic secte? Dico, quod hoc facit Mars significator eorum, qui fuit similiter in casu cum signo predicto in domo Jovis. Quapropter etiam ipsi querunt pacem propter Jovem. Notandum etiam, quod scorpio, signum dolositatis et mendacii, in dicto tempore fuit in medio celi. Quapropter infinita mendacia sectam hanc precedunt et secuntur; immo major laus et gloria hujus secte est in mendaciis. Nam medium celi est domus Jovis et glorie et sublimationis, ut ibidem doctrina secunda: de naturis domorum. Hec tamen mendacia vulgus appellat miracula propter fidem Jovis. Item hec secta nullum habet fundamentum stabile, quia omnia signa rerum eam testantia sunt instabilia propter scorpionem. Qui, ut michi videtur, significat detestabilem famam hujus secte finaliter. Observantiam diei dominice et aliarum sollempnitatum predicant propter solem, dominum anni, significatorem hujus secte, cujus est dies dominicus. Et quia sol cum Saturno ceciderunt ab angulo terre, conqueruntur lacrimabiliter, diem solis non esse observatum, et adnectunt, aliquid observandum esse de sabbato propter Saturnum simul cadentem cum sole, cujus est dies sabbati. Dicunt ipsi, tabulam lapideam sectam hanc continentem per angelum de celo venisse. Quod teste Deo fingunt et mentiuntur. Sed causa fictionis et dicti eorum est Saturnus cadens, qui testatur super res graves, ut sunt lapides, et super oracula et super apparitores rerum secretarum. Alia causa brevitatis pretermitto, sed dico, quod estimatione mea secta hec pure naturalis est, et quod agitantur quadam specie furie, que vocatur mania. Et possibile est, quod in aliqua parte mundi

[a] isti erant *et mox* ead. domo *in* 1. *erasa vel casu deleta, desunt in* 2.  [b] *om.* 2.

fiat persecutio cleri ab hac secta. Et secta non diu durabit, sed cito et cum confusione et infamia finem habebit. Hec ex dicto tractatu.




Item hoc anno secundo Karoli Lodewicus marchio Brandenburgensis exactus et dux Bajoarie Carinthyeque Karolum regem fortiter et potenter concludit et artat. Sed tandem ex permissione et conductu suo in Ysenacum Thuringie veniunt, et ibi, ut dictum est[1], in amicitiam conveniunt. Marchio vocem suam Karolo dat et regem eum salutat. Insignia imperii de Nuwenborch in Pragam sibi transmittit[2], scilicet lanceam Cristi, brachium sancte Crucis cum clavo Cristi, mensale quod Cristus habuit in cena, gladium Karoli Magni, quem recepit ab angelo. Que cum inestimabili gaudio per Pragenses suscipiuntur. Et rex Karolus marchionem Lodwicum de Marchia, de Bayoaria, de Carinthia sollempniter infeodat. Margaretam, quam germano suo, id est Karoli regis, abripuerat uxorem[c], sibi pacifice derelinquit[d]. Et Lodewicus marchio Karolum regem per Theutoniam ire libere permittit, militiam auxiliariam[e] prebens eidem copiosam[3].

1350. Tertio anno Karoli pestilentia gravissima[4] fuit in tota Theutonia, sic quod in plerisque locis vix tertia pars populi superfuit*. Nobilibus et militaribus et clericis secularibus plus pepercit. Et continuabatur ad epydimiam eam, de qua[f] anno Lodewici IV. tricesimo tertio dictum est.

* pestilentia — superfuit *ap. Corn. p. 1084. 3. ann. Kar.*

[a] *Litteris obliquis expressa in codice* 1. *atramento rubro scripta sunt.* [b] itium 1. [c] *ita distinguit* 1. [d] dereliquit 2. [e] auxiliaria *post corr.* auxiliariam 1. [f] quo 2.

[1] ante primum ann. Caroli. Vid. ibi dicta. [2] Documentum de hac re ap. Olenschlager, Urkund. nro. 108, ubi etiam insignia numerantur. Cf. a. 1336. fin. et Klöden, l. l. III, p. 408. [3] Cf. supra ann. 1347. circa finem. [4] Cf. supra introduct. ad cap. 100. circa finem.

De pestilentia, que fuit in Evopia provincia temporibus Eaci regis, legitur VII. methamorphoseos sic: Dira lues incidit terras illas, causaque tante cladis latebat. Pugnatum est a medicis arte medendi; sed exitium superabat et artes et opes. Ovid. met. VII, 523 sq.

Principio celum spissa caligine terras
Pressit, et ignavos inclusit nubibus estus,

sicut et in pestilentia nostra factum est. Post quatuor menses austri spirant. In fontes vitium venit et in lacus. Serpentes per agros errantes constat fluvios temerasse venenis. Potentia morbi primo deprehenditur[a] in canibus, volucribus, ovibus et bobus. In aratro validi boves cadunt sulcoque recumbunt. Oves egre balant laneque cadunt et corpora tabent. Equus nobilis ad presepe gemit, morbo moriturus inerti.

Non[1] aper irasci meminit, non confidere cursu
Cerva, nec ursus armentis incurrit.
Omnia languor habet. Silvisque agrisque viisque
Corpora feda jacent. Vitiantur odoribus aure.
Mira loquor. Non illa canes avideque volucres,
Non lupi tangunt; dilapsa liquescunt,
Afflatuque nocent, et agunt contagia late.
Pervenit ad miseros dampno graviore colonos
Pestis, et pervenit in urbes.
Viscera torrentur primo[b] flammisque fatiscunt.
Indicium rubor est et ductus anhelitus oris;
Aspera lingua tumet; tepidisque arentia ventis.
Ora patent, aureque graves captantur hyatu.
Non stratum, non ulla pati velamina possunt,
Sed in dura terra ponunt precordia. Nec fit
Corpus hinc gelidum, sed humus de corpore fervet.
Non medicus juvat, obsuntque auctoribus artes.

Quanto enim proprior quisquis est servitque fidelius egro, tanto citius in partem leti venit, omnisque spes salutis abiit. Indulgent desidiis, et nulla cura est, quid sit utile; utile enim nichil est. Positoque pudore, passim fontibus, fluviis et puteis herent. Nec sitis extincta prius est quam vita bibendo. Fugit quisque domum suam; sua cuique domus funesta videtur. Semianimes in viis errant; ubi mors eos deprehenderit, spiritum exalant. Quo se cumque acies oculorum flexisset, illic mors apparuit, veluti cum putrida motis ramis poma cadunt, agitataque ylice glandes. Plures irrita thura dederunt; pars animam laqueo cludunt vel claudunt, mortisque timorem morte fugant. Non cupiebant funera porte.

Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos.
Deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.
Qui lacriment, desunt, indefleteque vagantur
Natorumque virorumque anime, juvenumque senumque.
Nec locus in tumulos nec sufficit arbor in ignes.

Hec Ovidius. De hac pestilentia dixerim, quia multa similia pestilentie temporis istius habuit.

Quarto anno Karoli in opido Hamelen supra Mindam in metis Westphalie et Saxonie pestis quedam singularis oboritur. Siquidem fovea fodiebatur, purgabatur et eruderabatur in area civis cujusdam ibidem. Fossor existens in imo, subito, nescitur a quo tactus, corruit et exspiravit. Alius descendit ad extrahendum primum jam frigidum, et ipse quoque mox extinctus est. Fama per opidum et terram diffunditur. Omnes admiratione metuque percelluntur. Lues quidem videbatur, sed causa non apparuit. Tertius cautius agere volens, fune forti cingitur circa corpus, per quem de fovea, cum opus esset, extraheretur. Ad medium fovee descendens 1351.

[a] depr̄ditur 1. dependitur 2. [b] priori *corr.* primo 1.

[1] Versus ita reddere mihi visum est, ut Hervordiensis eos praebet, aliquantulum diversos a nostris editionibus.

pervenit, totoque corpore stupidus esse cepit et rigere. Signum dat. Semivivus extrahitur, aliquamdiu sic permanens. Post reviviscens, tempore longo decubuit, et tandem sanatur. Quartus descendens in foveam similiter ut primi duo periclitatur. Quidam opinabantur, in aliqua cavernula fovee serpentem basiliscum habitare, qui visu et anhelitu suo, quidquid sibi propinquat, dicitur vitiare; aliis putantibus, terram in fovea qualitatem aliquam venenosam contraxisse, quia prius et tempore multo latrina fuerit in eodem loco. Quid autem esset in veritate, penitus a nullo sciebatur*. Remedia per diversos diversa, sed in vanum querebantur. Septimo methamorphoseos dicitur:

Ov. metam. VII, 526. *. . . . . Pugnatum est arte medendi.*
*Exitium superabat et opes et artes,*

ut anno proximo dictum est. Demum consilio casu transeuntis extranei decoctio in modum sorbitii ex aqua et farina siliginis in quantitate tanta, quod fovea repleri posset, paratur, et de ipsa fortissime bulliente fovea totaliter ad summum usque velocius infunditur et impletur, ut[a] sic ad venas, cavernas et voragines fovee facilius defluat et trahatur. Quo facto et per decoctionem illam vel interfecto basilisco vel fovea a venenosa qualitate purgata et recentificata, Hamelenses peste dicta liberantur.

1352. Quinto anno Karoli Innocentius VI., a beato Clemente inclusive papa 189., consecratur [1]. Iste prius dictus est Stephanus [b], et fuerat primo episcopus Claremontensis, post cardinalis et summus penitentiarius, post Hostiensis episcopus et Velletrensis [c], tandemque papa Innocentius VI. consecratus, sedet adhuc. Hic etiam exactionem novam in totum Theutonie clerum parans, mandat [2] archiepiscopis Coloniensi, Treverensi et Moguntino primitus exsecutionem ejus in suos et comprovinciales, ut postea facilius ad alios veniatur. Requirebat siquidem decimas plures de clericis et rebus eorum, proventus omnes omnium beneficiorum vacantium et quidquid relinquerent clerici quicumque decedentes. Sed huic singulari novitati clerus totus statim in initio sui occurrendum existimans, nichil dare decreverunt** [3].

1353. Sexto anno Karoli Henricus comes de Darben Anglicus, qui et dux Lancestrie, cum multitudine copiosa tam nobilium quam militarium Angliam exit, in Prutiam peregrinaturus, et ad fidem cristianam et gloriam nominis Domini nostri Jhesu Cristi dilatandam et magnificandam cum paganis dimicaturus. Premisit autem ante se per viam ad duas plus minusve dietas cum thesauro magno viros strennuos, milites et alios in armis electos circa 400 cum famulis et servitoribus eorundem. Isti per terras omnes et per Westphaliam pacifice transeuntes, tandem Paderborne [d] perveniunt, securitatem non ducatu cujuscumque, sed viribus et potentia perquirentes. Transitus Anglicorum ad Johannem de Patberge [e], Hunoldum de Plettenbrecht, [f] comitem de Retberch [4] et alios aliquot grassatores et vispiliones, de viis et agris, furtis bellorum predas abagere solitos [g], deducitur. Qui statim convenientes, electissimam juventutem predonum

* in opido Hamelen — sciebatur *ap. Corn. p. 1086, sed brevius et falso* sec. chron. Saxon.
** iste prius dictus — decreverunt *ap. Corn. p. 1091. 6. a. Kar., sed mutata oratione.*

[a] et 2. [b] stepl's 1. [c] Velbetr. *corr.* Velletr. 1. [d] Padeborne, 2. [e] Patberghe 2. *Verba* Joh. d. P. *in* 1. *ex correct. man* 1*. *in rasura* [f] *lacuna in* 1. 2. *ap. Corn. expleta per* Simonem. [g] *Verba* alios — solitos *in* 1. *ex correct. man.* 1* *in loco raso vel vacuo relicto.*

[1] Sedit a d. 18. Decb. a. 1352. — d. 12. Septb. a. 1362. [2] per episcopum Philippum de Caraillon. [3] Cf. de hac re Vit. Innocent. VI. ap. Baluze, Vit. pap. Avin. Tom. II, p. 350 Trithem., Chron. Hirsaug. ad a. 1359. [4] Hi erant de societate quae se 'die Bengeler' nominabant, a signo consortii, quod erat loculus argenteus in pectore portatus. Circa initium saec. XV. extincti sunt. Cf. Bessen, Gesch. Paderborns I, p. 261 sq. —

et latrunculorum Westphalie congregant, Anglicos de Paderborne[a] exeuntes precurrunt per compendium, et stratam eis communem preoccupant. In mirica[1] contra Lypspringhe castrum adunati, arma sua seque considerant, exercitum suum et aciem terribilem et invincibilem ordinantes. Et Anglicis[b], quasi vir unus omnes simul uniti, festinanter occurrentes, ingruunt, singulariter et splendidissime simul omnes a majore usque ad minorem, a domino usque ad famulum, completius exarmati. Cum sole tangerentur, quasi sydera refulgebant, ut ab eis et arbores mirifice resplenderent. Exercitum talem, tam pulchre, valide, decenter et terribiliter ordinatum, licet non magnum, nullus meminit se vidisse. Anglici quoque quod per narrantes istos contra se venire cognoverant, aciem suam, non ignavi, sed viri[c], et viri bellatores, ordinaverunt. Congrediuntur igitur et atrocissime ex utraque parte preliantur. Sed Anglici tandem vincuntur, mactantur, exspoliantur, capiuntur. Et in magnam terre verecundiam et confusionem probi homines et virtuosi per vispiliones et latrunculos abducuntur. Predones autem dicti de spoliis et exactionibus illorum in tantum sunt ditati, quod Hunoldus castrum in Loen circa Sosatum[d] cum tota Thyderici de Honrode militis hereditate sibi comparavit. Johannes[e] de Patberge castrum in Wunnenberge[2], data pecunia domino de Buren, occupavit. Et sic proch pudor! de aliis. Utinam aliquando sicut membra putrida fedaque severius abscidantur, qui patriam totam tam turpi facto conturbarunt et macularunt!*

Septimo anno regni sui Karolus Romam petere pro corona imperiali satagens, a Lodewico 1354.
duce Bajoarie conductum per terras suas et militiam auxiliariam amicabiliter petit, missis legatis nobilibus et sollempnibus. Lodewicus contemptibiliter et contumeliose negat utrumque. Legatis instantibus et multa pollicentibus ex parte regis, respondit, regem eorum esse mendacem; multa sibi sub fide promisisse et omnia mendose dissimulasse. Legati redeunt ad regem, qui tunc Herbipolim obsidebat, contemptumque Lodewici et contumelias per ordinem enarrant. Rex per principes ad vindicandam injuriam excitatur. Mittit tamen adhuc legatos alios, si forte responsum melius invenirent. Sed et illi sicut primi et recipiuntur et dimittuntur. Mittuntur tertii, qui vel responsum bonum reportent, vel Lodewico bellum denuntient. Quibus Lodewicus: 'Ah mi! rex vester me bello petere presumeret? Scitote, quod et istud sicut alia multa mentitur. Date manus. Juro sibi per fidem meam, quod omnia mendacia preterita dissimulabo, si solum istud mentitus non fuerit'. Legati renuntiant. Bellum paratur utrimque. Rex Romanorum Karolus ad 8000 virorum electorum habuit in exercitu, Lodewicus dux cum 20000 armatorum optimorum occurrit eidem. Unde rex congredi cum eo non presumens, tandem per principes mediatores ipsimet, scilicet rex et dux, cum paucissimis aliis conveniunt, exercitibus manentibus immotis. Rex multa pollicetur. Dux Lodewicus fidem vix tandem voluit adhibere. Igitur in concordiam veniunt. Lodewicus regi ducatum et auxilia non tantum per terras suas, sed et in Romam usque pollicetur**.

Octavo anno regni sui Karolus rex cum Lodewico duce Bajoarie Romam perveniunt. Ro- 1355.
manis eis occurrentibus extra urbem, ut cum gloria per eos reciperetur, rex per aliam portam cum paucis urbem subintravit. In die sancto pasche per cardinalem[f] imperiali corona sublima-

* Henricus comes de Darben — macularunt *ap. Corn. p. 1088. 4. ann. Kar., sed falso* sec. chron. Saxon. ** Karolus Romam petere — pollicetur *ap. Corn. p. 1096., falso* sec. chron. Saxon., *verbis aliquot mutatis vel additis.*

[a] Padeborne 2. [b] s *e corr.* 1. [c] et *bis scriptum in* 1. [d] Zozatum. 2. [e] Joh. *in* 1. *ex corr. man.* 1* *in rasura.* [f] Ostiensem *add. Corn.*

[1] Hodie audit 'die Sende', etiam 'die Lippspringer Haide'. [2] hodie Wünnenberg 'im Sentfelde'.

tur [1]. Et post statim quasi venaturus elapsus ex urbe, totam Romanorum intentionem de privilegiis suis innovandis per eum tollit et frustratur*. In hac via dominis Vicecomitibus Mediolani perpetuam imperii vicariam ibidem aurea bulla confirmavit. Item hoc anno rebellio Marcomannorum contra principem suum per tam singularem et in partibus illis novam et inauditam prius proditionem jam per annos octo vel quasi grassata et, ut dictum est, turpiter agitata, quiescit, omnibus bene reformatis et ad concordiam pacemque revocatis. Lodewicus sane Marchiam totam germano suo Romulo, futuro sicut credebatur regi Polonie, contradidit hereditarie et perpetuo possidendam, Karolo rege Romanorum adnitente, Bajoariam et Charinthyam [a] ipse sibi reservans. Karolus imperator de Marchia Brandenburgensi Romulum sollempniter infeodat. Terra tota gaudenter et prompte recipit eum ut dominum suum, prestando sibi desideranter homagium et juramentum fidelitatis. Item hoc anno Henricus de Brunswic, filius Alberti ducis, per multos jam annos prophanus et invasor episcopatus Hildensemensis, per papam Innocentium VI. absolvitur a sententia excommunicationis et vinculo quocumque [b] sibi per papas plures inflicto, et non sine notabili bonorum hominum quam plurimorum et clericorum et laycorum scandalo, sollempniter episcopus pronuntiatur, datis, ut dicitur, in cameram pape 22000 scutatorum aureorum. Iste Henricus juvenis, Ottone de Waldenberch episcopo potente et victorioso adhuc vivente, sed jam senio pregravato multaque propter hoc dissimulante, dictum episcopatum semper ambiens, tumultus et commotiones in terra multas excitavit. Episcopus autem castrum ecclesie Waldenberch, ut quiesceret, eidem Henrico contradidit, per hoc paci dyocesis et tranquillitati cupiens providere. Sed hoc non pacis, ut episcopus speraverat, immo magis multorum seminarium exstitit disturbiorum. Quia non diu post episcopus moritur [2]. Henricus de castro Woldenberch episcopatum per vim obtinere nititur. Capitulum ad providendum sibi de episcopo congregatur. Provisio tandem quatuor canonicis, scilicet Hermanno de Werberge [c] [3] decano, Lyppoldo de Stokhem [d] archydiacono Goslariensi, Syfrido de Quernvorde [4] archidiacono civitatis, et Ottoni de Eversten [e] scolastico, Henrico quoque predicto de Brunswic committitur. Per tres igitur ex illis, scilicet per Hermannum, Syfridum, Ottonem et per se ipsum Henricus eligitur. Lyppoldus autem de Stokhem sic artatus dixit: 'Et ego, cum non possim aliud, in nomine dyaboli nomino similiter eundem'. Electione sic celebrata et pronuntiata, decretum Moguntiam mittitur, electionis et electi confirmatio petitur, et sede Moguntina vacante, per majoris ecclesie capitulum confirmatur. Ecclesia Hildensemensis cum opidis, castris et munitionibus per sic electum et confirmatum invaditur et tenetur annis multis violenter occupata. Interea deducitur ad papam Johannem, Hildensemensem episcopum esse defunctum. Qui, quia provisio pertinebat ad curiam, Ericum juvenem nobilem, filium comitis de Scowenborch [f], episcopum substituit eidem. Cum enim olim, episcopo Hildensemensi Henrico in curia mortuo, secundum ecclesie cursum antiquum ad sedem apostolicam esset provisio episcopatus Hildensemensis devoluta, capitulum Hildensemense dictum Ottonem de Waldenberch, electum a se et sibi multum profuturum, designans pape [g], cum precibus humilibus obtulit, supplicans, quod electionem eorum de Ottone dicto pro tunc admitteret, et jus, quod habebat ecclesia Romana pro illo, qui substituendus esset, Ottoni reservaret. Papa concessit. Et sic secundum antiquum ecclesie cursum,

* Karolus rex cum — frustratur *ap. Corn. p. 1096. 7. ann. Kar. in fine, sed aliquot verbis mutatis.*

[a] Carinthiam 2. [b] quibuscumque 1. 2. [c] Werberghe 2. [d] Stockhem 2. [e] Everstein 2. [f] Schowenborch 2. [g] *ita 1. verba distinguit.*

[1] d. 5. April. a. 1355. per cardinalem Petrum de Bertrand. [2] Anno 1331. [3] Warburg. [4] Querfurt.

Ottone mortuo, ecclesie Hildensemensi de Erico predicto providit. Ericus igitur Hildensemensis episcopus, faventibus sibi civibus Hildensemensibus, urbem ipsam potenter ingreditur. Sed tandem, eisdem eundem se prodentibus, exturbatur. Cum Henrico tum multis annis varia dubiaque sorte preliatur. Demum[a] in pestilentia communi rebus humanis eximitur [1], et Henricus de Brunswic ab adversario liberatur. Inter hec autem ecclesiasticorum illius ecclesie quidam curie Romane devotius obediebant, quidam autem contempnebant, omnia divina prophanantes. Henricus obedientes persequitur, affligit, rebus omnibus exspoliat et omnimodis ledere satagit et gravare. Abbates obedientes deponit, profanos substituit, canonicos ecclesiarum et majoris et aliarum obedientes eicit, plebanos et clericos parrochiales de beneficiis exturbat, profanis substitutis. Quibus omnibus sic crudeliter et miserabiliter contra pios per multos annos enormiter actis, Henricus, ut dictum est, episcopus Hildensemensis pronuntiatur. Qui obedierant, in nullo sublevantur, prophani sine pena quacumque simul omnes absolvuntur*, sic quod dicitur, in majori ecclesia Hildensemensi una canonicarum horarum in una medietate sua dicta fuisse a prophanis, et quantum ad aliam sui medietatem ab illis eisdem sine interruptione, proch pudor! absolutis completa. Nullam gratiam obedientes, et nec penam nec verecundiam quamcumque contemptores reportarunt [2].

Et nota, quod annus iste Karoli regis, scilicet octavus, fuit annus ab origine mundi 5317., ab egressu Noe de archa 3661., a nativitate Abrahe 3369., a principio regni David 2427., ab exterminio regni Judeorum jam facto et principio etatis quinte 1944., ab incarnatione filii Dei 1355., ab excidio Troye 2533., a conditione Urbis 2107., a primo anno prime Olimpiadis 2125. vel circiter[b], a translatione imperii in Theutonicos per Karolum Magnum 555., Eduardi[c] regis Anglorum incliti 30., Johannis regis Francorum 10., pontificatus Innocentii VI. 4. Et hec omnia juxta numerum minorem, quem in hac tota serie secutus sum. Porro secundum majorem numerum ex antiqua translatione cf. Vinc. 32, 105.
sumptum, de quo supra circa principium etatis istius sexte dictum est, anni multo plures inveniuntur. In hoc igitur anno, largitori bonorum omnium Deo gratias agens immensas, huic operi meo fessus finem impono. Nam ea, que de temporibus ab exordio mundi memorabilioribus utcumque per me collecta sunt, non quidem continue progrediendo, sed crebris interdum saltibus subvolando, et sic ultra perveniendo, summatim ad annum hunc usque, Domino cooperante, perduxi. Nec satis moveor, quod hec ipsa, priusquam in publicum ea legenda contraderem, fuerint per magistrum quendam in theologya ruditer extracta verecundeque corrupta, reputans apud me, quod forte tandem 'movebit cornicula risum furtivis nudata coloribus', ut dicit Horatius epistola Hor. ep. I, 3, 19.
tertia[d]. Residuum tempus etatis istius sexte soli Deo notum est. Non enim est hominis, nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate. Continuabitur tamen usque in finem mundi. Interim autem in hoc mundo visibili boni cum malis simul exercebuntur; sicut in agro non tantum triticum, sed et zizania, et in mari pisces omnis generis inveniuntur; quousque messor colligat zizania fasciculos ad comburendum, triticum autem in horreum congreget, et per sagenam extracti de mari pisces boni quidem eligantur in vasa, mali vero foras mittantur. Frater Vincentius dicit sic: Interim florentes mali persecuntur bonos, et boni tolerant malos; et cum illi nequiter, isti laudabiliter vivant, utrique tamen communiter temporalia bona participant, necnon et ecclesie sacramenta. Et inter hec, ut ait Salomon, nescit homo, utrum odio vel amore Eccl. 9.
dignus sit, sed omnia permixta sunt et confusa, donec appareat ventilator impiorum, rex sapiens,

* Henricus de Brunswic. fil. Alb. — absolvuntur *ap. Corn. p. 1094. 7. ann. Kar.*

[a] *e corr.* 1. [b] *Verba* 2125 v. c. *in* 1. *ex correct. man.* 1*. *in loco raso vel vacuo relicto.* [c] Eduwardi 2. [d] *e corr.* 1.

[1] a. 1348. [2] Cf. cum Henrici narratis J. B. Lauenstein, Hildesheimische Kirchen- u. Reformationshistorie I, 95 sqq.

qui granum a palea separabit. Etas autem septima, que animarum quiescentium est et ab ascensione Domini, janua quietis aperta, initium habuit, usque in presens una cum etate sexta decurrit, sed et deinceps usque in finem mundi simul cum ista protenditur. Porro defunctorum anime quedam in inferno cum dyabolo cruciantur, donec, resumptis corporibus, duplici contritione conterantur. Quedam autem igne purgatorio dealbantur, ut stolam primam accipientes beata requie perfruantur. Quedam vero, mox post separationem a corpore prima stola feliciter decorate, jam illa requie et visione intuitiva et faciali et beatifica gratulantur, secundam spe secura prestolantes. Et etas hec septima quidem etiam in fine mundi non habebit finem, quia requies animarum sanctarum interminabilis est. Sed ab octava resurgentium etate suscipietur.
II, 2. Ideoque in Genesi septima dies non habere vesperam invenitur. Tunc enim, secundum Augu-
II, p. 741. stinum in fine libri de civitate Dei, tamquam in die septimo requiescet Dominus et nos in se faciet requiescere. Et hoc erit sabbatum nostrum. Cujus finis non erit vespere, sed dies dominicus velut octavus, eternus, Cristi resurrectioni[a] sacratus, eternam non solum spiritus, verum etiam corporis requiem prefigurans. Ibi sabbatizabimus et videbimus; videbimus et amabimus, et laudabimus, et beata jocunditate feliciter affluemus. Istud erit vere maximum sabbatum, non habens vesperam, quia vacabimus in eternum, videntes, quia ipse est Deus, quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. Ecce quid erit in fine sine fine. Nam quis alius noster est finis, nisi pervenire ad regnum, cujus nullus est finis? Ad claudendum autem totum hoc opus iterum utar verbis Augustini. Et primo in sermone de assumptione beate Virginis: Si dixi ut debui, approba Criste, tu et tui; si non dixi ut debui, vel dixi ut non debui, ignosce,
II, p. 741. Criste, tu et tui! Secundo in fine 22. libri de civitate Dei: Quibus parum vel quibus nimium est, quod dixi, michi ignoscant; quibus autem satis est, non michi, sed mecum gratias[b] congratulantes agant[c] Deo, qui est super omnia sublimis, gloriosus et benedictus in omnia secula seculorum. Amen.

Tertia[d] pars libri de temporibus memorabilioribus continens etatem sextam, et per consequens totus liber explicit. Benedictus sit filius Dei. Amen[e].

---

Postquam opus hoc de temporibus memorabilioribus, auxiliante Deo, largitore bonorum omnium, utcumque jam exegeram, nimiumque diuque mecum tacitus et sollicitus anxia cogitatione pertractavi, an ipsum in publicum lucemque contraderem omnibus, si qui vellent, vel paucis certe, vel nulli, vel uni delegendum, et pluribus utique rodendum et atterendum,
Sat. 1, 2. sicut et Persius satyra sua prima dixit: 'Quis leget hec? Num tu? Nemo, Hercule. Nemo? Vel duo, vel tres, vel nemo'; an in totum negligens[f] ipsum tamquam abortivum de vulva vix eductum mox ad tumulum transferrem sepeliendum et oculis humanis, quasi non esset omnino, subducendum; cottidieque, sicut dies et noctes labant et se iterum reciprocant, instabilis dubiusque, nec in illo, nunc unum, nunc aliud, nunc neutrum, nunc utrumque, si fieri posset, et velle et nolle michi videbar, sciens, quod non tantum timor humilians indiscrete, sed et amor impu-
ps. 79, 17. denter inflammans increpationem sententie divine merentur, secundum illud psalmiste: 'Incensa igni et suffossa ab increpatione vultus tui peribunt'. Sicque fluctuabam, trahebar et retrahebar, donec ecce subito, quasi radio quodam pre fulgore corde percussus, et ab uno et ab alio de-

[a] per Cristi resurrectionem 2. [b] agant illi *hoc loco margini adscript. in* 2. [c] *hic lacuna per rasuram in* 1., *vocabulo* agant *ut videtur eraso.* [d] *Omnia sequentia desunt in* 4. [e] *Nunc sequitur in* 1. 2: Tabula secunde partis etatis sexte; *cujus finis una cum epilogo sequenti deest in* 1. [f] negliens 2.

flectebar, placuitque nec hac nec illa progredi via, sed tertia lime correctionique vel potius examinationi vel probationi dijudicandum librum ipsum exponere, quatenus sic judicio non meo sed disquisitoris et critici[a] stetve cadatve sui. Vobis igitur, pater reverende N et N et N et N, opus dictum examinandum, elimandum, clarificandum et approbandum offero, querens, ut illustratione vestra, sicut a sole; luna refulgeat, et approbatione robur, durationem et auctoritatem acquirat.

Explicit.

Memoria memor ero mirabilium in hoc opere per vos tam eleganter compactorum et ad elimandum michi traditorum, et hinc tabescet, hinc autem in me delectabitur anima mea. Tabescet quidem, cum tot et tanta in unum tam exacte coacta pensitavero. Delectabitur autem, cum ad opus ipsum intravero, tamquam ad paradisum benedictionis, tamquam ad agrum plenum, cui benedixit Dominus, tamquam ad gennialem campum, omni florum varietate distinctum, vernantem et ridentem, de quo quilibet cuilibet vel rosam vel violam vel lilium vel jacinctum vel crocum vel florem quemlibet alium ad sui jocundationem et solatium ungue cordis sui deligat complacenter, et tamquam ad mensam philosophicam et apothecam pigmentariam hinc omnis generis grata ferculorum diversitate, hinc pigmentorum omnium debriante suavitate plenam et refertissimam, de cujus plenitudine quilibet secundum exigentiam sui cursus accipiat sufficienter. Ibi enim theologus invenit quod contempletur, methaphisicus quo quodlibet per eum ordinetur, mathematicus ad quod elevetur, phisicus vel naturalis quod admiretur, loycus quo ratiocinetur, moralis quo reguletur, medicus quo reputetur, poeta quo delectet et delectetur, et in universis quilibet quo contentetur, ut de ipso dicatur illud: 'De cujus plenitudine omnes accepimus gratiose'. Igitur sicut 'lustrans universa in circuitu pergit spiritus, gyrat per meridiem Eccl. 1, 5. et flectitur ad aquilonem, et in circulos suos revertitur', Ecclesiast. primo: sic operis istius partes singulas lustrando, circuiens, et nunc ad unam gyrans, nunc ad aliam deflectens, et in circulos suos quasi in id ipsum sepenumero revertens, nilque non laudabile, ymmo singula et omnia singulariter extollenda reperiens, ipsum quasi quibusdam desiderii mei brachiis amplector et offero digne legendum et studiosius frequentandum universis. Cujus utique relationes singule quasi stelle jocunde fulgebunt in perpetuas eternitates.

Explicit.

[a] cretici 2.

# II. INDEX RERUM.

Numerus paginam significat.

## A.


Aaron princ. Sarracenorum 38. 40. 41.
Abaalardus, Petr. 153.
Abagarus rex Edissae 162.
Abdara rex Sarracenorum 79.
Abdella legatus reg. Persarum 41.
Abdyrama rex Sarracenorum 12.
Abel, frat. Erici reg. Danorum 76. rex Danorum 193.
Abelinus episc. Aldenburgensis 158.
Abenstede locus 150.
Abodritae, Abotriti, Obotriti 37. 41. 42. 76. 86. 136. 137. 158. 159. duces: Drasko, Godelandus.
Abraham patriarcha 289.
Abricatensis episc. Aucbertus 11.
Absymarus, qui et Thyberius, imp. 9. 10.
Abymelech princ. Arabum 7.
Accaron 129. 159. 169. cf. Achon.
Acheron 121.
Achilleus episc. Alexandrinus 36.
Achivi 262.
Achylles heros 238.
Acon, Achon 127. 129. 170. 171. 175. 184. 185. 188. 194. 203. 213.
Actium 170.
Adalanus, Adalinus, fil. Sytrici regis 77.
Adalhardus v. Adelhadus.
Adalwyda, Adelheyde, ux. Lotharii regis 80. ux. Ottonis I. imp. 81.
Adama civitas 26.
Addua, *Adda* 166.
Adelbero, Adalbero, episc. Metensis 80. 83.
Adalbero, Adelbertus, episc. Wormatiensis 115. 118. 120.
Adelbero episc. Wirziburgensis 118.
S. Adelberti corp. 60.
Adelbertus rex Italiae, fil. Bereng. 80—82.
Adelbertus dux de Babenberge 71—74.
Adelbertus marchio Ital. 68.
Adelbertus, marchio oriental. Sclavorum, cognom. Ursus 86. 104. 137.
Adelbertus comes 133.
Adelbertus com. de Elsenzgau 105.
Adelbertus archiep. Bremensis 114. 115. 117.
S. Adelbertus I. archiep. Magdeburgensis 84. 88.
S. Adelbertus, Albertus, episc. Pragensis 87. 97. cf. Witheth.
Adelbertus episc. Ultrajectensis 98.
Adelboldus episc. Wiziburgensis 91.
Adelgerus, Adelgysus, fil. Desiderii reg. Lombard. 25. 34.
Adelgysus dux Beneventanus 63.
Adelgysus v. Adelgerus.
Adelhadus, Adelhardus, Adalhardus, abb. Corbeyensis 43. 51.
Adelheyde v. Adalwyda.
Adelingya monast. 62. abb. Johannes Saxo.
Adelstanus v. Edelstanus.
Aderna, *Eder* 30.
Ado comes Corbejensis 138.
Adolfus cf. Adulfus.
Adolfus com. de Nassov, imp. Rom. 213—217.
Adolfus archiep. Colon. 147. 156. 172. 173.
Adolfus I. com. de Altena 147. 148.
Adolfus II. com. de Altena 147. 156.
Adolfus comes Boloniae, fil. Baldwini Ferr. 62.
Adolfus I. com. de Marka 147. 156. 186. 187.
Adolfus II. com. de Marka 147. 266. 267.
Adolfus com. de Monte 212.
Adolfus I. com. de Schowenb. 86. 136. 137.
Adolfus II. com. de Schowenborch 137. 138. 158. 160.
Adolfus, avus S. Waldgeri, secretar. Wedekindi reg. Sax. 50.
Adramium 13.
Adrianus I. papa 20. 24. 25. 31. 33. 35. 37.
S. Adrianus II. papa 61. 62. corp. 87.
Adrianus III. papa 66.
Adrianus IV. papa 151. 153. 157. 158. 161.
Adrianus V. papa 208.
Adulfus rex Anglorum 56.
Aegidius v. Egydius.
Aegyptus v. Egyptus.
Aelez, mater S. Bernardi 141.
Afflet daemoniacus 60.
Africa, Affrica 7. 9. 15. 34. 55. 71. 77. 202. 203. Affricanae partes 203.
Agabia 27.
Agapitus II. papa 80. 81.
Agapitus III. papa 93.
Agareni 53. 88.
Agaris *(leg. Agatis)* urbs Gothiae 12.
Agenna, Agennum, urbs Aquitaniae 20. 27.
Aginensis pagus 53.
S. Agnetis fest. 208.
Agnes imp., ux. Henrici III. imp. 104. 105. 107. 111—113. 116. 119.
Agnes, soror Henrici V. imp. 119. 155.
Agnes, ux. Henrici fil. Henrici Leon. 160.
Agnes, ux. marchionis Woldemari Brandenb. 273.
Agnulfus haeresiarcha (Silv. IV. papa) 141.
Agonensis episcopatus 199.
Agripinensis episcop. = Coloniensis 101.
Agrippa, frat. Neronis imp. 46.
Aha fluv., *Aa* 50.
Ahus, *Ahaus* 147. 212.
Alandaluf terra 26.
Alani 26.
Alania 14. 189.
Alapia 162.
Alara fluv., *Aller* 43.
Alba = Mediolanum 166.
Albanum 158. Albanensis episcopat. 55. Albanus episcopus 133. Adrianus.
S. Albanus 35. eccl. Moguntiae.
Albericus de nat. deorum 4.

Albericus abb. Cistercii 127.
Albericus marchio 73.
Albericus princeps, pat. Johannis XII. papae 81.
Albertus cf. Adelbertus.
Albertus dux Austriae, imp. Roman. 213. 216—227.
Albertus dux de Brunswic 198.
Albertus jun. dux Brunswicensis 218. 288.
Albertus marchio de Bajoaria 157.
Albertus marchio de Ballenstede 111.
Albertus episc. Leodiensis 171. 172.
Albertus Magnus, episc. Ratisbonensis, Theutonicus 195—197. 201. 203. 209.
Albertus Januensis, mag. ord. praed. 219.
Albertus haeresiarcha 141.
Albia, Albya, *Elbe* 26. 30—33. 37. 41—43. 47. 57. 157.
Albigenses 177. 180. 186. 187. 200.
Albinus v. Alcquinus.
Albinus episc. Cathalaunensis 58.
Albio, Albyo, Saxo 32.
Albo, Saxo 8.
Albwinus rex Lombard. 7. 21.
Albwinus miles 63.
Alcander 91.
Alchoranus 185.
Alcquinus, Albinus, Alcwynus, Alquinus, mag. Karoli M. 34. 39.
Aldenberch, Aldenborch *in Westphalia* 147. 148.
Aldenborch, *Oldenburg in Holsatia* 86. 157. 158. Aldenburgensis eccles. 86. 157. episcopi 158.
Aldenhervorde monast. 50. abbat. Suala.
Alemanni 12. 30. 41. 69. 72. 80. 120. 123. 240.
Alemannia, Alamannia 18. 46. 53. 65. 67. 69. 72. 73. 75. 79. 81. 100. 119. 131. 133. 146. 154. 240. 261. 283.
Alenconnensis comitatus 186.
S. Alexander, fil. S. Felicitatis 37.
Alexander II. papa 114. 115. 118. 167.
Alexander III. papa 162. 164. 167.
Alexander IV. papa 194. 197—199. 209.
Alexander Magnus 145.
Alexander imp. Constant. 41.
Alexandria 13. 27. 128. episc. Achilleus.
Alexandria in Italia 162. 164. 233. 234.
Alexius imp. Constantinop. 67. 133.
Alfonsus imp. Hyspaniae 131.
Alfonsus X. rex Castellae 194. 195.
Alfridus episc. Hiltineshemensis 56.
Algmare, Alcmare, *Alkmaar* 149. 150.
Alheydis, sor. Hermanni de Arnsberch 150.
Alheydis comitissa Holland. 177.
Aligenora, ux. Reynoldi com. Gelriae 235. 252.
Alkabitius 283.
Almaricus v. Amalricus.
Alpes 46. 120. 139. 179. 234.
Alpeydis, Alpyadis, pellex Pipini II. maj. dom. 9. 12.
Alquinus v. Alcquinus.
Alredus archiepisc. Eboracensis 116.
Alsatia, *Elsass* 73. 75. 79. 134.
Altaha, *Altaich* 114.
Altena 147. 148. 156. 186. 208.
Altimurium urbs 12.
Altmona fluv., *Altmühl* 35.
Altumajor rex Cordubae 28.
Alzo Curtus 79.
Amalarius 53.
Amalricus, Almaricus, haereticus 178. 181.
Amalricus com. Montisfortis 186.
Amalricus, Almaricus, com. Montisfortis 200. 208.
Amalswinus, Amalswynus, aulicus 32. 33.
Amampuriae 199.
S. Amantii corp. 87.
S. Amatus 7.
Ambianum, Ambianis, *Amiens* 66. episc. Yesse, S. Salvius.
S. Ambrosius 5. 101. Ambrosianum officium 167.
Ambulabat elephas 40.
Amelianum urbs 59. Amilianum 199.
Amelinghesborne, *Amelunxborn* 150.
SS. Amicus et Amelius 24. eccl. Aquis Salviis.
Amimurlim, qui et Aaron, v. Aaron.
Amphul rex Galliciae 124.
Anacletus II. papa 148. 149.
Anacreon de nat. deorum 4.
Anania, Anagnia, *Anagni* 70. 162. 197. 198. 219. episc. Stephanus.
Anastasia, mat. Justiniani II. imp. 7.
S. Anastasii monach. et mart. cap. 118. monaster. 153. 162.
Anastasius III. papa 72. 157.
Anastasius IV. papa 151. 153.
Anastasius II., qui et Arthemius, imp. 12—14.
S. Anastasius episc. 17. 56.
Anastasius presbyt. et pat. Constant. 14.
Andegavia, *Anjou* 198. Andegavensis comitatus 186. com. Karolus, Fulco, Robertus.
Andegavis, *Angers* 52. 57. 58. 187. episc. S. Maurilio.
Andelahense coenob., *Andelau in Alsatia* 67.
Andernacum v. Andrinacum.
S. Andreas 126. 184. capell. Parisius 204. coenob. in Monte Soracte 18.
Andreas episc. Trajectensis 150.
S. Andregisilus, Wandragisilus 7. 8.
Andrinacum, Andernacum, *Andernach* 165. 168.
Anehald, *Anhalt* 80.
Anesus fluv., *Ens* 35.
Anfridus com. Bracuspantium, episc. Ultrajectensis 93.
Angari, *Engern* 26. 31. 32. 34. 37. 72. 78. 81. reges: Widekindus. Thydericus.
Angaria, Angara, Engheren 31. 34. 78. 136. 146. 158. 168.
S. Angeli castr. Romae 83. 85. 88. 90.
Angelonius 53.
Angli 7. 8. 10. 16. 17. 20. 33. 34. 45. 56. 60. 63. 76. 77. 82. 101. 115. 252. 254. 269. 289.
Anglia 6. 7. 9. 50. 56. 62. 63. 64. 76. 77. 81. 82. 103. 105. 113. 115. 116. 125—127. 138. 154. 157. 160—163. 168. 169. 171. 174. 179. 180. 187. 188. 189. 194. 195. 198. 199. 200. 208. 216. 235. 239. 252. 254. 258—260. 262. 263. 268. 286.
Anglicani 221. Anglicana lingua 62. Anglicanum bellum 203.
Anglici 200. 263. 286. 287.
Angra *(leg. Augia)* insula 53.
Angysbertus abb. monast. s. Rycharii 36.
S. Aniani fest. 95. eccl. Aurelianis 183.
Anno archiep. Colon., praepos. Goslar. 110. 111. 113—115. 117—119.
S. Anscarius, Anscharius, archiep. Hammenburg. et Bremensis 47. 48. 57. 86.
Ansegysus, pat. Pypini II. 7. 12.
Ansegysus archiep. Senonensis 63.
Ansegysus abb. Lobiensis 53.
Anselmus abb. Beccensis monast. et archiep. Cantuar. 123.
Anselmus episc. Laudunensis 89.
Anselmus episc. Lucanus 114. 122.
Anselmus de Rybodimonte 127.

Anselmus abb. S. Vincentii et episc. Tornacensis 154.
Ansprandus dux Taurinensis 11. 13. ux. Theodorada, fil. Luitprandus, filia Aurona.
Antarados 175.
Anthiochia, Antyochia, Anthyochena civitas 23. 124. 127—130. 141. 162. 163. 169. 170. 203; eccles. s. Petri; s. Mariae; concil. 140. patriarchatus 186. episc. Deodatus, Theophilus.
Antisiodorum, *Auxerre* 65. Antisiodorensis pagus 54. Antisiodorenses 65.
Antisyoro rex 30.
S. Antonii monast. Lugduni 65.
S. Antonius de Padua 187.
S. Antonius, locus 187.
Antyochus rex 128. 218.
Antysiodor. v. Antisiodor.
Anvorde 161.
Any civitas 186.
Apollo 6.
Apollonia 189.
Ad SS. Apostolos monaster. Coloniae 101.
Apulia 45. 67. 71. 73. 87. 101. 108. 109. 118. 121. 123. 127. 133. 149. 155. 156. 170. 172. 174. 178. 189. 193. 194. 200. 203. 209.
Aquae, Aquensis urbs, *Aix* 18. 22.
Aquae Salviae 24. 153. eccl. S. Anastasii.
Aquae, Aquensis urbs, Aquisgranum, *Achen* 26. 30. 36. 37. 42—47. 49. 53. 66. 78. 82—84. 87. 94. 95. 98. 105. 109. 117. 126. 129. 134. 146. 156. 162. 168. 170. 173. 179. 180. 184. 192. 197. 209. 214. 216. 226. 245. 275. 277. eccl. S. Mariae, S. Jacobi; clerus 47; cives 47. Aquenses 276. Aquense concilium 43.
Aquilegia, Aquilegya 53. 80. 120. 146. Aquilegiensis patriarcha 110. 146.
Aquina marcia 133.
Aquino, comes de 204.
Aquitania, Equitania 12. 15. 16. 19. 20—23. 31. 41—43. 48. 49. 54. 119. 127. 140. 188. 199. dux Eudo; reges Lodewicus, Pipinus.
Arabes 7. 9. 19. 27. 127. Arabici 115.
Aragysus dux Benevent. 33. fil. Grimoaldus, Rumoldus.
Araldus rex Danorum 83.
Araldus, Aroldus, rex Anglorum 115. 116.
Araldus cf. Aroldus, Haroldus.
Arastagnus rex Britann. 27. 29.
Arath, Ararath 159. 162. 186.
Archas oppid. 175.
Ardania 30.
Arduenna 67.
Are 168.
Arelas, *Arles* 17. 30. 43. com. Hugo.
Aretium, *Arezzo* 139. 208. Aretinus episc. Sciarra Colonna 245.
Argentina, Argentinum, *Strassburg* 194. 201. 219. Argentinens. episcop. 230.
Argentomagum, *Argentan in Normannia* 22.
Ariperth, Aryperth, rex Lombard., fil. Regumberti duc. 11. 13.
Ariston Jerosolimitanus episc. in Raceborg 158.
Aristotiles 106. 225. 245. libri 203.
Armengaldus, Armengandus, Blasii de Monte Pessulano 215. 224.
Armenii 128. Armeniaci 34. — Armenia 21. 170. 175. 186. 203.
Arnaldus de Bellanda 27.
Arnhem, *Arnheim* 235.
Arnoldus, Arnulphus, dux Bajoariae 72. 75. 77. 80.
Arnoldus de Brescia 153.
Arnoldus de Rothen 150.
Arnoldus de Villa nova 224.
Arnse lacus 52.
Arnulphus, Arnulfus, Arnolphus, imp. 64. 65. 67—71. 73—76. 108. fil. Lodewicus III.; filia Lutgarda.
Arnulfus, fil. Baldwini Ferr., com. Flandr. 62.
Arnolfus, Arnulfus, fil. Thyderici II. com. Holland. 87. 89. 90. ux. Lutgarda.
S. Arnulphus episc. Mettensis, pat. Ansegysi 12.
Arnulphus episc. Remensis 90.
Arnulphus episc. Wormatiensis 115.
Arnulphus cf. Arnoldus, Arnolfus.
Aroldus rex Noricorum 77. cf. Araldus.
Arragones 179. 187. — Arragonia, Arrogonia 176. 180. 199. 210. 211.
Arriani 108. Arrianum dogma 16.
Arseron urbs 189. 190.
Artarxersis Memnonis 92.
Arthemius v. Anastasius II. imp.
Arthemo quidam 218.
Aryperth v. Ariperth.
Ascalona, Ascalon 128. 153. 155. 169. 171.
Asia, Asya 12.
Aslon 221.
Asnede curtis, *Essen* 56. cf. Essonde.
Aspele 168.
Asplewide 212.
Assario, comes de 203.
Asseborch castrum 198. milites de Asseborch 198.
Assisini 192.
Astensis eccles. 195. Astenses 197.
Asturia 37.
Atalus 260.
Athalongus presbit. 18.
Athelwoldus, discip. S. Dunstanni 82.
Athenae 69. 167. 187. Athenienses 34.
Atrebatum, Attrebatum, *Arras* 66. comes 208. Attrebat. archidiac. Hanibaldus 243.
de Attenderne, *Attendorn*, Henricus 267.
Attiniacum, *Attigny* 32.
Atyla rex Hunorum 117.
Auebertus episc. Abricatensis 11.
Audacer, Audachus, com. Flandriae, fil. Ingelrammi 35. 60. fil. Baldwinus Ferreus.
S. Audoenus episc. Rothomagensis 7.
Augi comes 198.
Augia insula, *Reichenau* 16. 75. cf. Angra.
Augulani 127.
Augusta, Augusta Vindelica, Augusta Alemanniae, *Augsburg*. 33. 75. 80. 81. 85. 95. 123. 135. episc.: Ulricus, Brun, Henricus.
Augustinianus quidam 216.
S. Augustinus 3. 4. 99. 219. 290. ossa 15. brachium 99. libri 4. 39. ordo 120. 187. 255. regula 143. 177. 185. 209. eccl. Papiae 6. monaster. juxta Tycinens. urb. 34.
Augustudunense territorium 52.
Aulica, *Else* 35. 44. 49. episcopatus S. Petri.
Aurelianis, *Orleans* 65. 89. 91. 95. 187. eccl.: S. Aniani; Aurelianensis dioecesis 90. episc.: S. Cunibertus, Theodulfus.
Aurona, fil. Ansprandi reg. Lombard. 13.
Austrasia 79.
Austrasii 12. 33.
Austria 18. 157. 171. 184. 213. 217. 230. 237. 240.
Avares 22. 33. 38. 41. 67. Avari

36. principes: Yringhus, Thudun. cf. Huni.
Avaritia 168.
Avernia 119. Avernicus pagus 20.
Averrois 191. 215.
Avi 16.
Avicenna 191. 215. 224. 270.
Avinio, *Avignon* 12. 17. 187. 189. 232. 233. 245. 252. 254. 266. 273. 274. Avinionensis universitas 232, provincia 233, domus ord. praed. 233. Avinionenses 187.
Axa urbs 26.
Axona fluv., *Aisne* 87.
Aygolandus Africanus 26. 27.
Aymericus, fil. Stephani reg. Ungarorum 98.
Aymericus mag. ord. praed. 229.
Aysculphus, Haysculphus, rex Lombard. 20. 21.
Azimitae 108.
Azulphus, pat. Leonis IV. papae 36.

## B.

Babenberg, Babenberch, Bavenberg, *Bamberg* 71. 74. 82. 96. 98. 103. 107. 108. 173. Babenbergensis civitas 96, dux: Adelbertus; episcopatus 99; coenob.: S. Michaelis et Benedicti, S. Stephani; episc.: Everhardus, Swickerus, Guntherus, Hermannus; praepos.: Lutpoldus.
Babilon, Babylon 28. 53. 192. 203. 210. Babylonii 183.
Bacho princeps Tartarorum 189.
Baduradus episc. Paderbornensis 51. 59.
de Badwide, Henricus 137.
Bajoaria, Bayoaria, Bawaria 6. 13. 18. 21. 31. 33—35. 43. 45. 46. 48. 65. 67. 72. 75. 80. 81. 86. 112. 116. 118. 119. 130. 137. 147. 155—158. 168. 184. 192. 203. 220. 230. 258. 272. 273. 276. 282. 284. 287. 288. duces: Tassilo, Henricus, Theoperthus, Odilo, Gerardus, Arnoldus, Bertolfus, Naaman.
Bajoarii 12. 13. 22. 23. 33. 38. 67. 71. 72. 75. 77. 79. 80. 94. 104. 113. 114. 136. 173.
Bajona, *Bajonne* 26.
Baldricus script. hist. Jerusalemit. 4. 127.
Baldricus I. episc. Leodicensis 87.
Baldwinus I., frat. Godfridi duc. Lotharing. 127. rex Jerusal. 129. 141. 143.
Baldwinus II. rex Jerusal. 143. 145.
Baldwinus com. Flandriae, imp. Constantinop. 171. 174. 177.
Baldwinus Ferreus com. Flandriae, fil. Audacri 35. 60. 62. ux. Ethelwinda; fil. Arnulfus, Adolfus.
Baldwinus comes Flandr. 95. 96. 106.
Baldwinus com. Hannoniae 168. 171. 186.
Baldwinus com. Hollandiae 113.
Baldwinus com. Montensis 127.
Baldwinus com. 114. 115.
Baldwinus V. Insulanus 107. 111. 112.
Baldwinus miles de Genes 156.
Baldwinus 29.
Baldwinus archiep. Treverensis 226. 230. 275.
Ballenstede, *Ballenstädt* 111. Ballenstedenses comites 136.
Balticum mare 48. 86. 157.
Balvacensis v. Belvacensis.
Barbaria 27.
Barcinona, Barchinona 92. 234. comes de B. 176. 199. 224. conventus Barcinonensis 189.
Bardanius v. Philippus imp.
Bardegavenses 31.
Bardewic, Bardewik, Bardwic 6. 44. 86. 137. 160. 161. eccles. S. Petri.
Bardo archiep. Moguntinus 106.
Bare 215. Barenses cives 124. comes 193. 194.
S. Barnabas apost. 167.
S. Bartholomaeus apost. 41. 216. 262. corp. 42. ossa 88.
Bartholomaeus episc. Laudunensis 148.
Bartholomaeus comes 203.
Bartholomaeus 4.
Barum, Barrum, *Barlette in Apulia* 124.
Basceli 26.
Basilea, Basylea, *Basel* 43. 73. 113.
Basiliscus, legat. Haldefonsi reg. Gallic. 37.
S. Basilius 5.
Basilius imp. Constantinop. 41. 63.
Batua, *Bat-auwe, hodie Betuwe* 66.
Bausionensis vicus 58.
Bava daemoniacus quidam 60.
Bavarus quidam 218.
Bavenberg v. Babenberch.
Bawaria v. Bajoaria.
Bayanus princ. Bulgarium 83.
Beatrix de Burgundia, ux. Friderici I. imp. 45. 156. 163.
Beatrix, ux. Bonifacii march. Ital. 109. 110.
Beatrix, ux. Ottonis IV. imp. 174.
Beccense monasterium 123. abb. Anselmus.
Beda Venerabilis 9. 10. 16. 17. 34. 40. gesta s. hist. eccl. Anglor. 4. 9. 62. de tempor. 4.
Bedon villa 184.
Begardi 247.
Beghinae 247.
Beles rex Ungariae 168.
Belgica provincia 60.
Beligandus rex Sarracenorum 28. 29.
Belina 29.
ap. Bellismontem coenob. *Mortuum mare, Mortemar* 148.
Bellomontensis comitatus 186.
Belvacus, Balvac., *Beauvais* 120. 125. Belvacensis pagus 172, territorium 178, canonic. 197, conventus 197. eccl. S. Quintini.
S. Benedictus 12. 63. 78. 96. 135. 222. 223. vita 135; ordo 146. 150. 254. 265. coenob.: apud Cassinum castrum, s. Michaelis et Benedicti in Babenberg; eccl.: in monte Cassino; abbat.: in Magedeborch.
Benedictus III. papa 57.
Benedictus IV. papa 71.
Benedictus V. papa 83.
Benedictus VI. papa 85.
Benedictus VII. papa 86.
Benedictus VIII. papa 96. 97. 98. 100.
Benedictus IX. papa 96. 100. 104.
Benedictus X. papa 106. 112.
Benedictus XI. papa 219. 221. 222.
Benedictus XII. papa 256. 263. 265. 266.
Benedictus cardin. = Bonifacius VIII. papa 214. 215.
Benedictus abb. monast. SS. Petri et Pauli 16.
Benedictus, frater Sergii II papae 55.
Benedictus, pater Sergii III. papae 71.
Beneventum, Beneventana urbs 10. 33. 38. 41. 42. 55. 63. 73. 88. 93. 108. 119. Beneventani 88. Benev. ducatus 25, regio 62 fines 133; duces: Aragysus, Adelgysus.
Benno dux Saxoniae, fil. Hermanni 86. 136.
Benno episc. Aldenburgensis 158.
Berchkerken *prope Mindam* 42.
Berculfus v. Bertoldus.
Bereheleia villa 105.
Berenberch, *Dörnberg* (?) 279.

Berengarius I. rex Italiae 71. 72.
Berengarius II. rex Italiae 67. 71. 72.
Berengarius III. rex Italiae 71. 75. 76. 79.
Berengarius IV. rex Italiae 71. 79. 80. 82.
Berengarius haereticus 64. 107. 122. Turonensis 112.
Berengarius mag. ord. praed. 234.
S. Berga, mater Pipini 9.
Berghe 156.
Berithus civitas Syriae 23.
S. Bernardus 141. 148. 149. 151—154. 156. 164. 251.
Bernardus, nep. Karoli M., rex Ital. 43. 49.
Bernardus dux Saxoniae 86. 136.
Bernardus comes de Haldesleve 146. 150.
Bernardus com. de Raceborch 160.
Bernhardus, fil. comit. Thyderici 111.
Bernhardus de Horstmar 179.
Bernardus de Welepe 160.
Bernardus episc. Wormatiensis 43.
Bernardus abb. monast. S. Anast. 153. 154.
Bernardus mag. ord. praed. 221.
Bernhardus de Rupeforti ord. praed. 189.
Berno v. Bruno.
Bernow, praepositus de 211.
S. Bernwardus episc. Hildensemensis 95.
Bertha, Bertrada, Bertradis, regina, ux. Pipini, mater Karoli M. 20. 22. 32. 39.
Bertha, soror Karoli M., ux. Milonis 27.
Bertha, Berta, ux. Philippi reg. Franc. 113.
Berta, ux. Henrici IV. imp. 123. 126.
Bertharius 7.
Bertoaldus dux Saxonum 30.
Bertoldus, fil. Berengarii IV. reg. Ital. 80.
Bertoldus, al. Henoldus, rex Danor. 52.
Bertoldus, frat. Erkengeri ducis 73.
Bertoldus 138.
Bertoldus abb. de Luneborch 159.
Berculfus archiep. Treverensis 62.
Bertolfus dux Bajoar. 80.
Bertrada v. Bertha.
Beser v. Heser.
Bethlehem 129.
Bethsayda 184.
Bichelingen, *Beichlingen* 117.
Birca 47.
de Bisando, comitatus 199.
Biscanii 26.
de Bisuncio, Hugo 243.
Biterris v. Byterris.
Bitter miles, Bernardus 186. 209.
Bituricas, *Bourges* 20—22. 113.
Blandinus com. Avernici pagi 20.
Blanka, fil. Karoli IV. reg. Franc. 254.
Blanka, fil. Hildefonsi, ux. Lodew. XI. reg. Franc. 174.
Blankenberch 168.
Blankenborch monast. *in ducatu Oldenburg.* 215.
Blankenborch castr. 160.
Blankensten, Blankensteyn 147. 186. 208.
S. Blasius 158—160. eccl. Brunsw. 198.
Blavium, *Blaye* 29.
Blescensis *(Blois)* com. Stephanus 127. Theobaldus 138.
Blesensis mons 70.
Boamundus v. Boyamundus.
Bocholt *oppid. Westphaliae* 30.
Bodenwerdere 237.
Boderke villa 263. 277.
Boetius 6. de consolat. 4. 62.
Bohemi 52. 76. 94. 148. 157. 173. 219. 227. 238. 275.
Bohemia 41. 76. 95. 96. 103. 104. 119. 122. 126. 137. 157. 162. 170. 173. 199. 219. 220. 231. 257. 258. 260. 276.
Bolezlaus, frat. Wenezlai duc. Bohem. 76.
Bolizlaus dux Sclavor. 95. 96.
Bolonia comitatus 62.
Bona, ux. Johannis reg. Franc. 219.
S. Bonifacius, qui et Winifridus, Wynfridus, archiep. Moguntinus 13. 17—20. 25. 34. 49. 50. 184. dies 212.
S. Bonifacii monaster. = *Fulda* 78.
Bonifacius V. papa 53.
Bonifacius VI. papa 68. 70.
Bonifacius VII. papa 85. 88.
Bonifacius VIII. papa 39. 214. 216—222.
Bonifacius electus Taurinensis 197.
Bonifacius march. Ital. 109.
Bonefacius march. Montisferrati 179.
Bonomundus, pater Eugenii II. papae 52.
Bononia, *Bologna* 43. 121. 186. 187. 189. 197. 210. 216. 273. Bononiensis eccles. 121. episcop. 123. Bononienses 197.
Bonus anachorita 204.
de Book, Nycolaus 231. 232.
Borbonia, *Bourbon* 138.
Borchardus princ. in Suevia 72.
Borchardus de Scrapelo, archiepisc. Magdeburgensis 241. 243.
Borchardus episc. Misnensis 84.
S. Borchardus episc. Wirziburgensis 18. 19. 34.
Borchardus episc. Wormatiensis 96.
Borchardus praeposit. Brugensis 138.
Borchvelde v. Botvelden.
Bosnensis episc. Johannes 194.
Boso, frater uxoris Karoli Calv., Provinciae regulus 64. 65.
Boso episc. Merseburgensis 84.
Botvelden, Borchvelde, Potfelde *ad Bodam supra Quedlinburg* 110. 111.
Bovines 179.
Boyamundus, dux Apul., fil. Roberti Guisc. 127—129.
Brabantia 171. 179. 212. 215. 236. 252. Brabantini 147. cf. Bracuspantes.
Bracharensis pagus 112.
Bracuspantes 93.
Branchaleon de Bononia, senat. Rom. 197.
Brandenborch 74. 84. 157. 158. 160. 234. 272. episcop. Dodilo; Brandenburgensis marchio 94. 211. 226. 257. 272. 276. 284; marchionatus 237. 277. 288; principatus 275.
Braya castr. 171.
Bredenvord 147. 208. 209. 221. 224.
Brema 86. 117. 137. 266. Bremensis eccles. 57. 161; episcopatus 32. 44. 47. 160. 268; provincia 157. 184. episc. S. Anscarius, Adelbertus, Hartwicus.
Brena, *Brienne* 194.
Bria 174. 208.
Brisach v. Brysach.
Britanici 27.
Britanni 45.
Britannia 6. 9. 13. 16. 29. 33. 34. 53. 70. 113. 127. 162. 254. Britannicus oceanus 54; mare 57. 63. 157.
Britones 23. 43. 58.
Brixia, *Brescia* 58. 228. episc. Poppo 106. Brixienses 228.
Brixina Noricorum, *Brixen* 122.
Brizani 158.
Brucii v. Prucii.
Brugis, *Brügge* 148. 179. 216. eccl. S. Donatiani.
Brule, *Brühl* 168.
Brunesberch, *Brunsberg prope Höxter in Westphalia* 25.
Brunesthusen, Brunteshusen, *Brunshausen* 56.
Bruno, qui et Gregorius V. papa 90.

Bruno dux Saxon., fil. Ludolfi 32. 73. 74. 85.
Bruno com. Brunswicensis 103. 111. ux. Gysla de Werle.
Bruno I. archiep. Coloniensis et dux Lotharing., fil. Henrici I. 74. 80—82. 87.
Bruno II. archiep. Colon. 147. 156.
Bruno III. archiep. Colon. 147.
Bruno IV. archiep. Colon. 173.
Bruno archiep. Treverensis 133.
Brun episc. et mart. 96.
Brun, Bruno, episc. August. 95. 99. 101.
Bruno episc. Mindensis 104. 110.
Bruno episc. Suerinensis 158.
Bruno, Brun, episc. Tullensis 106. 108.
Bruno, Berno, abb. Cluniac. 68. 72.
S. Bruno Coloniensis, canon. Remensis, fundat. Carthusiae 123. 124. 143.
Brun, frater Hoholdi de Anehald 80.
Bruno de Warendorp 244.
Brunswic, Brunswich, *Braunschweig* 73. 138. 146. 147. 156. 158—161. 163. 173. 174. 198. 214. 218. 273. 288. eccl. S. Blasii 198. Brunswicenses duces 73, comes 103. 136, ducatus 198.
Brysach, Brisach, *Breisach* 79. 179.
Buco episcop. Halberstadensis 114.
Buconia silva prope Fuldam 17.
Bucu, *Bukoweck* 137.
Buda 209.
Bugia 27.
Bulgares 7. 23. 83. Bulgari 61. Bulgaria 10.
Bulgia 155.
Bunna, *Bonn* 66. 75. 134. 216. 220. 260. 270. 275. praeposit.: Bruno II. et IV. archiep. Coloniensis.
Burdegalia baronia 199.
Burdegalis, *Bordeaux* 29. 57. eccl. S. Severini.
Burdinus Hispanus (Greg. VIII. papa) 143.
Buren, *Büren* 287.
Burgethem 168.
Burgundia 16. 18. 21. 22. 27. 53. 67. 68. 70. 79. 83. 84. 100. 119. 127. 135. 143. 162. duces: Richardus, Gilbertus, Otto, Henricus. — Burgundiones 12. 67. 76. 84. 120.
Burgundio civ. Pysanus 154.
Byrra fluv. 19.
Byterris, Biterris, *Beziers* 199. Byterrensis urbs 26. 180. eccl. S. Jacobi.
Bythinia 170.
Byturicas v. Bituricas.
Byzantium = Roma nova 39.


## C.


Cabilo, *Chalons* 43. 49. episc. Walterius.
Cabphany 163.
Cadulus v. Chadelo.
S. Caecilia 184. corp. 52.
S. Caeciliae tit. card. presb. Symon 209. Johannes Tholez 210.
Caecina 260.
Caesaraugusta, *Sarragossa* 28. 29.
Caesarea 129. 190. 194.
Calabria 18. 67. 71. 73. 87. 88. 156. 169. 172. 183. 200. 203.
Calcedonense concilium 140.
Calethum, *Calais* 263.
Calinicus, Galinicus, patriarcha Constant. 8.
Calixtus, Kalixtus, II. papa 143—145.
Calvaria mons 40. 143. 159.
Calve 242.
Camene v. Kamene.
Cameracum, *Cambray* 66. episc. Gerhardus.
Campania 10. 15. 83. 118. 123. 143. 170. 171. 200. 204. 208.
Canonicus ordo 120.
Cantuaria, Conventuria, *Canterbury* 99. eccl. 163. archiep.: Dunstanus 80, Egelnotus 99, Stigandus 116, Lanfrancus 118, Anselmus 123, Edmundis 190, Robertus 204.
Canusium 120.
Canutus princ. Sclavorum 136.
Canutus princ. Sclavorum, fil. Henrici *(Erici)* reg. Danorum 137. 148.
Capadocia 186. 190.
Capelle, *Cappel haud procul ab Hattingen ad Ruhram* 209.
Capenbergh, Capenberch, *Kappenberg* 72. 209.
Capermons, *Kievermont*, *Chèvremont prope Leodium* 79.
Capharnaum 184.
Capitolium 123.
Capua 33. 200.
Carbonaria silva 81.
Carcasona 180. 186. 199.
Cardamus Bulgaris 35.
Carinthia, Carinthya, Charinthya 219. 257. 258. 268. 272. 276. 277. 284. — Carinthii 104. 157.
Carisiacum 17.
Carmelitarum ordo 207.
Carmelus 254.
Carmentis, mater Evandri 109.
Carnotus, *Chartres* 65. 93. episc.: Fulbertus, Yvo. Carnotense territorium 178.
Carthago 9.
Carthusya 124. Carthusiensis ordo 143.
Carus fluv., *le Cher* 87.
Casellum 179.
Caspiae portae 22.
Cassianus dom. Turcorum 128.
Cassinum 20. 111. Cassinum castrum 12. Cass. monasterium 109. 111. Cassinus mons 18. 63. coenob. et eccl. S. Benedicti; abb. Desiderius.
Castella, *Castilien* 172. 174. 193—195.
Castellani 26.
Castellanie in Provincia 198.
Castrilocus, *Mons* 96.
Catalaunum, Cathalaunum, *Chalons sur Marne* 58. episc. Albinus.
Cathalonia 199.
Cathacosius, satrapa Salahadini 171.
Cathania, Cathinensis civitas 162. 163.
Cayanus princ. Hunorum 32.
Cayphas 129. 194.
Celius mons 103.
Celius, fil. Demogorgontis 232.
Ceninghe 269.
Ceno papa 18. cf. Zeno.
Cenomannum, *Le Mans* 65. Cenomannensis comitatus 186. Cenomannia 199.
Centius, fil. praefecti Rom. 118.
Centumcellensis portus 53.
Cerinensis episcopus 123.
Cersona 9—11. 61.
de Cethano, Hanibaldus 243.
Chadelo, Chadhelo, Cadulus, episc. Parmensis 113. 114.
Chahera 163.
Charinthya v. Carinthia.
Chyntasindus v. Thiuchasindus 16.
Cinmianus imp. Constantinop. 133.
S. Ciriacus v. Cyriacus.
Cisterciensis ordo 76. cf. Cystertium.
Citzi, *Zeitz* 84. episc. Hugo.
S. Clara 198.

Clarovallis, Clarevallis, *Clairveaux* 141. 148. 153.
Clarusmons, Claromons, *Clermont en Auvergne* 126. 149. Claremontensis comitatus 186. Clarimontis comes 171, episcopus 286. Claromont. concil. a. 1095. 126.
Claudianus poeta 4.
Claudius, discip. Bedae Vener. 34.
S. Clemens I. papa 30. 286. corp. 61. dies 259. eccl. Rom. 8.
Clemens II. papa 100. 105.
Clemens III. papa 123—125. 129. 132. 169. 171.
Clemens IV. papa 193. 200. 201.
Clemens V. papa 221. 223. 224. 228. 229. 232. 233.
Clemens VI. papa 266. 275.
S. Clemens episc. Metensis 83.
S. Clementis tit. card. Reynerus = Paschalis II. papa 129.
Clemens monach. Ybernensis 34.
Clementia de Sycilia 252.
Clementina heresis 133.
Clodoveus I. rex Francorum 19.
Clodoveus II. rex Francorum 8.
S. Clolomannus, disc. S. Kyliani 9.
Cluniacum, *Clugny*, monast. 68. 135. 143. 146. abbates: Bruno, Odo, Pontius. Cluniacensis ecclesia 72, ordo 72.
de Clyvo, comes 194. 228.
Coaduwald rex Saxon. occident. 7.
de Cociaco, dominus 194.
Coelestinus II. papa 154.
Coelestinus III. papa 170—172.
Coelestinus IV. papa 167. 189.
Coelestinus V. papa 214. 215. 222. 223.
Coenred rex Merciorum 10. 11.
Colmannus dux Ungariorum 190.
Colonia, Colonia Agrippina, *Köln* 8. 12. 31. 32. 47. 57. 62. 64. 66. 80. 81. 95. 98. 101. 107. 111. 113. 123. 125. 132. 134. 143. 147. 164. 165. 168. 169. 170. 173. 177. 183. 196. 200—202. 212. 215. 220. Coloniensis archiepiscop. 40. 94. 101. 110. 161. 212. 220. 230. 252. 266. 270. 286; dioecesis 97. 248; provincia 184. 185; marscalcus 276. Colonienses 173. 202. 212. 220. — archiepp.: Hildogerus, Guntharius, Willebertus, Wygfridus, Bruno I., Heribertus, Peregrinus, Hermannus, Bruno II., Fridericus, Reynoldus, Bruno III., Adolfus, Enghelbertus I., Henricus I., Philippus, Bruno IV., Syfridus I., Conradus, Engelbertus II., Sifridus II., Wicboldus, Henricus II., Walrammus. — eccl. S. Petri; coenob.: S. Pantaleonis, ad SS. Apostolos; porta S. Severini.
de Columpna, domus 220. 221.
Comertiacum, *Commercy* 52.
Compendium, Karolopolis, *Compiegne* 22. 55. 64. reliqq. et eccles. SS. Cornelii et Cypriani.
Compostallanus archiepiscopus 145. 234.
Condoxani 157.
Confesteyn villa 35.
Confluentia, *Coblenz* 258.
Conigunda, Conigundis, Conegundis, ux. Henrici II. imp. 96. 98. cf. Cunihildis.
Coninberch, Conincperch, Coninebertus, rex Lombard. 8.
Cono dux 98.
Conradinus, fil. Conradi IV. 194. 199—201. 203.
Conradus I. rex 71—74.
Conradus II. imp. 70. 98—103. 105. 106.
Conradus III. imp. 137. 151—156. 250.
Conradus IV. imp. 194. 199. 203. Conradinus dictus 192.
Conradus, pater Conradi I. 72.
Conradus dux 80. 81.
Conradus, fil. Henrici IV. imp. 126. 129. 130.
Conradus dux, fil. Friderici I. imp. 156.
Conradus com. de Eversten 197.
Conradus archiep. Coloniensis 197.
S. Conradus episc. Constantiensis 156.
Conradus episc. Lubicensis 158. 159.
Conradus I. episc. Monasteriensis, com. de Monte 225.
Conradus abb. de Corbeya 160.
Constantia, *Constanz, Costnitz* 179. Constantiensis synodus 104; episcopus 133. episc.: Sydonius, Johannes, Gerhardus, Conradus.
Constantia, ux. Roberti reg. Francorum 90.
Constantia, ux. Henrici VI. imp. 133. 156. 169. 172.
Constantia, ux. Petri III. reg. Arragon. 210.
Constantiniana ecclesia Romae 36. 180.
Constantinopolis 7. 9—14. 20. 32. 35—37. 40. 41. 43. 45. 64. 65. 77. 85. 88. 103. 108. 109. 111. 128. 155. 159. 164. 165. 174. 177. 199. Constantinopolitana ecclesia 108; regio 90; urbs 120. Constantinopolitani 108; murus Blachernarum 9; eccles.: S. Mariae 8, S. Sophiae 10; episc.: Cyrus, Johannes; patriarch.: Tharasius, Cyrus, Germanus; concil. 140.
Constantinus I. papa 10—12.
Constantinus II. papa 22.
Constantinus I. M. imp. 39. 44. 54. 56. 76. 89. 142. 222. 240.
Constantinus IV. imp. 19.
Constantinus VI. imp., fil. Leonis IV. imp. 15—25. 32. 39. 142. ux. Hyrene.
Constantinus VII. imp. 19. 31—39. 45. 50. 51. 56. 64. 84. 193.
Constantinus, pater Pauli I. papae 21.
Constantinus, pater Stephani II. papae 19.
Constantinus abb. monast. S. Maximini 91.
Constantinus praefect. Rom. 27.
Constantinus, Constantius, rex Scot. 77.
Constantius imp. Constantinopol. 108.
Conventuria, *Cantuaria?* 99.
Corberannus princ. Turcorum 128.
Corbeya, Corbeja aurea, vetus, *Corbie* 50. 51. 66. 188. monast. S. Petri 153. abb.: Adelhardus.
Corbeya nova, *Corvei in Westfalia* 50. 51. 54. 57. 59. 61. 160. Corbeyensis abbatia 114; abb.: Adelhardus, Warinus, Conradus; monach.: Widekindus.
Corduba 23. 27. 28.
S. Cornelius 122. reliqq. 64. eccl. Compendii 55.
Cornelius Nepos 4.
Cornetum 198.
Cornicula 268.
Cornubia, *Cornwallis* 195.
Corphinium 84.
S. Cosmas 142. 269.
de Cosvelde, Gerhardus 282.
Cowardus episc. Aldenburgensis 158.
Coya fluv. 27.
Cracoviensis episc. S. Stanizlaus 190.
Craht, praepos. Goslar., episc. Misnensis 116.
Crema 233. 234.
Cremona 162. 189. Cremonenses 179.
Creon vel Anacreon de nat. deor. 4.
S. Crescentii castrum 123.
Crescentius patricius Rom. 85. 89. 90. 94

Crisippus 5.
Crisopolis, *Vesontio*, *Besancon* 13.
SS. Crispus et Crispinianus 31. eccl. Osnebrughi.
Cristoforus presb. 71.
Crodegandus, Ruotgandus, nep. Pipini reg., episc. Metensis 21.
Croesus rex 117.
Cromatia 168.
S. Crucis tit. presb. card. Gerhardus 154.
S. Crucis capell. Trajecti inf. 155.
Cruco princ. Sclavorum 136. 137.
Cudbertus antist. eccl. Lindispharnensis 9.
Cudo episc. Havelbergensis 84.
S. Cunibertus ep. Aurelianensis 16.
Cunihildis, Conigund, ux. Henrici III. imp. 101. cf. Conigunda.
Cuninghus v. Ingemarus.
Cunnild, ux. Haroldi duc. Danorum 85.
Cuno, fil. Ottonis com. 130.
Cuno Praenestinus 143.
Curia Retiorum, *Chur* 13.
Cursach imp. Graecorum 177.
S. Cutbertus 17.
Cycero vel Tullius 4.
Cylicia 7.
S. Cyprianus mart. Carthagin. 122. corp. 40. eccl. Compendii 55. reliqq. 64.
Cyprus 171. 184. 192.
Cyrcipani 157.
Cyrenberge, Cyrenbergh 277. 279.
S. Cyriacus, Ciriacus 80. 106. monaster. in Ghezeke.
S. Cyrillus Sclavorum apost. 61.
Cyrus abb. et patriarcha Constantinop. 10. 11.
Cyserei portus 28.
Cystertium 127. 141. Cisterciensis ordo 76. abb.: Robertus, Albericus.
Cyvois, *Ivois*, *Ipsch* 110.

## D.

Daci v. Dani.
Dacia v. Dania.
Dacia *proprie dicta* 27. 29.
Daedalus 92. 113.
Dagino archiep. Magdeburgensis 97.
Dagobertus II. rex Franc., fil. Hildeberti 7. 13. 16.
Dale 168.
Dalmatia 168.
Dam portus 179.
Damascus 154. 162. 169. 172. Damasci rex 128. 186.
Damasus, de Rom. pontific. 4.
Damasus II. papa 106.
Damasus episc., legatus Adriani papae 31.
S. Damianus 142. 269. ordo 198.
Damiata 185. 186. 193.
Damon 238.
Dani, Daci 26. 32. 42. 43. 45. 47. 48. 52. 56. 57. 62. 63. 66. 67. 74. 75. 76. 82. 83. 85. 86. 101. 136. 137. 157. 193. 257. 259. 274. reges: Sigifridus, Godfridus, Hemighus, Bertoldus, Ericus, Araldus, Gunto. cf. Normanni.
Dania 47. 57. 85. 136. 148. 160. 162. 170. 259.
Daniel v. Hildericus III.
S. Danielis corp. 176.
Dankerdissen villa 267. 277. 278.
Danubius, *Donau* 33. 35.
de Darben, Darbey, Henricus com. 254. 286.
Dares Frigius 4.
Dasle, *Dassel* 188.
David 92. 289.
David turris 185.
David rex Indiae 175.
Decius imp. 104.
Dedda, pater b. Waldgeri 50.
Deest 168.
Delsaleph fluv. 170.
S. Demetrius 128.
Democritus 165. 271.
Demogorgon 232.
Deodatus episc. Antiochiae 24.
Desiderius rex Lombardorum 21. 23–25. 33. 34. 245. fil. Adelgerus s. Adelgysus; filia Lyutburga.
Desiderius abb. Cassinensis 121. 124.
Didericus v. Thydericus.
Dimine urbs 86. 157.
Dinslake 147.
S. Dionysius, Dyonisius, Aryopagita 64. 68—70. 217. ossa Ratispone 70; corp. 22; manus 75; reliqq. 108; libri 48. 64. monaster. Mediolan. 35; conventus Paris. 198; eccl. Paris. 12. 17. 22. 30. 36. 54. 65. 171. 177. 186. 203. 211; portae Paris. 209; abb. S. Dionys. Paris. Hildewinus.
Dodilo episc. Brandenburgensis 84.
Dodo, frater Alpeydis 9. 10.
Domini sepulchrum, sudarium etc. v. S. Salvatoris reliqq.
S. Dominicus 177. 180. 183. 184. 186. 187. 222. 223. corp. 210.
Dominicus, frat. S. Petri Veronensis 193.
S. Donatianus 148. eccl. Brugis.
Donatistae 108.
Donus papa 85.
Dordracht 106.
Dorenberg v. Durenbere.
S. Dorothei eccl. Mindae 37.
Dortosa civitas 42.
Drasco dux Abodritarum 42.
Drogo, frater Grimoaldi maj. dom. 9.
Drogo episc. Metensis 55.
Drogo abb. S. Johann. Laudun. 148.
Duacum, *Douay* 179.
Dualdis, pater Leonis V. papae 55.
Dul 277.
Dulcinus haereticus 222—225.
Dulmene, *Dülmen* 147. 224.
S. Dunstannus, abb. Glesconiensis, episc. Wentanus, archiep. Cantuariensis 80–82. 87. 89.
Durandus episc. Leodiensis 98.
Durandus de Aureliaco 255.
Durandus de S. Portiano, episc. Meldensis 255.
Durenbere, Durinbere, Dorenberg, *Nieder-Dornberg* 50.
Dyana 196.
Dydacus episc. Oxomensis 177.
Dyonisius v. Dionysius.

## E.

Eacus rex 285.
Eadmundus rex Angliae 77.
Eberhardus v. Everhardus.
Eboracum, *York* 115. episc. Alredus.
Ebroinus archiepiscopus 36.
Eburdo archiep. Remensis 54.
Eckerus rex Bohemorum 173.
Eewi, mater b. Waldgeri 50.
Edelstanus, Adelstanus, rex Anglorum 77. 79.
Edgarus, Odgarus, rex Angliae 82. 87.
Edilbaldus episc. Trajectensis 60.
Edilred rex Merciorum 10.
Edissa urbs Mesopot. 154. 162.
Edith, Edyth, ux. Ottonis I. imp. 77. 80.
S. Edmundus conf. archiep. Cantuar. 190.

Edmundus, Edymundus, rex Angliae 63. 79. 81. 82. fil.: Eduwernis, Edgarus.
Edredus, fil. Edwardi reg. Anglorum 80.
Eduwardus, Edwardus, rex Angl., fil. Egelfledae fil. Elfredi reg. Angl. 62. 71. 77. 80. 88.
S. Eduwardus I. rex Angl., fil. Engelredi 103.
Egdoardus II. rex Angliae, fil. Henrici III. reg. Angl. 200. 208. 216. 235. 246. 252.
Eduwardus, Edwardus, Edoardus III. rex Angl. 246. 252. 254. 263. 268. 269. 289.
Eduwernis, Edwi, rex Angliae 81. 82.
Edymundus v. Edmundus.
Edyna v. Egyna.
Eflaia, *Eifel* 30.
Egbatana 175.
Egbertus archiep. Treverensis 89.
Egbertus marchio 110. 111.
Egbertus comes 113.
Egdoardus v. Eduwardus.
Egelfleda, Etholfleda, fil. Elfredi reg. Angl. 62. 71.
Egelnotus archiep. Cantuariensis 99.
Eghardi cronica 4.
Eghinhusen 212.
S. Egistus 6.
Egmunda v. Ekmund.
S. Egydius 14. fest. 203. monaster. Brunswic. 159.
S. Egydii com. Raymundus 127.
S. Egydii provincia 143.
ad S. Egydium, *St. Gilles in Languedoc* 147.
Egydore fluv., *Eider* 42.
Egyna, Edyna, fil reg. Anglorum, regina Franciae 76.
Egyptus 34. 163. 172. 183. 185. 282. — Egyptii 102. 183.
Ekmund, Ekmunda, Egmunda, *Egmont* 60. 75. 89. 90. 101. 113. 163.
Elerysdrud, que et Conigund, imper. 101.
S. Eleutherius 69. 70.
Elfredus rex Angliae 62. 64. fil. Egelfleda.
Elfrida regina Angl. 87.
Elgeredus primarius quidam 62.
Ellestra fluv. 122.
Elmenowe fluv. 6.
Elmo nemus 74.
Elmundus 4.
Elvelid princ. Sarracenorum 16.
Elvernis monachus Malmesberiae 113.
Elyandi cronica 4.
S. Elyzabet lantgravia Thuringiae 187.
S. Elyzabet 158.
Elyzabet de Valkenborch 209.
Emanuel, Manuel, imper. Constantinop. 164. 175. 190.
Emarchus 63.
Emaus 195.
Emeritana provincia 145.
Emicho comes 145.
Emilius Probus 4.
S. Emmeranus 69. 70. monast. et eccl. Ratisbonae.
Emochardus episc. 130.
Endan, *Cornelimünster* 114.
Eneys, *Aeneis* 4. 109.
S. Enghelbertus I. archiep. Coloniensis 156. 184.
Enghelbertus II. archiep. Colon., com. de Valkenborch 203. 208. 209.
Enghelbertus archiep. Magdeburg. 114.
Enghilbertus episc. Mindensis 110.
Enghelbertus I. com. de Marka 147. 187.
Enghelbertus II. com. de Marka 147. 208. 209.
Enghelbertus III. com. de Marka 147. 225.
Engelbertus com. de Monte 147. 156.
Engelerius dux 27.
Engelisma, *Angoulême* 20. episc. 140.
Engelredus rex Angliae 103.
Engeltruda v. Ingeltrudis.
Enghele villa 6.
Engheren = Angaria 146.
Ennius poeta 109.
Ephesus 18. 103. concil. 140.
Epyrotarum rex 172.
Equitania 119. 127. cf. Aquitania.
Erachya 128.
Erardus de Valerico 197.
Erbo archiep. Moguntinus 98. 99.
Eresborge v. Eresburgh.
Erestal v. Herstalle.
Eresburgh, Eresburg, Eresborge, Mersberch, *Stadtberge*, *Marsberg* 24—26. 51. capella s. Petri.
Ericus I. rex Danorum 76.
Ericus VI. rex Danorum 193.
Ericus de Scowenborch, episc. Hildensemensis 288. 289.
Erkenger dux 73.
Ermegardis, Ermingardis, ux. Lodewici Pii imp. 48. 49.
Ermengardis, Irmingarda, fil. Hugonis com., ux. Lotharii fil. Lodewici Pii 52.
Ermelinda, ux. Coninckerchi Lombard. 8.
Ermemarda, filia Karoli duc. Lotharing. 89.
Ernestus II. dux Alemanniae 100.
Erp civis Hervordensis 50.
Erpesford, Erphordia, Erpesfurd, *Erfurt* 13. 116. 141. 160. 258. monast. S. Petri.
Ersengham civit. 190.
Erucus mag. ord. praed. 234.
S. Esicius 80. corp. Poloniae.
Essonde, *Essen* 56. cf. Asnede.
Estryan juvenis 279.
Etelredus rex Angliae, fil. Ethenulfi 62.
Etelredus rex Angliae, fil. Odgari 87.
Etgerus, Odgerus, rex Daciae 27. 29.
Ethelbaldus rex Anglorum 20.
Ethelwinda, fil. Egelfledae fil. Elfredi reg. Angl., ux. Baldwini Ferrei 62.
Ethenulfus rex Angliae 62. fil. Etelredus, Elfredus.
Etholfleda v. Egelfleda.
Ethyocles 238.
Ethyopes 27.
Eudo dux Aquitaniae 12. 15. 16. 22. fil.: Wayferus, Waldo.
Eugenius II. papa 52. 53.
Eugenius III. papa 151. 153. 154. 156.
Europa 12. 157.
Eusebii historia eccl. 4. cronica 4.
Eustatius, frat. Godfridi duc. Lothar. 127.
S. Eustorgius 164. 165.
Evander 109.
Evarend abbatia 200.
Everhardus episc. Babenberg. 96. 99. 103.
Everhardus, Eberhardus, com. in Francia 72. 78. 79.
Everhardus com. de Altena 147. 156.
Eberhardus, frat. Adolfi com. de Altena 147. 156.
Everhardus com. de Marka 147. 187. 209. 212. 213. 215. 216. 224. 225.
Evermodus, Everhardus, episc. Raceburgensis 158.
Eversten 198. 288. com.: Conradus, Otto.
Evopia 285.
S. Ewald 8.
Eylike, filia Magni duc. Saxon. 86. 136.
Eynmenhardus episc. Mekelenburg. 158.
Eystede, *Eichstädt* 18. 109 111. episc.: S. Willebaldus, Gebehardus, Gunzo.

Ezechyas 104.
Ezico episc. Aldenburgensis 158.
Ezo episc. Aldenburgensis 158.

## F.

Farabertus episc. Leodicensis 87.
Fardulfus Lombardus 35.
Farfar v. Phaphar.
Farnus fluv. 128.
Farvense monaster. 154. de Farfara abbas 133.
Fasanus = Johannes XX. papa 95.
Fastrada, fil. Rodolfi regis *(sic!)*, ux. Karoli M. 32. 35.
Faventina urbs, *Faenza* 121.
de Fayello, Petrus 243.
Feliciana haeresis 35. cf. Felix.
S. Felicianus episc. 85. corp. Mindae.
S. Felicitas, mater S. Alexandri 37.
S. Felix confess. 17. reliqq. 164.
Felix archiepisc. Ravennas 10.
Felix haeretic. episcopus 35.
Fenici v. Phoenici.
Fernandus = S. Antonius 187.
Ferracutus gigas 28.
Ferrandus rex Castellae 193.
Ferrandus com. Flandrensis 179. 187.
Ferraria 169.
Firmicus 91.
Fiscanum monaster., *Fécamp* 7.
Fladicheym, *Flarcheim prope Mühlhausen* 122.
Flagellarii 280—284.
Flammighi, Flamminghi, Flamighi 82. 147. 194. 220.
Flandrenses 95.
Flandria 35. 60. 62. 81. 96. 112. 115. 127. 138. 154. 169. 170. 171. 173. 179. 180. 186. 187. 193. 197. 198. 216. 230. 239. 252. 259. 263. rectores: Lydricus, Ingelrammus, Audacer; comites: Baldwinus Ferreus, Karolus.
Flarding 177.
Flavius rex Wisigoth. 16.
Fleerdinghem, *Vlaerdingen ad ostium Mosae* 106.
Flegetonteae aquae 267.
Florentia, *Florenz* 33. 109. 111. 139. 199. 230. Florentini 199. 230.
Florentius I. com. Holland. 106. 113. 114.
Florentius II. com. Holland. 125. 148. 149. 158.
Florentius III. com. Holland. 158. 170. 188.
Florentius com. Holland., frat. Thyderici VII. 150.
Florentius com. Holland., frat. Wilhelmi reg. Rom. 197.
Florentius com. Holland., fil. Wilhelmi reg. Rom. 216.
Floriacum, *Fleury* 91. Floriacense monaster. 130. Floriacensis abb.: Theodolfus 52, Joachim 183. monachus Gerbertus 90.
Florin castrum 97.
Florus 40.
Foliadus v. Folradus.
Folkardus episc. Aldenburgensis 158.
Folradus, Foliadus, archicapell. et abbas 19. 76.
Fontanella, Fontenella, monaster. 7. 8. 14.
Fontanich 54.
Fontanorum oppidum 141.
Forlivium, *Forli* 213. 214. Forlivienses 213. 214.
Formosus papa, antea episc. Portuensis 68. 70. 71.
Formosus episc. Roman., legat. Adriani papae 31.
Forum Julii, *Friaul* 25. Forojuliani 36. Forojulienses 25. 36.
Fortrapa 60.
Fossa nova *prope Ceccano* 150. 196. 205. 206. capella S. Stephani.
Franca gens 184.
Franci 6. 9. 11. 13. 15—19. 20. 22. 24. 25. 33—35. 38. 39. 42. 46. 48—50. 54. 57—59. 65. 67—71. 75. 76. 82—84. 87. 89. 95. 99. 100. 110. 115. 127. 131. 136. 138. 148. 149. 162. 174. 179. 180. 187. 189. 198. 203. 220. 236. 245. 254. 255. 269. 289.
Franci orientales 67. 72.
Francia 7. 12. 17—19. 20. 21. 30—36. 40. 46. 49. 51. 53—56. 64—66. 70. 72. 74—77. 79. 83. 84. 86. 87. 89. 95. 100. 107. 113. 127. 133. 143. 149. 150. 154. 155. 162. 167. 170. 171. 179. 187. 188. 189. 192—194. 197—201. 203. 208—211. 215—217. 229. 230. 233. 234. 236. 237. 252. 254. 255. 258. 263. 268. 273.
Francia orientalis 6. 32. 123. 131.
Francones 30. 41. 173.
Franconia Theutoniae 6. 39. 41. 72. 122.
Franciscolus de Pusterla 264.
S. Franciscus 177. 180. 183. 186. 222. 223. 240. 247.
Franco scholasticus Leodiensis 106.
Francula, soror S. Pusinnae 58.
Frangepanensium domus 149.
Frankenvord, Vrankenford, *Frankfurt a/M.* 35. 138. 154. 173. 178. 179. 184. 216. 235. 260. 275. 276. 277. Frankenvordenses 276.
Fratizlaus dux Bohemiae 103. 122. 126.
Fraxinetum, *Fraine*t 79.
Fredericus v. Fridericus.
Fresia v. Frisia.
Fresiacum litus 43.
Friceslar, Friteslar, *Fritzlar* 25. 143.
Fridericus I. imp. 44. 45. 47. 133. 137. 138. 147. 151. 155—171. 178. 179. 187. 200. Magnus 179.
Fridericus II. imp. 73. 156. 172. 174. 177—194. 199. 210.
Fridericus dux Austriae 230. 231. 237. 238. 245.
Fridericus dux Lothar. 80.
Fridericus dux Sueviae 146. 155. ux. Agnes soror Henrici V. imp.
Fridericus, frater Conradi III. reg., pater Friderici I. imp. 147.
Fridericus dux Sueviae, fil. Friderici I. imp. 45. 156. 163. 170. 173.
Fridericus, fil. Friderici ducis Suev. 155. 156.
Fridericus com. in Altena 147. 156.
Fridericus com. de Ysonberch 156. 187.
Fridericus archiep. Coloniensis 145—147. 156.
Fridericus archiep. Mogunt. 79—81.
Fridericus cardin. diaconus 108. 109. 111.
Fridericus cancellarius Leonis X. pap. 108.
Fridericus de Arnsberch 143.
Fridericus, Fredericus, frat. Hoholdi nobilis 80.
Frigidus mons 178.
Frisacensis conventus 269.
Frisia, Fresia, Fresonia 6. 7. 8. 13. 14. 16. 17. 27. 29. 43. 52. 57. 66. 97. 105. 106. 113. 114. 146. 149. 150. 163. 170. 177. 184. 193. 216. 269. 270.
Frisinghe, *Freising* 106.
Frisones, Fresi, Fresones 6—8. 12. 14.

19. 23. 38. 47. 55. 87. 90. 97. 130. 149. 150. 193—195. 269.
Froisbrecht 168.
Froya, legatus Haldefonsi reg. 37.
Fulbertus episc. Carnotensis 93. 107.
Fulco comes Andegavensis 126.
Fulco episc. Tholosanus 177. 180.
Fulda 73. 113. 160. Fuldense coenobium 13. 17. 19. 56. 103. 116. 130. abb.: Rabanus, Hademarus, Godfridus, Wolfhelmus.
Fulgentius 4.
Fulgini 85.
Fumonis arx 143.
Furre princ. Navarrae 27. 28.

G.

Gabriel archangel. 63.
Gahalenus comes 26.
Galeatius de Vicecomitibus 227. 233. 234. 249.
Galerianus mons 71.
Galetianus i. e. S. Jacobus 44.
Galicia v. Gallicia.
Galienus imp. Rom. 167.
Galinicus v. Calinicus.
S. Galli monasterium, *St. Gallen* 78. 115.
Galli 25. 40. 66. 166. 199. 203.
Gallia, Galliae 7. 12. 15—17. 19. 20—22. 24—28. 30. 34. 43. 45. 46. 49—51. 54. 55. 57. 63. 64. 67. 68. 75. 79. 80. 82. 85. 91. 97. 106. 109. 116. 117. 143. 149. 164. 207. 209. 221. Gallia Celtica 18. Cisalpina 166. Gallica lingua 35. Gallicana superbia 217, eccles. 112, officium 209. Galliae cancellarius archiep. Treverensis 94.
Gallici 88. 154. 184. 201. 203. 208. 210. 217. 234. 257. 263.
Gallicia 28. 37. 79. 124.
Gallicinus patriarcha 10.
S. Gallus abb. 103. corp. 103. altare 21. cf. S. Galli monasterium.
Galvanus comes 203.
Galylea 184.
Gandavum, *Gent* 87. 97. 179.
Gandeboldus v. Gendeboldus.
Gandersem coenob., *Gandersheim* 56. abbat. Hatamoda.
S. Gangulfus 21. 22.
Garganus mons 11.
Garinus, Garynus, dux Lotharing. 27. 29.
Garsias de Aura ord. praed. 189.
Garumna fluv., *Garonne* 12. 27. 53.
Gascones 12.
Gasconia 26. 27.
Gaufredus episc. Sabinensis = Coelestinus IV. papa 189.
Gayeta 143.
Gayferus rex Burgundiae 27. rex Burdegalensis 29.
Gazaria 189. 190.
Gazo monachus 121.
Gebehardus archiepisc. Salzburgensis 118.
Gebehardus episc. Eystatensis 108. 109.
Gebehardus episc. Ratisponensis 106.
Gevehardus com. de Supplingheborch 146.
Gebekensteyn, *Giebichenstein* 105.
Gebeno 151.
Gelasius II. papa, qui et Johannes Gayetanus 143.
Gelboe mons 184.
Gelfi 256.
Gelo, socius Rollonis duc. Normann. 70.
Gelria, *Geldern* 170. 187. 192. 212. 224. 235. 236. 252. 259. 261. Gelrenses 212.
Gena, ux. Thyderici com. Holland. 60.
Gendeboldus, Gandeboldus, rex Frisiae 27. 29.
S. Genesius, corp. 53.
Gennadius 4.
Gentiliacum 243.
Georgia 185. 186.
S. Georgii Mons 148.
S. Georgius 96. 128. 170. brachium 127.
Georgius dux nav. reg. Sicil. 155.
Gerardus dux Bajoar. 38.
Gerberga, Herberga, filia Henrici I. regis, ux. Gyselberti duc. Lotharing. 78. 79. 82., ux. Lodewici VII. reg. Franc. 70. 77. 83. 84.
Gerberga, fil. Karoli duc. Lotharing. 89.
Gerbertus, Gylbertus, archiep. Ravenn. et Silvester II. papa 86. 90. 91. 93.
Gerhardus card. tit. S. Crucis 154.
S. Gerhardus episc. 101.
Gerhardus episc. Cameracensis 100.
Gerhardus episc. Constantiensis 133.
Gerhardus episc. Engolismensis 140.
Gerhardus episc. Florentinus 112.
S. Gerhardus episc. Leucorum 109.
Gerhardus episc. Monasteriensis 187.
Gerhardus com. Burgundiae 18.
Gerhardus com. Holsatiae 258. 259.
Gerhardus de Cosvelde 282.
Gherhardus de Pagamo 255.
Gerhardus de Randenrode 179.
Gerhardus Sagarelli, Segarelli 222. 223.
Gerhardus Mindensis ord. praed. 204.
S. Geridanus presbiter 47.
Gerlacus archiep. Moguntinus 275. 276.
Germani 13. 31. 66. 69. 82. 139.
Germania 6. 13. 17. 48. 49. 52—54. 56. 57. 64—66. 69. 80. 85. 95. 106. 111. 112. 119. 122. 123. 127. 143. 145. 190. Germaniae principes 57. Germaniae cancellarius archiep. Moguntinus 94.
S. Germani corp. 22. 65. eccl. Antisiodori 65.
Germanus patriarcha Constantinop. 13—15.
Gero archiep. Magdeburg. 98.
Gertrudis, ux. Florentii com. Holland. 114.
Gertrudis, mat. Henrici Leon. 137. 147. 155. 156.
Gerunda, *Gerona* 211.
Gerwinus de Rykenrode 267.
Geseke, Ghezeke, *in Westfalia* 80. 260. monaster. S. Cyriaci.
Gessen terra 185.
Gevehardus v. Gebehardus.
Geveldi 157.
Gevelsberge, *Gevelsb. prope Schwelm* 156.
Geylana, ux. Rodberti princ. Wirziburg. 9.
Ghebehardus v. Gebehardus.
Ghezeke v. Geseke.
Gilbertus dux Burgundiae 83.
Gilbertus, Gylbertus, Porretanus episc. Pictav. 154. 155.
Gisela, Gysla, de Werle, imperatr. 103. 104.
Gisela, Gysela, ux. Stephani reg. Ungaror. 96. 99.
Gisela, Gysla, fil. Karoli M. 31.
Gisela, Gysla, fil. Lotharii reg. 66.
Glesconiensis episc. Dunstannus 80.
Glocestria 200.
Gobelini 256.
Godebuz 160.
Godelandus dux Abodritarum 42.
Godfridus rex Normannorum et Danorum 42. 43. 57.
Godfridus rex Normannorum 66.
Godfridus dux 97.
Godfridus dux Lotharing. 105—112. 117. 127.

Godfridus dux Lotharing., fil. Godfridi 117. 127. 128. rex Jerusal. 129. 143.
Godfridus dux Spoletanus 118.
Godfridus com. Lovaniensium 136.
Godefridus com. Sturmariorum 136.
Godfridus de Fontibus 207. 213..
Godfridus de Kuk 150.
Godfridus abb. Fuldensis 138.
Godscalcus haereticus 56.
Godscalcus regulus Sclavorum 136.
Golyath gigas 28.
S. Gorgonius 106. corp. 21. 53. 55. eccl. Mindae 37.
Gorzia, *Görtz* 21.
Goslaria, Goslare, *Goslar* 74. 103. 105 — 107. 114. 116. 117. 173. eccl. b. Mathyae; praepositi: Anno, Craht; archidiacon. Lyppoldus.
Gotelo v. Gozelo.
Gothi in Suedia 48.
Gothica regio 12.
Gothorum gesta 117.
Gotinghe, *Göttingen* 279.
Gozelo, Gotelo, dux Lotharing. infer. 105. 111.
Graeci 22. 34. 38—40. 46. 63. 67. 77. 78. 87. 88. 108. 123. 154. 155. 175. 177. 199. 207. 261.
Graecia 14. 25. 34. 108. 157. 229. Graecum imperium 88. Graecus ignis 77. 79. 171. Graeca levitas 88.
Grandismons, *Grammont* 119. Grandimontensis ordo 119.
Granus, frater Neronis imp. 46. 47.
Gratianopolis, *Grenoble* 185. Graymopolitanus episc. Hugo 124.
Gratianus imp. 17.
Gratianus monachus de Clusa 155.
Gregorinopolis = Ostia 53.
S. Gregorius M. I. papa 17. 58. 63. 106. 109. 190. corp. 53. 55. 80. caput 63. nox 282. pastorale 62; dialog. 4. oratorium Romae 53. 55.
Gregorius II. papa 12 — 15.
Gregorius III. papa 16.
Gregorius IV. papa 53—55.
Gregorius V. papa 90.
Gregorius VI. papa 103. 104.
Gregorius VII. papa (v. et Hillebrandus) 118. 123. 124. 130. 138. 140. 142.
Gregorius VIII. papa 169.
Gregorius IX. papa 186—189. 192. 194.
Gregorius X. papa 203. 204. 207. 208.
Gregorius episc. Turonensis 4.
Gregorius, pater Johannis VII. papae 10.
Gregorius, pater Johannis XXI. papae 98.
Grimoaldus, fil. Pipini brevis 9. ux. filia Ratbodi duc. Frison.
Grimoaldus, fil. Aragysi ducis 33.
Grypho, frater Pipini patr. Karoli M. 18. 19.
Guavalonus 28. 29.
Gudhildis femina quaedam 59.
Guibertus v. Wicbertus.
Guido cf. Wido.
Gwido rex Jerusalem 171.
Guido = Paschalis antipapa 162.
Guido = Coelestinus II. papa 154.
Guido episc. Sabinensis, Clem. IV. pap. 200.
Gwido archiep. Viennensis 143.
Guido episc. Antysiodorensis 201.
Gwido abb. de cruce S. Leufredi 112.
Guido marchio 53.
Guido comes 73.
Guido comes Flandriae 193. 216.
Guido comes de Rupeforti 138.
Guido, fil. Symonis com. Montisfort. jun. 200. 203.
Guido musicus 72. 99.
Guilelmus v. Wilhelmus.
Guncelinus de Suerin 159. 160.
Gundoforus rex Indorum 176.
Gunterus comes de Swarzeb. 268. 276. 277.
Guntharius archiep. Coloniensis 60. 61.
Guntherus episc. Babenbergensis 114.
Guntharius episc. Hiltineshemensis 49.
Gunto *(Knud)* rex Danorum et Anglorum 101.
Gunzo episc. Eistadensis 111.
Guttia 189.
Gwicbertus v. Wicbertus.
Gwido v. Guido, Wido.
Gwilhelmus, Gwilliermus v. Wilhelmus.
Gygniacensis ecclesia 72.
Gyla, filia Karoli Simpl., ux. Rollonis duc. Nordmann. 70.
Gylbertus v. Gerbertus et Gilbertus.
Gymagium 79.
Gyranda castr. 179.
Gysela v. Gisela.
Gyselbertus dux Lotharing. 72. 78. 79. 82.
Gyselerus archiepisc. Magdeburgensis 95.
Gysid I. princ. Sarracenorum 15.
Gysid II. princ. Sarracenorum 19.
Gysla v. Gisela.
Gysnensis comes 193.
Gysulfus dux Langobard. 10.


## H.


Habdallas, frat. Mahumedis princ. Sarracen. 52.
Habdallas princ. Sarracen. 22.
Habdyrama princ. Sarracen. 15.
Haberenstad v. Halberstad.
Hadelen terra 36.
Hademarus abb. Fuldensis 82.
Hademoda v. Hatamoda.
Hadewide, Hadwige, ux. Hugonis com. Paris. 83.
S. Hadewiga ducissa Polon. 201.
Haduwi abbat. Hervordiensis 58. 59.
Hagenoyenses, Hagynorenses 81. 107.
Haggene, *Hagen* 168.
Haico v. Hatto.
Halberstad, Halberostad, Halverstad, Haberenstad 31. 51. 160. 173. Halberstadensis episcopatus 44. 144. 268; parochia 84; ecclesia 100. episc. Buco, Ulricus, Reynhardus.
Haldefonsus rex Galiciae 37.
Haldesleve, *Haldessen* 146. 150. 161. 279.
Hallae 173. 242.
Halremund 160.
Halverborch, Halverberg, *Havelberg* 84. 158. episc. Cudo.
Ham, *Hamm* 147. 186. 225.
Hamborg, Hamonis castrum, Hamborch, Hammenburg, Hammenborch, (Hochburi? 43) 36. 43. 44. 47. 48. 57. 83. 136. 137. Hammenburgensis archiepiscopat. 47. 57; provincia 157. archiepisc.: S. Anscarius, Remwardus, Unni, Reynbertus. cf. Brema.
Hamelen, *Hameln* 285. Hamelenses 286.
Hamerche, *Hemert* 113.
Hammenburg v. Hamborg.
Hamonis castrum v. Hamborg.
Hannonia, *Hennegau* 269. comit. 194. 252.
Hanibaldus de Cethano, archidiac. Attrebatensis 243.
Hanybaldus Romanus 204.
Hardinghus Anglicus 127.
Harioldus rex Danorum 52. cf. Araldus.
Haroldus dux Danorum 85. ux. Cunnild.
Harlebeke vic. Flandriae 35.
Harlem 150.

Harpinus miles 113.
Hartesborch, Hartisborch, Horciborg, *Harzburg* 111. 118. 141.
Hartunghus comes, fil. Adolfi com. de Schowenborch 137.
Hartwicus II. archiep. Bremensis 100.
Harwich rex Noricorum 115.
Hasa fluv., *Hase* 30. 32.
Hasbania, *Hespengau* 30. 87. 90. 145.
Haslon 66.
Hassia, Hassya, *Hessen* 25. 30. 228. 279. 280.
Hassones 24. 280. cf. Hessones.
Hastinghus 62. 65. 79.
Hatamoda, Hademoda, abbat. Gandersemensis 56.
Hatto, Haico, archiepisc. Moguntinus 68. 72.
Haumar princ. Sarracen. 13.
Havekesberge, *Habsburg* 203.
Havesborch curia 186.
Hayabelus monachus 266.
Haymo dominus Borboniae 138.
Haysculphus v. Aysculphus.
S. Helena, mater Constantini M. 56.
Helmoldus presbiter 47.
Helpericus v. Hylbericus.
Helpericus de ratione compoti 95.
Helyas spatarius 11.
Helynandus monachus Frigidi montis 178.
Helyngandus comes 40.
Helysoponia urbs Hispan. 37.
Hemerde villa 259.
Hemighus rex Danorum 43.
Henoldus v. Bertoldus.
de Hennenberch, senior 237.
Hennunburch, *Heimburg* 106.
Henricus I. rex (dux Saxon. et Thuring.) fil. Oddonis, 32. 70. 71—78. 84. ux. Mathildis.
Henricus II. imp. 95—99. 103.
Henricus III. imp. 69. 70. 99. 101—111.
Henricus IV. imp. 107. 109—133. Magnus 133. 134.
Henricus V. imp. 85. 111. 129—146. 155.
Henricus VI. imp. 138. 156. 163. 169—173. 178.
Henricus VII. imp. (com. de Lucelenborch) 219. 225—231. 253. 257. 275.
Henricus, fil. Friderici II. imp. 184. rex Theuton. 189.
Henricus *(Raspe)* lantgrav. Thuringiae, rex Romanor. 192.
Henricus I. rex Francorum 69. 70.
Henricus II., fil. Roberti, rex Francorum 99. 113. 115.
Henricus I. rex Anglorum 45.
Henricus II. rex Anglorum 162—164. 168. 170.
Henricus III. rex Anglorum 195. 198—200.
Henricus rex Danorum 137.
Henricus rex Navarrae 208. 210.
Henricus I. de Molnarken archiep. Coloniensis 156.
Henricus II. de Verneborch archiep. Coloniensis 221. 225. 231. 275.
Henricus archiepisc. Magdeburg. 133. 134.
Henricus episc. Augustensis 113.
Henricus episc. Leodiensis 192. 208.
Henricus abb. S. Egydii Brunsvic. et episc. Lubicensis 158.
Henricus regulus Sclavorum 136. 137.
Henricus, fil. Friderici I. imp. 45.
Henricus dux 66.
Henricus dux Austriae 137.
Henricus dux Bajoariae, fil. Henrici I. 75. 79. 80.
Henricus dux Bajoariae, fil. Henrici fratris Ottonis I. imp. 88.
Henricus Catulus, dux Bajoariae 86. 137. 147. 151. 155. 156.
Henricus Leo, dux Bajoariae et Saxoniae 86. 137. 138. 147. 156—159. 161. 163. 164. 168. 169. 172. 173. 177.
Henricus, fil. Henrici Leonis 160. 161.
Henricus Niger dux Bajoariae 155. 156.
Henricus dux Brabantiae 176. 208.
Henricus dux de Brunswic 288. 289.
Henricus dux Burgund., fil. Hugonis Capet. 84.
Henricus dux Forojuliensis 36.
Henricus Crassus dux Fresonum 130.
Henricus dux Limburgensis 156. 186.
Henricus dux Lotharing. 134. 136. 138.
Henricus dux Silesiae (inferioris) 190.
Henricus, fil. Friderici de Suevia 155. 163.
Henricus marchio 95. 96. 125.
Henricus, fil. Rychardi reg. Roman. 203.
Henricus Pinguis 146.
Henricus com. Campaniae 171.
Henricus com. Flandriae 230.
Henricus com. de Lutzelenborch 198. 212.
Henricus, fil. Symonis com. Montisfort. jun. 200.
Henricus de Attenderne 267.
Henricus de Badwide 137.
Henricus de Darbey vel Lancestra 254. 286.
Henricus de Gandavo 213.
Henricus Baurus 247.
Henricus de Hasle, burgimagist. Mindensis 278.
Henricus scriptor civit. Unnae 270.
Henriciana haeresis 133.
Heraclius imp. 22. 128.
S. Herasmi monasterium 38.
Herberga v. Gerberga.
Herbertus, Heribertus, com. Viromandensis 70. 75.
S. Heribertus archiep. Coloniensis 94. 95. 97. 98.
Herbipolis, *Würzburg* 173. 287. cf. Wirzeburg.
Hercules 6.
Heremitarum ordo 207.
Heribertus v. Herbertus.
Heriford v. Hervordia.
Herlingheborch, *Harlingeburg* 173.
Hermannus rex Germanorum 123. 124.
Hermannus, Herimannus, archiep. Coloniensis 101. 106. 107. 109. 110.
Hermannus episc. Babenbergensis 118.
Hermannus I. dux Saxoniae 85. 136.
Hermannus II. dux Saxoniae 86.
Herimannus, Hermannus, dux Alemannorum vel Suevorum 79. 80.
Herimannus, frater Godfridi ducis 97.
Hermannus lantgravius Thuringiae 160. 173.
Hermannus com., patruus Magni duc. 120.
Hermannus comes de Arneborch 141.
Hermannus de Arnsberch 150.
Hermannus de Lon 208.
Hermannus de Minda ord. praed. 204.
Hermannus de Scardenberch 279. 280.
Hermannus de Werberge 288.
Hermannus Traphagen 265.
Herimannus Augiensis (Contractus) 109. cronica 4.
Hermannus quidam Viennensis 163.
Hermis 6.
Hermyn 6.
Hermynsul, *Irmensäule* 6.
Herodes 92.
Heroldus comes 49.

Heronghe 156.
Herosveldensis v. Hersveldia.
Herstalle, Erestal, *Herstelle* 37. Herstallensis episcopatus 32. 37. 44.
Hersveldia, *Hersfeld* 117. Herosveldensis abbas 116.
Heruli 157.
Hervordia, Heriford, *Herford* 34. 38. 50. 58—61. 64. 212. 244. comes: Waldgerus; coenob. 49. 51. 78; abbatissae: Suala, Swenebildis, Haduwi, Ymma.
Heser, Beser, refuga fidei 14. 15.
Hessones 49. cf. Hassones.
Hethua (=*Haide*) 50. 51.
Heylwina, filia Arnoldi de Rothen 150.
Heyne praedo 93.
Hibernia v. Ybernia.
Hieronymus v. Ieronimus.
Hildebertus, fil. Thiderici, rex Francor. 7. 9. 11. 13. 15.
Hildebrandus v. Hillebrandus.
Hildebrandus dux Spoletanus 30.
Hildefonsus rex Castellae 172. 174.
Hildegarda v. Hiltigardis et Hyltigarda.
Hildegarda, ux. Thyderici II. com. Holl. 89.
S. Hildegardis, Hyldegardis 151—153. 164.
Hildensem, Hildenshem v. Hiltineshem.
Hildericus III., frat. Dagoberti II., rex Francor., prius vocatus Daniel 17—19.
Hildewinus, Hudewinus, abb. S. Dionysii 51. 52.
S. Hildigrimus episc. Saligensted. 31. 51.
Hildogerus archiep. Coloniensis 19.
Hilgeleshem v. Ingilinheheym.
Hillebrandus, Hildebrandus, cardinalis (cf. Gregorius VII.) 112. 116. 118—120. 122—124. 126. 128. 134. 138—140.
Hillebrandus de Halremund 160.
Hilpertus, frat. Theobaldi, rex Franc. 13.
Hiltigardis v. Hyltigarda.
Hiltineshem, Hiltynesheym, Hildensem, Hildenshem, *Hildesheim* 36. 44. 49. 56. 201. Hyltineshemensis episcopatus 44. 268. 288. 289, fundatus in honor. b. Mariae 49; Hildensem. dioecesis 188. episc.: Guntharius, Alfridus, S. Bernwardus, Ericus, Otto. Hild. cives 289.
Hircanus 92.
Hispalis, Sibilia, *Sevilla* 27. 28. 91.
Hispaniae, Hyspania 15. 16. 19. 22. 23. 26—29. 37. 42. 44. 79. 91. 124. 127. 131. 172. 177. 179. 187. 193. 202. 203. 263. Hispanum bellum 89.
Historia Alexandri Macedoni 4.
Historia Britonum 4.
Historia ecclesiastica tripart. 4.
Historia Flamingorum 4.
Historia Francorum 4.
Historia Gothorum 4.
Historia Lombardorum 4.
Historia Romanorum 4.
Historia Saxonum 4.
Historia Scolastica 4. 163.
Hobola fluv., *Havel* 157.
Hochburi 43. cf. Hamborg.
Hochseeburg castrum in Saxonia 18.
Hohold nobilis de Anehold 80. fratr. Brun et Fridericus, sor. Wytburga.
Hollandia 60. 75. 87. 89. 90. 106. 113. 114. 125. 148—150. 163. 170. 176. 177. 197. 216. 245. 252. 269. comites Thydericus I—VII., Florentius I. II., Wilhelmus. — Hollandenses 269.
Holsatia 160. 258. 259. comites: Adolfus, Gerhardus. — Holtzati 48.
de Holte, Wicboldus 216.
Holtzati v. Holsatia.
Honorius papa (Chadelo Parmensis) 113.
Honorius II. papa 145. 146. 148.
Honorius III. papa 177. 183—187.
Honorius IV. papa 210. 212. 222.
Honovere, *Hannover* 160.
de Honrode, Thydericus 287.
Horatius, Oracius 4. 5. 191. 289.
Horciborg v. Hartesborch.
Horestes, Orestes 5.
Horneborch, *Hornburg a. d. Ilse* 100. 160.
Horstmar 179. v. Bernhardus d. H.
de Hostedon comes 172.
Hostiensis, Ostiensis episcopus Odo 124, Lambertus 144, Humbaldus 187, Hugolinus 186, Nycholaus 229, cardinalis Petrus de Tharentasia 208, Benedictus XI. 221, Stephanus 286. cf. Ostia.
Hovestad 147. 221.
Hoyum 156.
Hrenus v. Renus.
S. Hubertus, Hucbertus, Hudbertus, episc. Leodiensis 9.
Hubertus, Hucbertus, abb. et dux, frater Thebergae reginae 60.
Huchelinghoven juxta Nussiam 168.
Hudbertus v. Hubertus.
Hudwinus v. Hildewinus.
Hugo rex Italiae, com. Arelatensis 71. 76. 77. 79.
Hugo Capet, Zapeth vel Caputium, rex Francorum 67. 83. 84. 86. 89. 90.
Hugo Magnus com. Parisiensis 67. 77. 83. 89. ux. Hadewide; fil. Hugo Capet.
Hugo Magnus, frat. Phil. I. reg. Franc. 127.
Hugo marchio Italiae 94.
Hugo comes, pat. Irmengardae ux. Lotharii 52.
Hugo archiep. Lugdunensis 127.
Hugo cardinalis 173.
Hugo de Cheliderio cardinalis 190. 191. 196. 200. card. S. Sabinae 199.
Hugo Matisconensis, episc. Antisiodor. 141.
Hugo episc. Cytzensis 84.
Hugo episc. Graymopolitanus 124.
Hugo abb. Bonaevallis 164.
Hugo abb. Cluniacensis 134.
Hugo de Bisuncio cantor Paris. 243.
Hugo de Creciaco 138.
Hugo de Folieto 153.
Hugo Floriacensis 4.
Hugo de Pisciaco 138.
Hugo de S. Victore 145. 153.
Hugolinus episc. Hostiensis 186. 187.
Humbaldus episc. Hostiensis 167.
Humbertus archiepisc. 121.
Humbertus de Bellojoco 204.
Humbertus mag. ord. praed. 209.
Hunfridus archiep. Magdeburg. 107.
Huni, qui et Avares 15. 23. 32 34—36. 38. 41. 43. 61. 117. princ.: Cayanus, Jugurrus. cf. Avares.
Huno dux 98.
Hunoldus 23.
Hunoldus de Plettenbrecht 286. 287.
Huxari, *Höxter* 51.
Huyo nemus 74.
Hyacinthus v. Jacinctus.
Hybernia, *Irland* 7. 180. 250.
Hybernus abb. Majoris Monasterii 65.
Hyemeleva, *Memleben a. d. Unstrut* 78.
Hylbericus, Helpericus, rex Francorum, nep. Lotharii IV. 15. 16.
Hyldegarius archiep. Remensis 38.
Hyliriacum 21.
Hyltibertus archiep. Mogunt. 78.
Hyltigard regina 57.
Hyltigarda, Hiltigardis, ux. Karoli M. 31. 32.
Hyltineshemensis episcopat. v. Hiltynesh.

Hymarus episc. Podiensis 127.
Hyrene, ux. Constantini VI. imp. 15. 16. 19. 20. 25. 31—35. 37. 39—41.
Hyspania v. Hispaniae.

## I.

S. Jacinctus, Hyacinthus 84.
Jacob, Yacob, patriarcha 183.
S. Jacobus, Yacobus, fil. Zebedei 26. 44. 145. corp. 145. eccl. Aquisgrani, ap. urb. Byterrensem, Tholosae, in Gasconia, Parisiis. — ad S. Jacobum *(in Gallicia)* vadere 28. 147.
S. Jacobus de Forlivio 213. 214.
Jacobus de Voragine ord. praed., episc. Januensis 4. 204.
Jacobus episc. Praenestinus 188. 191.
Jacobus de Columpna 220.
Jacobus de Furnerio 256.
Jacobus de Viterbio 213.
Jacobus de Vitriaco 4.
Jacobus archidiac. = Johannes XXII. papa 232.
Janua, Januensis urbs, *Genua* 15. 77. 171. 179. 210. 229. 233. 234. 273. episcopatus Januensis 230; episc. Jacobus de Voragine. — Januenses 149. 181. 191. 199. 228. 234. 263.
Janus 227.
Icta, mater Pipini Brevis 7.
Ieroldus episc. Aldenburgensis et Lubicensis 157. 158.
S. Ieronimus, Hieronimus 3—5. 40. 238.
Ieronimus de domo Sabellorum 210.
Ierosolima, Jerusalem, Jherusalem 23. 34. 36. 37. 45. 91. 92. 114. 125—129. 131. 143. 144. 154. 159. 163. 167. 169. 170. 184. 185. Ierosalemiti 155. 162. Ierosolimiorum admiratus 128. Jerusalemitanus patriarcha 199. 254. Ierosolimitana via 129, peregrinatio 169. — eccl. s. Sepulchri Jerusal. 169. eccl. sic dicta Romae 36. 92.
Jheremias proph. 185.
India 40. 62. 175. Indicus color 167.
Ingelrammus, Inghelramus, fil. Lydrici com. Flandriae 35. 60.
Ingeltrudis, Engeltruda, ux. comitis Bosonis 61.
Ingemarus Friso vel Cuninghus 14.
Inger rex Russorum 77.
Ingilinheheym, Ingylenheym, Mighelenhem, Hilgeleshem, *Ingelheim* 33. 104. 132. 133.
S. Innocentii reliqq. 56. corpus 80.
Innocentius II. papa 148—150. 153. 154.
Innocentius III. papa 156. 172—174. 176—180. 183. 185. 282.
Innocentius IV. papa 190—194. 197. 209.
Innocentius V. papa 208.
Innocentius VI. papa 286. 288. 289.
Insula, *Ryssel* 179. 216.
Insula S. Mariae abb. Cysterc., *Marienfeld* 155.
Joachim abb. Floriacensis 169. 181—183. 197.
B. Job 183. 190.
Johanna, fil. reg. Henrici Navarrae 208. 210.
Johanna, fil. Lodewici frat. Philippi Pulchri 252. 253.
S. Johannes bapt. 173. 182—184. 216. 282. fest. 248. 263. cap. 20.
S. Johannes evang. 26. 223. 239. fest. 184. ordo 236. abbatia in Magdeburgh 84. eccl. Lauduni 148, Moguntiae 162, Mindae 278.
S. Johannis ante portam Latinam archipresbyt., Johannes 100.
Johannes VI. papa 9. 10.
Johannes VII. papa 10.
Johannes VIII. papa 63—66. 68.
Johannes IX. papa 71.
Johannes X. papa 73.
Johannes XI. papa 77.
Johannes XII. papa (prius dictus Octavianus) 78. 80—82.
Johannes XIII. papa 83—85.
Johannes XIV. papa 88.
Johannes YV. papa 88.
Johannes XVI. papa 88. 89.
Johannes XVII. papa 90.
Johannes XVIII. papa 95.
Johannes XIX. papa, qui et Fasanus dictus, 95.
Johannes XX. papa 98. 99.
Johannes XXI. papa 208.
Johannes XXII. papa 211. 229. 231—234. 236. 237. 239—241. 243. 245—250. 252—254. 256. 266. 271. 288.
Johannes = Kalixtus antipapa 162.
Johannes Gayetanus = Gelas. II. papa 143.
Johannes Gaytanus de gen. Ursinorum = Nicolaus III. papa 208.
Johannes, qui et Benedictus X. papa 112.
Johannes archipresbyt. S. Johannis ante port. Latinam 100.
Johannes Tholez, card. presb. tit. S. Caeciliae 210.
Johannes episc. Constantinopol. 11.
Johannes patriarcha Ierosolimitan. 36.
Johannes de Vicecomitibus, archiep. Mediolanensis 245. 246. 264.
Johannes mag. ord. praed., episc. Bosnensis 194.
Johannes abb. S. Galli, episcop. Constantiae 21.
Johannes episc. in Mikylinborch 158.
Johannes de Aurelianis, episc Paris. 209.
Johannes episc. Tornacensis et Leod. 208.
Johannes de Bolentiaco, episcop. Vulcassini 254.
Johannes bibliothecarius et cancellarius eccles. Rom. 42.
Johannes diaconus eccl. Rom. 63.
Johannes diaconus eccl. Rom. 81. 85.
Johannes subdiaconus eccl. Rom. 81.
Johannes subdiaconus 239.
Johannes (Zinisces) imp. Constantinop. 41. 85. 88.
Johannes rex Angliae 174. 179. 180. 198.
Johannes de Lucelenborch, fil. Henrici VII. imp. 219. 227. rex Bohemiae 230. 257. 258. 275.
Johannes rex Francorum 220. 268. 269. 289. ux. Bona.
Johannes de Brena *(Brienne)* rex Jerusalem 185. 186. 194.
Johannes presbyt., rex Indiae 175. 176.
Johannes I. dux Brabantiae 215.
Johannes II. dux Brabantiae 215.
Johannes comes Hollandiae, Zelandiae et Frisiae 216. 218.
Johannes Parisiensis ord. praed. 204.
Johannes Vriburgensis ord. praed. 204.
Johannes dictus Cristoforus ord. praed. 204.
Johannes de Vercellis mag. ord. praed. 210.
Johannes Moliard praepos. de Arnhem 235.
Johannes monachus de Jerusalem 43.
Johannes, filius Roberti presbyt. 97.
Johannes de Anesnis 163.
Johannes de Caricampo 254.
Johannes de Columpna 220. 221.
Johannes de Mentheno 254.
Johannes de Patberge 286. 287.
Johannes de Temporibus 153.

Johannes, pater Constantini I. papae 10.
Johannes, pater Gregorii II. papae 12.
Johannes, pater Gregorii IV. papae 53.
Johannes patricius 9.
Johannes Damascenus 153. 154.
Johannes Saxo abb. monast. Adelingyae 62.
Johannes Scotus 34. 64.
Joppe 129. 194.
Jordanes I. episc. Poznanensis 84.
Yordanes patricius Romanus 154.
Yordanes fluv. 184.
Jordanus episc. 4.
Jordanus mag. ord. praed. 188.
Jordanus comes 199. 203.
S. Joseph de Arimathia 15.
Josephus 92. antiquit. et de bello Jud. 4.
Ipolitus episc. 4.
Irmengarda v. Ermengardis.
S. Isidorus, Ysidorus 26. Isidorus de vir. illustr. 4. coll. decret. apost. 125.
Israel 104. 282. Israelitae 183.
Italia v. Ytalia.
Italici v. Ytalici.
Judaei 23. 24. 39. 75. 125. 127. 131. 149. 154. 167. 169. 171. 174. 181. 184. 216. 217. 277. 280. 289. populus Judayeus 128. 183. Judaysmus 108. 181.
Judas apost. proditor 68. 132.
Judith, Juditha, imp., ux. Lodewici Pii imp. 48. 51. 53—55.
Judith, filia Karoli Calvi 60.
Jugurrus princ. Hunorum 32.
Juliacum, *Jülich* 134. 261. Juliacensis comes 173. 209. 212. 220. 235. 252; marchio 277.
de Juliaco, Wilhelmus 221.
Julianus apostata 128.
Julius, pat. Stephani IV. papae 49.
Jupiter 260.
Justinianus II. imp. 6—9.
Justinianus III. imp. 10. 11. 14.
Justinus II. imp. 6. 19.
Justinus script. 4.
Jutta, soror Henrici Leon. 147. 156.
Juvenalis 4.

## K.

Kakesinde urbs 150.
Kala villa 148.
Kalaroga villa 177.
Kalixtus v. Calixtus.
Kambri 82.
Kamene, Camene, *Kamen* 209. 267.
Karisiacum villa 42. v. Carisiacum.
Karoli = *Karolinger* 72.
Karlomannus, fil. Karoli maj. domus 17. 18. 20.
Karlomannus, fil. Pippini regis 22. 23.
Karolomannus, fil. Lodewici reg. Germ. 64. 65. 67.
Karolomannus, fil. Karoli Calvi regis 63—66.
Karolomannus, fil. Ludowici Balbi regis 65.
Karolomannus, fil. Lodewici VII. regis 77.
Karolopolis = Compendium 64.
Karolus Marcellus *(sic)* vel Tucides, fil. Pipini 7. 8. 12. 13. 15—17. 19. 44.
Karolus Magnus imperator 16. 18—48. 50—52. 54. 59. 60. 62. 65. 67. 69. 72. 73. 78. 84—86. 89. 94. 136. 139. 153. 162. 163. 186. 195. 245. 261. 284. 289.
Karolus Calvus rex Franc. 48. 51. 54. 55. 57—61. imper. 63—65. fil. Lodewicus Balbus, Karolus; filia Judith.
Karolus jun., qui et Grossus, fil. Lodewici reg. German. 62. 64. imper. 65—67. 70. 85. ux. Richarda.
Karolus Simplex, fil. Lodewici Balbi 65. 67. 70. 75—77. fil. Lodewicus III., filia Gyla.
Karolus, fil. Karoli Magni 41. 42.
Karolus, fil. Karoli Calvi 63.
Karolus, fil. Lotharii filii Ludowici Pii 52.
Karolus, fil. Pipini fil. Lodew. Pii 57.
Karolus IV. imp. Roman. 219. 258. 267. 268. 270. 272. 274—291.
Karolus IV. rex Franc., fil. Philippi Pulchri 233. 252—254.
Karolus com. Andegaviae et Provinciae 193. 194. 198. 200. 201. 203. rex Siciliae 209. Gallicus 210.
Karolus dux Lotharing., fil. Lodewici VII. reg. Franc. 77. 83. 89.
Karolus, fil. Karoli duc. Lotharing. 89.
Karolus com. Flandriae 138. 148.
S. Katerina 171. 210.
Kembeten, *Kempten* 114.
Kempenich 168.
Kinnen fluv. 60.
Knuth (*al* Gunto) rex Danorum et Anglorum 101.
Koldiz castrum 173.
Kycini 157.
S. Kylianus episc. 9. 18. corp. 18. eccles. Wirzeburg. 35. 57.
Kynadius rex Scotorum 82.
Kyrkenberch mons 279.
Kyzripi 157.

## L.

Labygarme urbs 170.
Labyrinthus, Laborintus 92.
Ladinine civit. 186.
S. Lambertus episc. Leodiensis 7. 9. 10. 71. dies 221.
Lambertus princ. Byturicensis 27.
Lambertus, fil. Reyneri com. Montensis Longicolli, com. Lovaniensis 82. 97.
Lambertus episc. Ostiensis 144. 145.
Lancestria v. Leycestria.
Lando papa 73.
S. Landoaldi corp. 87.
Lanfrancus archiep. Cantuariensis 64. 118.
Langhensteyn castr. 160.
Laodice, ux. Antiochi reg. 218.
Laodicia 127.
Lappe, Borchardus de Scrapelo 241.
Lateranum 37. 91. 140. 149. 188. 229. Lateranense palatium 123. 140; campus 40; eccles. 142. 148. 149. 177. 180; porta 123. Lateran. concil. 177. 180. 183. 185.
Latini 108.
Latium 124.
Laudunum, *Laon* 77. 89. 140. 148. Laudunensium fines 87; Laudunenses portae 89. Laudunensis vicedominus 126. Laud. dioecesis 143. 172; eccles. S. Johannis; episc. Anselmus, Bartholomaeus.
S. Laurentius 98. 103. craticula 85; eccles. Romae 36. 37. 106. 183, Viterbii 201. 208, Perusii 181; lacus 185.
Laurensis abbatia, *Lorsch* 114. cf. Lorisham.
Lavallum 179.
Lavaniae comes Senebaldus 190.
Lebuzi 157.
Lechenich 168.
Lecho dux Bohemiae 41.
Lechtveld, *Lechfeld* 33.

Lemego, Lemegov, *Lemgo* 216. 225. 244. 265.

Lemonicas, *Limoges* 119. 179. Lemovicensis episcopat. 199.

Lemontis 57.

Lencestria v. Leycestria.

Lene fluv., *Lenne* 187.

S. Leo I. Magnus papa 149. brachium 63.

Leo II. papa 20. 22.

Leo III. papa 9. 36—38. 40. 42—46. 48. 49.

Leo IV. papa, qui et Valentinus 53.

Leo V. papa 55—57. 62. fest. 57.

Leo VI. papa 71.

Leo VII. papa 76.

Leo VIII. papa 78.

S. Leo IX. papa 64. 68—70. 82. 83. 112.

Leo X. papa 106—109.

Leo III. imp., qui et Leontius 8. 9.

Leo IV. imp. 9. 14—17. 25. 92. ux. Mallicia; fil. Constantinus VI. imp.

Leo V. imp. 25—31.

Leo VI. imp. 41.

Leo, fil. Constantini VII. imp. 36.

Leo cardinalis 173.

Leo praetor orientalium 13.

Leodium, *Lüttich* 9. 23. 66. 67. 111. 131—134. 142. 146. 156. 168. 172. Leodicenses 87. Leodiense bellum 235. Leod. episcopatus 252. episc.: S. Lambertus, S. Hubertus, Stephanus, Farabertus, Raterius, Baldericus I., Durandus, Albertus, Henricus, Johannes; archidiaconus Theobaldus de Placentia.

Leonina civitas 36. Leonina Roma 68. 123.

Leontius imp. v. Leo III. imp.

Leonum urbs 82.

Leothoricus archiep. Senonensis 91.

Leuci, Leucorum civitas, *Toul* 106. 107. 109. episc.: Bruno, Gerhardus.

S. Leufredus 112.

Leuenborch v. Lovenborch.

Lewenstad 138.

Leycestria, Lycestria, Lencestria 200. 203. 208. Lancestria 254. 286.

Libera, soror S. Pusinnae 58.

S. Liborii corp. 54.

Libya 12.

Licia, Lycia 41. 124.

Licus fluv., *Lech* 33. 71.

Ligeris, Lygeris fluv., *Loire* 18. 55. 57. 62.

Limborch, Linborg castr. 187. Limborgensis, Lymborg. ducatus 132. 212. dux 147.

Lindipharnensis eccles. 9. antistes Cudbertus.

Lindricus v. Lydricus.

Lingonensis *(Langres)* episcopus 127.

Linguones, Lini 157. 158.

Lintburgh castr. *(in dioec. Spirensi)* 99.

Linttrudis, mater S. Pusinnae 58.

Linttrudis, soror S. Pusinnnae 58.

Lippia, Lyppia, Lyppa fluv., *Lippe* 26. 30. 156. 186. 212.

Lippiae fons, Lypspringhe, *Lippspringe* 32. 287.

de Lippia, Lyppia, dominus 213.

Lisint castrum 174.

Liudbertus episc. Mymegardevord. 59.

Liuperthus rex Lombardorum 10. 13.

Liuthgarda cf. Luthgarda.

Liutgarda, Lyutgarda, filia Arnulfi imp., ux. Oddonis duc. Sax. 73. 74.

Liutici 101. 105.

Liutpertus, Lympertus, archiep. Mog. 62.

Liutpoldus, Lupoldus, archiep. Mogunt. 108. 109.

Liutwardus, Lyutwardus, episc. Vercellensis 66.

Livius 4.

Livones 42. 43. 45. — Livonia 183.

Lobiae, Lobiense coenob., *Lobbes* 81. 87. abb. Ansegysus 53.

Lodewicus rex Francorum 7.

Lodewicus III., qui et Clodoveus II., rex Francorum 8.

Lodewicus I. Pius imp. 34. 47—54. 55. 59. 60. 63. 65. 76. ux.: Ermegardis, Judith; fil.: Lodewicus, Lotharius, Pipinus, Karolus Calvus.

Lodewicus II. imp., fil. Lotharii filii Lodew. Pii. 51. 52. 55. 56. imp. 57—63. 65.

Lodewicus, fil. Lodewici Pii, rex Germanor. 47—49. 53 56. 63—65. fil.: Lodewicus jun., Karolus jun., Karolomannus.

Lodewicus, fil. Lodewici regis, rex Germanorum 65.

Lodewicus III., fil. Arnulfi, rex 70—74.

Lodewicus IV. imp. (dux Bajoar.) 94. 211. 230—274. 276. 277. 284.

Lodewicus, Lodwicus, fil. Karoli M., rex Aquitaniae. 31. 37. 38. 42. 43.

Lodewicus, cognom. Balbus, fil. Karoli Calvi, rex Francor. 64—67. 70.; fil.: Karolus Simplex, Lodewicus, Karolomannus.

Lodewicus, fil. Lodewici Balbi 65.

Lodewicus VII., fil. Karoli Simplic., rex Francor. 70. 76. 77. 79. 84. ux. Gerberga; fil.: Karolomannus, Lotharius, Karolus.

Lodewicus VIII. rex Francorum 89.

Lodewicus IX. dictus Grossus (vulgo VI.) rex Francorum 138. 148. 149.

Lodewicus X. (VII.) rex Francorum 149. 150. 154. 155. 162. 164.

Lodewicus XI. (VIII.) rex Francorum 174. 179. 186. 187. ux. Blanka.

S. Lodewicus XII. (IX.) rex Francorum 187—189. 192—194. 197—200. 203. 210. 211.

Lodewicus, frat. Philippi Pulchri reg. Franc. 252.

Lodewicus dux Bajoariae 287.

Lodewicus, fil. Karoli duc. Lotharing. 89.

Lodewicus marchio Brandenburg. 211. 236. 237. 257. 258. 272. 276. 284. 288.

Lodewicus lantgravius Thuringiae 160. 169.

Lodewicus II., episc. Monasteriensis, lantgrav. Hassiae 228.

Lodewicus episc. Osnabrugensis, de Ravensberch 225.

Lodewicus comes de Loen 177.

Loen castrum 287.

Lollardi 267.

Lombardi, Longobardi 6—8. 10. 12. 13. 15—18. 20. 21. 23—25. 33. 34. 42. 44. 53. 55. 71. 80. 88. 101. 108. 139. 162. 164. 165. 181. 233. 245. Lombardini 42. — Lombardia 80. 114. 120. 122. 127. 150. 164. 168. 179. 186. 188. 194. 219. 222. 233. Lombardica milliaria 211.

Londonia, *London* 62. 125. 126. Londonienses 200. Londoniense capitulum 209.

Longlare villa 21.

Longobardi v. Lombardi.

Lorisham, *Lorsch* 21. cf. Laurensis abbatia.

Lotharingia, Lothoringia 43. 54. 57. 60. 66—68. 72. 73. 75. 79. 80. 82. 84. 87. 89. 95. 96. 105. 125. 127. 133. 134. 142. 143. 154. cf. Lotharii re-

gnum. — Lotharienses 71. 100. Lotharinghi 67. Lotharii 75. — Lotharinghus gladius 129.
Lotharius, fil. Karoli M. 43. 60.
Lotharius I., fil. Lodewici Pii, rex Italor. 48. 49. 52. imp. 54—57. 136. 137. ux. Irmingarda.
Lotharius, fil. Lotharii filii Lodewici Pii 52. 61. 62.
Lotharius IV. rex Francorum 15.
Lotharius V. rex Francorum, fil. Lodewici VII. 70. 77. 82. 83. 84. 87. 89.
Lotharius rex Italiae 71. 80.
Lotharius II., qui et Luderus, Ludere, imp. (dux Saxoniae) 86. 136. 141. 146—151. 155. 156. 187.
Lothen, *Lahde* 225.
Lotheris regnum 106.
Lothoringia v. Lotharingia.
Lotwini 110.
Lovanium, *Löwen* 66. com. Godfridus.
Lovenborch, Levenborch, *Lauenburg* 138. 160. 161.
Lubek, Lubeke, *Lübeck* 136—138. 157. 158. 160. — Lubicenses 138. 160. — domus praedic. 244. episc. Jeroldus, Conradus, Henricus.
Luca 273. Lucani 199. 229. Lucana ecclesia 145. Lucanus episc. Anselmus 114.
Lucanus poeta 4.
S. Lucas 14.
Lucas de Vicecomitibus 249.
Lucelenborch, Lutzelenborch, *Luxemburg* 212. 219. 226. 275.
Lucerna civitas 26.
Luchov, comes de 225.
S. Lucia Syracusana virgo 84.
Lucillus 3.
Lucius II. papa 154.
Lucius III. papa 167.
Ludeke 270.
Ludere, Luderus, dux Saxon. v. Lotharius II. imp.
S. Ludgerus episc. Monasteriensis 31.
Ludolfus praefect. mensae reg. Karoli M. 33.
Ludolfus dux Saxon. 56. 72. 73. ux. Oda; filii: Oddo, Bruno, Tanquardus; filia: Hatamoda.
Ludolfus, fil. Ottonis I. imp., dux Alemannorum 80. 81.
Ludolfus decanus de Minda 278.
Ludolfus de Halremund 160.
Ludolfus Pitten 269.
Lugdunum, *Lyon* 16. 65. 190. 191. 199. 200. 204. 207. 221. 234. 274. episc.: Hugo, Petrus de Tharantasia; monast. S. Antonii.
Luitpertus v. Liuperthus.
Luitprandus, fil. Ansprandi, rex Lombard. 13. 15—17.
Lukinus Mediolanensis 264.
Lullus archiep. Mogunt. 19. 20.
Lunenborch, Lunenburch, *Lüneburg* 74. 86. 111. 137. 147. 159. 160. 161. 193.
Lupoldus dux Austriae 171.
Lupoldus comes 101.
Lutpoldus praepos. Babenberg, archiep. Mogunt. 107.
Lupoldus, amicus Henrici IV. imp. 117.
Lyppoldus de Stokhem, archidiac. Goslar. 288.
Lupus dux Vasconiae 23.
Lutetia 6. 167.
Luthgarda, Lutgarda, ux. Karoli M. 38. cf. Liutgarda.
Lutgarda, soror Theophanis imp. 87. ux. Arnolfi com. Holland. 89.
Lutitii 110. 136. Lutici 157.
Lutpoldus v. Lupoldus.
Luttere, Luttore, *Koenigslutter prope Helmstädt* 146. 150. 151.
Lutzelenborch v. Lucelenborch.
Lybia v. Libya.
Lyborius v. Liborius.
Lycestria v. Leycestria.
Lychen oppidum 74.
Lydricus, Lindricus, Harlebakensis com. Flandriae 35. 60. fil. Ingelrammus.
Lygeris v. Ligeris.
Lygiensis parochia 135.
Lygmedo castrum 37.
Lymborgensis ducatus v. Limborch.
Lympertus v. Liutbertus.
Lyparitana insula, *Lipara* 41.
Lyppa, Lyppia v. Lippia.
Lypspringhe v. Lippiae fons.
Lyutbrandus v. Luitprandus.
Lyutburga, fil. Desiderii reg. Lomb., ux. Tassilonis ducis 33.
Lyutgarda v. Liutgarda.
Lyutwardus v. Liutwardus.
Lyvones v. Livones.

## M.

Mabroch 27.
Maccona fluv. 67.
Macharius Dionysius 69.
Machilinia, *Mecheln* 235.
Mado princ. Sarracen. 33.
Magdalum urbs 17.
Magdeburgh, Magdeborch, Magedeborch, Megeborch, Megedeborch, (Partinopolis 32. 80. 85), *Magdeburg* 44. 73. 78. 80. 84—86. 242. Magdeburgenses 237. Partinopolitanus episcopatus 44. Magdeburgensis ecclesia 161; abbatia ad S. Johannem; archiepiscopi: Adelbertus, Gyselbertus, Dagino, Waltharius, Gero, Hunfridus, Enghelbertus, Wecil, Henricus, Wichmannus, Borchardus; canonicus Bruno episc. Mindensis.
Magenhildis, soror S. Pusinnae 58.
S. Magi, tres 164. 165. 168. 200.
S. Magnus, mart. 97. ecclesia 96.
Magnus dux Saxonum 86. 111. 120. 133. 136. 146. 147. 156.
Mahuesberiense monaster. v. Malmasberiense coenob.
Mahumedh propheta 26. 28. 192.
Mahumed princ. Sarracenorum 51.
Majorica, Majoritarum insula, *Mayorca* 27. 187.
Majus Monasterium non longe a Turonis, *Marmoutier-les-Tours* 65. abb. Hybernus.
Malcolinus rex Kambrorum 82.
Mallicia, ux. Leonis IV. imp. 15.
Malmendren, *Malmedy* 114.
Malmasberiense, Mahuesberiense coenob., *Malmsbury* 64. 81. Malmesberia 113.
Manfredus, fil. Friderici II. imp. 189. 193. 194. 210. princ. Tarentinus 199. rex 200. 201.
Manfredus inquisitor Parmensis 222.
Manichaeus 107.
de Mansveld, comitissa 225.
Mantua 42. 64. 114. Mantuani 227.
Manuel imp. v. Emanuel.
Marahan princ. Sarracen. 20.
Marahi 157.
S. Marcellini corp. 53. eccl. Romae 56.
Marcellus v. Karolus Marcellus.
Marcellus, pat. Gregorii III. papae 16.
Marchia, *Mark Brandenburg* 211. 231. 238. 248. 258. 272. 273. 284. 288. Cisal-

bina 273. — Marcomanni, Marchomanni 211. 234. 258. 272. 288. Cisalbini 273.
S. Marci corp. 53.
S. Marci tit. card. presb. Gregorius 53.
Marco episc. Aldenburgensis 86. 157. 158.
S. Marcus episc. in Vallersleve 73.
Marcus de Viccecomitibus 249.
Mardaitae 7.
Margareta, ux. Tancreti reg. Siciliae 172.
Margareta, sor. Philippi II. reg. Franc. 168.
Margareta Maultasch 219. 257. 258. 276. 284.
Margareta, pellex Dulcini haeret. 222—225.
S. Maria 32. 38. 134. 139. 185. 193. 197. 202. 207. 210. 240. 289. camisia 36. 65; reliqq. in Hiltinesheim 49; assumptio 56. 164. 165; lac 145; imago 14. 154; — eccles. Aquisgrani 26. 36. 45. 53, Mariae maj. Rom. 118. 149, Londoniae 126, Antiochiae 128, Suessionis 148, Insulae 155, Mariae rotund. Rom. 157, Mediolani 166, Antarados 175, S. Mariae trans Tyberim 180, b. Mar. Rom. 187, Constantinopoli 8; — episcopat. in honor. b. Mar. fundat. in Hiltinesheim 49; — monast. S. Mar. in Modehorst, post in Aldenhervorde 50, Tuitii 98, Mindae 110, in Vrendeberch 248. 267, Vallis S. Mariae 253; fratres S. Mariae de Carmelo 254.
S. Maria Magdalena 179. corpus 18. 220. fest. 191. 207. 266. 269.
Maria, ux. Constantini VII. imp. 34.
Maria, ux. Ottonis IV. imp. 179.
Maria, ux. Philippi III. reg. Francor. 208.
Marianus chronographus 4. 113.
Marianus archidiaconus 6.
Marinus I. papa 68.
Marka, comitia 147. 209. 213; castrum 186. comes de M. 212. 220. 225. 269. 277.
Marquardus episc. 85.
Marra civitas 128.
Mars deus 6. 117. 131.
Marsilia, Massilia, *Marseille* 171. 198. 219. 269. 273. 274. Marsilienses 198.
Marsilius rex Sarracenorum 28. 29.
S. Martinianus 216.
S. Martinus 166. 244. corp. 22. 57. 65. 70. monast. et eccl. Turonis 34. 57; eccl. ap. Valentianas 43, Traiecti inf. 155; monast. Mindae 110.
Martinus I. papa 62.
Martinus II. papa (= Marinus I.) 66.
Martinus IV. papa 79. 209. 210.
Martinus Polonus, cronica 4.
Massamuti 155.
Massilia v. Marsilia.
Mastesius archipirata 82.
S. Maternus 6.
Matheus evang. 262.
Matheus de Archis 254.
Matheus de Viccecomitibus 227—229. 233. 234. 246.
S. Mathyas 103. eccl. Goslariae.
Matilda v. Methildis.
Matisconensis (*Macon*) comes 105. Hugo 141.
Mauri 26. 27. 37. 55.
S. Mauricius primipil. Thebaeor. leg. 89. 104. 110. monast. Mindae.
Mauritius patricius 11.
Mauritius ex Hispania papa 143.
Mauritius episc. Parisiensis 164. 172.
Mauritius inquisit. haereticorum 250.
Maurienne vallis 185.
S. Maurilio episc. Andegavensis 58.
Mauritania 155.
S. Maximi corp. 52.
S. Maximini monast. juxta Aurelianis 91; apud Treverim 220.
Mechtildis v. Methildis.
S. Medardus 154. eccl. Paris. 52, Suessionis 149.
Medi 175.
Mediolanum, *Mailand* 31. 63. 101. 139. 147. 156. 161. 162. 164—168. 200. 227. 228. 233. 234. 264. 288. — Mediolanenses 159. 161. 164. 165. 179. 200. 227. Mediolanitae 179. — Mediolanensis episcopatus 101. 222. 230. monast. S. Dionysii 35, provincia 247, porta Romana 167. archiep.: Thomas, Johannes.
Megeborch v. Magdeburgh.
Megenfridus, camerarius Karoli M. 35.
Mekelenborch, Mikylinborch 158.
S. Melanius 126; eccles. Redonis.
Meldensis (*Meaux*) episc. Durandus 255.
Meledeme urbs 170.
Memmilinus Sarracenus 179.
Menapii 66.
Mendene, *Menden* 147. 208. 212. 266. 267. 270. 277.
Meppen abbatiola 51.
Mequem 27.
Mercii 10. 11. 20. Merciorum regnum 62.
S. Mercurius 128.
Mersberch, Mersbergh v. Eresburgh.
Mersborch, *Merseburg* 75. 80. 84. 85. 99. eccles. 98. episc. Boso.
Meroveus rex Francorum 19.
Merovinghi 19.
Mertenefeld, *non procul ab urbe Heiligenstadt* 117.
Merwigius, avus Dagob. II. reg. Franc. 13.
Merwigesburch 13.
Mesopothamia 19. 154. 162.
Messana, *Messina* 162. 210. 269. 273. 274. Messanenses 210.
Methildis, Matilda de Ringelheym, ux. Henrici I. 74. 78. 84.
Mechthildis, ux. Henrici Leon. 161.
Mechtildis, Methildis, comit. Ital. 118. 139. 141. 146.
Machtildis, ux. Adolfi com. de Schowenborch 138. 158.
Methchildis, fil. Baldwini com. Flandr. 115.
Metis, Metensis urbs, *Metz* 54. 55. 80. 83. 96. 97. Mettensis ecclesia 25. eccl. et coenob. S. Vincentii in insula 85. episc.: S. Clemens, S. Arnulphus, Crodegandus, Drogo, Adelbero, Theodericus.
Meyenberch, Meyienb., *Meinberg* 212. 236.
Meyer Judaeus 260.
Meynherus episc. Aldenburgensis 158.
Meynulfus daemoniacus quidam 60.
Mezalinus, fil. Salahadini 172.
S. Michael, Mychael, archangel. 11. 29. 96. 115; fest. 144. 269. Monast. SS. Michaelis et Benedicti in Babenberg; monast. S. Mychaelis in Sybergo.
Michael imp. Constant. 41. 48.
Michael de Caesena gen. mag. ord. minor. 246. 247.
Mighelenhem v. Ingilinheheym.
Mikylinborch v. Mekelenborch.
S. Milo archiepisc. 119.
Milo de monte Leherii 138.
Milo, Mylo, de Anglers, pat. Rolandi 26. 27. ux. Bertha.
Mimigavordensis episc. v. Monasteriensis.
Mimilewa, Hyemeleva, *Memleben* 78. 85.
Minda, Mindin, Mindyn, *Minden* 37. 38. 42. 85. 104. 136. 138. 158. 204. 265. 277. 285. eccl.: SS. Petri, Johannis,

Gorgonii et Dorothei, eccles. major; monast.: S. Mauricii in Insula, S. Mariae, S. Martini. Mindensis episcop. 32. 37. 44. 213. 268; parochia 158. 237; conventus 250. episc.: Bruno, Sigibertus, Enghilbertus; decanus Ludolfus; burgimag. Henricus de Hasle.
Misna, Mysna, Misni, *Meissen* 84. 160. 173. 213. 282. Misnensis marchio 219. 220; curia 219. episc.: Borchardus, Reynerus, Craht.
Misne mons 74.
Moabytae 27. 155. 172.
Modehorst, *Müddehorst* 50.
Modoecia, *Monza* 245. 265.
Moenus, *Main* 35.
Moguntia, MoguncIacum, Moguntiacum, *Mainz* 13. 35. 38. 43. 44. 52. 56. 80. 81. 102. 104. 106. 109. 113. 122. 124. 127. 130—135. 142. 146. 288. Moguntini 120. 142. 144; Moguntinenses 162. Moguntinus archiepiscop. 40. 94. 220. 268. 275. 276. 286. Moguntina parochia 58, eccl. 280, sedes 288. eccl.: S. Albani, S. Johannis. archiep.: Rigibertus, S. Bonifacius, Rabanus, Liutbertus, Lullus, Hatto, Hyltibertus, Fridericus, Gwilhelmus, Willigisus, Erbo, Bardo, Lutpoldus, Sigifridus, Petrus, Gerlacus.
Molhusen 160.
Moliard, Johannes 235.
Molismus monasterium 127.
Monacum, *München* 262. 271.
Monasteriensis, Mymighgavordensis, Mimigavordensis, Mymegardevordensis (*Münster in Westfalia*) episcopatus 32. 44. 59. 155. 156. 224. 282. eccl. S. Pauli; provincia 184. episc.: Liudbertus, Gerhardus, Otto, Conradus, Lodewicus.
Monogenes cocus 218.
Mons Ferratus 179.
Mons Flasconis 178.
Mons Gaudii 179.
Mons S. Georgii 148.
Mons Malus *prope Romam* 140.
Mons Martirum, *Monmartre prope Parisios* 26.
Mons Pessulanus, *Montpellier* 176. 210. 215. 219. 273.
Mons Roberti 142.
de Monteforti 180. 184. 200. 203. 208.
Montensis comes Reynerus 82, Baldwinus 127; de Monte comes 187. 212. 225.
Moraviani 67. 71.
Morellum castr., *Muret* 180.
Morimundus 147. 148.
Morini 66.
Morleve, *Morsleben* 100.
de Mortuo Mari, ille (*Roger Mortimer*) 246.
Mosa fluv., *Maas* 10. 54. 66. 67. 81. 134. 142.
Mosella fluv., *Mosel* 6. 30. 169. 179. 258.
Moyses 191. 282. Moysis lex 108. 140. 178.
Moyses princ. Sarracen. 37. 38.
Moyses Cordubensis rabbi 224.
Muhammad princ. Sarracen. 21.
Muhavia amireus Sarracen. 15.
Mulenes rex 163.
Munyo mag. ord. praed. et episc. Palentinus 210.
Muretum nemus 119.
Mutinensis (*Modena*) episcopus 123.
Mutius = Benedictus X. papa 112.
Mychael, Mychahel v. Michael.
Myletum 163.
Mylo v. Milo.
Mymegardevordensis, Mymighavordensis episc. v. Monasteriensis.
Mynerbia 178.
Myrrea 41. 124.
Myssaha fluv. 18.

N.

Naaman dux Bajoariae 27.
S. Nabor 164. corp. 21.
Nabugodonosor 145.
Namnetum urbs, Namnetis, *Nantes* 57. 126.
Namursia, *Namur* 198.
Narbona, *Narbonne* 12. 17. 19. 211. 234. archiep. Guido.
Narniensis civitas 96.
Narses patric. Romanorum 6.
Nassov, com. de 212. 213.
Navarra 27. 208. 210. Navarri 26. 208.
Nazaraei 108.
S. Nazarii corp. 21.
Neapolis 170. 193. 194. 205. 210. 273. Neapolitani 55.
Nemausus (Remausus 12.), *Nismes* 12. 17.
Nemetum 99. 107. 111. cf. Spira.
Neomagi v. Novimagium.
Neopolionis turris 198.
Nero imp. 6. 18. 46. = Benedictus XII. papa 265.
Neronis pratum Romae 158.
Nestorianus 175.
Nestria = Neustria 7. 18. 70.
Neumagum, *Nimwegen* 105.
Nicaea, Nycea, Nychea 13. 33. 127. 170. Nicaeanum concilium 140.
Nicephorus imp. 41. 85.
Nicolaitae 108. 118. Nicolaitarum haeresis 63.
S. Nicolaus, Nycholaus, corp. 124. arca 41.
Nicolaus, Nycolaus, Nycholaus I. papa 58. 60. 61.
Nycholaus II. papa 112. 113. 114.
Nycholaus III. papa 208. 209. 236.
Nycolaus, Nycholaus IV. papa 210. 212. 222.
Nicolaus, Nycolaus V. papa 246. 247. 250.
Nycholaus episc. Hostiensis et card. 229.
Nycholaus de Tarvisio mag. ord. praed. 219.
Nycholaus diaconus 238. 239.
Nycholaus, pater Leonis III. papae 9.
Nicolaus de Alexandria 255.
Nicolaus Boneti 255.
Nycolaus de Book 231. 232.
Nicolaus de Lira ord. min. 254.
Nicomedia, Nycomedia 13.
Nivallenses 82.
Noe 186. 289.
Nomentum, *Nomento* 38.
Noradynus rex Turcorum 163.
S. Norbertus Coloniensis 143.
Nordalbinghi 47. 48. 86. 137. 158.
Nordamimbri 77.
Nordhusen, Northus., *Nordhausen* 131. 160.
Nordmanni v. Normanni.
Nordthuringia, Northuringya 32. 73.
Nordwitae 31.
Norici 46. 77. 108. 115. Norici principes 131.
Normanni, Nordmanni, Northmanni (et Dani) 42. 43. 45. 47 57. 66. 76. 77. 79. 81. 85. 96. 101. 106. 108. 114. 116. 118. 162; qui et Norwegi 55. 57. 65. 67. 157. — Normannia 43. 57. 66. 70. 113. 115. 123. 125. 127. 198.
Normantinus comitatus 70.
Northusen v. Nordhusen.
Norticum urbs 12.

Norwalenses 77.
Norwegi, Norwei (Normanni) 48. 55. 57. — Norwegia 65. 157.
Norwicum, *Norwich* 154.
Nova Cella, *Neuzelle* 21.
Novaria, *Novarra* 139. Novariensis dioeces. 222. Novariensia montana 224.
de Nova ville, Stephanus 243.
Novimagium, Neomagi, Noviomagum, *Noyon* 53. 66. 101. 105. 259. Noviomensis episcopus 154.
Novum Castrum 212. 224.
Novum Monasterium = Wintonia 63.
Nurenberch, Nuremb., *Nürnberg* 156. 270.
Nussia, *Neuss* 168. 187.
Nutlon, *Notteln in Westfalia* 59.
Nuwenborch, *Neuburg* 234. 284.
Nuwenborch castrum 168.
S. Nycasius 211.
Nycea v. Nicaea.
Nyceforus v. Nicephorus.
Nycetas princ. Cyciliae 36.
Nycetas, Nychetas, Pectoratus monachus 108.
Nyclotus princ. Abotritorum 137.
Nycolaus, Nycholaus, v. Nicolaus.
Nyenbrughe 156.
Nynivitae 145.
Nyvernensis *(Nevers)* episc. Wilhelmus 186.

## O.

Obotriti v. Abodritae.
Octavianus 92.
Octavianus = Victor antipapa 162.
Oda, ux. Ludolfi com. Saxon. 56.
Odalricus episc. v. Ulricus.
Oddo v. Odo et Otto.
Odera, Odora, *Oder* 157. 234. 238.
Odgarus v. Edgarus rex Angl.
Odgerus v. Etgerus rex Daciae.
Odilo dux Bajoariorum 18.
Odo rex Francorum, fil. Roberti com. Andegav. 67. 70. 75. frat. Robertus.
Odo, Oddo, dux Saxon. 72—74. ux. Liutgarda; fil. Henricus I.
Odo dux Burgundiae 127.
Odo cardin. episc. Tusculanus 192.
Odo cardin. cancell. Parisiensis 190.
Odo episc. Hostiensis 124.
Odo abb. 34.
Odo abb. Cluniacensis 72.
Odo de Senonis canonic. Paris. 243.
Odora v. Odera.
Oellus com. Namnetensis 27.
Oenus fluv., qui et Yne, *Inn* 72.
Offa, fil. Sygheri regis 11.
Olebugge 168.
Oliverius, Olyverus, comes 27—29.
Olivus, pat. Stephani III. papae 22.
Olricus v. Ulricus.
Olyanus Salahadini 255.
Olyverus v. Oliverius.
Oppenheym 120.
Ora, *Ohre* 31. 32.
Ordo praedicatorum 177. 180. 183. 192; magistri: S. Dominicus 177, Jordanus 188, Raymundus 189, Johannes 194, Humbertus 209, Johannes de Vercellis 210, Munyo 210, Stephanus 215, Nicolaus de Tarvisio 219, Albertus Januensis 219, Bernardus 221, Aymericus 229, Berengarius 234, Erucus 234; — capitul. general.: Parisius 194. 188. 210, Bononiae 189, Budae 209, Londoniae 209, Coloniae 215. 221, Argentinae 219, Marsiliae 219, Tholosae 229, Neapoli 229, Barchinonae 234, Lugduni 234; — conventus: Coloniensis 201, Valentinus 209, Barcinonensis 189, Lucanus 215, Treverensis 221, Lubicensis 244, Mindensis 250, Zyrixensis 259, Frisacensis 269, Ysenacensis 276.
Ordo templariorum 144. 229.
Ordulfus dux Saxoniae 86. 136.
Orestes 6. 238.
Orheym 18.
Oriens 40. 172.
S. Origenes 191.
Orons fluv. 128.
Orosius 4. 62.
Orsna fluv., *Asse* 186.
Osenbrughe, Osnebrughi, Osenbrughe, *Osnabrück* 24. 31. 156. 160. 213. 225. Osnabrugensis eccles. 31. 62, episc. 44. 225, sedes 209, terra 213; — eccles. SS. Petri, Crispini et Crispiniani; episc.: Lodewicus.
Osningh mons 30.
Osterland 42.
Osterwik, Osterwych 31. 44.
Osthof 147. 225.
Ostia 53. Ostiensis v. Hostiensis.
Ostphalai 30.
Ostrofrancia 65.
S. Oswaldi reliqq. 50.
Oswaldus episc. Wigorniensis 82.
Otbertus quidam 97.
Othgerus Dacus 28.
Othildis, soror S. Pusinnae 58.
Othinga, *Oettingen* 65.
S. Othmarus 21.
Ottensund 85.
Otto cf. Odo.
Otto M. I. imp. 32. 70. 71. 73. 75—86. 136. 157.
Otto II. imp. 82. 84—88.
Otto III. imp. 80. 87—95.
Otto IV. imp. 133. 156. 161. 172—180. 183.
Otto dux Bajoariorum 113. 114. 117. 118.
Otto comes de Nordheim, dux Bajoar. 130. 146.
Otto, fil. Hugonis M., dux Burg. 83. 84.
Otto dux de Lunenborch 161.
Otto dux de Lunenborch et Brunswic 193.
Otto dux de Brunswic *(Largus)* 273.
Otto marchio Misnae 160.
Otto comes de Ballenstede, marit. Eylike filiae Magni duc. Sax. 86. fil. Adelbertus march.
Otto com. de Brandenborch 160.
Otto com. de Clyvo 228.
Otto com. Gelriae 170.
Otto, fil. Adolfi I. com. de Marka 187. Leodiensis canon. 208.
Otto *(de Orlamünde)*, frat. Wilhelmi march. Thuringor. 111. 114. 116. 117.
Otto com. de Tekeneborch 213.
Otto de Wetelheybach *(Wittelsb.)* 173. 177.
Otto, Oddo, cardinal., Portuensis episc. 188. 191.
Otto de Waldenberch episc. Hildensemensis 288.
Otto *(com. de Rietberg)* episc. Monasteriensis 221. 225.
Otto, pat. Gregorii V. papae 90.
Otto de Eversten, scolasticus 288.
Otto de Nyenhusen 250.
Ottones 94. 95.
Ottoniani 173.
Ovacra fluv., *Ocker* 18.
Ovidius 4. 5.
Ovo, Urban, rex Ungaror. 104.
Ovo puer quidam 14.
Owesberg mons 38.

Oxomensis dioecesis *(Osma)* 177. episc. Dydacus.
Oxonia, *Oxford* 116.
Oye 168.

## P.

Pactolus fluv. 4.
Paderborne, Padolibrunne, Padolburne, Podelburne, Podelborne, Podoli fons, *Paderborn* 26. 32. 38. 54. 106. 112. 286. 287. Podelburnensis episcopatus 44. 213, dioecesis 236. episc.: Ymad, Baduradus; monach. Paternus 112.
Padua 187. Paduanae regiones 143.
Padus, *Po* 139. 197.
Palaestina 129. 155. Palaestini princ. 155.
Palargi 26.
Palatinus comes 94. 160. Palatinus Reni 230. 240. 261. 275—277.
Palatinus mons 123.
Palea = Alexandria in Italia 164.
Palentinus episc. Munyo 210.
Pallans, fil. Evandri 109.
Pallilogus imp. Graecorum 199.
Palumbus presbyter 107.
Pampilona, Pampilonia 26. 27. 208. 234.
S. Pancratius 186.
Pandoces 121.
Panis fluv. 157.
Pannonia, Panonia 35. 36. 43. 67. 88. 100. 107. 168. 190. 192.
Pannormus, *Palermo* 172. Panormitani 210.
S. Pantaleonis cap. 40. monast. Coloniae 81. 117.
Papia, Papya, *Pavia* 6. 20. 24. 31. 75. 80—82. 99. 156. 162. 163. Papienses 179. 228. episc.: Petrus; eccl. S. Augustini.
Paradysus *monaster. prope Sosatum* 201.
Pardi, Perdi 26. 27.
Paris Alexander 167.
Parisii, Parisius 6. 12. 22. 26. 34. 54. 55. 62. 64. 66. 67. 84. 87. 108. 145. 149. 167. 174. 178. 179. 181. 185. 187. 188. 194. 198. 200. 201. 209—211. 213. 215. 236. 243. 252. 255. 263. episc.: Petrus Lombardus, Mauritius, Johannes de Aurelianis, Stephanus; eccl.: S. Dionysii, S. Medardi 52, S. Victoris 145. 153; capella S. Andreae 204; universitas 243; cantor 243; canonici 243; studium 255; libra 186. Parisiacus pagus 76. Parisiensium fines 87.
Parma 139. 140. 193. 222. episc. Chadelo.
Parona v. Perona.
Parra civitas 26.
Parthensis pagus v. Pertensis.
Partinopolis v. Magdeburgh.
S. Paschalis I. papa 49. 52. 55.
Paschalis II. papa 45. 129—133. 135. 138. 140—143.
Paschalis antipapa 162.
Passavant castr. 197.
de Patberge, Johannes 286. 287.
Paternus monachus Paderborn. 112.
S. Patroclus 80. 81. corp. Coloniae.
Patroclus, amicus Achillis 238.
S. Paulini episc. ossa 93.
Paulinus poeta 17.
S. Paulus apost. 30. 32. 40. 140. 180. 197. 205. convers. 194. 268. eccl.: Monasterii, Romae 40. 55. 162; congregatio Trajecti inf. 155. V. S. Petrus.
Paulus I. papa 21. 22.
Paulus Diaconus 41; histor. Lombard. 4.
Pelagius cardinalis 185.
Pene fluv. 86.
Perdi v. Pardi.
Peregrinus, Pelegrimus, Pilegrimus, Pyligrimus, archiep. Coloniensis 95. 97—99. 101.
Peremont, *Pyrmont* 168.
Peritheos 238.
Perona, Parona 70. 75.
Persae 27. 40. 41. 52. 127. 175.
Persis 28. 164. 175.
Persius poeta 4. 290.
Pertensis, Parthensis, pagus, *le Pertois* 58.
Pertharich rex Lombardorum 8.
Perticus 71. Perticensis comes 71.
Perusium, *Perugia* 177. 181. 183. 190. 200. 201. 219. 246. eccl. S. Laurentii; Perusinus episc. 230.
Petragorae, Petragorum, Petragoricum, *Perigueux* 20. 57. 199. Petragoricus episc. 199.
Petronax civ. Brixiensis 12.
S. Petronilla, fil. S. Petri, corp. 21.
Petronilla, ux. Florentii II. com. Holland. 148. 158.
Petronium 26.
S. Petrus 6. 13. 20. 21. 24. 25. 38. 42. 48. 56. 57. 63. 69. 88. 96. 104. 121. 122. 131. 134. 144. 151. 167. 168. 175. 180. 184. 205. 223. 232. 243. corp. 53; catena 84. 85; baculus Coloniae 80. — eccles. S. Petri: Romae 24. 52. 53. 55. 56. 68. 85. 104. 149. 229; Bardewic 6; Osnabrugi (SS. Petri et Crispini et Crispiniani) 31; Mindae (SS. Petri et Gorgonii et Dorothei) 37; Senonis 63; Bononiae 121; Antiochiae 128. 163; — basilica: Tycini 15; Quedlingheborch 78; Romae 38. 109. 156. 183; Coloniae 57. 62. 165. 170; — episcopatus in Aulica 35, translat. in Hildesheim 36. 49; — monaster.: Erphordiae 13; Romae 149; SS. Petri et Pauli 16. 55; Babenbergae 98; Corbeiae 153; capella in Eresborge 42; — episcopat. Babenberg. in hon. SS. Petri et Georgii 96; — vicarius S. Petri 38; porticus S. Petri 11. 36. 88; porta 13; claves confessionis 16. 36; confessio 40. 139; altare S. Petri 118, SS. Petri et Pauli 139; congregatio Trajecti infer. 155; campana in honor. S. P. 224; cathedra S. P. 123. 133. — bona S. P. 24; regalia b. P. 144; jus b. P. 146. 177. 178; feodum b. P. 178; patrimonium S. P. 118. 162. 200 castellum S. P. Romae 123; gradus S. P. 140. — visitare S. Petrum et Paulum 218.
Petrus Anthysiodorensis comes, imper. Constantin. 183.
Petrus II. rex Arrogoniae 176.
Petrus III. rex Arrogoniae 210. 211.
Petrus rex Ungaror. 101. 103—105.
Petrus princeps Bulgarium 83.
Petrus dominus de Sabaudia 197.
Petrus de Palude, patriarcha Jerusal. 254.
Petrus de Tharantasia ord. praed., archiep. Lugdunensis 208.
Petrus archiep. Moguntinus 230. 231.
Petrus Rogerii archiep. Rothomagensis 254. 266.
Petrus episc. Papiensis = Johannes XIV. papa 88.
S. Petrus Damascenus episc. 18.
S. Petrus Manimenus 18.
S. Petrus Veronensis ord. praed. 190. 193.
S. Petrus martir 264. 265.
Petrus praefect. Romae 83.

Petrus Alfonsus 131.
Petrus Comestor 5. 155. 163.
Petrus de Columpna 220. 221.
Petrus de Corbaria 245. 249.
Petrus de Cusa 254.
Petrus Damianus 4. 96. 120—122.
Petrus de Fayello canonic. 243.
Petrus de Gandavo 247.
Petrus Horle 255.
Petrus Leonis = Anacletus II. papa 148—150.
Petrus Lombardus 153. 155. 181. magist. in sententiis 5.
Petrus de Marone 214. 223.
Petrus Martini 233.
Petrus de Palma 243. 254.
Petrus Pysanus 39.
Petrus de Verbena 255.
Petrus heremita 127.
Phalech 237.
Phaphar, Farfar, fluv. 127. 128.
Pharingha locus ad Danubium 33.
Philippicus, Phylippicus, qui et Bardanius, imp. 10—13.
Philippoldus, Phylippoldus, de Turribus 227. 228.
Philippus papa 22.
Philippus, Phylippus, dux Suev., fil. Friderici I., imp. 156. 172—178.
Philippus I. rex Francorum, fil. Henrici II. 113. 126. 127. 131. 136. 138. ux. Bertha.
Philippus II. rex Francorum, fil. Lodewici IX (VI.) 149. 164. 167—171. 173. 174. 177—180. 184. 186. 198.
Philippus III. rex Francorum 199. 203. 204. 208. 210. 211.
Philippus IV. rex Francorum 210. 211. 220. 229 (Pulcher). 230. 233. 252—254.
Philippus V. rex Francorum, fil. Karoli de Valeyo 233. 252. 254.
Philippus VI. rex Francorum de Valeyo 254. 255. 263. 269. 270.
Philippus com. Flandriae 169. 171.
Philippus I. archiep. Coloniensis 153. 156. (decanus) 168—170.
Phithias 238.
Phoebus 196.
Phoenici, Fenici 145.
Phylippicus v. Philippicus.
Pictavia, Pyctavia, Pictavus, *Poitiers* 19. 189. 199. 225. 254. comitatus 186. Pictaviensis princ. Wilhelmus 104. episc. Gilbertus Porretanus.
Pilegrimus v. Peregrinus.
Pingria, *Bingen* 151. monast. S. Ruperti.
Pipinus, Pippinus, Pypinus, Brevis, major domus, fil. Ansegisi 7—9. 12. 13. 44. ux. Plectrudis.
Pipinus, fil. Karoli Marcelli, pat. Karoli Magni, maj. dom. 13. 16. 17. 18. rex Francorum 19—23. 25. 31. 39. 44. 46. 60. ux. Bertradis.
Pipinus, fil. Karoli Magni, rex Italiae 31. 33. 35. 37. 38. 43. fil. Bernardus.
Pipinus, fil. Lodewici Pii, rex Aquitan. 48. 49. 53. 54. 57.
Pipinus, fil. Pipini fil. Lodew. Pii 57.
Pisae v. Pysae.
Pitten, Ludolfus 269.
Placentia, *Piacenza* 62. 139. 162. 203. Placentini 228. Placentinus episc. 90.
Plectrudis, ux. Pipini II. maj. dom. 9. 12.
de Plettenbrecht, Hunoldus 286.
Plisnensis terra, *Pleissen* 174.
Pneumatomagi 108.
Podelborne, Podelbrunne v. Paderborne.
Podiensis episc. Heymarus 127; Guido = Clemens IV. papa 200.
Podoli fons v. Paderborne.
Poillevoiinus, fil. Manfredi princ. Tar. 200.
Polabi 158. Polaborum terra 137.
Polethe, *Pölde* 106. 107.
Policronius, pat. Zachariae papae 17.
Polinites 238.
Poloni, Polonii 97. 157. 211. 272. 276.
Polonia 88. 138. 189. 190. 201. 288. ducissa S. Hadewiga.
Pollux 232.
Pomerani 157.
Pompejus Magnus 218.
Pompejus Trogus 4.
Ponticum mare 61. 190.
Pontinensis comitatus 186.
Pontinicense coenobium, *Pontigny* 141.
Pontius abb. Cluniacensis 145.
Pontus 10. 11.
Poppo dux Frisiae 16.
Poppo archiepisc. Treviror. 97.
Poppo episcopus Prisinensis seu Brix. 106.
Poppo vir fortis 120.
Poppo clericus 83.
Portem, *Forchheim prope Mühlberg vel Forecheim in Franconia* 120.
Portuensis episcopatus 68. episc. Formosus papa, Oddo, cardin. Robertus.
Portugali 26.
Potfelde v. Botvelden.
Poznani, *Posen* 84. episc. Jordanes I.
Praedicatorum ordo v. Ordo.
Praemonstratus locus, *Premontre prope Concy* 143. Praemonstratensis ordo 143.
Praeneste 188. episc. Jacobus.
Praga 284. episc. Adelbertus.
de Prato monast., *Beaupré in dioec Bellovac.* 150.
Premensis episcopat. v. Brema.
Priamus Trojanus 167.
Pribyslaus regulus Abodritarum 159. cf. Przebislaus.
S. Privati corp. Coloniae 80.
Probus Caesar episc. 88.
S. Processus 216.
Proserpina 238.
Prosperi cronica 4.
S. Prothi corp. 84.
Provincia, Proventia, *Provence* 14. 18. 54. 64. 65. 127. 193. 198. 203. 209. 221. 273.
Pruci, Prucii, Pruzi 87. 96. 157. Prutheni 97. — Prucia, Pruscia, Prutia 88. 211. 286.
Prudentius poeta 121.
Prulianum 177.
Prumia, *Prüm* 35. 57.
Pruscia v. Prucia.
Prutheni v. Pruci.
Przebislaus, Przebyslaus 137. cf. Pribyslaus.
Ptolomaeus script. 270.
Ptolomaeus 91.
Ptolomada = Achon 129. Ptolomais 169. 170.
Publicius libertinus 218.
S. Pusinna 38. 58—60. 64. translat. Hervordiam 58. 59.
Puteoli 121.
Pylades 6. 238.
Pyligrimus v. Peregrinus.
Pypinus v. Pipinus.
S. Pyrminus abb. Augiae 16.
Pyrpinianum, *Perpignan* 211.
Pyrrus amiras Turcorum 128.
Pysae 169. 192. 229. 247. 273. Pysani, Pisani 149. 181. 189. 229. Pisanus episc. 230. eccl. maj. 246.
Pysciacum, *Poissy* 263.

## Q.


Quedelingheborch, *Quedlinburg* 74. 78. 85. 93. 117. 131. eccl. S. Petri, S. Servatii.
Quernhamelen 136. 158.
de Quernvorde, Syfridus 288.
S. Quintinus; eccl. Belvacensis 120. 125.
Quirinus deus 232.


## R.


Raba, Raban, fluv., *Raab* 35. 104.
Rabanus abb. Fuldensis, archiep. Moguntinus 34. 48. 53—57. 62.
Rabbodus v. Ratboldus.
Rabodo quidam 186. Rabodonis patrimonium 174.
Raceborg, Raceburch, Racesborch, Rasceborch, Rascisborch, *Ratzeburg* 137. 138. 158. 160.
Racofonum 178.
Radamirus rex Galliciae 79.
Radantia fluv., *Rednitz* 35.
Radbodus, Radboldus v. Ratboldus.
Radolfus cf. Rodolfus.
Radulfus, fil. Richardi duc. Burgund., rex Francor. 70. 76.
Radulfus archiep. Remensis 86.
Radolfus episc. Veronensis 53.
Raffenberch 147.
Ragenfridus maj. dom. 13.
Rama 168.
Ramesse 185.
Ramgarius, satell. Ratboldi duc. Fris. 9.
Rammesberch mons, *Rammelsberg prope Goslar* 74.
Ramula 129.
Randenrode 179; v. Gerhardus de R.
Rani, qui et Rugiani 136. 158.
Ranibergh 136.
Rasche de semine Cruconis 137.
Rasceborch, Rascisborch v. Raceborg.
Ratboldus, Radboldus, Rathboldus, Rabbodus, dux Frisonum 8. 9. 12. 14.
Raterius, Richerius, episc. Veronensis et Leodicensis 78. 87.
Rathbede rex Frison. 7.
Rathbodus v. Ratboldus.
Ratispona, Ratisbona, Regenesborch, *Regensburg* 68—70. 72. 81. 104. 108. 110. 111. 120. 127. 130. 135. 136. 139. 201. episc.: Wolfgangus, Gebehardus, Fridericus, Albertus Magn.; monaster. et eccl. S. Emmerani 69. 70. abb. Reynwardus.
Ratscis, Ratschisus, rex Lombardor. 18.
Ravennna, Ravennas 7. 36. 43. 71. 73. 84. 86. 89. 90. 140. 145. 273. Ravennensis ecclesia 133; archiep.: Johannes (X. papa), Gylbertus, Wicbertus.
de Ravensberch, Lodewicus 225.
Raymundus com. S. Egydii 127.
Raymundus de Pennaforti 187.
Raymundus mag. ord. praed. 189.
Raynerus v. Reynerus.
Rayno dux Apuliae 149.
Reate 187.
Redarii, Rederi 157.
Redegast princ. Tolenzorum 157.
Redonis 126. eccl. S. Melanii.
Rees 168.
Regensborch v. Ratispona.
Reginus fluv., *Regen* 131.
Regumbertus dux Taurinensis 11.
Rekelinghusen, *Reklinghausen* 147. 168. 215.
S. Remaclus 7.
Remausus v. Nemausus.
Rembertus episc. Aldenburgensis 158.
Reme *vicus Westfaliae* 19. 38.
S. Remigius 14.
Remigius episc. Antisiodorensis 68.
Remigius grammaticus 4. 72.
Remis, *Reims* 38. 42. 43. 49. 54. 86. 89. 143. 149. 154. 172. 187. — Remenses 90. Remensium fines 87. Rem. dioecesis 56. archiep.: Turpinus, Hyldegarius, Eburdo, Radulfus, Gerbertus, Arnulfus, Gwilhelmus.
Remistranius princeps Aquitaniae 22.
Remwardus archiep. Hammenburgensis 47.
Renaldus de Albaspina 28.
Renesborch v. Rynesburg.
Renisteyn insula 21.
Reni palatinus v. Palatinus Reni.
Renus, Rhenus, Hrenus 6. 8. 30—32. 35. 43. 47. 54. 57. 75. 79. 106. 108. 113. 151. 159. 258.
de Retberch, comes 286.
Rethre 157.
Retia 53.
Reynaldus decanus S. Aniani Aurel. 183.
Reynardus com. Boloniensis 179.
Reynbertus archiep. Hammenburg. 47.
Reyneke 279. 280.
Reynerus = Paschalis II. papa 129.
Reynerus, Reynhardus, episc. Halberstadensis 141. 146.
Reynerus episc. Misnensis 116.
Reynerus com. Hagynorensium 81.
Reynerus com. Montensis, Longicollus 82.
Reynerus, fil. Reyneri Longicolli 82. 87.
Reynerus com. Montensis 97.
Reynoldus archiep. Coloniensis 156. 161. 164. 165. 168. 170.
Reynoldus, fil. fratris Karoli fil. Karoli Magni 42.
Reynoldus I. com. Gelriae 224. 235.
Reynoldus II. com. Gelriae 235. 236. 252. 259. 261.
Reynwardus abb. monast. S. Emmerani Ratisp. 69.
Rhosan, *Rossano* 87.
Ribuaria 67. Ribuarii 46.
Richarda, Rycharda, imper., ux. Karoli Grossi 66.
Richardus, Rychardus, rex Romanor. (com. Cornubiae) 181. 194—203.
Rychardus rex Angliae 169. 171. 173.
Richardus dux Burgundiae 70. 76.
Richardus, Rychardus, I. dux Nordmannor. 67. 79.
Richardus, Rychardus, II. dux Nordmannor. 67.
Richardus comes Nordmannorum 115.
Rychardus, fil. Symonis com. Montisfortis jun. 200.
Rychardus de S. Victore 153.
Richerius episc. Veronensis v. Raterius.
Rigibertus episc. Moguntinus 13.
Rikze v. Rykeza.
Ringhelen, Ringelheym 74. 146. Ringhelenheimenses comites 136.
Ripa, Ripae, *Ripen* 47. 57.
Roberti mons 142.
Robertus rex Francorum, fil. Hugonis Capet. 90. 91. 95. 99. fil. Henricus.
Robertus rex Siciliae 229. 232.
Robertus, frat. Wilhelmi II. reg. Angl. 125.
Robertus, qui et Rollo, dux Nordmannorum 65. 67. 70. 79. fil. Gwilhelmus.
Robertus Guiscardi (Wiscarius) dux Nordmannorum 67. 109. 115. 123. 127. 133.

Robertus com. Andegavorum 67. 70. 77. fil. Hugo com. Paris.
Robertus, Ropertus, com. Andegav. 67. 75. fil.: Odo, Robertus.
Robertus com. Flandrensis 113. 114. 127.
Rodbertus princ. Wirzeburg. 9.
Robertus Anglicus ord. praed., archiep. Cantuar., card. Portuensis 204.
S. Robertus fundator ord. Cisterc. 127.
Robertus canonic. Sosatiensis 216.
Robertus ord. praed. de domo Avinion. 233.
Robertus presbyter 97.
Robertus de Area 163.
Rocilio 199.
Rockedarche 170.
Rodanus fl. 185. 274.
Rodenberge, Rodenberch 147. 212.
Rodgandus, Ruotgandus, dux Forojuliens. 25. 26.
Rodia lex 39.
Rodolfus, Rodulphus, Rodolphus, dux Alemann. (Burgundionum 120.) et rex Germ. 114. 115. 119. 120. 122.
Rodolfus, Rodulfus, Rudolfus, imp. 187. 203—213. 248.
Rodulfus rex Burgundion. 67. 76.
Rodulfus, Rodolfus, Rudolfus, rex Burgundiae et Italiae 71. 75. 76.
Rodulfus, Rudolfus, rex Burgundiae 100.
Rudolfus dux Saxoniae 230. 231. 234. 272. 275. 277.
Rodolfus com. Franciae 32.
Rodzemadis 163.
Rogerius rex Syculorum 133. 146. 149. 156. 169. 172.
Rogerius dux Apuliae, frat. Boyamundi 127. 130.
Rogerius com. Antiochiae 141.
Rolandsegke 161.
Rolandus palatinus 26—29. 232. pat. Milo.
Rolandus cancellarius eccl. Rom. 161.
Rollo de Norwegia cf. Robertus.
Roma, Urbs 7—13. 16. 18. 19—25. 31. 33. 34. 36—40. 43. 46. 49. 52—56. 60—66. 68. 69. 71. 73. 76. 80—86. 88—94. 97. 99. 100. 104—107. 109. 111. 112. 114. 116. 118. 120. 123. 124. 128. 130. 133. 136—140. 142. 143. 147—149. 153—155. 158. 159. 162—165. 167. 170. 172. 174. 177. 179. 180. 183. 184. 187. 188. 197. 198. 200. 208. 209. 215. 218. 220. 229. 245. 269. 273. 287. 289. Romana urbs 14. 36. 40. — ecclesiae: S. Petri, S. Salvatoris seu Constantiniana, S. Sabinae, S. Pauli, Jerusalem, S. Laurentii, SS. Marcellini et Petri, S. Clementis, S. Mariae maj., Lateranens., S. Mariae Rotund., S. Syxti, S. Mariae trans Tyberim, S. Silvestri. — monast.: S. Petri. — Regiones Romae: Via lata 81; porta S. Petri; pons Molvius; Leonina civitas 53. 56. 123; castrum S. Angeli 83. 85. 88. 90; insula 88; Vaticanus 88; turris Neopolionis 198; pratrum Neronis 158; mons Malus 140; Argentea porta 139; porta Lateranens. 123; castrum S. Crescentii sive domus Tyderici 123. — Romana ecclesia 16. 24. 39. 42. 54. 56. 82. 85. 106. 108. 111. 112. 119. 131. 133. 134. 144. 145. 161. 164. 173. 177. 180. 182. 183. 188. 195. 197. 199. 210. 218. 220. 223. 231. 237. 243. 245—247. 254. 256. 271. 275. 288. — papatus 68. — pontifex 86. 110. 111. 134. 140. 157. 217. 245. — Romanae eccles. cardinales: Hillebrandus, Desiderius, Reynerus, Gerhardus, Hugo, Leo, Pelagius, Otto, Senebaldus, Odo, Hugo de Cheliderio, Wilhelmus, Symon, Robertus, Symon tit. S. Caecil.; — presbyteri: Eugenius S. Sabinae 52; Gregorius S. Marci 53; Johannes 100; — diaconi: Valentinus, Johannes, Sergius 68, Johannes 81, Fridericus 108, Jacobus; — subdiaconus: Johannes 81; — levita: Fridericus III. — cancellarii: Johannes 42, Johannes Gayetanus 143, Rolandus 161. — Romana curia 94. 225. 228. 245. 256. 268. 277. 289; sedes 61. 68. 122. 125. 189. 190; cathedra 143; clerus 141. 246. 247. — Roman. cantus 19. 25. 34; officium 167.
Romana historia 130.
Romani 6. 20. 22. 23. 25. 34. 37—40. 44—46. 48. 49. 53—55. 61. 64. 65. 68. 71—73. 79. 80. 82. 83. 85—88. 94. 98. 100. 104—106. 108—110. 112. 113. 118. 123. 139. 143. 149. 150. 153. 154. 158. 167. 170. 174. 177. 179. 188. 197. 217. 219. 226. 229. 237. 287. 288. — Romanus populus 11. 20. 36. 40. 73. 82. 139. 140. 142. 154. 174. 182. 246. 247. 249. — Romanum imperium 7. 12. 39. 45. 47. 48. 87. 108. 116. 118. 131. 146. 162. 173. 238. 240. 260. — Romanorum imperium 67. 94. 180. — R. imperator 49. 59. 134. 144. 245. 261; regnum 72. 74. 203. 245; rex 79. 144. 231. 232. 240. 261. 268. 275. 276. Romana respublica 118. 139. — Rom. patricius 6. 113. 130; Romani principes 46. 68. 112; primores 48; termini 106; — orbis Romanus 45. 129.
Roma nova = Byzantium 39.
Roma secunda = Mediolanum 167.
Romania 178.
S. Romanus 29. eccl Blaviensis.
Romanus papa 70.
Romanus imp. Constant. 41. 77.
Romulus 92. 271. imperator 232.
Romulus, fil. Lodewici IV. imp. 245. 272. 273. 288.
Ropertus v. Robertus.
Rorik emporium 42.
Rosetum 174.
Rostoc 226.
Rothardus 21.
Rothomagus, *Rouen* 65. 77. episc.: Petrus, Audoenus.
Ruci v. Russi.
Rudino, *Rüthen* 168.
Rudolfus v. Rodulfus.
apud Sanctam Rufinam 123.
Rugia, *Rügen* 57. eccl. S. Viti. — Rugiani v. Rani.
Rumoldus, fil. Aragysi ducis 33.
Runciavallis 27—29.
Ruotgandus v. Crodegandus.
S. Rupertus 151. monast. Pingriae.
Rura, *Ruhr* 156. 186.
Russi 77. 118. Rusci 125. Ruci 157. — Ruscia 189. 190.
S. Rusticus 69. 70.
Rutgeri vita Brunonis archiep. Colon. 81.
Ruthrudis, Ruthrium, filia Karoli M. 31. 43.
de Rybodimonte, Anselmus 127.
Rycharda v. Richarda.
Rychardus v. Richardus.
S. Rycharii monasterium 36.
Rydeke 168.

Urbanus II papa 124—127. 129. 130 138 140.
Urbanus III. papa 167. 169.
Urbanus IV. papa 193. 199. 200.
Urbs vetus, *Orvieto* 199. 200. 209. 210. Urbevetana civitas 162.
Ursatium castrum 163.
Ursicampi, *Orcamp* 148.
Ursini 208.
Usuardus monachus 4. 40.

V.

Vagera 28.
S. Valens 53.
Valentia 187.
Valentianae, *Valence* 43. 82. 95. 112. Valentinus conventus 209.
Valentinianus imp. 6. 19.
Valentinus diaconus v. Leo IV. papa.
Valerianus imp. Rom. 167.
S. Valerianus, sponsus S. Caecil., corp. 52.
Valerius Maximus 4. 5.
Valesii 108.
Valkenborch, dominus de 203. 212.
Vallersleve 32. 44. 73.
Vallis coloris, *Vaucouleurs* 179.
Vallis Scolarium 185. 255.
Vallis S. Mariae 253.
Vasconia 23. 53. 80. 199. 254. 269. 273. dux Lupus.
Vastachius, gener Friderici II. imp. 192.
Vaticanus 88.
Vechelere 26.
Vegentum 171.
Velleterrensis episc. 112. 286.
Vellinus mons 121.
de Velsen, domini 216.
Vemere insula, *Fehmern* 158.
Veneti 67. 174. 199. 213. Venetiani 124. — Venetiae 53. 58. 107. 121. 164. 273. 274. Venetiae dux 120. Venetensis patriarcha 146.
Ventosa urbs 26.
Venus 107.
Vercellae 64. 112. 224. episc. Liutwardus.
Verdensis episcopatus, *Verden an d. Aller* 32. 44.
Verdonensis civitas v. Virdunum.
Vermendesio miles 174.
de Verneborch, Vernoberch, Henricus 221. 225. 231. 275. 276.
Verona 53. 72. 87. 134. 167. 169. 227. 228. Veronenses 77. 78. 227. Veronensium marchia 80. episc.: Radolfus, Richerius.
Vesegus v. Vosegus.
de Vicecomitibus, Galeatius 227. 233. 234. 249.
de Vicecomitibus, Johannes 245. 246. 264.
de Vicecomitibus, Lucas 249.
de Vicecomitibus, Marcus 249.
de Vicecomitibus, Matheus 227. 228. 233. 234. 246. 249.
de Vicecomitibus 288.
Viceliacum, Vizeliacum, *Vezelay*, coenob. 18. 154. 179.
Vicellinus v. Wicellinus.
Vicinarum nemus 255.
S. Victoris eccl. Parisiensis 153.
Victor II. papa 106. 109. 111.
Victor III. papa 124. 129. 138.
Victor antipapa 162.
Vienna, *Vienne* 16. 20. 43. 143. 229. 232. 233. dioecesis 200. archiep.: Gwido, Gwilhelmus.
Vigilancius 3.
Viltaburgh, Viltarum oppidum, Ultrajectum 8. cf. Trajectum.
Vincentia 107.
S. Vincentius levita 83. 187. eccl. et coenob. Metis in insula 85.
S. Vincentii monasterium ap. Lugdunum 121. 154. abb. Anselmus.
Vincentius Bellovacensis ord. praed. 4. 196. 197. 289.
Vinneta 157.
Virdunum, *Verdun* 67. Verdonensis civitas 105.
Virgilius 3. 4.
Viromandi 70. Viromandensis comitatus 186. comites: Herbertus, Radulfus.
Vitalianus papa 7.
Viterbium 173. 199. 201. 203. 208. 209. eccl. S. Laurentii.
Vitriacum 154.
S. Vitus martir 75. 76. corp. 19. 51; ossa 54; eccl. in insula Rugia 57.
Volenspeth, Thydericus 209.
Vorstenberch 225.
Vosegus, Vesegus, saltus 41.
Vrankenford v. Frankenvord.
Vrendeberch, Vrendeberge, monast. 248. 267. eccl. S. Mariae.
Vriburgum, *Freiburg Brisgoviae* 201.
de Vrilede, plebanus 278.
Vrose oppidum Nordthuring. 32. 44. 73. 84.
Vulcassini archiepisc. Johannes 254.
Vulda v. Fulda.
Vulradus com. de Raceborch 160.

W.

Wagari, Wagyri 86. 136. 157. 158. Wagyrensium provincia 137. 158.
Wagghersleve 74.
Wago episc. Aldenburgensis 158.
Walacria, *Walchern insula* 112.
Walbertus, fil. Wygberti fil. Widekindi reg. Angaror. 37.
de Waldeghe, Woldeghe, dominus 212. comes 216.
Waldenberch, Woldenberch, castrum 212. 288. Otto de Waldenberch, episc. Hildeshem. 288. 289.
S. Waldgerus comes Hervord. 49. 50. 60.
Waldo, fil. Eudonis 16.
Waldrada, concubina Lotharii II., sor. Guntharii archiep. Colon. 60. 61.
Waleyz, Waleys, Thomas 4. 251. 252.
Wallenses, Walenses 77. 82. 208. — Wallia 208.
Walkenrid coenob. Cisterc. 148.
Walrammus, Walsrammus, archiep. Colon. 260. 270. 277.
Walrammus, frat. Henrici com. de Lucelenb. 212.
Waltharius archiep. Magdeburgensis 97.
Walterius episc. Cabilonensis 127.
Waltherus abb. S. Dionysii Paris. 65.
Wandali 15. 157.
S. Wandragisilus v. Andregisilus.
Wangionum urbs, *Worms* 115. 144. cf. Wormatia.
de Warendorp, Bruno 244.
Warinus 21.
Warinus abb. Corbejensis 51. 59.
Waruani 157.
Wasda forestum 63.
Wassenberch 147. 168. 215.
Wayfarius, Wayferus, Wayfrayus, fil. Eudonis, dux Aquitan. 16. 18. 21—23.
Wecil archiep. Magdeburgensis 120.
Wedekindus v. Widekindus.
Wederstede monasterium 141.

Wegesaz, *Weset inter Leodium et Trajectum* 134.
Welepe 160.
Weleposholte, *Welpesholz* 141.
Welini 157.
Welofo dux Noricus 133.
Welp comes 51. filia Judith ux. Lodewici Pii.
Wencezlaus = Karolus IV. imp. 275.
S. Wenezlaus, Wenzlaus, dux Bohemor. 76.
Wentanus, Wentoniensis episc. 80.
Wentreshove vic. Hasbaniae 87.
Werben *(ad Albim)* 101.
de Werberge, Hermannus 288.
Werida, *Kaiserswert* 111. cf. S. Swiberti insula.
Werle 103. 146. 212. Werlenses comites 136.
Werle, *Werl* 147.
Werna fluv. 38. 212.
Wernerus comes 100. 114.
Wernerus de Hasle 278.
Wernherus ministerialis Henrici V. imp. 133.
Werzeburgh v. Wirzeburg.
de Westerborch, Sifridus 208.
Westphali 8. 23. 30. 160.
Westphalia 6. 20. 34. 50. 58. 146. 147. 150. 159. 168. 212. 216. 224. 259. 260. 270. 274. 277. 282. 285—287. Westphala provincia 24.
Wethyni visio 38.
Wicberth 7.
Wicbertus, Wigbertus, Gwicbertus, Guibertus, archiep. Ravenn. 122. 124—126. 129. 130. 132. — Wicbertina haeresis 133.
Wicboldus de Holte archiep. Coloniensis 216. 221.
S. Wicellinus, Wicelinus, Vicelinus, episc. Aldenburgensis 136. 158.
Wichmannus archiep. Magdeburg. 161.
Wide lantgravii 168.
Widekindus, Wedekindus, Wydikindus, rex Angaror. 26. 31—34. 37. 72. 136. 146. rex Saxonum 50. 74. fil. Wygbertus.
Widekindus monachus Corbejensis, histor. 85.
Widekindesborg castr. *prope Mindam* 32.
Wido v. Wydo.
Wigbertus, Wigfridus v. Wyg.
Wigornia, *Worcester* 82. episc. Oswaldus.
Wildeshusen, *Wildeshausen* 37.
Wildricus episc. Amburgensis (i. e. Udalricus August.) 87.
Wilhelmus com. Hollandiae 177. rex Romanor. 192—195. 197. 216.
Wilhelmus I. rex Anglor., com. Normannorum 115. Normannus 116. 125.
Wilhelmus II. rex Anglor. 125. 129.
Wilhelmus rex Syciliae 157. 164.
Gwilhelmus dux Nordmannorum 67.
Gwilhelmus Nothus dux Nordmannorum 67. 79.
Wilhelmus, fil. Roberti com. Nordmann. 148.
Wilhelmus marchio 38.
Wilhelmus marchio Thuringorum 110. 111. 114.
Wilhelmus princeps Pictaviensis 104.
Wilhelmus, fil. Henrici Leonis 161.
Wilhelmus com. Hollandiae 269.
Wilhelmus I. com. Juliacensis 209.
Wilhelmus II. com. Juliac. 261. 262.
Wilhelmus archiep. Moguntinus 81. 82. 84.
Wilhelmus, Gwilhelmus, archiep. Remens. 171. 172.
Wilhelmus archiep. Senonensis 76.
Wilhelmus episc. Nyvernensis 186.
Wilhelmus episc. Sabinensis cardin. 192.
Wilhelmus episc. Trajectensis 114.
Gwilhelmus episc. Viennensis 243.
Wilhelmus de S. Amore canon. Belvacensis 197. 202. 209.
Wilhelmus Armaldi ord. praed. 189.
Wilhelmus Bernardi cancellar. Paris. 254.
Wilhelmus de Boldensole 250.
Wilhelmus Brabantinus Chorinthiensis ord. praed. 203.
Gwilhelmus de Brema 255.
Wilhelmus de Juliaco praeposit. Traj. 221.
Gwilhelmus Kalathot 255.
Wilhelmus Lugdunensis ord. praed. 204.
Wilhelmus Malmesberiensis 4.
Guilelmus de Piperionibus 178.
Gwilhelmus de castro Raynaldi 255.
Wilhelmus monachus 115.
Gwilhelmus quidam scolaris 185.
Gwillermus puer 154.
Willa, ux. Berengarii IV. reg. Italiae 82.
S. Willebaldus episc. Eystetensis 18.
Willebertus archiep. Coloniensis 62.
S. Willebrordus, Wilbrordus, episc. Frisonum 7. 8. 14. 156.
Willerus rex Apuliae 133. 162.
Willigisus archiep. Moguntin. 95.
Wiltaburgh 8.
Wilzi, Wylzi 33. 34. 43. 157. 158.
Windelici 102.
Winidi 20. 87. 95. 157.
Winifridus, Wynfridus 13. v. S. Bonifacius.
Winigysus dux Spoletanus 38.
Wintonia monaster., *Winchester* 62. 82.
Winuli 157.
Wirciburg v. Wirzeburg.
Wirciniacum villa 30.
Wirzeburg, Wirciburg, Wyrceborch, Wyrciborg, Werzeburgh, Wiziburg 9. 35. 57. 91. 143. 144. castrum 18; pagus 130; eccl. S. Kyliani. cf. Herbipolis.
Wisara, Wisera, v. Wysera.
Wischene 168.
Wisigothi 9. 10. 15. 17.
S. Witheth, Wittech, episc. Pragensis 87. 97. cf. Adelbertus.
Wittikindus v. Widekindus.
Witzenburch monast., *Weissenburg* 13.
Wizzensis urbs, *Weissensee* 173.
Wokniza, Wokenize, fluv. 137. 138.
Wol fluv., *Waal* 66.
Woldemarus rex Daniae 160.
Woldemarus march. Brandenburg. 226. 230—232. 234. 258. 272. 273. ux. Agn.
Woldeghe v. Waldeghe.
Woldenbergh v. Waldenbergh.
Wolderus com. Hervordiae 34.
S. Wolfgangus, Wulfganghus, episcop. Ratisponensis 108. corp. 69.
Wolfhelmus abb. Fuldensis 138.
Wolmerstede, *Wolmirstädt* 33.
Woring, Woringh 208. 212. 215.
Wormatia, *Worms* 21. 24. 31. 33. 34. 62. 79. 108. 115. 119. 144. Wormatiensis pagus 145; episcopat. 268. episc.: Bernardus, Borchardus, Arnulphus, Adalbero. cf. Wangiones.
S. Wulfganghus v. Wolfgangus.
Wulfildis, Wulphyldis, filia Magni duc. Sax., ux. Henrici Catuli 86. 136. 155. 156.
S. Wulfrannus episc. Senonensis 14.
Wunnenberge, *Wünnenberg* 287.
Wydicalius rex Walensium 77.
Wydikindus v. Widekindus.
Wydo, Wido, rex 67. 70.
Wydwaldus rex Nivallensium 82.
Wygbertus, fil. Widekindi reg. 37.
Wygfridus archiep. Coloniensis 81.
Wylzi v. Wilzi.

Wynethusen monast. 78.
Wynfridus v. Winifridus.
Wyrciborg, Wyrceborch, v. Wirzeburg.
Wysera, Wisara, Wisera, Wisere, *Weser* 19. 24. 25. 30. 32. 37. 38. 43. 136. 158. 168. 265.
Wytburga, Wytburgh, abbat. monast. in Ghezeke 80.

X.

Xantonensis episcopatus v. Sanctonas.
Xantroya civitas 6.
Xantum, *Xanten* 60. 61.

Y.

Yacobus v. Jacobus.
Ybernia, *Irland* 34.
Yborch mons Westphal. 19.
Yconium 128. 154. 170. 190. 192.
Ydrimum mare 58.
Yesse episc. Ambianensis 40.
Ymad episc. Paderbornensis 50.
Ymma, soror S. Pusinnae 58.
Ymma abbat. Hervordiensis 60.
Ymmeneus rex Britonum 58.
Yne v. Oenus.
Yoppe 155.
Yordanes v. Jordanes.
Ypo, *Hippo* 15.
Ypra 179. 216.
Yringhus princ. Avarorum 36.
Ysaac, socius Bertoldi Brugensis 138.
Ysabella, ux. Philippi III. reg. Franc. 199.
Ysajas 102. 185. 223. 282.
Ysara 185.
Ysenacum, *Eisenach* 276. 284.
Ysenberch, Ysonberch 147. 156. 186. 212.
Ysidorus v. Isidorus.
Yswardus v. Usuardus.
Ytalia 6. 13—16. 20—22. 24. 25. 27. 31. 33. 34. 37. 38. 40. 43. 44. 46. 48. 49. 52—54. 58. 63. 64. 67. 68. 71—73. 75—82. 84. 85. 87. 92. 94—96. 99. 101. 109. 110. 114. 118. 120. 122—125. 127. 129. 130. 133. 137—139. 141. 143. 147. 149. 150. 164. 169. 184. 186. 187. 200. 213. 221. 227. 245. 246. 273.— Ytali 15. 94. 109. Ytalici, Italici 71. 72. 75. 76. 80. Ytalienses 75. 76. 80. Ytalica expeditio 84. Ytaliae cancellarius archiep. Coloniensis 94.
Ytere 168.
Yvo episc. Carnotensis, praep. eccl. S. Quintini Belvac. 120. 125. 141.

Z.

Zacharias papa 17—20. 49.
Zacharias prothospatarius 7.
Zafadinus, fil. Salahadini 172.
Zazatum v. Sosatum.
Zebedeus, pater S. Jacobi 26.
Zelandia v. Selandia.
Zenon imp. 6. cf. Ceno.
Ziquia 189.
Zozatum v. Sosatum.
Zuleymen princ. Sarracenorum 12.
Zvendebaldus, Zwendebaldus, dux Moravianorum 67.
Zwendebaldus rex Lotharingiae, fil. Arnulfi imp. 68. 71.
Zwentopolch princ. Sclavorum 136.
Zyrixe, Zirixe, *Zierikzee* 177. 259. Zyrixensis conventus 259.

# GLOSSARIUM.

abbatiola 51.

absoletus = obsoletus 91.

abvorare = *verschlingen* 165. 221.

aditus = adytus.

admiratus = amiras 128.

alapizatus = *geohrfeigt*, ann. 533.

amaricare = *erbittern* 214.

ambassiator = *Gesandter* 217.

ambo = *Kanzel, eigentlich eine mit Stufen versehene erhöhete Tribune in der Kirche*, ann. 606.

amiranus, amireus, amyras = *Emir, Fürst, Befehlshaber* 15. 22. 28. 128 etc.

angaria = *Frondienst* 272.

angariare = *zwingen, quälen* 127. 269.

annichilare = *vernichten* 45. 254.

anniversarium = *Jahresgedächtniss* 140.

antrax = *Blutgeschwür*, ἄνθραξ 264.

apostolicus = *Papst* 139.

apostolus totus = *sämmtliche Briefe des h. Paulus* 204.

apoteka = *Apotheke* 236. 291.

appodiare = *anlehnen* 244.

appretiare = *nach dem Werte abschätzen* 128.

archivum = *Schrank, Lade* 280.

arestatio = *Verhaftung* 256.

artus = arctus 242.

ascella = *Achsel* 258.

asinare = *auf einem Esel reiten* 214.

assatura = *der Braten* 159.

assisinus = *Bandit, Mörder* 192.

attractivus = *anziehend* 199.

auca = *(weibliche) Gans* 62.

auguratrix = *Wahrsagerin* 105.

auricalcum = aurichalcum 26. 41.

aurifrigiatus = *mit Goldfransen besetzt* 227.

Bacalarius, bacularius = baccalaureus, *Inhaber der untersten akadem. Würde* 219 etc.

baculus peregrinationis = *Pilgerstab* 171.

balbutiamentum = *Gestotter, Radebrechen* 217.

bandum = *Fahne*.

bannum = *Edict, öffentliche Verfügung* 13; = *Bann*, excommunicatio 114. 124.

barbatum = *Kanne mit grosser Tülle* 91.

barcha = *Barke, Schiff* 188.

baro = *Vasall* 88. 159. 167. 199. 200.

baronia = *Gebiet eines Baro, ein Lehn als Baronie* 199.

beneficium = *Lehn*.

birrus = *Habit* ann. 460.

bladum = *Getreide* 166. 219.

borchgravia = *Burggräfin* 270.

brabantini = *Münzen der Herzoge von Brabant* 212.

brandeum = *das feine seidene oder leinene Tuch, worin die Reliquien der Heiligen gewickelt wurden* ann. 443.

brosa venenosa = *Blutgeschwür* 264.

burgensis = *Bürger* 187.

burgimagister = *Bürgermeister* 278.

burgum = *Stadt, Vorstadt* ann. 415.

bursa = *Tasche* 102.

bysantius = *eine unter den byzantinischen Kaisern geschlagene Münze. Es scheint dass unter byzantii ohne den Beisatz albi oder de plata nur goldene Münzen zu verstehen sind* 159.

Calcina = *Kalk* ann. 444.

camerarius = *Kämmerer, Kammerherr* 227. 252. 253.

caminata = *Zimmer* 220.

campana = *Glocke* 197. 214. 225.

campanarius = *Glöckner* 212. 221.

campanile = *Glockenthurm* 166. 210.

campanula 42.

canonizatio = *Heiligsprechung* 213.

capella, cappella = *Kapelle* 42. 194. 268.

capellula = *kleine Kapelle* 141.

capisterium = *Opferstock, Gelte* 242.

cardinalatus = *die Cardinalswürde* 219.

carnifex = *Fleischer, Metzger* 166.

carnisprivium = *die ersten Tage der Fasten, auch die Fastenzeit, besonders aber der Sonntag Septuagesimae* 166.

casula = *Casul, ein kirchliches Kleid der kathol. Priester* 159.

cathecreticus = catachreticus, *missbräuchig* 201.

cathecumenus = catechumenus 107.

cattus = *Katze* 189.

cautificare = *zur Vorsicht ermahnen* 227. *Idem AA. SS. Bolland. Mai. I, p. 296.*

cedula = schedula 90.

celerarius = *Kellermeister* 130.

censuale = *Steuer* 176.

census = *Zins, Abgabe* 105.

certitudinaliter 214.

cervisia = cerevisia 279.

cibare = *einen speisen* 260.

cimiterium, cimeterium = coemeterium, *Kirchhof* 29. 166 etc.

circumcidere = *beschneiden (jüdische Cerem.)* 216.

clausa = *Engpass* 49.

clausae moniales = *Zellen für Nonnen* 78.

clausula = *Engpass* 67.

clenodia = *Kleinodien* 159. 252. 259.

clocerium = *Glockenhaus* 210.

collecta = *Gebet, Collecte, qua velut omnium adstantium vota et preces in unum colliguntur, Alcuin.* 56 etc. = *Steuer* 191.

cometia, comitia = *Grafschaft* 136. 137. 158. 208. = *Stadtgebiet und dessen gesammter Gerichtsbezirk* 161.
comitatus = *Stadtgebiet* 166.
comitissa = *Gräfin* 225.
comitiva = *Begleitung, Gefolge* 278.
commendator = *Comthur (des Johanniterordens)* 236.
compendium = *Vorsprung, kürzerer Weg* 287.
concordinare = concordare 173.
conductus = *Geleit* 287.
confortare = *kräftigen* 212.
congaudere 226.
conjecturari = *Muthmassungen machen* 269.
conjocundari 272.
conphilosophus 91.
conresuscitare = *wiedermitaufwecken* 69.
consistorium 197. 256. 266.
constitutio = *Verordnung* 215 etc.
contio = concio 38.
contrariari = *entgegen sein* 232.
conventus = *Kloster* 201. 209. 250. 259 etc.
convinculare = *fesseln, vereinigen* 244.
coopertorium = *Decke?* 166.
corezare, corizare = chorizare 270. 271.
cristicola 32.
cronice = chronicae 261.
cruciferi = *Kreuzträger* 280.
cruciferi de domo Theutonica = *deutsche Ordensritter* 211.
culcitra = *Pfühl, Betteinlagen* 185.
culius = culeus, *Sack* 241.
cupa = *Kufe, Fass* 198.
curia = *der päpstliche Hof* 197. 255. 256. 266. 288 etc.; = *(Zusammenkunft zu) Tanz und Spiel* 259.
curialiter = *höflich* 279.
curtis = *Hof* 56.
cussinus = *Kissen* 193.
cymiterium = coemeterium 274.
cyphus = scyphus, *Becher, Trinkschale* 198.
cyrographum = chirographum ann. 536.
cyrothecam, chirotecam porrigere, *jemandem den Handschuh hinwerfen als Zeichen der Herausforderung zum Zweikampf* 272.
cyrurgicus = chirurgicus 166. 206.

Dalmatica = *ein priesterliches Gewand, welches die Diakonen über der Alba tragen* 159.
decanus = *Dechant, Erzpriester (in Schlesien)* 161. 278.
decime = *Zehnten.*
decius = *Würfel* 194.
deditius = dediticius 123.
dehonestas = *Schmach, Entehrung* 82.
dehonoratio = *respectwidrige Behandlung* 243.
deificare = *zum Gotte machen* 232.
demembrare = *zergliedern, zerstückeln* 259.
despicabundus = *verachtend, mit Verachtung* 273.
desternere = *niederwerfen* 265.
dieta = *Tagereise* 210. 286.
diffinitor = definitor, *Consulent oder Beisitzer des Dominikanerordensgenerals, Ordner, ein Klosteramt* 264 etc.
diffinitorium = *Gesammtheit der Beisitzer eines Ordensgenerals* 264.
dignitas = *Amt, Gebiet eines Praelaten* 256.
discolus = δύςκολος, *mürrisch* 268.
discrasiari = *unpässlich werden* 278.
dissentio = dissensio 139. 172 etc.
disturbium = *Unordnung, Ruhestörung* 279.
domus = *Geschlecht* 220.
domus filtrina = *Zelt* 159.
dramones = dromones, *schnellfahrende langgebauete Schiffe* 11.
ducatus = *sicheres Geleit* 227; — *Herzogthum* 147. 159 etc.
ducillus = *Hahn an einer Röhre* 224.
ducissa = *Herzogin* 137. 159. 201. 235.

Edificatorium = *Erbauungsmittel* 181.
edituus = aedituus, *Küster* 62.
egloga = ecloga ann. 547.
elintres = lintres, *Kähne* 11.
emisperium = hemisphaerium 244.
epychia = ephippia, *Sattel* 226.
epydimalis = epidemius 247.
epynycheon, epynichyon = epinicion 145. 146.
equitare mulierem 102.
equivocatio 174.
eunuchizare = *verschneiden* 85.
evocare = *tödten* ann. 481.
exactorare = exauctorare, *entlassen* 53.
exdux 134.
exequiae = *letzte kirchliche Andacht für Verstorbene* 110. 140. 179.
exercitus Dei 128 etc. exercitus Domini 128. 184.
eximperator 134.
exsensis = exsensus 103.

Fautoria = *Gunst, der geneigte Wille* 271.
femoralia = *Hosen* 135. 269.
feodotarius = *ein Belehnter* 180.
ferramentum = *eiserne Spitzen, Stacheln* 281.
flagella Dei = *Landplagen, Unglücksfälle.*
flagellarius = *Geissler, Geisselbruder* 277. 281.
foresta, forestum = *Forst* 63.
forestarius = *Förster, forestier* 60.
fortalitium = *befestigter Ort, Forteresse* 198.
fortia = *Gewalt, Macht* 229.
fortunium = *Wagniss und Gefahr, Abenteuer* 250.
fratres predicatores *Predigermönche Dominicaner, Jacobiner, schwarze Brüder* ann. 1303. etc.
freneticus = phreneticus, *wahnwitzig* 265.

Galea = *langes geschnabeltes Schiff* 149.
gardianatus = *das Oberaufsichtsamt in den Franziskanerklöstern* 268.
genicium = gynaeceum, *Weibergemach* ann. 551.
gennialis = genialis, *lieblich, Lust erregend* 291.
gildo = *Gilde* 214.
glebo = *Landmann* 258. 272.
glosatura = *Erklärung* 155.
grangia = *Vorwerk, ein besonderes Landgut mit allen um dasselbe gelegenen Aeckern, mit Wasser, Holzgerechtsamen u s.w.* 147.
griseus v. monachus.
guerra, gwerra = *Krieg* 98. 224. 256.

Hastiludium = *Lanzenbrechen beim Turnier* 215.
heremitorium = *Klause eines Einsiedlers, Eremitage* 101.
homagium = *Eid der Treue als Dienstmann, Lehnseid* 157. 199. 261. 288.

hospitalarii = *Hospitalbrüder*, *Johanniterritter* 159. 191. 236.
hostis = exercitus.

Iacinctus = hyacinthus 291.
ierarchya = hierarchia 64. 145.
impetitio = *das Ueberfallen*, *Bedrängen* 211.
inaltare = *erhöhen* 242.
incastellare = *ins Gefängniss werfen* 246; = *befestigen* 208.
incaustum = encaustum, *Dinte* 39. 239.
incinerare = *in Asche verwandeln*, *verbrennen* 270.
incolatus vite = *des Lebens Wanderschaft* 209.
inconceptibilis = *unerfasslich* 253.
inconvulsibilis = *unzerreisbar*, *unverletzlich* 139.
individuatio = *Unzertheilbarkeit* 207.
infeodare = *belehnen* 219. 235. 258.
inpassibilis = *Leiden nicht unterworfen* ann. 504.
insensatus = *verstandes- und sinnlos* 17.
interdictum = *das Interdict* 157.
interminatio = *Androhung* 178.
intoxicare = *vergiften.*
invadiari = *verpfänden* 125.
investitura 135. 139.
jocundatio = *Erheiterung* 291.
judayzare = *der jüdischen Religion zugethan sein* 127. 167. 216.

Karra = *Wagen* 42.

Laicari = *aus dem geistlichen Stande in den Laienstand zurückkehren* 208.
lantgravius 279. 280. lantgravia 187.
lateralis = *einer Seitenlinie angehörig* 254.
lechitus = lecythus, *Oelkrug* 175.
legitima = privilegia, praerogativae 114.
leuca = *Meile* 187.
licentiari = *Erlaubniss erhalten* 188.
linguaium = linguagium, linguarium = *Sprache*, *Idiom* 217.
lobium = *ein erhöheter vorspringender Ort im Zimmer (Laube)* 278.
loycus = logicus 291.

Magnalia = *Grossthaten* 24. 165.
magnates terrae 151. magnates Romanorum 153.

majorare = *vergrössern*, *den Ausschlag geben (bei Wahlen)* 231.
mamburnus = *Verweser* 209.
manerium regale = *königl. Lustschloss* 255.
mantella = *Mantel* 159.
marchio, marchionatus = *Markgraf*, *Markgrafschaft.*
marquisius = *Markgraf*, *marquis* 27.
marscalcus = *Marschall.*
meliorare = *verbessern* 7.
memoria = *Reliquienschrein (Kapelle?)* 59.
methesis = mathesis 92.
miles = *Vasall*, *Ritter* 198. 260. 269.
mirica = *Haide* 32. 225.
monachari = *Mönch werden* 147.
monachatio = *Mönchwerdung* 141.
monachus albus = *regulirter Augustiner-Chorherr* 188.
monachus griseus = *Cistercienser* 147.
monachus niger = *Benedictiner* 266.
mutilatio capitis = *Abschneiden des Kopfes* 229.

Nanus = *Zwerg* 237.
natale = *Geburtstag* 130 etc.
necessitare = *zwingen* ann. 427.
negativa, perseverare in = *unaufhörlich verweigern* 253.
notus = nothus, *Bastard* 67.

Obmittere = omittere 121. 229 etc.
odopericum = *Reisebeschreibung* 43.
officium = *Gebete welche die Kleriker zu gewissen Tageszeiten zu verrichten verpflichtet sind* 167. etc. officium matutinum = *Morgenandacht.*
onacrotalus = onocrotalus, *Schneegans* 50.
opidum = oppidum.
osa = hosa, *Hose* ann. 602.
Ottonianus = *Anhänger Otto's IV.* 173.

Palla = *Altartuch* ann. 421.
palliare = *bemänteln*, *verhüllen* 241.
pandox = *Bumm'er*, *Herumtreiber* 121.
papalis = *ein päpstlich Gesinnter* 233. 275.
pares = *Pairs* 199.
parlamentum 210.
parrochianus = *Pfarrkind* 221.
partialitas = *Partei*, *Parteinahme* 268.

passagium = *Zug übers Meer*, *Kreuzfahrt* 188.
passionale = *ein Buch, welches die Leiden verschiedener Märtyrer enthält* 180. 186 etc.
patherenus = patarenus 216.
paximatius panis = *Zwieback* 128.
pedagium = *Wegegeld*, *Zoll* 47.
pendiosus = *kostbar* 15.
penitentiarius 286 etc.
personatus = *kirchliche Stellen* 268.
phisicus = *Arzt* 210.
plantarium = *Plantage* 252.
plebanus = *Pfarrer* 278.
plectoricus = plethoricus, *blutreich* 230.
plegium = *Bürgschaft* 184.
pompositas = *Pracht* 275.
pontificari = *Papst sein* 169. 214.
postilla 199.
postillare = *Erklärungen über die Evangelien verfertigen*, *Postillen* (post illa i. e. post verba evangelii) *schreiben* 190.
postillator = *Postillenschreiber* 191 etc.
potentare = *sich bemächtigen* ann. 448.
pravilegium 140.
prebenda = *Pfründe* 126. 158. 268.
prioratus = *Amt eines Priors im Kloster* 268.
processionaliter = *prozessionsweise* 165. 205. 281.
prohemium = prooemium 215.
pronosticatio = *Vorbedeutung* 210.
provincialis = *Provinzial*, *Landmeister*, *d. i. derjenige welcher über die Klöster einer ganzen Provinz die Aufsicht führt* 194 etc.

Quitare = *überlassen*, *übergeben* 198.
quotatio annorum = *die Bestimmung des wievielsten Jahres*, ann. 397.

Rasta Saxonica = *eine sächsische Meile* 42.
recentificare = *erneuern* 286.
refectorium = *Speisesaal in einem Kloster* 201.
regnificatrix = *eine Frau die Könige einsetzt* ann. 599.
resotiare = *wiedervereinigen* 65.
responsorium = *Gegenantwort, wenn einer vorsingt* 55. 156.
revigorare = *neu kräftigen* 148.

ribaldus = *Landstreicher* 163. 279.
Romipeta = *ein nach Rom Wallfahrtender* 178. 188.
rotare = *rädern* 156.
ryngus = ringhus; hring = *Kreis* 36.

Sabbatizare = *Feiertag halten* 290.
sagena = *Fischernetz* 289.
sagus = *Sack* 36.
sanctimonialis = *Nonne* 253.
saxenus = saxeus 50.
scacorum ludus = *Schachspiel* 280.
scala = *Schale* ann. 568.
scutatus aureus = *Ducat, Goldkrone* 288.
sectula = *kleiner Bund* 267.
seculum = *Welt, das Weltliche* 18 etc.
senatoria = *der Senat* 209.
senescallus = *Seneschall.*
sequentia, ae = *ein Hymnus der in der Messe gleich nach der Epistel gebetet wird* 90 etc.
sinaxis vespertinalis = *Vesper* 114. 142.
situari = *gelegen sein (von einem Lande)* 199.
solaciari = *sich erholen* 252. 270.
soldanus = *Sultan* 192. 210 etc.
sorbitiuncula = *Süpplein* 119.
sororius = *Schwager* 194.
spata = *ein breites Schwert* 23. 28.
spatarius = *Schwertträger* 14.
spera = sphaera 202.
spermologos = *das Predigen, Verkünden des göttlichen Wortes* 49.
squinantia = *Halsgeschwür* 206.
stolus = exercitus 9.
stupa = *Badestube* 147.
subderelinquere = *plötzlich abbrechen* 191.
sultia = *Salzwerk* 137.
summaria = saumaria, *Saumthiere* 190.
summus pontifex = *Erzbischof.*
superpellicium = *Ueberwurf, Oberkappe der Dominicaner* 183.

Tallia = *Steuer, Abgabe* 191.
templarii = *Tempelherren* 159. 191. 229. 254. 280.
thelonea = *Zölle* 158. 212. 220.
tonsorari = *die Tonsur verleihen, zum Geistlichen weihen* 93 etc.
torneamentum = *Turnier* 187. 188. 266.
tractus = *ein Gebet das in der Messe vor der Epistel hergeht* 98.
treugae = *Waffenstillstand* 221. 258. 266.
trufare = *verlachen* 206.
tunicella = *weisses Röckchen (Unterhosen?)* 221.
turbo = *Torf* 259.
tyronizare = *lernen* 253.

Ultramontanus = *jenseits der Alpen* 57. 130.
ungentum = unguentum 41.

Vasse Mutine 176.
vicaria = *Statthalterschaft* 228.
victualia = *Lebensmittel* 166.
violentare = *beleidigen* 168.
vispilio = vespilio, *nächtlicher Räuber* 286.

Yconomus = oeconomus.
yerarchia = hierarchia.
ympnus = hymnus.
ypothamus = hippopotamus.

# CORRIGENDA.

*Pag.* 32 *lin.* 3 *infra commutes numeros notarum* 6 *et* 7.
„ 34 „ 6 „ *deleatur* [e] *post* 7.
„ 36 „ 14 *supra post* item *adde* [2].
„ 37 „ 10 *infra addas ad margin.*: * Sig. 799.
„ 40 „ 20 „ *post* Ytaliam *ponas* [f].
„ 47 „ 4 „ *post* exciso *adde* in 1.
„ 48 „ 15 „ *deleatur* *.
„ 98 „ 1 „ *legas* XX *pro* XIX.
„ 105 „ 2 „ *excidit* f *ante* lacuna.
„ 108 „ 2 „ *excidit* f *ante* pro card.
„ 112 „ 2 „ *legatur* sequentia.
„ 126 „ 18 „ *post* permanet *adde* [i].
„ 138 „ 1 „ *excidit* i *ante* fecit.
„ 140 „ 10 „ *post* pravilegium *adde* [h].
„ 151 „ 3 „ *post* 1 *excidit* Bingen ad Renum [2]; *numeros* 2. 3. 4. *corrigas in* 3. 4. 5.
„ 212 „ 20 „ *scribas* Asple, Wide; *cf. pag.* 168.
„ 235 „ 6 „ *ante* areniosas *excidit* [e]; *commutes* e *in* f.
„ 270 „ 5 „ *inter* Sosato *et* attrib. *ponas* —.

GOTTINGAE,
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
(GUIL. FR. KAESTNER.)

Rygibertus v. Rigibertus.
de Rykenrode, Gerwinus 267.
Rykeza, Rycza, Rikze, imperatrix, ux. Lotharii II. imp. 86. 137. 146. 147. 150. 151.
Rykesmoth 224.
Ryneghe, *Rheineck* 161.
Rynesburg, Reynesborch, Renesborch, *Reinsburg* (?) 106.
Rysle vel Insula 179. 216.
Ryvalia 76.

S.

Sabaria 35.
Sabaudia, Subaudia, *Savoyen* 197. 222.
Sabellorum domus 210.
S. Sabinae eccl. Romae 36. card. presb. Eugenius 52, Hugo 199. 200.
Sabini 84. Sabinensis episcopus 100. 189. 192. 200.
Sagarelli, Segarelli, Gerhardus 222.
Sala, *Saale* 32.
Salaberia, Salesberia, *Salisburg* 174. Salesberiensis comes 179.
Saladynus, Salahadinus, rex Turcor. 163. 167. 169—172.
Salam Cadis 26.
Salardus dux Ungarorum 75.
Salegenstad, abbatia, *Seligenstadt* 114.
Salegenstede, Seligenstede, episcopatus 31. 51. 56. eccles. S. Stephani.
Salernum, Salerna 33. 123. 124. 210. Salernitanus princeps 121.
Salesberia v. Salaberia.
Saleveld, *Salfeld in Thuringia* 110. 117.
Salici 46.
Salomon rex Judaeor. 92. 238. 289. Sal. templum 128.
Salomon rex Ungarorum 117.
Salustius 4.
S. Salvatoris reliqq.: imago 23. 24. 75. 155. 189. 205; sudarium 36; sanguis 42. 75. 159; crucis lignum 62. 159; claves 9. 284; spinea corona 89; praesepe 118; lancea 127. 128. 145. 284; crux 145. 189. 284; mensale 284; sepulchrum 37. 40. 126. 130. 158. 159. eccl. S. sepulchri Jerusalem 169; eccl. Romae 36.
S. Salvius episc. Ambianensis 16. corp. 42.
Salzburgensis archiepiscopatus 40.
Sampson dux Burgundionum 27. 76.
Sanctonas, Sanctonis, *Saintes* 22. 27. 57. Xantonensis episcopatus 199.
Sandvord 277.
Sanguis Domini v. S. Salvatoris reliqq.
Saphadinus 185.
Sapheth 186.
Sardinia 15. 149. 150.
Sarraceni 10. 12—23. 26—30. 33. 36—38. 42. 44. 45. 51—53. 55. 62. 63. 71. 73. 77. 79. 88. 89. 91. 124. 128. 131. 145. 148. 169. 185. 187. 188. 192. 193. 199. 202. 203. 208. 213. 263.
Satellia urbs 177.
Saxones 6—8. 15. 18—26. 30—33. 35. 36. 38. 41. 42. 46. 48. 54. 55. 57—59. 67. 70. 73. 74. 76. 78. 79. 82. 85. 86. 89. 111. 118. 119. 120. 122. 131. 141. 157. 173. Saxones-Angli 8. Saxones occidentales 7. Sax. Transalbiani 37.
Saxonia 7. 17—21. 24. 25. 31—33. 35—38. 42—44. 50. 51. 54. 62. 64. 72—76. 83. 85. 86. 88. 93. 94. 96. 100. 101. 103. 105. 116. 118. 130. 131. 133. 135—137. 141. 143. 146. 147. 149—151. 156—158. 160. 168. 183. 198. 225. 230. 231. 250. 274. 275. 285. Saxonia antiqua 42; orientalis 41. 52; occidentalis 86. — Saxonica rasta 42. Saxonica historia Widekindi 85.
Scahaninghi, *Schöningen* 18.
Scaldus, *Schelde* 54. 66.
de Scardenbergh, Herman 279. 280.
Schedinghen, *Burgscheidungen* 117.
S. Scholastica 135.
Schowenborch, Scowenborch, Adolfus comes de 86. 158. Ericus comes de 288. 289.
Schydere 73. Schyderensis episcopatus 32. 44.
Schyreburnensis episcopus 62.
Scipio, Corn. 218.
Scitia v. Scythia.
Sclavi, Slavi 30—33. 42. 43. 45. 47. 48. 61. 73—75. 84—86. 95. 96. 105. 136. 138. 157. 158; historia Sclav. 47.
Sclavia, Slavia 57. 85. 86. 157. 158. 274. Sclavica lingua 86. 157.
Scleswych v. Sleswich.
Scolasticus patric., exarch. Italiae 12.
Scoti, Scotti 39. 77. 82. — Scotia 113. 127.
Scowenborch v. Schowenborch.
de Scrapelo, Borchardus, archiep. Magdeburg. 241—243.
Scythia, Sithia, Sythia 15. 48. 67. Scithicae regiones 157. Scithicum mare 157.
S. Sebastiani corp. 52. 53. 55.
Secana, *Seine* 18. 26. 62. 66. 209. 252.
Segeberch v. Sigeberch.
Segenandus v. Serenandus.
Selandia, Zelandia 193. 194. 211. 216. 259. 269. Selandenses 177.
Sembi 48.
Senae, *Siena* 123. Senensis urbs 199.
Senebaldus cardinalis 190.
Seneca philos. 3. 260.
Senonis, *Sens* 63. 67. 91. 162. eccl. S. Petri. archiep.: S. Wulfrannus, Anegysus, Gwilhelmus, Leothoricus.
de Senonis, Otto 243.
Sensadolus, fil. Cassiani dom. Turcor. 128.
Septem, locus Africae 15.
Septem soles, castrum 197.
Sepulchrum Domini v. S. Salvatoris reliqq.
Seracte vel Seraptim mons 18. coenob. S. Silvestri. cf. Soracte.
Serapion 218.
Serenandus, Segenandus, miles 7. 8.
Sergius I. papa 7—9.
Sergius II. papa 48. 55—57. 232.
Sergius III. papa 68. 70. 71.
Sergius IV. papa 96.
Sergius, pat. Sergii II. papae 55.
S. Servatius 74. 78. eccl. in Quedelingeb.
Servii commentar. 4.
Severiani 108.
S. Severinus 6. 29. eccles. et cimeter. Burdegalens.; porta Coloniae 156.
Sibilia v. Hispalis.
Sicilia v. Sycilia.
Sifridus v. Sigifridus.
Sigiberch, Segeberch 137.
Sigibergen v. Sygiburgum.
Sigibertus episc. Mindensis 110.
Sigibertus mon. Gemblacensis, historiograph. 140. cronica 4.
Sigibrandus, fil. Ansprandi 13.
Sigifridus rex Danorum 26. 32.
Sigifridus rex Normannorum 66.
Sigifridus com. Palatinus 138.
Sifridus com. de Brandenborch 159.
Syfridus com. de Holland 90.

Syfridus I. archiep. Coloniens. 196. 202.
Sifridus, Syfridus II. archiep. Colon., de Westerborch 208. 212. 213. 216. 221.
Sigifridus archiep. Mogunt. 114. 118. 120.
Syfridus de Quernvorde 288.
Sigihardus comes 130.
Sigmarus, pater S. Pusinnae 58.
Silesia v. Slezia.
S. Silvester I. papa 222. 223. 240. eccl. Romae 197. coenob. in monte Ser. 18.
Silvester II. papa 86. 90. 92. 94.
Silvester III. papa 104.
B. Silvester de Zambri, magus 92.
Silvester episc. Sabinensis, antea papa Benedictus IX. 100.
Sincherius, interf. papae Benedicti VI. 85.
Siria v. Syria.
Sithia v. Scythia.
Sitricus rex Nordamimbrorum 77.
Slachvorderberg *prope Osnabrück* 32.
Slavia v. Sclavia.
Sleswich, Scleswych 47. 57. 85. 86. Sleswik portus 42. Slezwicensis episc. 268.
Slezia, *Schlesien* 190.
Smeldinghi 42.
Sobben miles, Thydericus 269.
Socrates 92.
Sodechyas Judaeus quidam 64.
Solodorum, *Solothurn* 146.
Somerschenborch 161.
Sor v. Surs.
Sorabes, Sorabi 32. 52. 157.
Soracte mons 18. cf. Seracte.
Sordua 26.
Sosatum, Zozatum, Zazatum, Susatia, *Soest* 81. 201. 212. 216. 221. 224. 225. 249. 258. 259. 263. 267. 270. 287.
S. Speratus, corp. 40.
S. Speus conf. 117.
Spinea corona Domini v. S. Salvatoris reliqq.
Spingeus dux Bohem. 76. fil. Wenezlaus, Bolezlaus.
Spira, Spyra, quae et Nemetum, *Speier* 99. 101. 104. 107. 110. 111. 132—134. 140. 146. 154. Spirense episcopium 130.
Spoletum 38. 40. 165. Spoletani 84. Spoletanus ducat. 25. duces: Hildebrandus, Winigysus, Gotfridus.
Stacii Achilleis et Thebais 4.
Stadium, *Stade* 160. 161.
Stampas 149.
S. Stanizlaus episc. Cracoviensis 190.
Starigard 86. 157.
Stauratius imp. Constant. 41.
Stedinghi 188.
Stekelenborch 146.
Stendal 273.
S. Stephanus protomart. 31. 51. 71. reliquiae 51; sanguis 85; eccl. Saligenstede; coenob. in Corbeya nova 51, Babenberg 96; capell. Fossae novae 205.
S. Stephanus monachus 23.
S. Stephanus rex Ungaror. 88. 96. 98. 100. 101.
Stephanus II. papa 19. 20.
Stephanus III. papa 22.
Stephanus IV. papa 49.
Stephanus V. papa 66.
Stephanus VI. papa 70. 71.
Stephanus VII. papa 76.
Stephanus VIII. papa 79.
Stephanus IX. papa 111. 112.
Stephanus episc. Claremont., Hostiensis et Velletrensis 286.
Stephanus episc. Leodiensis 71.
Stephanus episc. Ostiensis 131.
Stephanus episc. Parisiensis 243.
Stephanus, qui et Hardinghus, prior et abb. Cisterc. 127. 135. 141.
Stephanus fundat. ord. Grandimontens. 119.
Stephanus mag. ord. praed. 215.
Stephanus comes Blescensis 127.
Stephanus de Avernia 119.
Stephanus Persa sacellarius 7.
Stephanus de Villa nova 243.
Stigandus, discip. Rabani 54.
Stoberani, Stoderani 157. 158.
de Stokhem, Lyppoldus 288.
Stoterlingheborch 146. 149.
Strabus, discip. Rabani 54.
Strantvresen 193.
Strous fluv., *Strey in Franconia* 120.
Sturmari 48. — Sturmaria 136.
Stuthecusen villa 184.
Styneken, Christine 279.
Suala abbat. Hervordiensis 50.
Subaudia v. Sabaudia.
Substatio 12.
Sueci v. Suedi.
Suederus, Suedegerus v. Swickerus.
Suedi, Sueci 47. 57. Suedones 48. 157. — Suedia, Swewia 47. 48. 57.
Suerin, Swerin 158. 160. episc. Bruno.
Suessionis, Swessionis, *Soissons* 50—53. 77. 89. 148. eccl.: S. Mariae, S. Medardi. Suessionum fines 87. Suessionicus pagus 148. 155.
Suetonius 4.
Suevi 15. 46. 49. 67. 71. 76. 79. 114. 173. — Suevia 6. 72. 120. 147. 170. 203.
Sugdania 189.
Suigerus 18.
de Supplingheborch, Gevehardus com. 146.
Suriani 169.
Surianum castrum 209.
Surs, Sor 145. 159.
Susatia v. Sosatum.
Sustula abbatia 142.
Sutphaniensis comitia, *Zütphen* 261.
Sutrium, *Sutri* 139. 143.
Swanahyldis, ux. Pipini patr. Karoli M. 18.
de Swarzeborch, Gunterus comes 268. 276. 277.
Swenebildis abbat. Hervordiensis 50.
Sweni Otto, fil. Haroldi duc. Danorum 85.
Swerin v. Suerin.
Swewia v. Suedia.
S. Swiberti insula, *Kaiserswert* 113. cf. Werida.
Swickerus episc. Babenbergensis 100. 105. papa 106.
Swicterdeshage 60.
Sybergum v. Sygiburgum.
Sycambria 6.
Sycilia, Sicilia 18. 36. 45. 53. 67. 88. 97. 149. 155—157. 162. 163. 170. 172. 173. 178. 179. 191—194. 199. 200. 203. 210. 218. 229. 252. — Syculi 133. 170. 191. 210.
Sydon 129. 194. Sydonii 145.
Sydonius episc. Constantiensis 21.
Syfridus v. Sigifridus.
Sygeburg v. Sygiburgum.
Sygelrunus episc. Schyreburnensis 62.
Sygherus rex 11.
Sygiburgum castrum, Sygeberg, Sybergum, *Siegburg* 25. 115. 117.
Sygifridus v. Sigifridus.
Symachosius satrapa Salahadini 171.
Symeon princ. Bulgarium 83.
S. Symeon senex, brachium 36. 118.
S. Symeon monach. in monte Syna 97.
S. Symon Petrus 232.
S. Symon et Judas, fest. 110.
Symon presb. card. 200.

Symon card. presb. tit. S. Caeciliae 209.
Symon com. Montisfortis 180. 184.
Symon com. Montisfortis jun. 200. 203. 208.
Symon com. Montisfortis, fil. antecedentis 200.
Symon dom. de Lyppia 213.
Symon de Mariis 254.
Symoniaci 118. Symoniaca haeresis 55. 75. 114. 268. 277.
Syna mons, *Sinai* 97.
Synodi: sexta synod. univers. Constant. 8; Romae a. 731. 16; Constantinopoli a. 755. 20; de trinitate et sanctor. imaginib. a. 766. 22; Romae a. 767. 22; a. 774. 25; sept. syn. univers. Nicaeae a. 788. 33; in Frankenvord a. 793. 35; Romae a. 847. 56; a. 862. 60; Ravennae a. 900. 71; a. 967. 84; Constantiae a. 1042. 104; Moguntiae a. 1048. 106; Florentiae 109; Vercellis 64. 112; Romae a. 1072. 118; Wormatiae a. 1075. 119; Brixinae a. 1078. 122; Moguntiae a. 1083. 124; ap. Claromontem a. 1095. 126; Turonis a. 1094. 127; ap. Trecas a. 1106. 135; Romae a. 1115. 142; Viennae a. 1117. 143; Coloniae a. 1118. 143; Remis a. 1129. 149; Treveris a. 1148. 151; Remis a. 1146. 154; Turonis a. 1159. 162; Venetiis a. 1174. 164; Lateran. a. 1215. 180; Lugduni a. 1245. 191; a. 1274. 207. 208; Viennae a. 1312. 229. 232. 233.
Syracusae 84. 97.
Syria 18. 23. 34. 128. 148. 163. 172. 175.
Sysinnius papa 10.
Sythia v. Scythia.
S. Syxti eccl. Romae 172.


## T.


Tableya 65.
Tabor mons 141.
Tancredus rex Syciliae 170. 172.
Tancretus, fil. Tancr. reg. Syc. 172.
Tancretus, nep. Boamundi 127. 130.
Tanquarderode 73.
Tanquardus, fil. Ludolfi duc. Saxon. 32. 73. 74.
Tantalus 117.
Tarentinus, Tharentinus, principatus 199.
Tarentinus *(Tarantaise)* dominus 273.
Tartari 175. 185. 186. 189. 190. 192. 207. 210. — Tartaria 175.
Tarvenna, *Terouanne* 66.
Tassilo dux Bajoariae 18. 21. 22. 31. 33.
Taurinum, *Turin* 197. Taurinenses 11. 13. 197. Thaurinensis ecclesia 195.
Taxis rex Ungarorum 80.
Teberga v. Theberga.
Tekeneborch, *Tecklenburg* 168. 209. 213.
Templariorum ordo v. Ordo.
Terbellus rex Bulgar. 10.
Terracina 162. Terracinensis dioecesis 205.
Tervisium, *Treviso* 26. Tervisina marchia 80.
Tescelinus, pater S. Bernardi 141.
Teutonia v. Theutonia.
S. Thadeus 154. 162.
Thalarus episc., pater Adriani II. papae 61.
Thaneos 185.
Thanis, Thanys castrum, *San* 185.
Thanis fluv. 185.
Tharasius patriarcha Constantinop. 33.
Tharentinus v. Tarentinus.
Tharsus 7.
Thearci castellum 21.
Thebae 167. 238.
Thebea legio 89.
Theberga, Teberga, Thyetberga, Theotberga, ux. Lotharii reg. Lothar. 60. 61.
S. Thejoduthe 141.
Thekeneborch v. Tekeneborch.
Theobaldus, fil. Drogonis fratr. Grimoaldi maj. dom. 9.
Theobaldus, nep. Plectrudis ux. Pipini maj. dom. 12. 13.
Theobaldus com. Barensis 194.
Theobaldus com. Blesensis 138.
Theobaldus com. Vitriaci 154.
S. Theobaldus nobilis de Francia 107.
Theobaldus senescalcus Franciae 171.
Theobaldus de Placentia, archidiac. Leodiensis = Gregorius X. papa 203.
Theodericus cf. Thydericus.
Theodericus, Thydericus, episc. Metensis 83—85. 87. 96. 97.
Theodericus haeresiarcha 141.
Theodmelle, *Detmold* 32.
Theodo, fil. Tassilonis duc. Bajoar. 33.
Theodolfus abb. Floriacensis etc. episc. Aurelianensis 52.
Theodora, ux. Justiniani III. min. imp. 10.
Theodora imp. Constant. 41.
Theodorada, ux. Ansprandi reg. Lomb. 13.
S. Theodori mart. fest. 278.
Theodorus II. papa 70.
Theodorus, pat. Adriani I. papae 24.
Theodorus archiep. Anglorum 7.
Theodosius III. imp. 13. 14.
Theodosius min. imp. 104.
Theodotes puella 8.
Theogaudus, Theotgaudus, archiep. Treverensis, primas Belgicae provinc. 60. 61.
Theoperthus dux Bajoar. 13.
Theophanu, ux. Ottonis II. imp. 85—90.
Theophilus imp. 41.
Theophilus episc. Antyochenus 37.
S. Theopontii corp. 53.
Theotberga v. Theberga.
Theotectus de nat. deor. 4.
Theotgaudus v. Theogaudus.
Theseus 92. 238.
Thetmari 48.
Theutonia, Teutonia 6. 39. 45. 62. 69. 71. 72. 74. 94. 97. 118—120. 127. 131. 132. 137. 139. 149. 150. 154. 161. 165. 172. 174. 178. 179. 184. 189. 191. 192. 199. 201. 203. 204. 221. 227. 234. 245. 246. 249. 258. 267. 269. 272. 274. 276. 277. 280. 284. 286.
Theutonici 18. 19. 22. 39. 40. 48. 54. 71. 78. 82. 88. 94. 108—110. 112. 135. 143. 154. 158. 165. 173. 179. 184. 191. 201. 228. 245. 261. 289. Theuton. regnum 47. 118; lingua 35. 152; milliaria 211.
Thiberius v. Tiberius.
Thidericus v. Theodericus, Thydericus.
Thiuchasindus, Chyntasindus, rex Wisigothor. 10. 16.
Tholosa 26. 177. 187. 200. 229. 234. Tholosanae partes 173; obsidio 184; eccl. S. Jacobi; episc. Fulco.
S. Thomas 162. 176. 177; corp. 154. 162. 215. 256.
S. Thomas in India 62.
S. Thomas Cantuariensis 163 164. 168.
S. Thomas de Aquino 5. 186. 195—197. 199. 201—207. 213. 239. 243. 249.
Thomas archiep. Mediolanensis 31.
Thomas com. Sabaudiae 197.
Thomas de Marna 138.
Thomas Waleyz 4. 251. 252. 254. 255.

Thudun princ. Avarorum 36.
Thurci, Turchi, v. Turci.
Thuringhi 30. 32. 49. 74. 78. 114. 116. 173. — Thuringhia, Thuringia, Thuringhya 6. 18. 32. 52. 72. 114. 116. 127. 160. 173. 187. 215. 258. 284.
Thyberias 129.
Thyberius v. Tiberius.
Thyderici domus Romae 123. 124.
Thydericus cf. Theodericus.
Thydericus I. rex Francorum 7. 8. 13. 15.
Thydericus II. rex Francorum 12.
Thydericus IV. rex Francorum, fil. Dagoberti II. 16. 17.
Thidericus rex Italiae 6.
Thydericus rex Angarorum 78.
Thydericus episc. 85.
Didericus marchio de Landesberch 161.
Thydericus comes 35.
Thydericus comes 110.
Thydericus com. Gandensis 97.
Thydericus I. com. Hollandiae, frat. Waldgeri 60. 63. 75. ux. Gena.
Thydericus II. com. Holland. 75. 87. 89.
Thydericus III. com. Holland. 90.
Thydericus IV. com. Holland. 101.
Thydericus V. com. Holland. 101. 106.
Thydericus VI. com. Holland. 113. 125.
Thydericus VII. com. Holland. 148. 149. 158.
Thydericus VIII. com. Holland. 170. 176. 177.
Thydericus Saxo, primarius castr. Hochseeburg 18.
Thydericus de Honrode 287.
Thydericus Sobben miles 269.
Thydericus, Theodericus, de Vriberch ord. praed. 204.
Thydericus Volenspech 209.
Thydericus quidam 100.
Tydricus 29.
Thyetberga v. Theberga.
Tiberis fluv. 13. 68. 70. 88. 180.
Tiberius, Thiberius, Thyberius, Tyberius III. imp., qui et Absymarus dictus, 10. 12.
Tiberius, fil. Justiniani III. imp. 10.
Tidericus v. Thydericus, Theodericus.
Toccum 184.
Todeslo, *Oldesloe* 138.
Tolenzi 157.
Toletum, *Toledo* 91. 124. 193.
Tolgen rex Wisigothorum 9.
Tornacum, *Tournay* 112. 220. eccl. 154. episc. Anselmus, Johannes.
Trabena fluv., Travena, *Trave* 136. 137. 158.
Tracia 39.
Trajectum Fresiae (ad Mosam), *Mastricht* 7. 9. 66. 105. 142. 144. 146. episc. S. Lambertus.
Trajectum, Ultrajectum, inferius (ad Renum), *Utrecht* 8. 44. 93. 96. 113. 146. 155. 269. Trajectenses 269. eccl.: S. Martini, S. Pauli, S. Johannis bapt., S. Petri; capella: S. Crucis; episcop. 261. 282; Trajectensis dioec. 184; episc.: Willebrord, Edilbaldus, Anfridus, Adelbertus, Wilhelmus, Andreas.
Traphagen, Hermannus 265.
Transalbiani i. e. Saxones 37. Transalbiani pagi 41.
Travena v. Trabena.
Trecae, Trecasina urbs, Trecensis urbs, *Troies* 67. 81. 135. 199.
Tresymundus, pat. Sysinnii papae 10.
Treveris, Treveri, *Trier* 6. 66. 89. 97. 104. 151. 219. Treverensis provincia 184; archiep. 40. 94. 143. 220. 230. 286; dioecesis 253. archiepisc.: Theogaudus, Berculfus, Egbertus, Poppo, Bruno, Baldwinus.
Triburia, Triburiae, Triburium 100. 109. 115. 143.
Tridentum, *Trient* 133. Tridentina vallis 33.
Trifelz castrum 146.
S. Trinitatis altare in monast. S. Dionysii Paris. 65.
Tripolis, Tripholis 127. 129. 162. 169. 175. 185.
Trivani 32. 225.
Troya 289.
Troya Nova 98.
Tuduwinus princ. Cersonae 11.
Tuitium, *Deutz* 30. 98. abbat. S. Mariae.
Tullifeld 145.
Tullus, *Toul* 67. Tullense territorium 52. Tullensis episc. Bruno 106.
Tundalus v. Tyndalus.
Tungris 66.
Turci, Turchi, Thurci 10. 21. 22. 28. 124. 126—129. 141. 154. 162. 163. 169. 170. 190. 269. — Turquia 170. 186. 189. 190.
Turnus miles 109.
Turonum, Turonia, Turonis, *Tours* 38. 43. 57. 62. 65. 70. 127. 162. 199. Turonenses 65. Tur. comitatus 186. monast. S. Martini 34. 57. Turonensium librae 40.
Turpinus archiep. Rhemensis 27—29. 36. 37. 43; histor. Karoli M. 4.
de Turribus, Philippoldus 227; domus de T. 233. — Turrenses 228.
Tuscia 21. 33. 53. 68. 73. 89. 140. 155. 208. 209.
Tusculanum, Tusculana civitas 164. Tuscul. episc. Odo 192.
Tusculanum regnum 170.
Tyberis fluv. v. Tiberis.
Tyberius v. Tiberius.
Tyburtina civitas 162.
S. Tyburtius, corp. 52. 53. 55.
Tycinus fluv., *Tessin* 13. 166.
Tycinus, Tycinum, Tycinensis urbs, *Pavia* 15. basilica S. Petri; monaster. S. Augustini juxta Tyc. urb. 34.
Tydeus 238.
Tydricus miles v. Thydericus.
Tylia fluv., *Dyle in Brabantia* 67.
Tyndalus, Tundalus, Tondalus, miles 250. 251.
Tyrrenum mare 62.
Tyrus 145. 159. 169. 170. 175. 176.
Tytus Livius 4.

## U.

Ulid princ. Sarracen. 10.
S. Ulricus, Odalricus, episc. August. Vindel. 75. 85. fest. 194.
Ulricus episc. Halberstadensis 160.
Ulricus Theutonicus ord. praed. 204.
Ultrajectum v. Trajectum ad Renum.
Ungari, Ungarii 67. 71—75. 77. 79—81. 88. 96. 98. 101. 103—106. 117. 190.
Ungaria 75. 91—104. 105. 141. 154. 157. 168. 184. 189. 190. 194. 199. 209. 257.
Unna 186. 209. 221. 267. 269. 277.
Unni archiep. Hammenburg. 47.
Unstrod fluv. 119. 134.
Untorpe villa 186.
Urban rex Ungarorum 104.
S. Urbanus I. papa, corp. 52. fest. 199.


TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

